VENERABILIS VIRI

JOSEPHI MARIÆ

THOMASII

OPERA OMNIA

VENERABILIS VIRI

JOSEPHI MARIÆ

THOMASII

S. R. E. CARDINALIS

OPERA OMNIA

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

PSALTERIUM

JUXTA DUPLICEM EDITIONEM

AD MSS. CODICES RECENSUIT NOTISQUE AUXIT

ANTONIUS FRANCISCUS VEZZOSI

CLERICUS REGULARIS.

ROMÆ MDCCXLVII.

EX TYPOGRAPHIA PALLADIS

EXCUDEBANT NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI

SUPERIORUM FACULTATE.

IN NOVAM EDITIONEM PRÆFATIO.

QUÆ præsenti Volumine a Venerabili Cardinali Thomasio sub nomine Josephi Cari anno reparatæ per Christum salutis MDCLXXXIII digesta leguntur, quatuor distinctis Partibus continentur; de quibus singulis nitide adeo docteque simul ipse præfatus est, ut supervacuum merito judicaretur heic aliud a nobis exponi, quam quæ ad aperiendum in eo recudendo laboris nostri rationem facere possunt. Primo igitur illud exhibemus cum iis annotationibus, illisque additamentis, quæ ipsemet Clarifs. Auctor tum ad initium & calcem, tum ad marginem editi hujus Operis exemplaris propria manu scripserat: non tamen omnibus, quum illarum pars plurima vulgata jam ab ipso fuerit anno MDCXCVII in Psalterio versibus prisco more distincto, & litterali explanatione donato; sed cum illis tantum, quæ in ea editione locum non habuerunt, quum non omnia, quæ hocce volumen complectitur, in illo reposuerit. Et ideo Duplex Psalterium aliquas solum ex illis notationibus Psalmorum Titulos potissimum, aut Psalmis annexas Orationes respicientes continet; sed nostris animadversionibus, diversis tamen typorum elementis, insertas, quod illarum rationem in eodem Psalterio anni MDCXCVII Thomasius habuerit. Plures Canticis addidimus nostris itidem ob eamdem rationem permixtas. Præfationes vero atque Hymnarium eas omnes repræsentant, quæ memorato nuper in exemplari leguntur, a nostris & loco, & litterarum elementis sejunctas juxta eam rationem, quam Præfatione nostra ad primum Tomum Num. XX exposuimus. Unica demum legitur in Orationali ad pag. 571, quia plures Auctor nobis non reliquit.

II. His

11. His univerſim de Thomaſii annotationibus indicatis, de ſingulis totius Operis Partibus agendum, & a prima ut ordiamur. Conſtat illam quatuordecim Articulis, totidem numeris diſtinctis, varias Præfationes ad recte pſallendum adhortatorias, Titulorum in Pſalmos collectiones, Hebraicarum vocum explicationes, Pſalmorum apud veteres diſtributiones continere. Has pientiſſimus Thomaſius compinxit, quemadmodum Præfatione ſua demonſtratur, qua per quindecim Eccleſiæ ſecula excurrendo veterum in Pſalmos ſtudium proponit, ut legentium animos doceret non ore tantum, merularum pſittacorumque in modum; ſed & ore & corde ſimul divinis Pſalmis & Canticis eſſe incumbendum. Tum etiam ut veterum morem commendaret Vir ſacræ antiquitatis amantiſſimus, in MSS. Codd. adhuc obſervatum, quo Pſalmorum Libro, in Eccleſiaſticorum uſum deputato, ejus generis plurima præmittebantur. Quod confirmare poſſem narrando, quæ Pſalterio præmittantur in MSS. præſertim Bibliothecæ Vaticanæ ſignatis num. 82, & 84, quos & Thomaſium adhibuiſſe certo novimus; & nos in annotationibus noſtris uſi ſumus, ut ex infra dicendis conſtabit. Verum ad rem noſtram ſatis erit ex MS. XI ſeculi diligentiſſime exarato Bibliothecæ Caſanatenſis Viri anonymi teſtimonium afferre, qui epiſtola ſua de Pſalterio a ſe emendato, vel recenſito agens, Hieronymi labore in eodem commendato, aliis inſuper opportune memoratis, tradit rationem Pſalmorum Librum ordinandi inſequentibus verbis: *In primis igitur ſcribatur illa de laude Pſalmorum* [5] *propter ædificationem Religioſorum : Secundo hæc epiſtola propter inſtructionem. Tertio mei Verſiculi ob meam commemorationem : Quarto Patris Hieronymi Præfatiuncula cujus initium eſt :* Pſalterium Romæ: *quinto Pſalmi ex ordine, tunc ex ordine Cantica de alphabeto Hebræorum. Conſcriptus porro libellus mihi, ſi vita comes fuerit, oſtendatur, ut veſtra in omnibus diligentia approbetur.* Quam autem ad remotiſſimæ antiquitatis indolem Præfationes illas Thomaſius digeſſerit, ut multa de hoc argumento prætercam, colligi vel maxime poterit ex Articulis I, & II, quibus leguntur Euſebii Phamphyli Epiſcopi Cæſarienſis Hypotheſes, ſive argumenta in Pſalmos; & Athanaſii Epiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Marcellinum de libro Pſalmorum; quæ duo reperta ſunt in vetuſtiſſimo Codice MS. Alexandrino Angliæ exhibente Sacrorum Bibliorum LXX Verſionem: indicium ſane ſub finem quarti ſeculi, quum Codex ille exaratus creditur, ea jam conſueviſſe

Pſalmis

(5) *Loquitur fortaſſe de Præfatione continente diſtributionem quandam Pſalmorum ad varias vitæ opportunitates, quæ juxta eumdem MS. inſcribitur* de laude Pſalmorum, *& incipit :* Prophetiæ Spiritus non ſemper eorum mentibus præſto eſt quatenus cum hunc non habent, ſe hunc agnoſcant ex dono habere &c. *finit autem:* & ad medullam intimi intellectus per Dei gratiam perveneris.

Pſalmis præmitti ; quod & ab Erneſto Grabe, cujus cura Alexandrinæ eædem membranæ editæ proſtant, obſervatum.

III. Noſtra hac editione ſub num. I, pag. VIII, Præfationibus ex Thomaſianis additamentis ſupra laudatis accedit Euſebii Cæſarienſis de Diapſalmate locus latinæ interpretationis, deſumptus ex Prœmio Tom. I, pag. I, Catenæ Græcorum Patrum a Corderio editæ, quem tamen ad Græca exemplaria ſe emendaſſe Thomaſius profitetur. Et *Collectioni argumentorum in Pſalmos* num. XIII accedunt ex eodem ſonte variantes lectiones, quibus aliqui e Titulis Pſalmorum a Thomaſio editis ab illis diſtant, quos Ludovicus Ferrand e MSS. Codicibus in ſuo Libro Pſalmorum Pariſiis vulgaverat eodem anno MDCLXXXIII, quo præſens Thomaſii Opus in hac Urbe prodiit. Cetera noſtris curis comparantur Thomaſianæ Euſebii Hypotheſes antiquæ Verſionis Latinæ cum illis, quæ græce ſimul atque latine leguntur apud Clariſs. Bernardum Montfaucon Tom. I *Collectionis nova Patrum & Scriptorum Græcorum*; & græce ſolum apud Erneſtum Grabe Tomo ultimo Græci Codicis Alexandrini Oxonii edito anno MDCCIX. Variantia vero loca, aut quæ Verſionis antiquæ ſenſum manifeſtare, aut quoquo modo illuſtrare queunt, ad paginæ calcem notantur. Quod idem præſtitimus & cum Epiſtola Athanaſii ad Marcellinum, quæ num. II habetur edita ex MS. Vallicellano F. 52; eam enim contulimus non ſolum cum laudato mox MS. ſed & cum exemplari ab eodem Montfauconio græce & latine vulgato Tom. I, Part. II Operum S. Athanaſii; & cum illo græco Grabei. Quod nec injucundum eruditis futurum putamus, ſaltem ob commodum, quo una eademque charta & Montfauconius & Grabeus cum antiqua noſtra interpretatione verſari poteſt: nec, uti alias monuimus, & infra pag. IX notavimus, a Thomaſii mente alienum, qui nondum vulgatis Grabei & Montfauconii exemplaribus ſcripſerat ſuum recenſeri atque emendari poſse ex illo Corderiano.

IV. Inter S. Athanaſii ſcripta abs Hieronymo in Catalogo recenſetur & opus *de Pſalmorum Titulis*, quod Thomaſius ſuſpicatur eſſe Epiſtolam de qua agimus, dum in Præfatione ait: *quod B. Hieronymus appellare videtur in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum: De Pſalmorum Titulis*. Hanc opinionem improbat Montfauconius Admonitione, quam Tom. I. Operum Athanaſii, Part. II, pag. 981 eidem epiſtolæ præmittit, ait enim: *Opinantur nuperi Scriptores quidam, epiſtolam ad Marcellinum eſſe illud opus de Titulis Pſalmorum, quod ab Hieronymo inter Athanaſiana ſcripta enumeratur: at cum de Titulis ſeu inſcriptionibus Pſalmorum, ne verbum quidem hac in epiſtola compareat, propalam nobis eſt, alium ab Hieronymo laudari librum*.

Montfau-

Montſauconium hac in re ſequitur Tillemontius Hiſt. Eccl. Tom. VIII, pag. 256, & 257, qua poſtrema opinatur etiam, eam epiſtolam eſſe fragmentum Athanaſiani Tractatus in illud Matth. XII, 32: *quicumque dixerit verbum contra filium hominis*. Dum hæc noſtra edebantur, & illas præſertim chartas memoratam epiſtolam continentes prælus jam impreſſerat, anno MDCCXLVI prodiit hac in Urbe Græca *Interpretatio Pſalmorum* in lucem edita, ut Præfationis eidem præmiſſæ num. II narratur, e Græco Codice MS. apographo, chartaceo Bibliothecæ Barberinæ, deſcripto curis Andreæ Schotti Societatis Jeſu alumno ex altero Codice Bibliothecæ Auguſtanæ. Opus ejus MS. uti mox dicebam, Græca eſt *Interpretatio Pſalmorum*, quam S. Athanaſio tribuit non ſolum eruditus MS. Editor laudata ſua Præfatione, qua illud pluribus demonſtrare ſuſcepit, ſed & Vir celebris Lucas Holſtenius brevi eidem libro a ſe exarata altera Præfatione; quem vel ipſe Holſtenius, vel Schottus ideo græce & latine inſcripſerat: ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. IN DAVIDIS REGIS, AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM S. ATHANASII ARCHIEPIS. ALEXAND. METAPHRASIS. His de novo accedit, quod memoratus Libri editor ratus ſuum Athanaſii Opus illud certo eſſe ab Hieronymo *de Pſalmorum Titulis* dictum, Holſtenianæ ſive Schotti Inſcriptioni hanc in ipſa Libri fronte ſuffecit: ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ Η ΠΕΡΙ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΨΑΛΜΩΝ. *Sancti Patris noſtri Athanaſii Archiepiſcopi Alexandriæ Interpretatio Pſalmorum, ſive de Titulis Pſalmorum*. Rem Libri Titulo indicatam adſtruere deinde contendit Præfat. num. X, & XI, atque pag. LXI, quum Opus ſuum auget Epiſtolæ ad Marcellinum græco textu ex Grabei editione deſumpto, & latina verſione Montſauconiana, addita annotatione ſcribit Thomaſium cum aliis pluribus, nondum vulgato ipſo de Pſalmorum Titulis Athanaſiano ſuo Opere, deceptum erraſſe, ratum idem Opus eſſe librum *de Titulis Pſalmorum* ac epiſtolam ad Marcellinum. Verum pace docti editoris, quum ad inſtitutum firmandum validiorem ipſe rationem non proferat, quam convenientiæ alicujus, & veriſimilitudinis inde ortæ, quod in ea *Interpretatione* uniuſcujuſque Pſalmi Titulus accurate diligenterque explicetur, atque Pſalmus ipſe deinde appoſite ad Tituli explanationem totus interpretetur; quomodo illinc ſequatur Interpretationem eſſe Athanaſianam elucubrationem hactenus deſideratam, & ab Hieronymo *de Pſalmorum Titulis* appellatam, omnino non video.

V. De

V. De Psalmis commentationes dedere inter Patres Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Cassiodorus, & alii, Titulos eisdem præfixos exposuerunt; expositionis rationem in Psalmorum explicatione servarunt, nec usquam invenitur eorum quemquam opus inscripsisse *de Titulis Psalmorum*, sed potius *Commentarios*, *Expositiones*, *Enarrationes* in Psalmos. Et re quidem vera quis sibi persuadeat doctissimum Athanasium, aut Hieronymum, quod minus præcipuum in Opere respiciendo, ejusdem nomen exinde derivasse, non vero ab eo quod principem in eo locum tenet? Porro Nicæna II Synodus Athanasii lucubrationem vocavit *librum Interpretationis Psalmorum*. Si vero ad ea attendamus quæ ad Marcellinum Athanasiana epistola tractantur, atque animadvertatur Psalmos, qui ad vitæ Christianæ opportunitatem quamlibet faciunt, veluti per titulos in ea indicari, nullus sane inficias iverit eidem epistolæ *de Psalmorum Titulis* inscriptionem dari non immerito potuisse. Hæc dicta a nobis volumus non quod pro certo habeamus eam epistolam esse idem opus ab Hieronymo notatum, quod nec Thomasio certum fuisse ejus verba consideranti apparebit; sed ut constaret nobis etiam incertum esse an nuper edita *Interpretatio Psalmorum* in illud recidat; & ideo nondum infirmari Thomasii opinionem; quam nec Montfauconiana exceptione refutari ex dictis paullo superius de iis, quæ ad Marcellinum epistola complectitur, satis aperte colligi potest.

VI. Secunda Parte duplex exhibetur Psalterium, Romanum quod dicunt, & Gallicanum, de quorum appellatione, natura, & proprietatibus videri possunt, qui de illis elucubrationes edidere. Nos certe laboris nostri rationem prosequentes, quum scripsisset in Præfatione Thomasius se Romanum Psalterium dedisse juxta editionem, quæ adornata primum a Clariss. Luca Holstenio, prodiit deinde in hac Urbe anno MDCLXIII, e re nostra fore judicavimus palam omnibus facere, quibus curis illa editio prodierit. Qua de caussa Holstenii notas, quas Vir eximia rerum liturgicarum eruditione præditus pro demandata sibi a Majoribus emendationis cura, ut illius rationem exponeret, elaboravit, ex earum apographo nondum, quantum scimus vulgato, quod in Archivo Basilicæ S. Petri nacti sumus, integras, sed suis locis distributas ad paginæ calcem addidimus. Eas annotationes celebrat Blanchinus in suis ad Veronensis MS. Psalterium notis: celebrat & Antonius Martinetti *Dissertatione de Psalterio Romano* pag. 112. Earundem præstantissimus Auctor plerumque proposita primum veteri lectione docet deinde cur ab ea recedendum fuerit vel minime, quemadmodum ipsas animadversiones percurrentibus

tibus constabit. Ut vero earum integrum opus habeatur ex eodem apographo MS. heic exscribamus oportet ipsius Holstenii introductionem quandam ad proprias notas, quæ quum alibi opportunum locum minime invenerit, in præsenti sibi vindicat. In ea igitur rem ab ipso fonte desumens Vir doctus, verbis nota I, pag. 1, a nobis infra descriptis subjungit.

Ut [1] *universa illa Biblia, sic quoque Psalterium non ex Hebræorum fontibus, sed ex Septuaginta Interpretum Versione græca translatum fuisse certissimum est: idque constat ex erroribus, quos græci sermonis ambiguitate, vel Codicis sui scriptura vitiosa deceptus Interpres admisit. S. Hieronymus errores maxime conspicuos hujus Versionis jussu S. Damasi correxit; tum plebejos aliquot, & soli Italiæ familiares loquendi modos usitatioribus mutavit: reliquam Versionem ob perspicuitatem latini sermonis reliquit. Atque hac correctione emendatum est Psalterium, quod in Sacro Bibliorum corpore nunc vulgo habetur. Sed quia etiam sic correcta Versio illa in pluribus non respondebat fontibus Hebraicis, S. Hieronymus novam de integro confecit Versionem prioribus duabus fideliorem, quæ inter ejus Opera habetur. In Bibliorum tamen corpus recepta non est, quod priores duæ quotidiano usu in Ecclesiis frequentatæ, non sine magna Officii Divini perturbatione abrogari possent. Psalterii ergo Romani Versio & ejusdem vera & genuina lectio nonnisi ex* LXX *Interpretum Versione græca dijudicari potest, nisi tamen ex pluribus locis constaret, exemplar, quo Vulgatus Interpres usus est, aliorum Interpretum interpretationibus permixtum, & contaminatum fuisse, quod Hieronymus, aliique observant.*

Ut igitur certo constet de vera & genuina Psalterii Romani lectione, præter Septuaginta editionem græcam, adhibendi & consulendi sunt veteres illius Vulgatæ Versionis Interpretes & testes, tum Codd. MSS. quotquot reperiri possunt antiquissimi & optimi.

CODICES ET EDITIONES VARIÆ PSALMORUM QUIBUS IN COLLATIONE USUS SUM.

Psalmi Hebraici cum Versione Interlineari Ariæ Montani.

Psalterium quinque linguarum Episcopi Nebiensis.

Psalterium græco latinum Complutense, & in Bibliis magnis, et seorsim editum.

Psalterium græco latinum LXX *editionis Sixtinæ cum notis Flaminii Nobilii, qui multos MSS. Vatic. Basilicæ consuluit.*

Psal-

(1) *Qui hunc Holstenii locum in Clarissimi Cardinalis Bona Operibus agnoscere voluerit, adire poterit ipsius* Rerum Liturgicarum *Lib. II, cap. III, numero IV, pag. 313. novæ editionis Antuerpiensis an. 1739. unde constat ipsum Card. Bona Holstenii Opusculum vidisse.*

Psalterium græcum MS. per versiculos distinctum juxta LXX *in Bibliotheca Card. Barberini: Liber insignis.*

Psalterium latinum quintuplex Fabri Stapulensis.

Breviarium antiquum Ecclesiæ Cajetanæ, in quo Psalterium habetur Romanum ex Biblioth. Card. Barberini.

Breviarium Ambrosianum a S. Carolo editum, cujus Psalterium cum Romano in omnibus fere convenit.

Duo Psalteria MSS. ex Archivo Basilicæ Vaticanæ. Et tertium in Biblioth. Vaticana.

Psalterium Romanum MS. ex Bibliotheca S. Marci Florentiæ.

Psalterium Romanum antiquissimum ex Biblioth. Cassinensi manuscriptum.

Psalterium Romanum MS. cum Commentariis S. Brunonis Signini ex Archivo nostræ Basilicæ.

Psalterium Vaticanum cum notis Canonici Bandini, quod exstat Florentiæ in Biblioth. Patrum Theatinorum.

Consului passim Catenam Græcorum Patrum in Psalmos a Corderio editam, item S. Hilarii, Augustini, Arnobii, et Cassiodori expositiones in Psalmos; tum præsertim S. Gregorii Magni citationes, qui Psalterio Romano utebatur.

Hæc Clarissimus Holstenius. Tum habitam fuisse Congregationem in Cancellariæ Palatio Feria secunda, III Kalend. Mart. ann. MDCLI; decretumque *emendandum esse Psalterium juxta Codd. MSS. antiquos, repertos in Archivo Basilicæ Vaticanæ, et secundum adnotationes factas a D. Holstenio, quæ in prædicto Archivo asservantur*, in eodem apographo narratur, & ex eo a Martinetto, quem supra indicavimus, loco. Porro ex hoc tanti Viri Opusculo, quod integrum damus, dijudicare quisque poterit, an quæ deinde ex Officina Jacobi Dragondelli prodiit Romani Psalterii editio anno MDCLXIII Holsteniano labori & sententiæ omnino respondeat.

VII. Holstenii animadversionibus, de quibus hactenus dictum est, addidimus variantia loca Psalterii Romani trium MSS. Codicum, quorum duo signati numeris B. 144, & B. 145 asservantur in Archivo Basilicæ S. Petri, exhibentque S. Brunonis Signiensis Episcopi in Romanum Psalterium Commentarios, & sub ipsa ætate ipsius S. Brunonis, vel ab ea certe non longe descripti videntur. Hos adhibuimus tum quod illius Archivi pretiosam librorum supellectilem invisentibus nobis præsto fuere, tum quod ipso Commentario de facili Antiquariorum errores, si quando irrepsere, detegantur. Tertius Codex est ille in Bibliotheca Vaticana sub num. 84 repositus, unde Blanchinus Prudentii Flores edidit ad calcem

Part. II, Tom. I Operum Thomasii. Quas autem variantes lectiones ex hisce MSS. Libris notavimus, ne tamquam amanuensium sphalmata haberentur, semper fere comparavimus cum similibus lectionibus Græci textus Cod. Alexandrini Angliæ juxta editionem Oxoniensem ann. MDCLXXVIII. Psalterii a D. Augustino explanati Operum suorum novæ editionis Parisiensis Tom. IV, Codicis Veronensis a Blanchino editi, Mediolanensis S. Caroli, S. Brunonis Signiensis vulgati in Bibliotheca Patrum editionis Lugdunensis Tom. XX, & subinde illius nuper editi a Clarifs. D. Petro Sabatier Tom. II *Antiquæ Italæ Versionis*. Qui pro Psalterio Romano majora desiderat inter ceteros Scriptores adire poterit Dominicum Vallarsium To. X Hieronymianæ Veronensis editionis, quo Romani Psalterii textus sæpe consertur cum illo Codicis Veronensis supra memorati, licet nostro judicio ea membrana Psalterium exhibeat illo D. Augustini, aut a D. Sabatier vulgati similius quam Romano. Quod in annotationibus nostris demonstrandum brevitati studentes non suscepimus, licet lucubratio jam pro parte nostris curis in pluteo disposita typographum exspectaret.

VIII. Hactenus descriptis ad hocce volumen illustrandum contentus sane fuissem: & quandoquidem Thomasius profitetur Gallicanum Psalterium ad Bibliorum Sixti V, & Clementis VIII emendationem adamussim recensitum se protulisse; non erat profecto quod ejus caussa de meo adderem, nisi observassem memoratum supra Vallarsium Tomi X Operum D. Hieronymi anno MDCCXL a se editi, quo duplex hæc Psalterii editio continetur, annotationibus, quibus singulis paginis continenter illud ornat, Thomasium sæpe improbare quasi minus bene in obelis & asteriscis notandis se gessisset. Fateor, principio dubius hæsi: recolebam post Brunonem Episcopum Erbipoleos ex Cochlæi recensione editum in laudata Patrum Biblioth. Tom. XIIX, Thomasium primum in eo labore fuisse: Romæ illum suscepisse, ubi rarissimi inveniuntur MSS. Codices ea signa exhibentes: hæc mihi videbantur nec laude carere, & hominem excusatione dignum reddere. Commovebar nihilominus Viri in Hieronymianis Operibus exercitati doctrina, scribentis eo tempore quo inventis rebus ipsi facile fuisset, aliquid addere. Verum, factum bene: quum excutiendis Vallarsii censuris animum paullulum adjunxissem, statim agnovi eas nutanti principio niti, videlicet prima tantum hujusce Psalterii editione, quam anno MDCLXXXIII Thomasius dedit: secundis curis emendatiorem, ut in Diario Litteratorum Italiæ Tom. XXI, pag. 7 Fontaninus ait, an. MDCXCVII vulgatam Censorem ignorare, & sæpenumero reprehendere, quod exactis jam quadriginta tribus annis Thomasius ipse emendaverat.

IX. Quod ut nitidius pateat, res est hoc loco altius repetenda, atque memorandum Clarissimum Joannem Martianæum Tom. I Operum Hieronymi edito Parisiis anno MDCXCIII, quamvis ob majorem MSS. Codicum copiam, quos ad illud opus ei Gallia suffecit, quam Roma Thomasio, hujus laborem circa obelos & asteriscos se perfecisse affirmet, eundem tamen magni reputasse: ait siquidem loquens de Psalterio Gallicano Proleg. II, num. V. *Quanta fuerit diligentia nostratum in describenda hocce Psalterio cum asteriscis & obelis, non aliunde testatum volumus quam ex infinita Codicum MSS. qui cum talibus distinctionibus supersunt usque hodie in Gallicanis Bibliothecis. In Italia non ita abundant, & perpauca apud suos invenisse se exemplaria fatetur doctus Carus presbyter Theologus, qui inchoatam nobis dedit editionem Psalterii Hieronymiani cum supradictis obelorum & asteriscorum signis. Nos præstantissimos id genus, ac permultos Codices MSS. consequuti, supplenda curavimus, quæ deesse videbantur in editione Romani Cari.* Ex hoc testimonio novimus eam insedisse Gallis opinionem, qua Thomasianus de Hieronymi Psalterio labor inchoatus reputaretur, non autem absolutus, deficientibus præsertim MSS. Codicibus. Id & Thomasius ipse fassus jam erat ob eam quam Martianæus innuit, caussam, MSS. scilicet ob defectum, in Præfatione sua scribendo: *Specimen certe dedimus, ut quod in votis erat; aperta simul via, cura laboreque absolutiore alii præstarent.* Ad rem præsentem prætereundum non est & alterum Martianæi testimonium ex *Admonitione* in Psalterium prævia ejusdem Tom. col. 1219, ubi legitur: *Psalmorum volumen juxta* LXX *Interpretes semel atque iterum emendatum ab Hieronymo, ante annos circiter decem Josephi Cari presbyteri studio ac labore Romæ primum editum est, additis obelis & asteriscis in eo Psalterio, quod Gallicanum vocant veteres ac recentiores Scriptores. Hujus eruditi Cari diligentiam in edendo duplici Hieronymi Psalterio ut imitaremur, nonnihilque castigatius & accuratius apud nos prodiret, quamplures antiquissimos Codices MSS. perquisivimus ad supplenda ea, quæ tum in textu, tum in signis obelorum & asteriscorum deesse videbantur.*

X. His de se honorificis locis una cum Martianæi Opere perlecto Thomasius *Psalterium versibus prisco more distinctum* edidit anno MDCXCVII. In eo re penitius considerata, Galli Scriptoris obelorum & asteriscorum rationibus cum propriis una collatis, ea signa denuo Psalmorum textui apposuit; quæ si Eruditorum laudem promerita sunt, quum inchoato tantum labore prodierunt, tunc demum obsolutissimum opus reputari debuisse nullus diffitebitur. In illis signis, ut Martianæum simul & Thomasium legentibus apparet, aliquando mutata sententia a prima sua edi-

tione

tione recedens Thomasius Gallum editorem sequitur: aliquando primum institutum retinens eidem non assentitur: aliquando etiam neque primum suum Opus, nec illud docti Maurini novo inito consilio imitatur. Indicium porro eximium Thomasium & primam hujusce Psalterii editionem, licet MSS. copia destitueretur, nec perfunctorie, nec levibus, aut reprehendendis fultum momentis adornasse: tum elucubranti secundam Martianæum in omnibus non satisfecisse.

XI. Postremam hanc Thomasiani Psalterii editionem, quam mandante Clariss. Dominico Passionei Archiep. Ephesino, & S. R. E. Cardinali apud Helvetos recusam habemus anno MDCCXXVII, quæ an. MDCCXXXV Viennæ in Austria tertio prodiit curante præclarissimo Episcopo Strigoniensi: & quarto Romæ Blanchini curis an. MDCCXLI, Vallarsium non vidisse apertissime demonstrant ejus ad Gallicanum Psalterium annotationes, quibus, ut supra dicebam, rem non solum a Martianæo, sed & ab ipso Thomasio actam recocta crambe agendam denuo suscipit; quod ulteriori emendatione non indiget sæpe carpens, nec modeste quidem, ut ab erudito Gallo factum videmus; sed acriter non semel, eo modo neglecto, quem cum Viris summis, si & ipsi homines quum sint, aliquando errent, servandum esse nullus inficiatur. Quod sane nos coegit aliis hujus editionis curis in purgando a tanta injuria Thomasio, immanem fere laborem, nec molestiæ expertem adjungere.

XII. Minus tamen Vallarsio succensendum esset, si momenta, quibus rem suam adstruit, satis firma constarent. Thomasii & Martianæi edita Psalteria continenter expendit: & nude, ni fallimur, atque juxta litteræ sonitum intellectis, quæ Hieronymus ad Paulam & Eustochium scripsit: inter se collatis Hebraicis Græcisque fontibus nostri, opinor, temporis, de obelorum & asteriscorum signis præfidenti nimis animo inde statuit. Manuscriptos etiam Codices adhibet: & si verum quod ipse narrat Tom. X, & col. 105, duo illi sunt: inibi enim de Psalmorum Libro scriptum legitur; *Exegimus itaque hunc librum cum ipsa ut diximus Præfatione* (Intellige Hieronymi epistolam incipientem *Romæ dudum positus &c.*) *ad duos summæ vetustatis atque optimæ cumprimis notæ Codices MSS. Vaticanæ Bibliothecæ, quorum alter olim Reginæ Suecorum fuit, & num. 24 prænotatur: alter Palatinus est sub num. 39 uncialibus ferme litteris totus exaratus, tantæque emendationis, ut parem ei nullum facile velim invenias*. Hæc Vallarsius; quibus nescio quo fato exciderit erudito viro, se in Psalmis recensendis adhibuisse Cod. MS. Reg. Suecorum in Vatic. Biblioth. signatum num. 24, quum diligentissime a nobis conquisitus Codex

dex ille, neque ſub illo numero inter libros ejus Reginæ in Vaticana repoſitos exſtet, neque omnino ſub alia quavis illorum librorum numerica nota; atque adeo nec reperiri videtur in aliis Bibliothecis quibus Vaticani Codices dividuntur. Illud vero de uncialibus litteris, & de ſingulari emendatione, ſi ad Palatinum MS. ſignatum num. 39 referas, nullo modo ſubſiſtit, non enim uncialibus, ſed minoribus communioribuſque elementis (excipe tamen titulos) exaratur: nec tantæ emendationis repertus eſt ab ipſo Vallarſio, quin ſæpiſſime, ad nauſeam uſque, ejus menda notaverit. Unicus ergo Palatinus Codex ei remanet, qui unico in notis allegatur; nec locus in illis invenias, ubi alter Codex aut memoretur, aut in uſum vocetur.

XIII. Quanti ea momenta, quibus ſæpe Thomaſii labor impugnatur, fieri debeant, non alia certe meliori ratione conſtare poterit, quam ſi paucis hoc loco indicentur Leges illæ & Canones, qui in eo opere perficiendo, ut abſolutum reddatur, ſervari maxime debent. D. Hieronymus laudata ſuperius epiſtola hanc nobis regulam tranſmiſit: *comparatis ad ſe invicem Hebraico & Græco textu, quæ in Græco leguntur, non in Hebræo inter obelum* (÷) *& duo majora puncta* (:) *ponantur: quæ in Græco deſunt, & in Hebræo inveniuntur, Græco vel latino exemplari ſub aſteriſco* (※) *& duobus itidem majoribus punctis* (:) *addantur*. Hanc regulam ſi juxta nudum verborum ſonitum accipias, ſatis erit Græcum quodvis & Hebraicum ſimul Codicem, præ manibus habere: fruſtra quæruntur MSS. Codices, qui loca ſignis illis propria indicent: immerito querebatur Thomaſius ſe illorum ſatis non habuiſſe: nec cauſæ eſſet, cur ſibi blandiretur Gallus editor MSS. copia Thomaſianum opus ſe perficiſſe: nec debuiſſet Montfauconius ſollicite monere ſe Exaplas Origenis e MSS. erutas dediſſe. At Hieronymi ſive potius Origenis regulam intelligamus, neceſſe eſt, habito reſpectu ad Hebraicum Græcumque fontes in eo ſtatu conſideratos, quo Origenis vel ſaltem Hieronymi ætate reperiebantur: unde inſequentes leges, ni fallor, enaſcuntur.

XIV. Primo *in obelis & aſteriſcis notandis Hieronymianum laborem inquiri, adeo ut renovandum ſuſcipiatur quod S. ille Doctor ex Origene & Theodotione in latinam Pſalmorum Verſionem invexit*. Ex hoc principio, quod nullus in dubium merito revocabit, aliud ſequitur, nimirum

XV. *In eo labore non quævis Græca exemplaria, aut Hebraica eſſe adhibenda; ſed quæ Sacrum Textum in eo ſtatu exhibeant, quo Hieronymi tempore reperiebatur: & Græca quidem nullo aucta Origeniano additamento ex Hebraicis libris, quod aſteriſco careat*. Res heic ardua proponitur, ſed ad opus plane

plane neceſſaria : ſi enim textus adhibeas aliqua ratione mutatos, aut Antiquariorum oſcitantia ſæpe variantes, primum canonem nullo modo ſervabis, ſignaque diſpones ad Hieronymi ſententiam parum appoſite. In annotationibus noſtris uſi ſumus Græco exemplari Alexandrino Angliæ juxta editionem Oxonienſem anni MDCLXXVIII, illud habentes perinde ac ſi puram exhiberet ab Origenis emendationibus τῶν ό Verſionem : non quod compertum habeamus illud emendatiſſimum eſſe, aut Origeniani laboris omnino expertem, neque enim nos latent, quæ de eodem ſcripſere Brianus Waltonus, & Grabeus, ſed quod antiquiſſimum habeatur, quod hactenus magnam eruditorum exiſtimationem obtinuerit. Hebraicum adhibuimus illud præſtantius præferens interlinearem, ut vocant, interpretationem Xantis Pagnini curis editum. Tanti igitur valent, quæ ex illis fontibus in annotationibus a nobis ſcripta leguntur, quanti & prædicti textus comparati ad illos Hieronymianæ ætatis.

XVI. *Manuſcripti etiam Codices latinæ Verſionis ea ſigna præferentes conſulantur oportet, & quidem, quoad fieri poteſt, antiquiſſimi.* A ſecundo canone tertius iſte oritur ; quod enim tuto non præſtant Hebræorum & Græcorum libri, omni arte, omnique animi contentione aliunde quærendum. Et ſi deprehendatur manu exaratas latinæ Verſionis membranas optimæ notæ perpetuo exhibere, quod tamen Græcis Hebraiciſque fontibus minus reſpondeat, prudenter dubitari poterit vitium in iſtis irrepſiſſe. Ejuſmodi MSS. Codicum quinque hac in Urbe obſervavimus : illos Scriptoribus celebratiſſimos Bibliothecæ Monaſterii S. Pauli, & B. 6. Bibliothecæ Vallicellanæ, qui ad Alkuini tempora referuntur : alterum a Thomaſio ſæpe hoc in Opere laudatum, atque vetuſtiſſimum vocatum, olim Reginæ Sueciæ, nunc temporis in Vaticana Alexandrina Bibliotheca ſub numero XI, majoribus & uncialibus dictis elementis totum deſcriptum, nec octavo ſeculo recentiorem : quartum ex Biblioth. Vatic. ſignatum num. 82. ultimum denique illum in eadem Vaticana Palatinum notatum num. 39, de quo ſupra dictum eſt. Hos omnes Thomaſium vidiſſe, & in uſum ſuum advocaſſe, certiſſimis argumentis nobis conſtat ; conſtabit etiam Thomaſiana Pſalteria attente legentibus. Nos tamen in præſenti volumine adornando tres tantum poſteriores adhibuimus : duos alios tertio Tomo reſervantes, cui Thomaſianum Pſalterium verſibus priſco more diſtinctum, & Origenianis ſignis ſecundis Thomaſii curis notatum deſtinavimus : ubi etiam quæ in hujuſce præſentis animadverſionibus feſtinante prælo ſcribebamus, ad examen & trutinam revocaturi ſumus.

XVII. *Et*

XVII. *Et Hieronymi ex Hebræo latinæ Verſiones adhibendæ, quum Origenis ſigna ſuis locis diſtribuenda.* Hujuſce regulæ neceſſitas oritur ab illa agnoſcendi, quantum fieri poteſt, ſtatum Hebraici textus pro Hieronymiano aut Origenis tempore. Licet enim is non ſim, qui autumem Hebræos ſuos Codices arte vitiaſſe, fateor tamen eorum Antiquarios id privilegii vindicare ſibi non potuiſſe, ut exſcribendo ſacros Libros omnia menda vitaverint. Quod quum ſupra hominum ſortem conſtitui videatur, quis adeo præfidenti animo ut dicat, Deum ſpeciali auxilio Hebræis dediſſe, quod Chriſti Fidelibus conceſſum non fuiſſe patet? unde quum errores, nævos, menda Hebræorum Libros deturpaſſe, ſicut & Græcis Latiniſque contigit, dubitari non poſſit: quumque notum ſit manuſcriptas Hebræorum membranas inſignem antiquitatis notam haud præferre, ſed dubitari an DC annis antiquiores inveniantur, aliunde melius earum veterem ſtatum colligere non poſſumus, quam ex ipſius Hieronymi latinis verſionibus. Eam legem Thomaſium inſpexiſſe haud ſemel adhibito vetuſtiſſimo MS. Reginæ Sueciæ ſupra laudato, qui præter Gallicanum Pſalterium, & verſionem ex Hebræo ab Hieronymo elucubratam complectitur, ex noſtris annotationibus conſtabit.

XVIII. *Et interpretandi leges in eodem labore ſervari debent, adeo ut illud primum quod veluti fundamenti loco ponitur, ut obelis reſecentur quæ ſuperabundant, ſub aſteriſco jungantur, quæ deſunt, locum non habeat, ſi duo vel plura verba ad latine exprimendum requirantur, quod Hebræus unico profert: & contra non judicandum defectum eſſe in Græcorum, & Latinorum verſionibus, ſi verborum numero mutato ſenſus idem adamuſſim remaneat.* De hac lege nos monet Hieronymus epiſtola ad Suniam & Fretelam, qua ad rem præſentem multa ſcitu prorſus neceſſaria continentur. Quum enim haud longe ab initio exempli cauſſa propoſuerit cur illud quinti Pſalmi, quod Græce interpretatur, *οὐ παροικήσει σοὶ πονηρός*, ſive *πονηρευόμενος*, latinus Interpres verterit: *neque habitabit juxta te malignus*: non *παροικίαν* potius *incolatum* quam *habitationem*, quæ græce *κατοικεία* dicitur, reſpondet: quod ſi dicamus, *neque incolet juxta te malignus: perdet euphoniam, & dum interpretationis κακοζηλίαν ſequimur, omnem decorem tranſlationis amittimus: & hanc eſſe regulam boni interpretis, ut idioma alterius linguæ, ſuæ linguæ exprimat proprietate.* Hæc ille, quæ deinde erudite confirmat Tullii, Plauti, Terentii, & Cæcilii exemplis; quæque in re præſenti, de qua tamen potiſſimum agit Hieronymus, minus ſervari inveniuntur a Scriptoribus noſtri temporis, qui obelis ſæpe reſecantes, quæ non oportet, quæque certe non reſecaſſet Hieronymus ipſe, orationem relin-

quunt hiulcam , ineptam , nullumque ſubinde ſenſum reddentem ; a quo tamen abſtinuiſſe Thomaſium hæc noſtra legentibus apertiſſimum erit.

XIX. Ex hactenus expoſitis legibus aliæ non invita minerva derivarentur ; & præſertim rem ſæpenumero in ambiguo eſſe, & ideo nullam reprehenſionem mereri, qui editis Hebræorum aut Græcorum exemplaribus antiquiſſimas verſiones latinas ſubinde anteponeret. Eaſdem Thomaſium ſervaſſe in prima editione duplicis hujuſce Pſalterii, in qua tamen de Origenianis notis laborem tantum ſe inchoaſſe profitetur, adeo certum nobis eſt, ut ingenue fateamur nonniſi ab eodem illius Pſalterio de quo agimus, eaſdem nos derivaſſe : quas quum deinde rationi maxime conſentaneas deprehenderimus, nec ab aliis fortaſſe diſtincte obſervatas, quin hac Præfatione noſtra eaſdem exponeremus, non eſſe omittendum dijudicavimus.

XX. De MSS. Codicibus quorum tres hoc in Opere a nobis adhibitos eſſe monuimus, ut quæ præteriri non debent, paucis proſequamur; habita antiquitatis ratione præcipuus ſane habendus ille Vaticanus Alexandrinus ſignatus num XI, qui mille annorum ætatem refert, totuſque uncialibus litteris diligentiſſime exaratur. Hujus elementorum ſpecimen tradit Blanchinus in Vindic. Canonic. Scriptur. pag. CCXLVIII. Duplex latinum Pſalterium continet, Gallicanum exaplaribus ſive Origenianis notis donatum, & ex Hebræo Codice ab Hieronymo latine factum. Utrumque integrum ſe editurum promiſerat in memoratis Vindiciis pag. CCXLVII circa finem, idem Blanchinus Thomaſii Operum Tomo II. Nos brevitatem, quantum valemus, ſectantes operis compendio non levi Origeniana ſigna, quæ in eodem occurrunt in uſum noſtrum vocantes, variantes illius lectiones exhibemus, quod perinde nobis videtur ac integrum de verbo librum exſcribere. Secundus MS. Vaticanæ Bibliothecæ ſub num. 82 Pſalterium exhibet obelis & aſteriſcis notatum. Verſionis tamen a Gallicana longe diverſæ, ut ex variantiis, quas ubique deſcripſimus, apparebit : unde fortaſse minus verum reputari poterit, quod de Origenis notis ſcriptum invenitur a Maurinis Patribus Præfat. in Tom. IV Operum D. Auguſt. quum legitur : *Hujuſmodi ſigna etiamnum in veteribus quibuſdam Vulgatæ manuſcriptis , non autem in alio ullo Pſalteriorum latinorum invenire eſt*. Præter obelos & aſteriſcos idem MS. aliis utitur notis, videlicet ⊖, ⸭, 𝒥, ⁜, &), quarum rationem ab ipſo illarum auctore, quiſque tandem ille fuerit, quod divinare non aggredimur, explicatam accipies Præfatione in eo MS. Pſalmis præmiſsa, quam ad calcem hujus

noſtræ,

noſtræ, ut in ipſo Codice legitur, integram exhibemus. Cetera eadem ſigna ubiquumque occurrunt in annotationibus noſtris repræſentamus, adeo ut Pſalterium illud modo integrum vulgare ſervata brevitatis lege nulli dubitemus. Tertius MS. eſt ille Palatinus 39, cui Vallarſius ſuum laborem ſuperſtruit, quemque X ſeculo vetuſtiorem non dicerem, licet Martinettus & ad IX referat. Eum adhibendum duximus, ut tum nobis, tum noſtra legentibus palam fieret, quibus in Thomaſium rationibus ducatur Veronenſis Editor: quem in eo deſcribendo ſæpiſſime hallucinari tum ex iis, quæ laudatus modo Martinettus ſuæ Diſsertationis pag. 81, & ſequentibus tradit; tum ex illis quæ a nobis annotata legentur, manifeſto apparebit. Quo tamen nolim derogari Viro cetera erudito, quem ſi in aliquibus humani aliquid pati invenimus, & ſcribere quæ ſpongiam merentur, in aliis nominis laudem ſibi comparaſſe diffiteri non poſsumus. Illud fortaſse in eo deſideraremus, ut modeſtius cum iis egiſset, quos primis in Litterarum Republica ſubſelliis, jam unanimis Eruditorum conſenſus deputavit.

XXI. In iiſdem MSS. Codicibus, de quibus hactenus dictum, & præcipue in illo Vaticano 82, iidem omnino Tituli Pſalmis ſingulis præmiſſi leguntur, & quæ Pſalmos excipiunt Orationes, quæ in Opere præſenti repoſuerat Thomaſius, ut ex variantibus earum lectionibus a nobis paſſim notatis conſtabit. De Orationibus legitur in eo de quo ſæpe meminimus exemplari ipſius Thomaſii manu animadverſionibus aucto, noſtrum memoriæ tranſmiſsum, Orationes eaſdem ſe inveniſse, & in *Pſalterio membranaceo Chiſiano, olim Monachorum, ſcripto ad initium* XI *ſeculi* paucis exceptis, quibus deinde in Pſalterio verſibus priſco more diſtincto locum dedit, ut ſuis locis endmonituri ſumus. Cetera eaſdem Orationes antiquiſſimas eſse, veterum ſtudio ex ipſis Pſalmi, cui ſingulæ ſubjiciuntur, verbis compoſitas apertum eſt. In hujuſce rei confirmationem obſervari poteſt in MS. Vatic. 84 Pſalmis ſingulis ipſorum numerum non præfigi, ſed Orationi, quæ Pſalmum excipit inſcribi, ut exempli loco poſt Pſalmum ſextum ſequatur *Oratio ex Pſalmo* VI, quibus Oratio ipſa ſubjungitur, & ita in aliis omnibus; quæ pro præſenti loco nos monuiſſe ſufficiat.

XXII. Pſalterium ſequuntur Cantica; & quidem eo ordine, quem ipſe Clariſs. eorundem Editor deſcripſit. Occurrunt in illis aurea fragmenta veteris Verſionis, ut in Cantico, ſive juxta majorum appellationem, in Benedictionibus trium Puerorum pag. 291: in Oratione Ezechiæ Regis Judæ pag. 299, in Cantico Annæ pag. 301, & in aliis ea

c 2 excipien-

excipientibus, quæ per hebdomadæ dies canit Ecclesia, quæque Cantica *Consuetudinaria* vocantur, ex Isaiæ, Hieremiæ, Jonæ, Judith, atque Esdræ Libris depromptis. *Consuetudinariis*, quemadmodum in Psalterio, Holstenii notas, & MSS. Vat. Alexand. XI, Vatic. 82, & 84, variantia loca addidimus. At veteris versionis Cantica, quorum pars major ex laudato Vat.Alex.XI edita primum fuere, descriptis variantiis, comparavimus ad alias itidem antiquas interpretationes tum Cod. Vat. 84, tum editas in Vindiciis Canonic. Scriptur. a Blanchino, & in Veteri Itala a D. Petro Sabatier: adeo ut nostris hisce usuris perinde contingere debeat, ac si ea omnia simul volumina præ manibus versarent. Ex eodem MS. addidimus pag. 301 Cantici Annæ, & pag. 317 Cantici Deuteronomii antiquas integras Versiones, neque cum Blanchinianis, neque cum illis Sabatier convenientes; sed plane diversas, ut earumdem loca variantia manifestatura sunt. Earum tamen respectu animadvertendum veterem membranam in illis aliquid subinde exhibere tantam fortasse antiquitatis notam minime redolens, quanta ceteris voluminis partibus competit. In ea enim inducta jam veteri scriptura, vel vetustate consumpta sequiorem manum rescripsisse videtur, quod prius temporis iniuria perierat, vel ob Antiquarii admissum errorem, aut alia quavis de caussa erasum fuerat. Quod in præsenti monendum duximus, ne quemadmodum eas diu sepultas jacere non permisimus; ita nec pretium justo majus eidem statuatur. Cetera ne quemquam heic diutius detineamus, quæcumque in iisdem Canticis præstitimus ex annotationibus ipsis addisci poterit.

XXIII. Psalmos & Cantica tertia hujusce libri Parte sequuntur veteres Hymni aut omnino jam obsoleti, aut illis verbis illisque sententiis constantes, quemadmodum ante eorundem emendationem a majoribus olim in sacris Ritibus canebantur: quod rerum sacrarum cujusvis generis studiosis commendatissimum sit oportet ob veteris Ecclesiæ mores, disciplinam, ipsamque Fidem, quam nobis metricis implexam phrasibus repræsentant. Quanta opus fuerit in illis colligendis sollertia, quoque studio, vel exinde agnoscitur, quod Maurini Patres adornantes Ambrosii novam editionem licet diligentissime nullis omissis curis, nullique parcentes labori, non tamen omnes agnoverint Hymnos ab eo Doctore elaboratos. Horum aliquos detexit Thomasius, & dolens doctissimos Editores eosdem latuisse, ut Diarii Litterat. Ital. Tom. XXI, pag. 6, a Fontanino narratur, sua hac in Collectione reposuit. Id jam innotuerat tum ipsius Collectionis editione, qua Ambrosio inscribuntur Hymni, quibus destituitur Maurinorum laudatum Opus: tum gravissima eximii Fontanini auctoritate,

quam

quam mox innuebam: at in præsentia Thomasiano Hymnario additis Thomasii ipsius nondum hactenus vulgatis annotationibus, ut dictum superius fuit, res in omnium oculis ponitur. Merito statutum accepimus *Admonitione in Hymnos S. Ambrosii* Tom. II novæ editionis, nullum hymnum pro Ambrosiano agnoscendum, *qui locupletis alicujus testis auctoritate non adseratur*. Hinc Hymnus *Æterne rerum conditor*, qui legitur nostra pag. 404, Ambrosio tribuunt Galli Editores ducti Augustini lib. I *Retractat.* cap. 2, & Bedæ *De arte metrica* suffragio. Simili argumento Hymnus *Deus creator omnium* apud nos pag. 419, Ambrosio vindicatur ob Augustini testimonium. Quod & de aliis in illa Maurinorum editione repositis diceretur. Sed & Hymnum *Hic est dies verus Dei* pag. 368 S. Ambrosio tribuit Hincmarus libro *de non trina deitate*, eiusque meminit Aurelianus Episcopus in sua Regula: Hymnum *A solis ortus cardine* pag. 382 Ambrosio asserit S. Ildephonsus serm. *de Parturitione et Purgatione S. Mariæ*, cujus auctoritate permoti PP. Maurini, qui hunc inter Ambrosianos non posuerunt, eisdem accensuerunt Hymnum *Intende qui regis Israel &c.* qui apud nos legitur pag. 351. Inveniens Garetius apud Cassiodorum in Psalmum CI laudatum Ambrosiani hymni, *Bis tertias horas explicans*, locum, quum inter S. Doctoris editas hymnorum collectiones eum non observasset, ad marginem Cassiodori in sua nova Editione notavit: *Hymnus iste desideratur*: quod & ab auctoribus ejusdem Patris Operum editionis Venetæ vulgato jam Thomasii Hymnario servatum videmus. Supersedeo ab aliis memorandis Hymnis, quos eadem de caussa Ambrosio adjudicemus necesse est, aut aliis vetustissimis Scriptoribus: quæ enim e re nostra ad demonstrandum Thomasianæ Hymnorum Collectionis præstantiam de Ambrosii hymnis diximus, & aliorum respectu, si opus fuisset, evinceretur. Cetera ipsæ Thomasii annotationes licet neque multæ neque prolixæ, quæ a limine tantum salutavimus, fuse declarant. Ab iisdem etiam addiscatur, velim, quænam nostræ huic editioni hymnis earundem caussa accessere, vel immutatum est: quandoquidem nobis pro loci ratione satis est affirmare nil prorsus nos innovasse, nisi quod innovandum Thomasius ipse postulavit; de quo etiam singulis locis legentem monuimus, exceptis tamen nonnullis hymnorum inscriptionibus, quas, ut mutatæ in Thomasiano exemplari inveniuntur, edendas curavimus.

XXIV. Restaret modo ut IV Partis, qua veteres Deum precandi formulæ sive Orationes in unum colliguntur, rationem redderemus. Quandoquidem vero Thomasius eidem nil addidit, nos etiam, quod alibi in hac nostra Collectione, de Orationibus, de Stationibus, aliisque his affinibus

argu-

argumentis redeunda sit opportunior dicendi occasio, vix aliquid in Thomasii ipsius laudem ex Clarissimo Dominico Georgi circa initium monuimus, non est quod in præsenti quemquam pluribus detineamus. Quare ob hujusce voluminis, commodum, cujus gratia hactenus præfati sumus, dictis tantum ea subjungimus, quæ notas compendiarias in animadversionibus nostris frequentius occurrentes omnibus etiam inexercitatis detegere facile queant.

D. 144. Codex MS. membranaceus Archivi Basilicæ S. Petri exhibens Psalterium Romanum cum interpretatione S. Brunonis Signiensis Episcopi.

D. 145. Codex MS. alter itidem membranaceus ejusdem Archivi, & idem Psalterium repræsentans.

Vat. 84. Codex MS. Biblioth. Vaticanæ Psalterium Romanum continens, scriptus, ut videtur, circa x seculum.

Alex. 11. Codex MS. membranaceus antiquissimus olim Reginæ Sueciæ, modo in Bibliotheca Vaticana Alexandrina sub numero XI repositus. Habet iste Psalterium Gallicanum obelis, & asteriscis notatum; & alterum ex Hebræo ab Hieronymo latinum factum.

Vat. Codex MS. membranaceus Bibliothecæ Vaticanæ signatus numero 82, Psalterii antiquam versionem Origenianis aliisque signis notatam exhibens.

Pal. Codex MS. membranaceus Vaticano Palatinus sub numero 39, Gallicanum Psalterium iisdem Origenis signis notatum continens.

Aug. S. Patris Augustini Opera, & præcipue *Enarrationes in Psalmos* Tom. IV, editionis novæ Parisiensis.

Cass. Magni Aurelii Cassiodori Opera novæ editionis Rotomagensis.

Brun. S. Brunonis Signiensis Episcopi Psalterium cum interpretatione, vulgatum in Biblioth. Patrum edit. Lugdunensis Tom. XX.

Ver. Psalterium ex antiquissimo Codice MS. Capituli Ecclesiæ Veronensis a Josepho Blanchino Oratorii S. Philippi Neri Presbytero editum in *Vindiciis Canonicarum Scripturarum*.

Blanch. Idem Blanchinus laudati modo Operis editor.

Ambros. Psalterium Ecclesiæ Mediolanensis sub D. Carolo editum.

Holst. Lucas Holstenius. Notæ ad Psalterium Romanum ex Apographo MS. Archivi Basilicæ Vaticanæ.

Sab. D. Petrus Sabatier Congregat. Maurinorum in Galliis *Sacrorum Bibliorum antiqua vulgata, sive veteri Itala* Remis edita anno MDCCXLIII.

Græc.

Græc. Græcum Psalterium τῶν ό juxta Angliæ celebre Alexandrinum exemplar edit. Oxonienſis an. MDCLXXVIII.

Heb. Hebraicum Sacrorum Bibliorum exemplar in Polyglottis, ſive in editione cum interlineari interpretatione ſtudio Xantis Pagnini elucubratum.

Val. Dominicus Vallarſius Veronenſis editor Operum D. Hieronymi Tom. præſertim X, quo duplex noſtrum Pſalterium habetur.

Mart. Joannes Martianay PP. Maurinorum alumnus Operum D. Hieronymi editor Tom. potiſſimum I, Part. II.

Grab. Erneſtus Grabe Anglus editor Verſionis τῶν ό Codicis Alexandrini ed. in fol. an. MDCCIX.

Montf. Bernardus de Montfaucon Tom. I *Collectionis novæ Patrum, et Scriptorum Græcorum*: & Tom. I, Part. II *Operum S. Athanaſii*.

EX

EX COD. VATICANO 82.[1]

UT REPROBARE SUPERFLUA & inferere congrua in Pfalmorum cantibus fcirem, emendationis ftudium, quantum mihi Dominus fenfum hujus operis impertire dignatus eft, quamquam locis non in omnibus, fed ubi vigui, hoc in nablo ex Grajorum Pfalteriis[2] exercitare conatus fum. Nec non ut ipfa græca, quæ in latinum tranftuli, certa effe videantur, non alia, fed quæ Beati Hieronymi emendationi confonant, eligere curavi. Quia ficut me ipfius Patris docet Lectio, plurimi fuerunt, qui etiam in graiis rimatibus græcizando difcordes effe videntur.

Unde ut Lectori fatisfaciam unum e pluribus caufa compendii huic Præfatiunculæ meæ difcordationis teftimonium fubnectere non abnuo, ut verbi gratia in Pfalmi feptuagefimi tertii loco, ubi legitur: *comprimamus dies feftos Dei de terra*. Quod Aquila & Symachus verterunt ἐνεπύρησαν πάσας συντάγας τῦ θεῦ, ideft, *incenderunt omnes follemnitates Dei*. Quinta vero editio κατέκαυσαν, ideft, *combufferunt*. Sexta κατακαυσωμεν ideft *comburamus*.

Quod & Septuaginta juxta Exaplorum veritatem transtuliffe perfpicuum eft.

Theodotion quoque ἐνεπυρήσαμεν vertit, ideft *fuccendimus*. Quamobrem cognofcens iftorum difcordias, ficut præfatus fum, mihi labor optimus effe videtur, fi aliorum refpuens, tantum ipfius Beatiffimi Hieronymi, qui celeberrimus in Sancta Ecclefia per totum orbem proficuus habetur, ad meum comprobandum atque roborandum opufculum editionem eligere ftuduero. Tamen quia ipfe S. Hieronymus exceptis tractatibus, ficut in ejus dictis legitur, bis in catholicis libris laboraffe videtur.

Primo vero labore emendatione quam rogatus a feminis Romanis Paula &[3] Euftochia in feptuaginta interpretibus obelis & afterifcis græca tranftulendo exercuit. Secundo autem labore ex Hebraico tantum, quod intellexit fenfuum potius veritatem, quam verborum.

Interdum[4] ordinem confervans in latinum edidit. Ego qui ejus bimata

(1) *Ita nullo præmiffo Titulo aut Infcriptione illud antiquitatis fragmentum legitur in noftro jam indicato Vaticano MS. Idem fragmentum infcriptum* Prologus Pfalterii *habemus beneficio ampliffimi Cardinalis Dominici Paffionei ex Apographo ipfius cura defcripto anno 1723, ex Codice x feculi Bibliotheca Bavaricæ; quod nobis fingulari humanitate una cum eximiis aliis vetuftatis ejus generis monimentis, ut hanc editionem locupletaremus, doctus Ecclefiæ Princeps communicavit: hinc notum volumus ad eum Apographum fpectare, quas ad hunce Prologum, aut Præfationem dicas, annotaturi fumus variantes lectiones.*

(2) *al.* exufcitare.

(3) *al.* Euftochio.

(4) *Antiquarii ofcitantia tribuendum quod hæc verba nulla intercapedinis diftinctione fuperioribus non jungantur, ut factum videmus in Apographo Codicis Bavarici.*

mata in hoc opere ſequi niſus ſum, non alii ex his [1] duobus, niſi emendationi ſuæ propter græcam cognationem, & ne nimia novitas faſtidium lectori generaret, adhæſi: & in hujus capite libelli ipſa græca cum ſua interpretatione concordante per omnia cum dictis Sancti Hieronymi, nota quidem ſuis propriis notis, ſicut & in corpore Pſalterii notata eſſe videntur, ſcribere curavimus.

Ut cum lector in Pſalmi quolibet loco notas variatas [2] repperit, cognito Pſalmi numero, de quo inquirit, nec non & ipſo loco, quem ſcire inhiat, quid pro ipſis prænotatis dicere debeat, vel qualiter in græco eadem reſonant, currens ad principium, in quibus univerſorum verborum notis diſſimilibus [3] prænotatum eſt diſtincta congeries, eodemque ſtatim, ſicut diximus, loco cognito, illud quod quærit invenire queat.

De [4] vitiis. Quatuor namque modis in Scripturis vitia esse videntur, idest, detractione, adiectione, mutatione, transmutatione.

Adjectione, ſicut eſt in primo Pſalmo ubi legitur: *Sed in lege Domini fuit voluntas ejus*: In hoc loco *fuit* non legitur in græco, nec etiam in latino Pſalterio, quod a beatiſſimo Hieronymo videtur eſſe emendatum. Detractione, ſicut eſt in ſexto pſalmo, ubi legitur: *lacrimis ſtratum meum rigabo*. In græco legitur ἐν δάκρυσί μου, ideſt *lacrimis meis*. Sicut quidem in græco, ita & in præfato Pſalterio Sancti Hieronymi habetur. Mutatione, ſicut eſt in quarto pſalmo ubi legitur: *a tempore frumenti*. In Græco pro *tempore* habetur ἀπὸ καρποῦ, ideſt, *a fructu*.

Nam tempus Græci καιρός dicunt, & in Sancti Hieronymi ſimiliter legitur: hoc eſt, *a fructu frumenti, & vini*.

Tranſmutatione, ſicut legitur in quinto Pſalmo, ubi legitur: *Domine deduc me in tua juſtitia*. In græco vero hæc verba ita reſonant κύ ὁδήγησον με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σοῦ, ideſt, *Domine deduc me in juſtitia tua*: Ecce nos ante dicimus *tua*, quam *juſtitia*: Græci vero [5] pro *juſtitia* dicunt *tua*. Sed ego tria illa vitia corrigere ſtudui; iſtud vero quartum, quod tranſmutatione fit, emendare neglexi, eo quod quamvis ipſum ordinem non habeat, tamen eadem verba ſervat.

In fine autem præfatiunculæ meæ, mi fratres dilectiſſimi, in quorum manibus iſte libellus verſabitur, exoro, ut non judicum, ſed amicorum

 animo

(1) *al.* duabus. (2) *al.* reppererit.
(3) *al.* per notarum eſt &c.
(4) *Quæ hoc loco & inſequentibus elementorum majorum formis diſtinximus in noſtro MS. uncialibus & minio tinctis litteris exarata leguntur.*
(5) *al.* poſt loco pro.

animo relegatis. Nam ſi præſumptionis forſitan animo judicio contentioſorum hoc feciſſe coniciar, profiteor me hoc non dijudicans a me eſſe factum, ut utrum tranſlatoris vitio, voluntateve, an ſcriptoris errore hæc inoleviſſe vitia videantur. Sed quia auctor laboris hujus Sanctus Hieronymus in hoc opere admonet dicens, quoſdam, qui eum, ut ei Pſalterium emendaret, rogitarunt. *Ergo & vos legite magis, quæ vera ſunt, ne dum additum ſuſcipitis, quod a Propheta ſcriptum eſt relinquatis*. Hoc namque fretus ego teſtimonio, nec non & aliis, quæ per ſingula narrare longum eſt, niſus ſum [1] ut in ore pſallentis magis veritas reſonet, quam carmen ſtrophorum. Quod ſi antiqui, qui Græcos non ſolum in veris, ſed etiam in falſis adſertionibus ſecuti, amore ipſorum decepti, æneſeos palmam ſunt conſecuti: cur, inquit, ego [2] qui ſanctum virum atque veraciſſimum fama exprobrationis maculer? immo eligo probra atque convicia ſuſtinere talem ſequendo patulum veritatis virum, quam gloriam atque honorem permanendo in deſidia habere torporis. Nonne ipſe S. Hieronymus in Præfatione ſua, quam in Pſalterio a ſe emendato ſcripſit, quia per aliorum editionem, hoc eſt Theodotionis, ſe emendaſſe Pſalterium profeſſus eſt, quia noverat ſine ictibus inter ſpinarum congeries inlæſa manu roſas eligere. Ego vero qui bovis [3] boſſum calco ſentem non ſentiens, ſed quaſi regium iter ſine offenſione calculorum ad finem uſque perveni.

Quod ſi de veritate, o lector, hæſitas dicendo quis ſcit, ut utrum vera an falſa hæc græca apud græcos habeantur? Lege, inquit, Pſalteria græcorum, quæ veracia eſſe doceberis; hoc tantum [4] præſcito quia in multis locis, ſicut ſuperius diximus, propter eos, qui juxta ſenſum ſuum dixerunt, diſſonantia ſibi eſſe videntur. Cognitis namque Boeticorum Pſalteriis, & ſi in ipſis fallente inertia aliquid plus minuſve, aut etiam aliter, quam græcus pronuntiat, in latinum tranſtuliſſe reperiar, placeat tibi Sanctus Hieronymus, cujus rimatibus intentus græca quaſi elaphus ſupergreſſus ſum, quia & ipſe in multis locis græca reſpuens Hebraicum ſecutus eſt fontem.

Quod ſi de Sancti Hieronymi veritate aliquid erroris paſſum me eſſe dicas, eo quod forſitan in ejus Pſalterio aliter ſonant, quam quod hic pronuntiata ſunt; conſideretur conſuetudo ſingularum provinciarum, quia unaquæque provincia ſibi proprium locutionis vernaculum poſſidet, ut quod una loquitur, alia ſe neſcire fatetur; ſicut in Paſſione Domini Petro dictum eſt: *Nam & loquela tua te manifeſtum facit*: Nonne omnes & qui tene-

(1) *al.* ut more.
(2) *al.* qui tam ſanctum &c.
(3) *al.* boſſã.
(4) *MS.* p̄ſcito.

tenebant, & qui tenebantur Hebræi erant? Sed ſicut diximus, [1] unaquæque provincia proprium ſibi vernaculum linguæ vindicat; habebat quidem Petri provincia in ſermonum locutione, quod illorum, quamvis Hebræi, ſicut & ille, erant, neſciebat.

Quod ſi de Græcis Latiniſque in hoc emendationis conamine me feſelliſſe perſpexeris, lector meus æquanimiter, rogo, accipies; quia ſicut in his, quæ mihi adlata ſunt, Pſalteriis repperi, [2] tranſcripſimus. Nam & dehinc rationem accipe, nonne & ipſe ſanctus Hieronymus in Præfatione ſua, quam ſcripſit in libro, in quo vita Monachorum Ægyptiorum ſcripta eſſe videtur, ita eum, cui tranſtulit, admonuit, dicens: *verum quia eloquentium virorum ſunt plurima latino ſermone conſcripta, quarum lectiones me expertum eſſe te etiam adſtruente teſtificor, ſi quid de illis, aut hic inſertum forte reppereris, aut minus eliganter expreſſum, ne meæ culpæ reputetur exoro, quia ſicut in dato mihi codice repperi ſcripta, ſic tranſtuli, licet neo ea me ſtudioſe poſuiſſe profitear.*

DE NOTIS.

Quinque ſunt notæ quas in hoc Pſalterio depinximus, ideſt,
I. ϴ, THETA.
II. ☩, PSI.
III. ☧, CHRISMON.
IV. ⁊, ET.
V.), DIASTOLE. [3]

DE NOTA ϴ. THETA.

I. Hæc quidem nota mortem ſignificat, quam Græci *Theta*, hoc eſt, *ἀπὸ τῦ θανάτυ*, ideſt, a morte vocant. Nam apud antiquos judices hanc litteram, ideſt ϴ, *thetam*, ad eorum nomina adponebant, quos mori judicabant. Unde & habet per medium telum, ideſt, ſignum mortis. Hac autem littera ego uſus ſum in his locis ubi ſuperfluum eſſe videtur, ut ſicut in judicialibus ſententiis eos, qui vivere non debebant, ſignificabat, ita & in his locis mortuum ſignificet, hoc eſt, ut non dicatur illud apud latinos, quod apud Græcos Hieronymumque non dicitur.

 DE

(1) *al.* quia unaquæque provincia &c.
(2) *al.* ita ſcripſimus.
(3) *Hac Diaſtole nota in MS. formam præfert illius, quam* virgulam *dicimus, ſed majoris quam ratio litterarum quibus exaratur, requirat; nos tum diſtinctionis commodo, tum ob aliquam ſimilitudinem in eam mutavimus, quam parentheſin vocamus.*

DE NOTA ⳨. PSI.

II. Secunda nota est quam Græci ⳨, *psi*, vocant, per hanc litteram Græci ψεῦδος, hoc est, *falsum*, scribunt. Ego quidem ea usus sum in his locis ubi mutatio esse videtur: ut sicut qui falsum dicit alteram rem pro altera nominat, ita & hæc nota falsitatem significet in his locis, ubi aliud sonat in latino, aliud vero in græco.

DE NOTA ☧. CHRISMON.

III. Tertia vero nota est quæ Chrismon ☧ nuncupatur, hæc quidem ex voluntate Scriptoris ad aliquid ponitur.

Ego quippe ea usus sum in his locis, ubi in latino minus habetur quam in græco consonanti Hieronymo, eo quod si ipsa nota altius consideretur apud Græcos per eam solam nomen Christi exprimitur, quia duæ litteræ, hoc est X, quam græci *chi* nominant, nec non P, quam ipsi *ro* nuncupant, quibus nomen Christi legitur, concatenatæ sibi in una videntur: unde apud illos *Monogrammon* dicitur, idest, *unalis scriptio*. Ideo autem ea usus sum in his locis, quæ superius diximus, quia Dominus in Evangelio dicit: *qui sequitur me non ambulat in tenebris*; *sed habebit lumen vitæ*. Nam ubi sunt majores tenebræ, quam ubi ignorantia esse videtur: unde etiam eum, quod facile non potest intelligi, a quibusdam obscurum solet dici.

Nam cum in tenebris ambulamus non possumus videre membra, quæ in domo sunt. Cum vero lumen accenditur, tenebræ quidem fugantur, & membra, quæ antea latebant, manifestabuntur. Sic autem & in his locis, ubi ea nota depicta esse videtur: cum sunt sine ea nota, qua nomen veri luminis, quod est Christus, nominatur; qui verum atque lucidissimum lumen esse firmissime creditur; tenebræ ac caligo ignorantiæ [1] ibi esse nullus ambigit: at ubi nomen Christi, qui inluminat abscondita, sonuerit, omnia lucidissime sine ullo obstaculo tenebrarum patebunt.

DE NOTA ⁊. ET.

IV. Quarta nota, quam in hoc Psalterio depinximus, figuratur ita ⁊, cujus nomen quo vocetur, quamvis non repperi, sed tamen in libris a Scriptoribus pro & conjunctione positam esse scio. Unde & ego ea simili

(1) *al.* ibi nullus esse ambigit.

ſimili modo in his locis uſus ſum ubi *καὶ*, ideſt, *&*, apud Græcos & ſecundum Hieronymum habetur.

DE NOTA), DIASTOLE.

V. Quinta eſt diaſtole), qua vero nota utuntur grammatici in his locis ad diſcernenda verba, quæ male ſibi cohærentia eſſe videntur.

Ego autem ea uſus ſum in his locis, quæ a duabus præfatis notis, id eſt Θ, *theta*, & Ψ, *pſi*, notantur, ut diſcernat ea verba uſque ad quæ loca ſuperflua, aut mutata eſſe notantur. Nam ceteris duabus notis hoc eſt ⁊ quæ, *&*, diximus ſignificare: nec non & ☧ *chriſmon*, quæ aliquid deeſſe præfati ſumus, oſtendit, hanc diaſtole notam non conjunximus, eo quod ipſæ duæ notæ prædictæ, quæ aliquid deeſſe oſtendunt, non ibi de mea verba ſpecialiter, quæ eſſe debeant, ſicut ceteræ, demonſtrant: in cujus ergo fine eam ponere debuimus, cujus verba ibi non leguntur?

Nunc autem voce ſupplici atque corde [1] invoco, prudentiam lectoris profuſius expoſco, ut in hoc Pſalterio nec addere aut mutare aliquid præſumat.

Quod ſi inſtigatus a cordis ſui ſenſu emendationis jure adiciendo, aut ſubtrahendo aliquid voluerit, peto, ut non præſumat illud prius facere, niſi prius legerit Pſalteria græca, nec non & latina, quæ a B. Hieronymo emendata eſſe pleniſſime ſcierit: quia & nos, qui hoc emendare curavimus, non prius auſi fuimus in hoc correctionis jus exercere, niſi ante ſcrutati fuimus græca atque latina, quæ, ſicut jam diximus, a S. Hieronymo eſſe emendata cognovimus; & tunc quid non in aliis locis, niſi in his ubi a græcis atque beato Hieronymo, in quantum ſenſi opitulante ſumma atque veraciſſima Trinitate, diſcordari, correctionis ſtudium exercui. Ea autem loca quamvis a Sancti Hieronymi emendatione ſeparata eſſe comperi, tamen, quia cum græcis conſonant, intacta reliqui. Ideoque quia Græcorum auctoritatem cognoſcens, eo quod ipſi auctores pene omnium ſcripturarum eſſe videntur; nec non & cauſa meæ provinciæ conſuetudinis, quod ſi emendaſſe contra morem priorum meorum, & græcorum auctorum, noxa præſumptionis, fateor, conicerer. Unde de ipſis locis, quæ diximus intacta reliquiſſe, unum e plurimis teſtimonium ad lectori ſatisſaciendum conferam, ſicut eſt in loco Pſalmi centeſimi quarti, ubi legitur: *quia exacerbaverunt verbum ejus*.

In græco vero ſimili modo legitur *ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτῦ*:

(1) *al. rectius* intento *pro* invoco.

τῦ : ὅτι, ideſt, *quia*, παρεπίκραναν, ideſt *exacerbaverunt*, τὺς articulum eſt accuſativi pluralis : λόγυς, ideſt, *verba* : αὐτῦ, ideſt, *ejus*.

Ubi vero inveni, quamvis a Græcis ſeparata, tamen cum Sancti Hieronymi dictis concordantur, cognoſcens auctoritatem Patris prædicti, quæ per omnem mundum ſummo cum deſiderio appetuntur, atque tenentur : nec non & cauſa meæ provinciæ moris; ne præſumptor contra talem ac tantum virum, & priorum meorum conſuetudinem reſpuens judicarer, inconcuſſa reliqui. Unde unius cauſa compendii e plurimis, & de his, ut lectoris ſtudio ſatagem, in medio proferam ſicut eſt in pſalmi trigeſimi quarti loco, ubi legitur : *Domine quis ſimilis tibi* : In Græco bis dicitur, *Domine Domine*, hoc eſt : Κύριε, Κύριε.

Cetera, ſicut diximus, non habentia auctoritatem, ſicut ſunt in his locis, quæ notata videntur, ſavente Domino emendavi.

PSALTERIUM

JUXTA DUPLICEM EDITIONEM

QVAM

ROMANAM DICUNT ET GALLICAM

VNA CVM

CANTICIS

EX DUPLICI ITEM EDITIONE

ET

HYMNARIUM

ATQVE

ORATIONALE

EDITIO AD VETEREM ECCLESIASTICAM FORMAM
EX ANTIQUIS MSS. EXEMPLARIBUS DIGESTA

PER

JOSEPH. MARIAM THOMASIUM

S. R. E. CARDINALEM

Implemini Spiritu Sancto, LOQUENTES vobifmetipfis in PSALMIS & HYMNIS & CANTICIS Spiritualibus, cantantes & pfallentes in cordibus veftris Domino. *Ex Epiftola ad Ephefios.*

Obfecro primum omnium fieri OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTULATIONES, GRATIARUM ACTIONES pro omnibus. *Ex Epiftola* I. *ad Timotheum.*

VEN. CARD. THOMASIUS
AD LECTOREM.

REDDITURI rationem conſilii noſtri de nova hac editione Pſalterii, a Pſalmorum ſive excellentia ſive utilitate exordiri, poſt præclaras hac de re SS. Patrum conſcriptiones, ſupervacaneum ducimus. Unum tantum & alterum impræſentiarum pio Lectori in memoriam revocari cupimus, contineri nimirum in Pſalmis Chriſti Voces & Preces, quemadmodum Evangelium, Apoſtolus, perpetuaque Eccleſiæ traditio perſpicue teſtantur. Et quid hoc ſublimius? Alterum vero in iiſdem Pſalmis, noſtrarum item Laudum ac Orationum formulas atque exemplaria contineri, plena dignitatis & utilitatis; ut quæ Deus ipſe tradidit, eas nobis ſuggerens preces, quas audire propitius & exaudire delectatur. Bonus ſane Magiſter noſtra ſui præconia; bonus Patronus noſtras apud ſe expoſtulationes; bonus Medicus qua nos ratione noſtros aperiremus ſibi languores; bonus Pater quibus ſe vocibus invocaremus, veluti ſyllabatim præ immenſa bonitate dictavit. Nec noſtra eſt hæc ſententia, ſed Patrum; ex quibus B. Auguſtinus in Pſalmum CXLIV. ait: *Ut laus, quam illi dicimus, habeat ordinem ſuum; ne forte aliquo exceſſu quem laudat offendat, melius iter laudis in Scriptura Dei quærimus, ne ab ipſa via nec in dexteram nec in ſiniſtram digrediamur. Audeo enim dicere charitati veſtræ, ut bene ab homine laudetur Deus, laudavit ſe ipſe Deus: & quia dignatus eſt laudare ſe; ideo invenit homo quemadmodum laudet eum &c.* Hæc S. Auguſtinus, qui idem de Oratione docet in Pſalmum LVI. inquiens: *Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. Audis Magiſtrum orantem? Diſce orare; ad hoc enim oravit, ut doceret orare, quia ad hoc paſſus eſt, ut doceret pati; ad hoc reſurrexit, ut doceret ſperare reſurrectionem.* Hactenus ſanctus ille Doctor.

Hinc intelligimus quam ſapienter docuerit Magnus ille Baſilius, in noſtris orationibus de ſanctis Scripturis decerpere quæ dicamus; ac ut petitis e Divina Scriptura laudibus Deum glorificemus. Hinc rurſum intelligimus quorſum S. Mater Eccleſia ex omni tribu & lingua & populo & natione conflata, diu noctuque certis Orationum temporibus, Pſalmos potiſſimum per quamvis ætatem conſtanter uſurparit, & nunc item uſurpet. Nam (ut ſcribit S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus cap. LVII.) quod Dominus dixit: *Oportet ſemper orare & non deficere*; & Apoſtolus: *Sine intermiſſione orate*, cum ſaniſſime ſic accipiatur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, cumulate orandi debito ſe ſatisfacere arbitratur Eccleſia, ſi Pſalmorum vocibus, Preces, Obſecrationeſque ſuas offerat Deo. Etenim in precibus atque obſecrationibus ſitam eſſe omnem Chriſtianorum orationem B. Hieronymus teſtatur in epiſtola ad Cyprianum. *Oratio*, inquit, *juxta Grammaticos, omnis ſermo loquentium eſt, cujus etymologiam ſic explicant. Oratio eſt oris ratio. In Scripturis autem ſanctis difficile Orationem juxta hunc ſenſum legimus; ſed eam quæ ad Preces, Obſecrationeſque pertinet.* Hæc ille, & quidem rectiſſime: nam in divinis Scripturis, ſeu Orationum voces, ſive Orationum præcepta atque exempla animadverterimus, Orationem ad preces ſemper obſecrationeſque pertinere ſine dubio comperiemus. Unde & Apoſtolus Timotheum Epiſcopum inſtruens, ſcribit: *Obſecro primum omnium fieri Obſecrationes, Orationes, Poſtulationes, Gratiarum actiones pro omnibus hominibus &c.* & ad Philippenſes ait: *In omni Oratione & Obſecratione cum Gratiarum actione, Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Ad quam Apoſtoli ſententiam Euſebius Pamphili, Epiſcopus Cæſarienſis, Pſalmos partite diſcriminat; cum qui ad Obſecrationem, qui ad Orationem, quive ad Poſtulationem, vel ad Gratiarum actionem pertineant, (ut infra videbitur) oſtendit. Agamus ergo gratias Domino Deo noſtro, *quia Spiritus*, ut ait Apoſtolus, *adjuvat infirmitatem noſtram; nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus*; tribuens (ut Eſther Regina petebat) ſermonem compoſitum in ore noſtro; ponenſque verba ſua in ore noſtro; atque immittens in os noſtrum Canticum novum, hymnum Deo noſtro.

Cum itaque in divino Pſalterio rite Deum laudare, recteque orare, præclare ediſcamus, quibus officiis nihil juſtius, nihil eſt ſalubrius homini Chriſtiano: *Vere enim novit recte vivere, qui recte novit orare*, ut ſcribit Auctor Sermonis XIII. de diverſis in Appendice tomi X. B. Auguſtini. Hinc ſane quanto nos ſtudio erga Pſalmorum librum afficiamur, aperte monſtratur. Utinam hoc in genere corda Patrum converterentur in filios; cum illos in ſacris Hiſtoriis adeo Pſalmis intentos legamus, ut omnem pene exiſtimationem noſtram excedere videantur. Ex quibus haud pigebit vel

vel aliquot hujuſcemodi Sanctorum exempla huc adducere, ut quorum geſta laudamus, eorum etiam actus imitemur.

Sæculo Chriſti IV. Sancti XL. Martyres Sebaſteni, multa paſſi, in carcerem conjecti, ab hora veſpertinali Pſalmodiam exorſi, ad mediam uſque noctem produxere. Cumque jam Pſalmis finem imponere vellent, ecce Salvator apparuit eis: *Bonum eſt,* inquiens, *initium veſtrum; ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Qua audita voce, pavore perculſi, reliquum noctis pervigiles tranſigerunt. En quantum Chriſto placuit, Pſalmos perpetua nocte cantari. Ad hæc tempora referri poteſt Abbas Iſidorus, qui erat Presbyter in Scithi, cujus hæc verba narrantur in Vitis PP. lib. v. Libello XI. interprete Pelagio. *Ego quando eram juvenis & ſedebam in cella mea, non habebam numerum Pſalmorum, quos dicebam in miniſterio Dei; nox enim mihi & dies in hoc expendebatur*.

Sæculo V. Admirandum ſane exemplar Pſalmodiæ reperimus in S. Patritio Epiſcopo, & Apoſtolo Hiberniæ, qui omni die Pſalterium integrum cum Canticis & Hymnis & Apocalypſi Johannis, ac ducentis orationibus Domino decantare ſolebat; noctis autem priorem partem ſub ducentis genuflexionibus, ac duobus quinquagenariis Pſalmorum; alteram vero partem aquis algidis immerſus, corde, ore, oculis aut manibus cælo infixus, cum tertio Pſalmorum quinquagenario, & multiplicatis orationibus percurrebat.

Sæculo VI. S. Merulus, ut ſcribit S. Gregorius Papa lib. IV. Dialog. cap. XLVII. vehementer lacrymis atque eleemoſynis erat intentus: Pſalmodia vero ex ore illius pene nullo tempore ceſſare conſueverat; excepto cum aut alimentum corpori, aut membra dediſſet ſopori. S. Kentigernus Epiſcopus Glaſcuenſis in Scotia, noctu modico hauſto ſopore, nudus in aquis frigidis immerſus, totum Pſalterium decantare ſolebat. S. Maurus Abbas, S. Benedicti diſcipulus, ſemper Nocturnos vigilando prævenire hymnos procurabat, plerumque quinquagenos, ſæpe etiam centenos Pſalmos, nonnumquam vero totum ex ordine Pſalterium ante nocturnalem conſummabat Synaxim. S. Vvinuvaloeus Abbas in Brittania Armorica, ter quotidie quinquagenos Pſalmos pſallebat, modo in Crucis figuram, modo flexis genibus.

Sæculo VII. S. Egbertus Monachus in Scotia, peſte correptus, inter alia vovit, quod præter ſolemnem canonici temporis Pſalmodiam (ſi non valetudo corporis obſiſteret) quotidie Pſalterium totum in memoriam divinæ laudis decantaret, ſicque a peſte convaluit; ut refert Beda lib. III. hiſtor. Eccleſ. cap. XXVII.

Sæculo VIII. Flaccus Albinus ſive Alchuvinus Levita & Abbas, Caroli

roli Magni Magister, juvenis quidem Psalmorum modulationem secretam haud tantum amavit, quantum lectionem aliam; sed jam senex, doctrina pietateque instructior, nullatenus eorum decantatione saturari poterat.

Sæculo IX. S. Gregorius Acritensis, Monachus factus, tota vita sua, noctu dolium, quod in horto stabat aqua repletum, nudus ingressus, ibi Psalterium recitabat.

Sæculo X. Marinus vitæ sanctitate & severiore disciplina in finibus Venetorum celebris, Psalterium per dies singulos totum canebat: qui plerumque de cella exiens una cum discipulo suo S. Romualdo, passim per latitudinem eremi psallendo spatiebatur; nunc sub ista arbore vicenos, nunc sub illa tricenos vel quadragenos concinens Psalmos.

Sæculo XI. S. Volboldo Episcopus Leodiensis, diebus singulis antequam divina celebraret Mysteria, de integro perorabat Psalterium. S. Leo Papa IX. inter Pontificalium curarum ærumnas, noctu paululum somni insumebat, reliquum noctis spatium cum integri decantatione Psalterii, cum innumera genuum flexione decurrebat. Idem quoque Psalterium per singulos dies repetebat cum divini oblatione Sacrificii. S. Vvlobanus Episcopus Vvigornensis, ascenso equo Psalterium incipere, nec pausam nisi ad finem facere consuevit: ac ubicumque jaceret, staret, vel ambularet, semper in ejus ore Psalmus, semper in corde Christus erat.. Admirandum item Psalmodiæ exemplum in beato Dominico Loricato suspicimus, de quo adhuc superstite B. Petrus Damiani hæc scribit: *Hanc autem continua vita consuetudinem indifferenter habet; ut vix dies ulla prætereat, quin duo Psalteria modulando, utraque manu scopis armata, nudum corpus allidat. Et hoc remissiori quidem tempore: nam Quadragesimalibus circulis, sive cum pœnitentiam peragendam habet (crebro enim centum annorum pœnitentiam suscipit) tunc per dies singulos dum se scoparum tunsionibus afficit, ut minus tria Psalteria meditando persolvit. Centum autem annorum pœnitentia (sicut ipso auctore didicimus) sic expletur. Porro cum tria scoparum millia, unum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant; decem autem Psalmorum modulatio (ut sæpe probatum est) mille scopas admittat, dum centum quinquaginta Psalmis constare Psalterium non ambigitur, quinque annorum pœnitentia in unius Psalterii disciplina, recte supputantibus invenitur. Sed sive quinque, vicies ducas; sive viginti, quinquies; centum faciunt. Consequitur ergo, ut qui viginti Psalteria cum disciplina decantat; centum annorum pœnitentiam se peregisse confidat*: Et paulo inferius: *Quadam die post vesperam cellulam meam ingressus: Magister, inquit (hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate compellat) hodie feci quod hactenus me fecisse non memini, octo nempe Psalteria inter diem & noctem modulatus explevi. Videbatur autem tunc totus vultus ejus ita scopis attritus*

ac

ac sulcantibus quibusdam vibicibus livefactus, tamquam si pila fuerit (ptisanarum videlicet more) contusus. Psalmodia sane illi idcirco tam facile provenit, quia non tam verba (ut ipse asserit) lingua perstrepente revolvit, quam sensum mentis vivacitate percurrit. Idem quoque B. Petrus Damiani de suis Eremitis Fontis Avellani hæc scribit: *De Psalmodia vero hæc consuetudo est, ut cum duo simul commorantur in cella, duo persolvant in die Psalteria; unum pro vivis, alterum pro defunctis. Et illud quidem quod est vivorum, cum illis dicitur additamentis, quæ B. Romualdus apponit: quæ etiam nos non gravemur inserere; ne nos, conqueratur forte novitius, quæ sibi magnopere noscenda sunt, præterisse. Decursis plane quinque Psalmis, protinus subinfertur: Gloria tibi Trinitas æqualis, una Deitas, & ante omne sæculum, & nunc, & in perpetuum. Orate pro nobis omnes Sancti Dei, ut digni efficiamur promissionibus Domini Dei nostri Jesu Christi. Pater noster. His expletis mox subditur: Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Et evolutis aliis quinque Psalmis, tunc dicitur: Te Deum Patrem ingenitum, te Filium Unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam & individuam Trinitatem toto corde & ore confitemur, laudamus, atque benedicimus, tibi gloria in sæcula. Amen. Domine Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Confundantur & revereantur inimici mei, qui quærunt animam meam. Adjutor meus & liberator meus esto. Domine ne tardaveris. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Quo finito rursus dicitur: Adjutorium nostrum in nomine Domini. Hæc igitur per quinquenos Psalmos alternatim semper adduntur, donec Psalterium cum tribus Dominicalibus, nec non & totius hebdomadæ Canticis expleatur. His etiam non neglectis, quæ in fine Psalterii videntur adjecta, videlicet, Te Deum laudamus. Nunc dimittis Domine servum tuum. Duobus Symbolis. Gloria in Excelsis Deo. Pater noster, cum Fide Catholica. Postremo Litaniæ cum orationibus. Hæc omnia consueto fine concludunt. Psalterium vero pro defunctis cum novem lectionibus dicitur; tribus nimirum per quinquagenos Psalmos. Qui autem solus moratur frater, Psalterium quidem vivorum totum per singulos dies adimplet; defunctorum autem sive medium, sive totum, juxta quod virium possibilitas administrat. Horarum autem Psalmodia Canonica, omnino sicut fit in Monasterio; ita hic per ordinem nihilominus tota persolvitur.*

Sæculo XII. S. Stephanus (qui postea Monachus & Abbas fuit Cisterciensis) adhuc juvenis integrum Psalterium singulis diebus devote decantabat, nec ullis occupationibus, distractionibus, nullisque negociis potuit impediri. Romamque proficiscens sacra Limina visitaturus, inter ipsa viarum incommoda, naturæ obsequia, charitatisque opera, decantando Psalteria (Clerico sibi socio alternis respondente) locum & tempus inve-

inveniebat. S. item Aybertus Presbyter Ordinis S. Benedicti, Psalterium ante Matutinas semper psallére consuevit.

Sæculo XIV. B. Mauritius Hungarus Ordinis Prædicatorum, quotidie integrum Psalterium, VII. Psalmos cum Litaniis, XV. Psalmos Graduales cum aliis privatis orationibus persolvebat: quæ omnia si non die, vel de nocte vigilans complebat.

Sæculo XV. S. Antoninus ex Ordine Prædicatorum Archiepiscopus Florentinus, ter in qualibet hebdomada, itemque in solemnibus Festis integrum Psalterium dicere consueverat, omnesque penitus Psalmos memoriter recitabat. B. Coleta reformatrix Ordinis S. Claræ, signanter inter orationes vocales & mentales, singularem gerebat devotionem ad Psalterium, & ad VII. Psalmos Poenitentiales cum Litaniis, & numquam a juventute, occupationibus quibuscumque non obstantibus, omisit illa dicere. Cum vero pervenerat ad finem Psalterii, genuflectens humiliter & reverenter coram Deo, præsentabat illud munus exiguum; quatenus illud gratum acceptumque reciperet.

Plura fortasse diximus, quam quæ contractioris Præfationis ratio exigebat; verum non inutilia tempori quo vivimus: frigescente namque charitate, ea instant periculosa tempora, quibus homines prurientes auribus, ad nova quæque declinabunt; pietatis quidem speciem (ut dicit Apostolus) habentes, virtutem autem ejus abnegantes. Utinam & nos juxta antiquæ probitatis exempla, in exterioribus saltem operibus Psalmos frequentemus, vel priscos Palæstinæ agricolas imitantes, de quibus B. Hieronymus scribit: *Arator stivam tenens, Alleluja decantat: sudans messor, Psalmis se avocat: & curva attendens vites falce vinitor, aliquod Davidicum canit. Hæc sunt in hac Provincia carmina, hæ, ut vulgo dicitur, amatoriæ cantiones*. Cæterum, integrum quotidie Psalterium, Majorum nostrorum quamplurimos jugi meditatione (ut B. Hieronymi verbis utar) decantasse (nam & privatim etiam in usu fuisse vocis modulationem in Psalmis, innumera Sanctorum documenta demonstrant) de prioribus quidem Sæculis B. Benedictus in sua Regula; de posterioribus vero Prudentius quidam Episcopus luculente testantur: cujus postremi in (1) Prologo ad suum opusculum m. s. in Bibliotheca Vaticana, inscriptum: *Flores Psalmorum*, hæc sunt verba: *Et licet sint plures imitantes SS. Patrum exempla (quod experimento didicimus) qui omni videlicet die in divinis laudibus totum complent Psalterium &c.*

Tanto ergo Patrum erga Psalterium studio incitati, aliquid de nostro

(1) *Modo edito una cum ipso Opusculo ex Cod. MS. Vat. 84. cura Josephi Blanchini Operum Thomasii tom. 1. Parte II. pag. 464. & sequentibus.*

ſtro labore contulimus, quo nova pararetur Pſalmorum editio, ad veterum Codicum exemplaria apte diſpoſita; qua nimirum & legentium tum apertiori intelligentiæ, tum ferventioribus affectibus (quantum libelli geſtatorii brevitas patitur) conſuleretur. Quod operis in tres potiſſimum partes digeſſimus, ut Prima Præfationes non minus ad eruditionem, quam ad lectorum inſtructionem; Secunda Pſalterium ipſum; Tertia tandem Cantica Conſuetudinaria (ut Veteres nuncupabant) aliaque hujuſmodi inſtituto congrua contineret. De quibus ſingillatim hic paucis admonebimus lectorem.

PArs prima, ætatum ordine ſervato, Euſebii (qui a beato Pamphilo Martyre cognomentum ſortitus eſt) Epiſcopi Cæſarienſis Hypotheſes de Pſalterio primum exhibet, quæ in vetuſtiſſimo Bibliorum Codice Alexandrino græce repertæ, relatæque in Bibliis polyglottis tom VI. latina interpretatione vel a nobis confecta vel recenſita prodeunt, Qua in explicatione, quantum fieri potuit, ſectati ſumus antiquam latinam verſionem, quam nacti ſumus in Codice m.s. Vaticano, & in m.ss. Bibliis Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres, in quibus vel ſub S. Hieronymi, vel etiam nullo inſcripta nomine, aliquot earumdem Hypotheſeon & Argumentorum fragmenta deliteſcunt. Acceſſit veluti neceſſaria Appendix, ejuſdem Euſebii fragmentum aliud ex ejuſdem interpretatione in Pſalmum XXV. a Catena græca L. Pſalmorum, latine edita a Daniele Barbaro electo Patriarcha Aquilejenſi, & ab Antonii Agellii Epiſcopi Acernenſis Commentariis in Pſalmos excerptum; quo nimirum fragmento perſpicue oſtenditur quæ mens Euſebii fuerit, cum plures Pſalmos, Obſecrationis, aut Orationis, vel Poſtulationis ſeu Interpellationis ſive Expoſtulationis, aut Gratiarum actionis diſcrimine, juxta B. Pauli Epiſtolam ad Timotheum prænotat. Quibus de diſcriminibus ſic ſcribit Theodoretus Epiſcopus Cyri: *Obſecratio quidem eſt ſupplicatio, ut a malis aliquibus & moleſtiis liberemur. Oratio autem eſt bonorum petitio. Interpellatio autem eſt accuſatio eorum, qui nos injuria afficiunt: eſt autem nobis colluctatio non adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus Principatus, adverſus Poteſtates, adverſus Principes hujus ſæculi, adverſus Spiritalia nequitiæ in cæleſtibus: adverſus eos juſtum Judicem interpellamus, & juſtum auxilium petimus. Gratiarum autem actio Deo offertur pro bonis, quæ nobis prius obtigerunt.* Hæc Theodoretus.

II. Loco ponitur celebre apud veteres omnes Opuſculum B. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini de libro Pſalmorum, quod B. Hieronymus appellare videtur in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum: *De Pſalmorum Titulis*. Quo de ſcribit Caſſiodorus lib. de Inſtitutione divinarum literarum

Cap.IV.

cap. IV. *Legendus est etiam libellus Athanasii Alexandrinæ Civitatis Episcopi; quem Marcellino post ægritudinem in locum refectionis dulcissimæ destinavit; qui inscribitur: De libro Psalmorum; ubi diversa commonens, virtutem Operis ipsius minutissima discussione patefecit; diversos hominum casus cum suis remediis suaviter introducens*. In Synodo item Nicæna secunda fit mentio hujus Opusculi in fine Actionis sextæ his verbis: *Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissime nobis in Epistola ad Marcellinum (quam præposuit libro interpretationum Psalmorum) differit, dicens: Librum Psalmorum aliquis assumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis Scripturis, admiratus & adorans, enarrat*. Hujus opusculi editionem latinam repertam in libro m. s. licet non admodum vetusto, Bibliothecæ Vallicellanæ proferimus, ad Græcum tamen exemplar utcumque recensitam & emendatam.

III. In ordine sequitur S. Basilii Archiepiscopi Cæsariensis Prologus in librum Psalmorum, qui græce in Homilia in I. Psalmum extat inter ejus Opera edita. Porro versionem latinam antiquam & elegantiorem damus, quæ alias sine Auctoris nomine, ante S. Augustini excusa in Psalmos commentaria circumfertur. Cui Prologo capitulum aliud subnectitur ex Regula ejusdem S. Doctoris, nostro instituto valde congruum.

IV. S. Johannis Chrysostomi Archiepisc. Constantinopolitani dicta de Psalterio, selecta ex ejus Operibus jam editis.

V. Epistola B. Hieronymi Presbyteri ad Paulam & Eustochium est apposita, quæ de ejusdem emendatione Psalterii, deque Obelorum & Asteriscorum additione lectorem satis instruit. Hac tantum hujus beatissimi viri Epistola contenti fuimus; nam alias quæ in m. ss. Codicibus Psalterio præmittuntur, inter ejus Opera facile quisque reperiet. Sunt autem Epistola ad Suniam & Fretelam, quæ incipit: *Vere in vobis Apostolicus & Propheticus sermo &c.* Item ejusdem ad Sophronium, quæ incipit: *Scio quosdam putare Psalterium &c.* Item ad Paulam & Eustochium, quæ incipit: *Nudius tertius cum* CXVIII. *Psalmum &c.*

VI. Loco dicta aliquot S. Augustini Episcopi Hipponensis promuntur, quæ ad spiritalem Psalmorum intellectum assequendum maxime conducunt.

VII. Nicetæ Episcopi de Bono Psalmorum fragmentum, quod in vetustissimis quidem exemplaribus, sive S. Hieronymo vel B. Augustino, sive S. Theodosiæ Martyri adscriptum; hic suo Auctori vendicatum ex Spicilegio veterum Scriptorum edito a L. Ducherio, exhibetur. Integrum Opusculum manuscriptum in Codice Vaticano num. 5729. reperitur, edito multo locupletius; quod hic totum edere libelli angustia non permisit.

VIII. SS.Gre-

VIII. SS. Gregorii Papæ, Marcelli Abb. & S. Bernardi Abb. dicta de Psalterio, ex eorumdem libris editis.

IX. Adducitur Prologus sive Origo Prophetiæ David Regis Jerusalem in libro Psalmorum CL. prout in manuscriptis exemplaribus, & in Psalterio scripto sub Carolo Magno apud Lambeccium tom. II. Bibliothecæ Cæsareæ, & apud Bedam extat.

X. Florentii Georgii & Gregorii explicatio de Titulis Psalmorum ex m. ss. Vaticanis nunc (quantum quidem scimus) primum prodit. Quinam vero hi fuerint, non est hoc loco divinandum.

XI. & XII. Consequitur Interpretatio Nominum Hebræorum, quæ habentur in Psalterio, & interpretatio artis cantilenæ, vel specierum singularium, vel nominum, quæ commemorantur in Psalmis: quæ omnia tomo VII. Bedæ Presbyteri extant, a S. Hieronymo potissimum & Cassiodoro decerpta. Porro quantum commodi hinc hauriant fideles testatur B. Augustinus, qui vel hujusmodi adjumentis quemque proficere posse in Scripturis sanctis arbitratur lib. II. de Doctrina Christiana cap. XXXIX.

XIII. Collectio argumentorum in Psalmos, quæ hinc illincque præsertim ex m. ss. Codicibus excerpta, ne antiquitatis fragmenta perirent, collegimus. Cæterum cum in his animadverterit lector, *Lege ad Evangelium Matthæi, ad Genesim, ad Esaiam &c.* meminerit oportet priscæ consuetudinis, qua inter Missarum solemnia post lectiones veteris vel novi Testamenti, ante lectionem vero Evangelii, integer Psalmus a toto Ecclesiæ cœtu respondebatur; propterea nuncupatus ab antiquis Psalmus Responsorius. Qui sane mos per totum Occidentem ad VI. usque Sæculum perduravit: quem & in Romana item Ecclesia fuisse constat ex serm. I. S. Leonis Papæ. Respondebatur autem Psalmus (ut loquitur S. Ambrosius) hoc ritu. Lector stans in Ambonis gradu, Psalmi titulo præmisso, mox Psalmum ipsum præcinebat, quem per singulos quosque versus totus Ecclesiæ Cœtus respondebat, hoc est, repetebat: repetebat autem integros ipsos versus, haud postremas tantummodo Versuum clausulas: sic totus ipse Psalmus, Lectore præcinente, ad finem usque perducebatur. Hujusmodi Psalmorum Responsoria, sive responsiones non modo publice in Ecclesia, sed etiam privatim domi usurpari solita ostendit S. Augustinus lib. IX. Confess. cap. XII. Qui nam autem Psalmi ad Missam specialiter responderentur, licet id totum Episcoporum arbitrio delatum esset; tamen qui aptius certis quibusdam lectionibus magis convenirent Majores nostros adnotasse, ex his argumentis aperte colligimus.

XIV. Tandem concludit hæc omnia Notitia distributionis Psalmorum

rum & Canticorum, juxta antiquiorem psallendi morem Ecclesiæ Romanæ, ex antiquis monumentis excerpta. Codices manuscripti, quibus usi sumus, hi fuere præcipui. Ex Archivo Vaticano, Antiphonarius nocturnus & diurnus [1] sign. num. 14. & aliis. Ex Bibliotheca Vallicellana Ordo Romanus conscriptus (ut videtur) ad annum Domini M. Ex Monasterio S. Galli Ordo Romanus scriptus (ut conjicimus) ad finem IX. Sæculi, cujus exemplum illinc benigne fuit nobis communicatum.

DE SECUNDA PARTE.

PRæfationes excipit Psalterium ipsum ex duplici Editione, quam Romanam, & Gallicam appellant. Harum utraque est juxta LXX. Interpretes; utraque a S. Hieronymo correcta: prior quidem Romæ S. Damasi Papæ jussu; altera vero Bethleem, Paula Matrona, ac Eustochio virgine ejus filia instantibus; utraque tandem in Ecclesiis frequentata. Et Romana quidem Editio ad illam veterem latinam interpretationem pertinere, non levi conjectura creditur; quam B. Augustinus lib. II. de Doctrina Christiana cap. XV. Italam appellavit. Hanc B. Hieronymus se emendasse testatur in Præfatione secundæ correctionis in Psalterium, quam Paulæ & Eustochio destinavit, & lib. II. Apologiæ in Ruffinum, ubi inquit: *Psalterium quoque, quod certe emendatissimum juxta Septuaginta Interpretes nostro labore, dudum Roma suscepit &c.* Eam usurpavit jam tum Roma, Italia, Gallia, Hispania, totusque Occidens, uti in Patrum Conciliorumque veteribus monumentis animadvertere licet. Primi, qui ab hac vetere Editione discessere, fuerunt Galli, qui alteram B. Hieronymi Editionem obelis & asteriscis additionibusque ex Theodotione desumptis condistinctam, priori prætulerunt post S. Gregorium Turonensem Episcopum, qui illam (ut scribit Vualfridus Strabo de rebus Ecclesiasticis c. XXV.) a partibus Romanis mutuatam, in Galliarum dicitur Ecclesias transtulisse, unde & Gallica dici cœpit. Ex Galliis mox in Germaniam facile commigravit, ipsomet Vualfrido scribente: *Galli & Germanorum aliqui secundam emendationem, quam Hieronymus Pater de* LXX. *Editione composuit, Psalterium cantant*. Hispania ad S. usque Gregorium VII. Romana Editione indubitanter usa creditur: nam ad id usque temporis proprium Ritum constanter tenuit, quem Mozarabicum dicunt, in quo Psalmi ex Romana Editione continentur: quin etiam nunc ubi Ritus ille adhuc in Hispania viget, juxta eamdem Editionem psalli-

(1) *Intellige juxta veterem Archivi illius recensionem: in præsenti unicum exstat in eodem Archivo Antiphonarium signatum B. 87.*

psallitur. Quæ post x. Christi Sæculum & in Italia ipsa sensim commutari cœpit: nam cum S. Franciscus suis Fratribus præceperit secundum Ritum Ecclesiæ Romanæ divina peragere, excepto Psalterio; hinc discimus, per id tempus in Umbria Romanam Editionem obsoluisse. Res inde eo deducta est, ut sub Sixto IV. Roma tantum ejusque Districtus (continentia scilicet Urbis quaquaversum ad XL. lapidem protensa) Romanam Editionem retinuerint: extat enim in Archivo Canonicorum Basilicæ Liberianæ S. Mariæ ad Præsepe Psalterium Romanæ Editionis, hac inscriptione prænotatum: *Ad honorem Omnipotentis Dei, & gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris ejus, Incipit Psalterium ad usum venerabilium Dominorum Canonicorum Venerabilis Basilicæ & Ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Urbe, secundum consuetudinem Clericorum Romanæ Urbis ejusque Districtus &c. Quodque Psalterium scriptum, & illuminatum fuit sumptibus & expensis nobilissimæ Dominæ, Donnæ Caredonnæ de Anibalis de Urbe, tempore Archipresbyteratus Reverendissimi Domini, Domini Guillelmi de Estoutevilla Episcopi Hostiensis, Cardinalis Rothomagensis, ac Sanctissimi Domini nostri Sixti Papæ Quarti Camerarii dignissimi, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, tempore Sanctissimi Domini, Domini Sixti Papæ Quarti, Anno vero ejus nono &c.* Tandem ex decreto sacrosancti Concilii Tridentini, Romano Breviario ad communem fere omnium Ecclesiarum usum restituto, Editio Gallica Psalmorum, quæ jam pene communis erat, una cum novo Breviario in Urbis Ecclesias primum est illata. Clerici tamen Vaticanæ Basilicæ S. Petri hujus Romani Psalterii usum a Majoribus traditum, tum ob antiquitatis auctoritatem, tum quia ex eo præclara testimonia ad Fidei Catholicæ confirmationem desumi possunt, quæ supervacaneum est congerere; summo studio, & omni conatu (beato Pio V. Pontif. Max. consentiente & approbante) integrum ac inviolatum retinuerunt, & usque impræsentiarum religiose servant. Quamvis autem hæc Editio Romana in Breviario Romano non extet in ipso Psalmorum, Canticorumque contextu; adhuc tamen in eo custoditur, ut etiam in Missali Romano, in Antiphonis & Responsoriis, ex ea antiquitus conflatis. Hæc dicta sufficiant pio Lectori de duplici Editione Romana atque Gallica. Cæterum Textus Psalmorum Romanæ Editionis prodit juxta Psalterium Romæ anno MDCLXIII. excusum, cum vetustissimis (ut ibi dicitur) Exemplaribus manuscriptis summa cura collatum; & primariæ, antiquæ, veræ, ac genuinæ lectioni restitutum. Horum Psalmorum vero Tituli ex m. ss. Codicibus & Cassiodoro, quantum quidem licuit, sed non quantum oportebat, ac optabamus (cum id rei plures oculatioresque viros, ac ipsos manuscriptos Codices ad manus haberi exigeret) sunt excerpti. Quam amplio-

ampliorem diligentiam desiderari in obelorum, asteriscorum, ac Diapsalmatum additione, versuumque distinctione in utraque Editione, ingenue fatemur. Specimen certe dedimus, ut quod in votis erat, aperta simul via, cura laboreque absolutiore alii accuratius præstarent. At Textus Editionis Gallicæ adamussim ad Bibliorum Xysti V. & Clementis VIII. emendationem profertur. Versus, stellula ad summam literam apposita, condistinctos lector deprehendet; commodior enim distinctionis notula non occurrebat, quæ in m. ss. Codicibus, puncto, & lineola dextrorsum prominente, ut plurimum conspicitur. Porro Nomina Dei, vel Domini ubicumque majusculis characteribus sunt expressa, indicant, iisdem locis ineffabile Tetragrammaton Dei Nomen in Hebræis voluminibus correspondere, sicut & Salutaris, sive Salvatoris, aut Christi Nomen majusculis item literis excusum; illud quidem Jesua, hoc vero Mesiah in Hebræo haberi non exiguo mysterio insinuat.

Psalmis singulis singula sunt præposita Argumenta, prout in plerisque m. ss. Codicibus, ex Cassiodori potissimum latioribus dictis haud indocte arctata, exhibentur. Orationes item Psalmis quibusque juxta vetera Exemplaria subjunximus. Harum solemnis fuit usus apud antiquos. De precibus namque ad unumquemque Psalmum deferendis meminit S. Athanasius Episcopus Alexandrinus in Regula de virginitate servanda ad Virginem, cum scribit: *Tot Psalmos dices, quot poteris; & ad quemlibet Psalmum Preces & genuum inflexio cum lacrymis addatur, pronunciando Domino peccata tua, orandoque ut tibi remittantur: & post tres Psalmos absolutos, dices: Alleluja*. Cassianus vero hunc plenissime ritum explicat lib. II. de Institutis Renunciantium lib. II. cap. V. *Quotidianos* (inquit) *Orationum ritus volentibus celebrare, unus in medium Psalmos Domino cantaturus exurgit. Cumque sedentibus cunctis (ut est moris nunc usque in Ægypti partibus) & in Psallentis verba, omni cordis intentione defixis, undecim Psalmos, Orationum interjectione distinctos, contiguis versibus, parili pronunciatione cantasset; duodecimum, sub Alleluja responsione, consummans; ab universorum oculis repente subtractus, quæstioni pariter & cæremoniis finem imposuit*. Item cap. VII. *Has igitur prædictas Orationes hoc modo incipiunt atque consummant, ut finito Psalmo non statim ad incurvationem genuum corruant, quemadmodum facimus in hac regione nonnulli, qui nedum bene finito Psalmo in orationem procumbere festinamus,* [1] *ad celeritatem Missæ quantocitius properantes. Apud illos ergo non ita est, sed antequam flectant genua paulisper orant, & stantes, in supplicatione majorem temporis partem expendunt. Itaque post hæc, puncto brevissimo*

(1) Ad celeritatem & *quidem recte, non vero* ad celebritatem *ut quidam minus bene legendum duxerunt. Vide Alardi Gazæi Commentarium in hunc locum, Cassiani Operum pag. 27. editionis Atrebatensis elaboratæ pro anno millesimo sexcentesimo vicesimo octavo.*

vissimo procidentes humi, velut adorantes tantum Divinam clementiam, summa velocitate consurgunt, ac rursus erecti, expansis manibus, eodem modo, quo prius stantes oraverant, suis precibus intentius immorantur. Cum autem is qui orationem collecturus est, e terra surrexit, omnes pariter eriguntur, ita ut nullus, nec antequam inclinetur ille, genuflectere; nec cum e terra surrexerit, remorari præsumat, ne non tam secutus fuisse illius conclusionem qui precem colligit, quam suam celebrasse credatur.

Porro hujusmodi Orationes post quemlibet Psalmum Occidentales olim usurpasse, Cassianus ipse, cæteræque priorum Patrum Regulæ satis ostendunt. Harum autem Orationum, quas hic edimus, Auctorem si quis quærat, illud sane respondere oportebit, antiquum quidem illum esse, at nobis ignotum. Nametsi S. Leander Episcopus Hispalensis, in toto Psalterio duplici Oratione editiones conscripserit, teste Isidoro de Viris Illustribus; ac Tonantius Palentinus Episcopus Orationum libellum de omnium proprietate Psalmorum confecerit, ut scribit Ildephonsus de Viris item Illustribus; eorum tamen Orationes ex Psalmis eas omnino censemus, quas in Breviario totius olim Hispaniæ, quod Mozarabicum vocant, ad hanc usque diem legimus, in quo ex eodem Psalmo plures Orationes habentur; longe tamen ab his nostris quo ad omnia diversæ. Neque harum Parentem autumamus S. Vvolbonem Episcopum Leodiensem, de quo in ipsius actis dicitur, quod Psalterium propria manu scripserit, unicuique Psalmo compositam ex eodem, & a se dictatam subjiciens Orationem: nam præterquam quod forte antiquiora sunt eidem Sancto exemplaria manuscripta, quæ nacti sumus, certe Gallicam Psalterii Editionem, quæ per id tempus apud Belgas in usu erat, ipsum secutum; secus ac nostrarum Auctor fecerit, Romanam sectatus Editionem, quisque prudens existimabit.

DE TERTIA PARTE.

Psalterium sequuntur Cantica, Orationibus quidem e vetustis Codicibus, Argumentis vero ex antiquis Auctoribus, maxime vero ex S. Hieronymo confectis, illustrata. Et primo sane loco celeberrimum trium Puerorum Canticum ponitur, quod Benedictiones nostri appellavere Majores. Hujus editionem veterem damus ex vetustissimo Psalterii Codice quadratis literis supra nongentos annos (ut arbitramur) scripto, [1] in Bibliotheca Reginæ Sueciæ servato. Consequuntur mox Cantica Consuetudinaria, sicut per hebdomadam psallit Ecclesia Romana, duplici item

(1) *Nunc temporis in Vaticana Alexandrina sign. num. 11.*

item (ut in Pſalterio factum eſt) Romana nimirum , ac Vulgata editione diſpoſita . Tertiam Editionem item antiquam in Cantico Ezechiæ & Annæ, vetuſtiſſimus ille Codex Reginæ Sueciæ ſupralaudatus ſuppeditavit .

Conſuetudinariis Canticis expletis alia ponuntur , in quibus vetus editio Cantici Eſaiæ de Vinea , ex Antiphonario Romano m. ss. in Vigiliis Paſchæ , & Breviario Mozarabico eſt accepta . Canticum : *Ecce Civitas* , habetur in eodem Breviario Mozarabico . Canticum : *De nocte* , ex præfato Reginæ Sueciæ Codice , m.ss. Vaticanis , & Breviario Mozarabico . Cantica : *Illuminare* , & , *Gaudio lætabuntur*, ex editione , quæ in Commentariis S. Hieronymi in Eſaiam proſtat ; nam in Codice Reginæ Sueciæ ex editione tantum Vulgata ſcripta reperiuntur . Canticum : *Lætare Jeruſalem* , ex Breviario Monaſtico m. s. Bibliothecæ Vaticanæ num. 85. deſumpſimus . Canticum Hieremiæ : *Memento Domine* , extat in eodem Codice Reginæ Sueciæ , & Breviario Mozarabico . Canticum Jonæ : *Clamavi ad Dominum* , ex m.ss. Bibliothecæ Vaticanæ . Canticum Azariæ : *Benedictus Domine* , & Judith juxta veterem editionem , & aliud : *Domine qui habitas* , ex ſupradicto Codice Reginæ Sueciæ , quorum poſtremum extat etiam in Breviario Mozarabico . Hymnus trium Puerorum ex m. s. Antiphonario S.Gregorii Bibliothecæ Angelicæ apud S. Auguſtinum hic in Urbe deſcriptus eſt . Symbolum Nicænum , & alterum Conſtantinopolitanum referuntur ex Concilio Romano ſub S. Martino Papa , Secretario IV.

Hæc ſunt , de quibus vel generatim de tota hac Pſalmorum Canticorumque ſyntaxi præmonitum Lectorem volumus : nam de minimis quibuſque rationem reddere , ingens volumen expoſceret . Reſtat ut Lector agnoſcat , priſcas nos eſſe ſecutos [1] Poſituras , ut antiqui Grammatici dicunt , ſive diſtinctiones , ut plena nimirum ſententia per punctum ad ſummam literam ſive ad caput literæ ; ſemiplena per punctum ad imam literam ; ſuſpenſa vero per punctum ad mediam literam appoſitum diſtingueretur : eam nobis rationem propoſuimus , etſi forte id haud recte fuerimus exequuti . Tandem ubicumque litera R. vel V. deprehenderit Lector , ſciat id Romanam vel Veterem Editionem denotare , ut etiam ad oram Pſalmorum appoſitas literas D. deſignare diem Dominicam , F. Feriam , & addito numero Feriam II. III. &c. S. Sabbatum , Q. Quotidie , quibus ſcilicet diebus juxta Romanum Ritum ii Pſalmi dicuntur : aliæ vero literæ N. Nocturnum , ſive primum , ſecundum, vel tertium , M. Matutinos , quos Laudes

(1) *Eas poſituras quum plerumque parum feliciter executioni demandatas deprehendiſſemus typographorum incuria , quibus moleſtæ , utpote deſuetæ , evadunt ; ad eam redigendas curavimus , qua punctum quod modo dicunt , ad literæ ſuperiorem partem apponitur ; quod duo puncta , unico puncto ad mediam literam ſignantur : quod vero noſtris grammaticis virgula dicitur, notatur puncto ad inferiorem literæ limbum . Videſis librum inſcriptum* . Nouvelle Methode pour apprendre la langue latine *pag. 666. in edit. Pariſ.* 1681.

des hodie vocamus, H. I. III. VI. IX. Horam primam, tertiam, sextam, & nonam, V. Vesperum, C. vero Completorium indicant.

DE HYMNARIO SIVE LIBRO HYMNORUM

CUM hoc in Opusculo Psalmi & Cantica fuerint exhibita, æquum erat & Hymnos non deesse. Apostolus enim docuit, Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritualibus nos exerceri. Itaque Hymnarium in tres partes divisum edimus. Harum prima eos hymnos continet, qui Per Anni Circulum ab antiquis, a Modernis vero De Tempore appellantur. Secunda de Natalitiis Sanctorum. Tertia de Quotidianis, ac de diversis causis. Confectum est totum hoc Hymnarium (quo vocabulo dicebatur apud antiquos liber Hymnorum, ex Gennadio in Catalogo Virorum Illustrium cap. XLVII.) confectum est, inquam, tum ex vetustissimis Codicibus m. ss. Bibliothecæ Vaticanæ & Vallicellanæ, aliisque; tum ex Hymnis excusis variis in locis, & præsertim ex Breviario Mozarabico, cæterisque Breviariis antiquioribus. Quibus ex Codicibus magno adjumento fuit Magnus ille Codex Psalterii Reginæ Sueciæ, quo de sæpe meminimus, in quo pauciores quidem habentur hymni, sed vetustiores; & ii ferme, de quibus extat mentio in priscis Ecclesiæ monumentis. Quos inter cum genuinos hymnos S. Ambrosii comperissemus, reliquos in eo contentos eidem sancto Doctori adscribere non dubitavimus. Solos namque Ambrosianos hymnos in eo exhiberi, haud levibus de causis pro indubio sumpsimus. Cæterum ut ea qua decebat fide ageremus, Hymnos ipsos sæpius mendis respersos, sublatis tantummodo manifestioribus erratis, reliquis vero retentis, integros prout in Codicibus reperiuntur, in lucem proferimus. Porro hisce de hymnis veterum aliquot hic promere testimonia non gravamur. Hymni S. Ambrosii, *Deus Creator omnium, polique rector vestiens*, meminit S. Augustinus libro IX. Confessionum cap. XII. Ejusdem S. Ambrosii Hymni, *Æterne rerum Conditor, noctem diemque qui regis*, idem S. Augustinus lib. I. Retractationum cap. XXI. Hymni item S. Ambrosii, *Jam surgit hora tertia, qua Christus ascendit Crucem*, idem S. Augustinus lib. de natura & gratia cap. LXIII. Hymni, *Bis ternas horas explicans, diei sol ingreditur*, Cassiodorus in Psalmum CXVIII. vers. CLXIV. & in Psal. CI. ubi hunc hymnum roseum appellat. Hymni Natalis Domini, *Intende qui regis Israel, super Cherubim qui sedes*, idem Cassiodorus in Psal. VIII. in fine; quem S. Ambrosio tribuit.

In Regula S. Cæsarii Arelatensis Episcopi ad Virgines in Actis Sanctorum editis a Bollando die XII. Januarii, Hymni sequentes indicantur.

Jam

Jam surgit hora tertia. *Jam sexta sensim volvitur*. *Ter hora trina volvitur*. Hymnus Paschalis, *Hic est dies verus Dei*. Hymnus ad horam XII. sive Completorii, *Christe precamur annue*. Item, *Christe qui lux es & dies*. Hymni Nocturni, *Rex æterne Domine*. *Magna & mirabilia*. *Mediæ noctis tempus est*. *Æterne rerum Conditor*. Et, *Fulgentis Auctor ætheris*. Hymni similiter Vespertini, *Deus qui certis legibus*. Et, *Deus Creator omnium*.

In Regula ad Virgines S. Aureliani Arelatensis Episcopi cap. XL. fit mentio horum Hymnorum. *Jam surgit hora tertia*. *Jam sexta sensim volvitur*. *Ter hora trina volvitur*. *Hic est dies verus Dei*. *Rex æterne Domine*. *Magna & mirabilia*. *Splendor Paternæ gloriæ*. *Æterne lucis Conditor*. *Fulgentis auctor ætheris*. *Deus qui certis legibus*. *Deus Creator omnium*. Ildephonsus Episcopus Toletanus in sermone de parturitione & purificatione S. Mariæ, ex hymno, quem S. Ambrosio adscribit, citat hos versiculos. *Fit porta Christi pervia &c.* Quem hymnum integrum ex Breviario S. Isidori, quod Mozarabicum appellant, hic damus; cujus initium est: *A solis ortus cardine &c. Gaudete quidquid gentium*. Beda lib. de metris meminit hymni Sedulii, *Cantemus socii Domino*; & hymni S. Ambrosii, *Squalent arva soli pulvere multo*. Item alterius ejusdem S. Ambrosii, *Obduxere polum nubila cæli*. Hymni Seduli, *A solis ortus cardine*. Hymnorum item S. Ambrosii, *Deus creator omnium*. *Jam surgit hora tertia*. *Splendor Paternæ gloriæ*. *Æterne rerum Conditor*. *Æterna Christi munera*. Item Hymni, quem pulcherrimum appellat, *Hymnum dicat turba fratrum*. Item, *Apparebit repentina dies magna Domini*; & hymni, quem præclarum dicit, *Rex æterne Domine*, *rerum creator omnium*. Albinus Flaccus sive Alchuvinus, in Officiis per ferias adscribit S. Ambrosio hymnum pro infirmis, *Christe cælestis medicina Patris*: Fortunato hymnum, *Pange lingua gloriosi*, & versus, *Crux benedicta nitet*: Eugenio Episcopo Toletano orationem metricam, *Rex Deus*, *immensi quo constat machina mundi*.

Monemus benignum Lectorem, in Psalterio & Hymnario frequentius quam par erat irrepsisse dictionibus [1] hypodiastolen, dexteram scilicet circuli partem, quæ illis supponitur ad distinctionem aliquam denotandam, etsi alias ejusmodi hypodiastoles usus frequens, haud parum juvet rudioribus ad sententiæ intellectum, qui talibus indigent notulis, ne vocibus inepte copulatis, sensus perperam confundant. Porro quam rectissime adhibetur hypodiastole, sive ad dictiones distinguendas, sensumque discernendum, ne voces ipsæ sibi male cohæreant, quæ ad alias spectant, sive ad emphasim indicandam in lectione, aut alicujus dictionis defectum significandum, maxime verbi substantivi; aut ejus, quod ex priore sententia subintelligitur repetendum. Ad cujus rei planiorem intellectum

(1) *Pro præsenti editione intellige punctum ad imam literæ partem appositum.*

tellectum duo hic damus exempla; unum ex Pſalmo LXVII. *Pennæ columbæ deargentatæ*: niſi enim poſt vocem illam *columbæ* hypodiaſtole ſupponatur, facile quiſque in mentem inducet, genitivi eſſe caſus illud *deargentatæ*, quod tamen cum ſit nominativi, ad *pennas* indubitanter pertinet: alterum vero ex Pſalmo LXXXVIII. *Tuum, brachium cum potentia*: quæ ſententia, eclipſi ſublata ita proferretur: *Tuum eſt brachium cum potentia*: ad quam rem utcumque indicandam ſatis commode hypodiaſtole apponitur.

DE ORATIONALI SIVE LIBRO ORATIONUM ET PRECUM ECCLESIASTICARUM.

POſt Pſalmos, Cantica, & Hymnos exhibitos, par erat, & Eccleſiaſticarum Orationum & Precum libellum (qui a ſacris Scriptoribus Orationale dicitur) non ſejungere: quarum ut antiquiſſimus eſt uſus in Eccleſia; ita & ſumma religione tenendus. Harum ſive nitorem ſpectes dictionis, ſive ſublimium ſententiarum ſolidam pietatem, omnino comperies poſt Divinas Scripturas a Deo ipſo inſpiratas, nihil ipſis eſſe præſtantius; quibus ſcilicet Chriſti Fideles ſuos affectus rite promant, effundantque corda ſua coram Deo, ut Pſalmiſta dicit. Hac de re pluribus non eſt hìc agendum: adiri quippe poſſunt ſacrarum rerum tractatores, qui luculenter ea de materia ſcripſerunt. Itaque propius accedentes ad inſtitutum hocce noſtrum, libellum hunc Orationum & Precum in tres ex veteri more diſtinximus partes. Prima Orationes complectitur de Anni Circulo, ducto videlicet anni exordio a Nativitate Domini (hinc enim noſtri Majores annorum revolutiones numerabant) terminoque præfixo, tempore ipſo quod proxime præcedit eamdem Nativitatem, quodque Adventum Domini appellamus. Continet ergo omnia Feſta, potiſſimum quæ vel Dei recolunt beneficia, quibus nos inſtaurare dignatus eſt; aut quæ ad ipſum quovis modo per totum annum immediate pertinent. His congrue ſubtexitur Dedicationis Eccleſiæ celebritas: nam præterquam quod non unus ſit certus dies hujus feſtivitatis apud omnes Eccleſias, illud vel maxime animadvertendum, Templa haud dicari niſi ſoli Deo, quamquam in Sanctorum memoriam id ſæpius fiat. Secunda pars Orationes Sanctorum Natalitiis aptas, menſium ordine ſervato, continet; moxque alias cuivis Sanctorum ſtatui congruas, cæteraſque votivas, quæ frequentius uſurpari ſolent. Tertia pars de Quotidianis Officiis, ac de diverſis cauſis Orationes habet, quibus adjecimus Preces, Benedictiones, Precationeſque piiſſimas huic Opuſculo non alienas. Quas inter extat Breviarium Pſalterii in m. ss. Codi-

cibus repertum, & numquam alias (ni fallimur) editum. Illius Auctorem Codex Altempsianæ Bibliothecæ S. Hieronymum facit. Verum Bedæ potius adscribendum, ut Sigebertus in Catalogo Virorum Illustrium satis indicat, ubi cap. LXXXIII. de Einardo inquit: *Hic imitatus Bedam, qui abbreviavit Hebraicum Psalterium, excerpendo de illo omnes versus verba Orationis habentes, abbreviavit & ipse Gallicanum Psalterium, quo nos Galli utimur, excerpens de illo omnes versus verba Orationis continentes.* Nec alicui dubitatio subrepat quin minus illud Bedæ tribuat, quod Sigebertus tradat ex Hebraico Psalterio versus, qui Orationes continent, Bedam collegisse; hoc enim parum vero simile videtur, ut aliam nimirum hac in privata precatione sit secutus editionem, præter illam in publicis Officiis usurpatam. Extat præterea Opusculum aliud ejusdem Bedæ inter Opera Flacci Alchuvini sui discipuli, in quo quidem ex Hebraico textu sunt collecti versiculi Psalmorum: at hi solas Orationes haud exhibent, sed alia atque alia, sicut S. Augustinus in suo Speculo eos versus ex Psalterio collegit, quæ ad declaranda Divina mandata conducunt. Verius forte dixisset Sigebertus, Bedam ex Romana antiqua Editione hoc Opusculum compilasse, quam tum temporis usurpatam autumamus in Britannia, ex invectis in eam ritibus Romanis una cum Ministris a Romanis Præsulibus eo missis. Hac de causa quod Beda Britannus ex consueta sibi Editione Romana digessit, hoc Einardus Gallus in Gallicana Editione est imitatus. Hæc autem sola conjectatione haud asserimus; nam ex duobus præcipuis Codicibus m. ss. in quibus extat hoc Breviarium Psalmorum, alter Bibliothecæ Vaticanæ, alter vero est Reginæ Sueciæ. Et prior quidem continet Psalmos una cum argumentis ab ipso Beda confectis; in ipsiusque Codicis initio apparet hoc Psalterii Breviarium, juxta Romanam Editionem, ut plane dubitari non possit, & illud ipsum esse quod Beda confecit; quod & nos hic edimus: alter autem Codex Reginæ Sueciæ ex Galliis asportatus, & illud quidem continet, sed ex Gallicana Editione, ut merito censeri debeat Einardi proprium. Cæterum quisquis sit illius Auctor, auream esse Collectionem quisque judicabit, cui ardens sit orandi studium: qui & si tantum temporis non habeat sine impedimento Dominum obsecrandi, ut integrum Psalterium percurrat; certe exiguum tempus redimere poterit, quo hoc Precum compendio Deum oret.

Ut autem ad Orationes hasce nostras revertamur, unde digressi sumus; eas ex variis Codicibus excerpsimus, maxime vero ex libro Sacramentorum S. Gregorii Papæ, alioque Romanæ Ecclesiæ, qui olim Gelasianus Codex dicebatur. Porro id haud negligendum, multum esse dis-

discriminis in variis editionibus Sacramentarii Gregoriani. Nos usi sumus iis Codicibus qui germanam confectionem S. Gregorii exhibent: germanam, inquam, prout Sæculo VIII. (antiquiores enim Codices non habemus) aliquot nimirum licet paucis officiis, a subsequentibus Romanis Pontificibus auctam continebant. Germano huic S. Gregorii Sacramentario propius accedit editio Jacobi Pamelii; at nos m. ss. Codices semper prætulimus. Quorum adjumento, non nostro arbitratu deprehendimus alias editiones tot incrementis cumulatas, ut plane discerni nequeat quid S. Gregorius collegerit, quove pacto sua Officia disposuerit. Hæc erudito Lectori indicasse sufficiat, in cujus gratiam marginalibus oris Orationum literas adnotavimus, ut ostenderemus unde illæ sint depromptæ; sicque daretur omnibus quod suum est. Quarum Literarum significationes hoc Indiculo explanamus.

G. Denotat S. Gregorii Sacramentarium præcipue ex m.ss. Codicibus, ut supra diximus.

R. Romanæ Ecclesiæ librum Sacramentorum ex antiquiore instituto, quem Gelasianum dicebant; qui in Urbe excusus est anno MDCLXXX.

E. Edita Sacramentaria a Pamelio, Angelo Rocca, & Hugone Menardo, aliosque sacros libros jam editos.

L. Liberianæ Basilicæ, ideſt S. Mariæ Majoris Missale m.s. circa XI. Sæculum, ut videtur.

V. Vaticanæ Basilicæ S. Petri Codices m. ss.

A. Altempsianum Codicem Missalem, Sæculo X. vel XI. exaratum; sive Antiphonarium Missæ ex Bibliotheca Angelica S. Augustini in Urbe, ex quo tantummodo binas Generales Preces in fine libri descripsimus.

Or. vel O. Ordinem Romanum cum editum, tum m. s. præsertim ex Bibliothecis Vaticana & Vallicellana Congregationis Oratorii, ex cujus Oratorii Bibliotheca usi sumus Missali m. s. satis antiquo, in quo Gregoriana simul & Gelasiana sunt officia permixta.

S. Scultingii Bibliothecam Ecclesiasticam, in qua ex vetustis Codicibus m. ss. complura extant.

M. S. Manuscriptos Codices aliunde habitos significat.

Hi sunt præcipui fontes, unde Orationes & Preces hoc in libello contentas hausimus. Gregoriani quidem sicut & Romani Sacramentarii Orationes omnes (nisi quæ proprie ad Missam vel ad Sacramentorum confectionem pertinent) afferimus; ex aliis autem libris delegimus quas aptius congruere arbitrati sumus. Cæterum quo plenius atque perfectius hoc Opusculum prodiret, Romanas Stationes & Collectas ex variis Codicibus descriptas non prætermisimus. De quarum usu & ritu licet multa

multi dixerint; longe tamen plura restant dicenda, quæ cum plenam lucubrationem requirant, satius erit hoc in loco silentio præterire, quam paucis verbis minus explicare.

S. EPHREM IN TRACTATU QUOD LUDRICIS EST ABSTINENDUM.

PSalmus dæmonas propellit. Psalmus telum in nocturnis timoribus. Psalmus diurnorum requies laborum. Psalmus infantibus tutela. Psalmus senibus consolatio: mulieribus ornamentum decentissimum. Hic festa collustrat, hic eum, qui secundum Deum est, dolorem procreat. Psalmus siquidem ex lapideo licet corde lacrymas excitat. Psalmus Angelorum opus, cælestis vita ratio & institutum, spiritalis est quidam suffitus. Hic mentem illuminat, hic in cælum reducit, hic homines Deo familiares colloquio reddit, animam lætificat, otiosas collocutiones removet, risumque exterminat, de judicio nos admonet, diffidentes reconciliat. Ubi Psalmus cum compunctione, ibi & cum Angelis suis Deus adest.

DE DAVID LATRONUM PRINCIPE, POSTEA MONACHO EFFECTO.
Ex Prato Spirituali Johannis Moschi cap. CXLIII.

DIE quadam sedente illo in sua cellula, missus est ad eum Angelus Dei, dicens: David, David, remisit tibi Deus peccata tua, & eris ex nunc signa faciens. Qui respondens dixit: Credere non possum, quod omnia peccata mea illa, plura quam arena maris atque graviora, tam brevi tempore mihi remiserit Deus. Cui Angelus ait: Si Sacerdoti Zachariæ non credenti mihi, cum illi filium pollicerer, non peperci, sed ejus vinxi linguam, docens illum non debere esse incredulum his, quæ a me dicebantur, nec tibi quidem parciturus sum. Idcirco eris amodo non loquens. David autem prostratus humi ait: Cum essem in sæculo nefaria scelera faciens, & humanum sanguinem fundens, loquebar; modo quando servire Deo volo, laudesque illi offerre, tu ne linguam meam, ne loquar, ligas? Respondit illi Angelus: Cum implebis Psalmodiæ Canonem; loqueris, præter Canonem vero penitus tacebis. Quod & factum est, plurimaque per illum Deus miracula ostendit. Psallebat igitur Psalmos, nullum vero verbum aliud omnino loqui poterat. Qui vero nobis ista narravit, se illum vidisse asserebat.

PRÆ-

✠

PRÆFATIONES IN PSALTERIUM

INCIPIUNT CAPITULA.

I. HYPOTHESES Eusebii Pamphyli Episcopi Cæsariensis in Psalterio.
Ejusdem Argumenta in Psalmos. & Canones Diurni & Nocturni Psalmorum. *& de Diapsalmate.*

II. S. Athanasii Episcopi Alexandrini Epistola de Libro Psalmorum.

III. S. Basilii Episcopi Cæsariensis dicta de Psalterio.

IV. S. Johannis Chrysostomi Episc. Constantinopolitani dicta de Psalterio.

V. Præfatio S. Hieronymi Presbyteri ad Paulam matronam & Eustochium Virginem in Psalterium. quod secundum LXX. editionem correxit.

VI. S. Augustini Episcopi Hipponensis dicta de Psalterio.

VII. Nicetæ Episcopi de Bono Psalmodiæ.

VIII. S. Gregorii Papæ. Abbatis Marcelli. ac S. Bernardi Abbatis dicta de Psalterio.

IX. Prologus sive origo Prophetiæ David Regis Hierusalem in libro Psalmorum CL.

X. Florentii Georgii & Gregorii explicatio de Titulis Psalmorum.

XI. Interpretatio nominum Hebræorum. quæ habentur in Psalterio.

XII. Interpretatio Psalterii. artis cantilenæ. vel specierum singularium. vel nominum. quæ commemorantur in Psalmis.

XIII. Collectio Argumentorum in Psalmos.

XIV. Notitia distributionis Psalmorum & Canticorum juxta antiquiorem psallendi morem Ecclesiæ Romanæ.

Expliciunt Capitula:

INCI-

INCIPIUNT PRÆFATIONES

I.

HYPOTHESES [1] EUSEBII PAMPHYLI EPISC. CÆSARIENSIS IN PSALTERIO.

LIBRI Psalmorum hæc quidem posset esse divisio. sicut accurata continent exemplaria. ipsumque Hebraicum. [2]

Non sic suscipiat quis quod omnes sint Davidis Psalmi.

Sed aliorum Prophetarum ad psallendum prophetantium.

Propter quod [3] hæc omnis Scriptura apud Hebræos non Davidis inscribitur.

Sed individue Liber Psalmorum nominatur.

In partes quinque hunc totum Psalmorum librum [4] Hebræorum pueri dividunt.

Primam in eos qui sunt a primo usque ad quadragesimum.

Secundam in eos qui sunt a quadragesimo primo [5] usque ad septuagesimum primum.

Tertiam in eos qui sunt a septuagesimo secundo usque ad octogesimum octavum.

Quartam in eos qui sunt ab octuagesimo nono usque ad centesimum quintum.

Quintam in eos qui sunt a centesimo sexto usque ad finem libri.

PSALMI [6] sine inscriptione XIX. * * XVI.

PSALMI cum inscriptione CXXXI. * * CXXXIV.

Eorum qui inscriptionem habent divisio.

IPsius quidem David LXXII.
Filiorum vero Chore XI.
Ipsius Asaph XII. * * XI.
Æthan Israelitæ I.
* Esdræ I.
Salomonis II.
Moysis I.
Sine nomine XVII. * * XVI.
Allelujatici XV. * * XX.
Sine inscriptione XIX.

Sunt

(1) *Has* Hypotheses, *latine argumenta in Psalmos post Ven. Thomasium græce & latine simul edidit an.* 1706. *Vir Cl. Bernardus de Montfaucon tom.* 1. Collect. novæ Patrum & Scriptorum Græcorum: *& Eusebio Cæsariensi merito adjudicari colligit Preliminar. cap.* 1. *n.* VI. *quod Eusebii stylum ubique spirent, quod in prima Catena Regia decimo seculo conscripta, Eusebii nomine compareant. Græce solum edidit etiam ex antiquissimo MS. Codice Alex. Angliæ Joan. Ernest. Grabe Oxonii an.* 1709. *tomo ultimo, Prolegom. cap.* 1. *edit. τῶν ὁ ex eodem MS. qui MS. juxta memoratam Grabei editionem Oxoniensem quibusdam additis recusus prostat Tyguri an.* 1730. *Breitingeri cura.*

(2) *Perpetuo orationis contextu tam græce quam latine hæc apud Montfauconum leguntur pag.* 2. *At Thomasiana versuum & orationis distinctio, quæ heic una cum literaliori præ Montfauconiana e Græco interpretatione servatur, habetur in laudato Alex. Codice ex Grab. editione.*

(3) *Montfauc.* universa Psalmorum scriptura, *variato originali textu præferente:* Διόπερ ἡ πᾶσα γραφὴ παρ' Ἑβραίοις &c.

(4) *Montfauc.* Hebræi *pro* Hebræorum pueri; *sed Græc. tam apud ipsum quam apud Grab.* παῖδες Ἑβραίων.

(5) *Cod. Alex. apud Grab.* μέχρις οα': *apud Montf.* μέχρις οβ'. *sed infra utraque editio in idem recidit, illa Alex. Cod.* ἀπὸ ἑβδομηκοστοῦ δευτέρου μέχρις πη'. *& illa Montf.* ἀπὸ οβ' μέχρις πη'. *Discrimen nullum reipsa occurrere deprehendes observando usque ad septuagesimum secundum dici, aut incluso ipso secundo supra septuagesimum, aut eodem excluso.*

(6) *Alex. Cod. Simpliciter* Ἀνεπίγραφοι ιθ'. *apud Montf.* ἀνεπίγραφοι δέ εἰσι ψαλμοὶ ιϛ'. *quod in editis addi Grabeo notatum. Deinde utraque editio* Ἐπιγεγραμμένοι ρλα.

Numeri qui sub asterisco secundo loco eodem versu ponuntur, vel inanem locum respiciunt, pro variantibus MSS. habendi.

Sunt autem fine nomine quotquot Infcriptionem quidem habent. fed non indicant cujus fint. [1]

Pfalmi fine Infcriptione XIX.

Omnes fimul CL.

LVIII. Quando mifit Saul ut interficeret eum.

XXXIII. Quando David venit in Nomba ad Abimelech.

LVII. [2] In fpeluncam Odollam.

LI. Doec prodit David.

LXII. David fugit in eremum Judææ.

LIII. Ziphæi produnt David in fpelunca.

LV. Allophyli in Geth.

LIX. Poft mortem Saul.

L. Quando venit ad eum Nathan Propheta.

III. Quando fugiebat a facie Abeffalon filii fui.

VII. Super verba Chufi filii Jemini.

Pfalmorum Hiftoria hanc habet feriem. immutata vero fuit inventionis tempore.

ARGUMENTA [a] IN PSALMOS. [3]

I. Exhortatio ad pietatem in Deum. & dehortatio a contrario.

II. Prophetia de Chrifto. & Vocatione Gentium.

III. Prophetia [4] bonorum quæ ventura erant Davidi.

IV. Prophetia [5] Davidis de iis quæ paffus eft.

V. Oratio ex perfona Ecclefiæ.

VI. Doctrina Confeffionis.

VII. Confeffio [6] Davidis. & Prophetia Vocationis Gentium.

VIII. Prophetia Vocationis Gentium.

IX. Mors Chrifti. & Refurrectio. & Regni affumptio. inimicorumque omnium deftructio.

X. Triumphalis hymnus ejus. qui fecundum Deum decertat.

XI. Accufatio malignorum. & Prophetia adventus Chrifti.

XII. Inimicorum infurrectio. [7] & exfpectatio Chrifti.

XIII. Accufatio malignorum. & Prophetia adventus Chrifti.

XIV. Reftitutio ejus qui fecundum Deum perfectus eft.

XV. Ecclefiæ electio. & Chrifti Refurrectio.

XVI. Viri perfecti. [8] vel ipfius Chrifti. & Oratio pro iis qui per ipfum falvandi funt.

XVII. Gratiarum actio Davidis. & Prophetia adventus & Afcenfionis Chrifti.

XVIII. Theologia cum doctrina [9] Divina.

XIX. Ora-

a Hæc argumenta repeti debent ante fuos quofque Pfalmos. ubi vero ponitur *de eodem*. reiteratur illud quod præceffit.

(1) *Quæ hinc fequuntur omittit Montf. ficut & Cod. Vaticanus Græcus* 342.

(2) *Grab.* νς'. LVI.

(3) *Omnino juxta Græc. Alex.* Περιοχαὶ εἰς τοὺς ψαλμούς. *Editi & Montf.* Υποθέσεις τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου εἰς τοὺς ψαλμούς.

(4) *Græce* : Προφητεία γενησομένων ἀγαθῶν τῷ Δαυίδ, *quæ latine redduntur apud Montfaucon.*: Prophetia de bonis Davidi conferendis.

(5) *Apud Montf.* τῷ Δαυίδ, Davidi; *fed Grab.* τοῦ Δαυίδ, Davidis.

(6) *Ita Cod. Alex. apud Grab. Sed Montf.* Τῷ Δαυίδ ἐξομολόγησις, Davidi confeffio &c.

(7) *Montf.* καὶ προσδοκία Χριστοῦ ἐπιφανείας. & exfpectatio de Chrifti adventu.

(8) *Græce apud Grab. & Montf.* ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ προσευχή, five & ipfius Chrifti oratio. *Notetur tamen Grabeum de Alex. MS. ad hunc locum fcripfiffe*: Hoc καὶ voci Χριστοῦ in interiori margine male adfcriptum eft, quafi eam fequeretur. Confer infra num. ξθ. *hoc. eft* LXIX.

(9) *Ita apud Grab.* θείκῇ, *fed Montf.* ἠθικῇ, morali.

xix. Oratio [1] eorum qui justum adjuvant.

xx. Postulatio (sive Interpellatio) eorum qui Davidi adjuvabant.

xxi. Prophetia passionum Christi. & Vocatio Gentium.

xxii. Doctrina [2] introductionis novi populi.

xxiii. Prophetia Vocationis Gentium. & consummatio [sive perfectio] eorum qui salvantur.

xxiv. Doctrina Confessionis.

xxv. Postulatio (sive Interpellatio) ejus qui secundum Deum proficit.

xxvi. Gratiarum actio. & petitio bonorum.

xxvii. Obsecratio cum Prophetia.

xxviii. Prophetia ænigmatica cum Theologia.

xxix. Gratiarum actio cum Confessione.

xxx. Confessio cum Supplicatione.

xxxi. Prophetia de iis qui per Christum salvandi sunt.

xxxii. Adhortatio ad [3] hymnologiam cum Theologia.

xxxiii. Doctrina gratiarum actionis.

xxxiv. Supplicatio Justi. & Prophetia de Christo.

xxxv. Accusatio [4] impiorum cũ Theologia.

xxxvi. Doctrina religiosæ vitæ.

xxxvii. Doctrina Confessionis.

xxxviii. Postulatio (sine Interpellatio) cum confessione.

xxxix. Gratiarum actio ejus qui a Deo salvatus est. & mentio de Ecclesia.

xl. Prophetia de Christo. & de Proditore.

xli. Supplicatio Prophetarum super rejectione gentis Judæorum.

xlii. De eodem.

xliii. De eodem.

xliv. Christi apparitio & Regnum.

xlv. Apostolorum prædicatio.

xlvi. Vocatio Gentium.

xlvii. Hymnus in Deum pro Ecclesia. & destructio persecutionum.

xlviii. Divini judicii doctrina.

xlix. Subversio de sacrificiis Legis Moysi. & introductio ritus novi Testamenti.

l. Doctrina Confessionis.

li. [5] Redargutio morum pravorum. & finis eorumdem.

lii. [6] Salvatoris apparitio. & atheismi abolitio.

liii. Oratio ejus [7] qui propter Deum persecutionem patitur.

liv. [8] Manifestatio eorum qui contra Christum audent.

lv. Gratiarum actio justi ab hostibus liberati.

lvi. Gratiarum actio Davidis. & Prophetia Vocationis Gentium.

lvii. Doctrina de justo judicio Dei.

lviii. Vocatio Gentium. & Judæorum rejectio.

lix. Rejectio gentis Judæorum. & Vocatio Gentium.

ix. Ob-

(1) *Montf.* Εὐχὴ τῶν συνεργαττόντων τῷ Δαυὶδ δικαίων. Oratio justorum, qui Davidi operam dabant. *Facile de sequenti argumento aliquid præsentis accessit Antiquarii oscitantia: nostro certe adamussim Grab. respondet.*

(2) *Montf.* Διδασκαλία ἐπ' νέου λαοῦ &c. Doctrina & novi populi, *illud* ἐπ' *recte addi Alex. Cod. Grab. notatum.*

(3) *Græce* ὑμνολογίας, *quod Montf. vertit:* ad hymnos canendos &c.

(4) *Græce* ἔλεγχος, *quæ vox latine* confutatio *a Montf. redditur, an jure,* Ἑλληνιστῶν *judicium esto.*

(5) *Denuo quod* ἔλεγχος *græce*, confutatio *dicitur apud Montf.* ἐπ' τέλος τῦ αὐτῦ, & finis ipsius.

(6) *Montf.* Σωτήριος Salutaris.

(7) *Alex. Cod.* τῦ διὰ θεὸν ἐλαυνομένυ. *Montf.* τῦ κατὰ θεὸν ἀγωνιζομένυ.

(8) Δήλωσις τῶν κατὰ χριςῦ τετολμημένων. *apud Montf. vertitur* Declaratio facinorum contra Christum admissorum.

LX. Obsecratio cum Gratiarũ actione.

LXI. Doctrina [1] de remediis morborum (animæ.)

LXII. Gratiarum actio ejus. qui secundum Deum est perfectus.

LXIII. Doctrina [2] de remediis morborum (animæ.)

LXIV. Vocatio Gentium.

LXV. Vocatio Gentium. & Apostolorum [3] prædicatio.

LXVI. De eodem.

LXVII. Christi humanatio. & Vocatio Gentium.

LXVIII. Passiones Christi. & Judæorum rejectio.

LXIX. Supplicatio Justi. [4] vel & ipsius Christi.

LXX. Christi Passiones. & Resurrectio.

LXXI. Prophetia Regni Christi. & Vocationis Gentium.

LXXII. [5] Prophetia de regno. & longanimitate Dei. Confessio humanæ infirmitatis super impiorum prosperitate. & Dei longanimitate.

LXXIII. Prædictio ultimæ Judæorum obsidionis per Vespasianum & Titum factæ.

LXXIV. Christi Theologia. & laudatio Tribunalis Dei.

LXXV. Ultio Judicii Dei contra impios.

LXXVI. De Dei longanimitate. & mirabilibus operibus ejus.

LXXVII. Christi [6] distinctio ad Ecclesiam de prioris Populi transgressione.

LXXVIII. Prophetia eorum. quæ acciderunt [7] Judæis per Antiochũ. Historia in Maccabæis (extat.)

LXXIX. Prophetia obsidionis ab Assyriis. [8] & Obsecratio de Apparitione Christi.

LXXX. Vocatio Gentium. & Doctrina eorum. quæ acciderunt priori Populo.

LXXXI. Redargutio Principum Gentis Judæorum. [9] & Prophetia de Gentibus.

LXXXII. Obsecratio pro Populo tristia patiente. & Prophetia de fine Inimicorum Dei.

LXXXIII. [10] Prophetia de Christo. & de Ecclesiis ejus.

LXXXIV. Prophetia in Christum. & eos qui per ipsum sunt redempti.

LXXXV. Oratio [11] Davidi. & Prophetia Vocationis Gentium.

LXXXVI. Christi Humanatio. [12] & Vocatio Gentium.

(1) *Διδασκαλία θεραπευτική quod apposite ad Psalmi seriem ut ipse monet, apud Monts. redditur*: Doctrina De Deo colendo.

(2) *Apud Monts.* Διδασκαλία τῦ θεοσεβῦς ἀθλητȣ: Doctrina Religiosi athletæ.

(3) *Monts.* testimonium, *grece μαρτυρία. Insequenti autem non* De eodem: *Sed*, Vocatio gentium, & Apostolorum prædicatio, *grace κήρυγμα*.

(4) *Voculam* vel *tacet Monts. tam in graco, quam latina interpretatione.*

(5) *Ea verba* Prophetia de Regno & longanimitate Dei *prorsus desunt tam apud Monts. quam apud Grab. Huic postremo notatur*: Huic voci (*confessio*) in MS. male præmissa sunt sequentia verba in raso spatio & extra tramitem lineæ partim exarata: Προφητεία περὶ βασιλείας ἐ τῦς τῦ θεῦ μακροθυμίας. *Hac verba in editis hisce argumentis ante Thomasium reposita ipsi in caussa fuerunt, ut in rem suam eadem transferret.*

(6) *Grace* διαστολὴ *quod* reconciliatio *vertitur apud Monts. diciturque*: Christi reconciliatio cum Ecclesia de primi populi prævaricatione.

(7) *Apud Monts.* Ιουδαίοι *Judæa*: *&* *infra* ἡ ἱστορία ἐν τοῖς Μακκαβαίοις, sive Historia quæ in Maccabæis.

(8) *Grac.* ἐ δέησις περὶ τῆς τῦ Χριςȣ̃ ἐπιφανείας.

(9) *Postrema hac argumenti pars*: & prophetia de gentibus *in Monts. edit. desideratur.*

(10) *Monts.* Χριςȣ̃ ἐνανθρωπήσις ἐ περὶ τῶν ἐκκλησιῶν. Christi incarnatio; & de Ecclesiis.

(11) *Monts.* Davidis *grace sine articulo* Προσευχὴ Δαυὶδ. *Alex.* τῶ Δαυὶδ.

(12) *Verba* & vocatio gentium *mittuatur a Monts.*

LXXXVII. Chrifti mortem prophetat·
LXXXVIII. Chrifti Regnum ex femine David·
LXXXIX. Judæorum rejectio·
XC. Chrifti Victoria. & omnis qui fecundum eum perficitur·
XCI. De requie. quæ fecundũ Deũ eft·
XCII. Hymnus Regni Chrifti fuper primo ejus adventu·
XCIII. De [1] perfecutionibus contra Ecclefiam·
XCIV. Vocatio Judæorum. & reprobatio eorumdem·
XCV. Vocatio Gentium. & Adventus Chrifti·
XCVI. Hymnus Regni Chrifti [2] fuper fecundo ejus adventu·
XCVII. Vocatio Gentium. & Chrifti Adventus·
XCVIII. Hymnus Regni Chrifti··
XCIX. Vocatio Gentium·
C. Hymnus ejus. [3] qui fecundum Deum perficitur·
CI. [4] Eiulatus fuper priori populo. & Prophetia novi populi. & Vocatio Gentium·
CII. Doctrina Gratiarum actionis·
CIII. Doctrina Confeffionis·
CIV. Doctrina Gentibus. de beneficiis Dei in priorem populum·
CV. Doctrina [5] impietatis gentis Judæorum·
CVI. Prophetia Vocationis Gentium. [6] & bonorum petitio Dei Affumptionis·
CVII. Vocatio Gentium·
CVIII. Paffiones Chrifti·
CIX. Victoria Chrifti·
CX. Gratiarum actio Chrifti·
CXI. [7] Novi Populi Vocatio. & Chrifti Doctrina·
CXII. Novi Populi Vocatio·
CXIII. Novi Populi Doctrina·
CXIV. Novi Populi profectus·
CXV. Novi Populi perfectio·
CXVI. Vocatio Gentium·
CXVII. Victoria eorum. qui in Chrifto decertant. & Prophetia Chrifti·
CXVIII. [8] Inftitutio rudimentorum introductionis. quæ eft fecundum Deum·
CXIX. Incolatus·
CXX. Reditus Babylonis. & difperfionis·
CXXI. Bonorum promiffio·
CXXII. Orationis·
CXXIII. Gratiarum actionis·
CXXIV. Reftitutionis·
CXXV. Expectatio futurorum·
CXXVI. Ædificationis Ecclefiæ·
CXXVII. Vocatio Gentium·
CXXVIII. Victoriæ exercitus Dei·
CXXIX. Oratio Martyrum·
CXXX. De Humilitate·
CXXXI. Oratio Davidis· & Apparitio [9] Chrifti·
CXXXII. De Populo perfecto·
CXXXIII. De Populo venturo·
CXXXIV. Doctrina [10] introductoria·
CXXXV. Gra-

(1) Dogmatibus δογμάτων pro perfecutionibus διωγμῶν *habet Monſ. cum aliis editis, contradicente tamen Pſalmi, cui præſens argumentum refertur, contextu.*
(2) *Monſ.* ἐπὶ τῆς πρώτης, *ſed mendoſe, nam Euſebius ipſe Comment. pag. 637. aperte docet hunc Pſalmum eſſe doctrinam, & prophetiam ſecundi Salvatoris noſtri Adventus.*
(3) *Alex.* τοῦ κατὰ θεὸν τελειουμένου. *ſed Monſ.* τελείου·
(4) *Græce*, ὀδυρμὸς, lamentatio, ploratus.
(5) *Intellige*, de impietate.
(6) *Pro his Monſ.* ἐκ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ θεοῦ λόγου ἐπιλάμψεως· & de fulgido Chrifti ad homines adventu.
(7) *Voces*, novi populi vocatio *omittuntur apud Monſ.*
(8) *Græce*, Στοιχείωσις τῆς κατὰ θεὸν εἰσαγωγῆς· *quæ vertuntur apud Monſ.* Capita alphabetica recti fecundum Deum inftituti.
(9) *Vocem* Chrifti *deſideratur in ed. græc. Monſ.*
(10) εἰσαγωγική·

cxxxv. Gratiarum actio [1] perfecta Redemptorum.
cxxxvi. Sanctorum voces in captivitate.
cxxxvii. Gratiarum actio cum Prophetia.
cxxxviii. Postulatio (sive Interpellatio) Justi [2] cum confessione.
cxxxix. Vox decertantis secundum Deum.
cxl. Vox perfecti secundum Deum.
cxli. Vox ejus. qui propter Deum oppugnatur.
cxlii. Oratio Confitentis.
cxliii. Gratiarum actio ejus. qui victoriam est consequutus.
cxliv. Hymnus cum Theologia.
cxlv. Hymnus cum Theologia.
cxlvi. Hymnus cum Theologia.
cxlvii. Hymnus cum Theologia.
cxlviii. Hymnus cum Theologia.
cxlix. Hymnus [3] cum Prophetia.
cl. Adhortatio generalis ad hymnum.

Canones Diurni Psalmorum.

(Psalmi) Matutini III. LXII. CXL. CXLI.

(Horæ diei.)

I. Psalmus.... [4]
II. Psalmus xxix.
III. Psalmus.... [5]
IV. Psalmus xli. [6] sive xliv.
V. Psalmus l.
VI. Psalmus.... [7]
VII. Psalmus lxix.
VIII. Psalmus lxxxiv.
IX. Psalmus cxi.
X. Psalmus cxl.
XI. Psalmus c.. [8]
XII. Psalmus c.. [9]

Canones Nocturni Psalmorum.

(Psalmi) Lucernales III. CXXIX. CXL. XII.

(Horæ noctis.)

I. Psalmus lxxiv.
II. Psalmus xxix.
III. Psalmus liv.
IV. Psalmus.... [10]
V. Psalmus.... [11]
VI. Psalmus xl.
VII. Psalmus.... [12]
VIII. Psalmus..... [13]
IX. Psalmus lxxxvii.
X. Psalmus xcv.
XI. Psalmus..... [14]
XII. Psalmus lvi.

Ejusdem Eusebii Pamphyli Episcopi Cæsariensis in Psalmum vigesimum quintum. [15]

CUM divus Apostolus dicat. primum omnium Obsecrationes fieri oportere. Orationes. Postulationes [sive Interpellationes] Gratiarum actiones. & ea in genera quatuor partitus sit. par est ut nos qui sensum interpretamur in ea. quæ in libro Psalmorum continentur. quam accurate incumbamus. Nam ex illis alii sunt qui Obsecrationes habent. alii Orationes. quidam Postulationes sive Inter-

(1) *Vocem* perfecta *omittit Montf. & loco* redemptorum *habet* redempti. (2) *Mont.* σὺν θεολογίᾳ.
(3) *Et heic apud Montf.* σὺν θεολογίᾳ.
(4) *Ex Grab. Alex. Cod.* VIII.
(5) *Ex eodem Psal.* I.
(6) *Unice* μά. XLI. *Alex.*
(7) *Alex.* ο. LXX.
(8) ρϑ'. CIIX.
(9) ρκ'. CXX.
(10) ϛ'. VI.
(11) δ'. IV.
(12) να'. LI.
(13) π'. LXXX.
(14) κα'. XXI.
(15) *Pag. 59. ed. Montf. cujus latina interpretatio verbis ab ista plerumque distat.*

Interpellationes. & quidam in omnibus Gratiarum actiones · Quod vero sit inter ea discrimen. ex universo Psalmorum Libro. prædictorum proprietates colliguntur. scilicet OBSECRATIONES eas esse. quæ [1] Exhortationes. & Supplicationes continent. in quibus Confessiones quoque collocantur. cujusmodi est vigesimus quartus Psalmus. qui non Canticum. non Psalmus. non Hymnus. seu aliquid ejus generis. sed simpliciter ipsi David inscriptus est. ORATIONES vero sunt quæcumque Orationum inscriptionem habent · hujusmodi sunt [2] sextusdecimus. octogesimusquintus. octogesimusnonus. centesimus primus. & centesimus quadragesimus primus. GRATIARUM ACTIONES sunt hi. qui similiter atque centesimussecundus sese habent. ubi dicitur (Benedic anima mea Domino. & noli oblivisci omnes retributiones ejus.) POSTULATIONEM vero (sive INTERPELLATIONEM) continet is. quem præ manibus habemus. in quo scriptum est (Judica me Domine. quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. & in Domino sperans non infirmabor ·)

[a] *Eusebii Cæsariensis de Diapsalmate* · [3]

DIAPSALMA scripserunt interpretes quinque illi principes. qui a Rege David electi sunt e tribu Levi. quorum hæc sunt nomina · Asaph. filii Core. Æman. Æthan. Idithum · illos Cantorum numerus subsequebatur · unumquemque septuaginta duo · Hi stabant in conspectu Sanctuarii Domini. laudantes universorum Dominum. unus quidem cymbala. alius vero psalterium. alius cinyram. alius corneam buccinam. alius citharam habens · Atque horum medius stabat David · Atque hoc modo Cantica auspicabantur. tenentes in manibus istiusmodi instrumenta. & unusquisque Spiritu Sancto motus laudabat Deum. omnesque psallenti respondebant *Alleluja* · Quando autem Spiritus Sancti gratia ad breve tempus recedebat. instrumentis deinceps minime motis. tunc. uti par est. vocem istam *Diapsalma* scribebant ·

II.

SANCTI ATHANASII EPISC. ALEXANDRINI [4] *Epistola ad Marcellinum de Libro Psalmorum* ·

ADmiror tuam electionem. in Christo amice Marcelline. etenim

a Extat græce apud B. Corderium tom. I. Procm. pag. 1. expositionis Patrum Græcorum in Psalmos. Latina interpretatio est ex eodem Corderio. sed recensita & emendata ad græcum exemplar.

(1) παρακλήσεις, ἢ ἱκετηρίας·

(2) Ὁ ἑξ ἢ δέκατος· decimus sextus, *sicut apparet ex ejusdem Psalmi Titulo infra pag. 23. unde hypodiastolen inter vocem* sextus & decimus *positam de prima editione sustulimus.*

(3) *Exstat & in tom. 1. Græc. Patrum Montf. pag. 8. cum latina ipsius interpretatione. Pluribus de diapsalmate agens consule Proemium Comment. in Psalm. pag. 16. Antonii Agellii Episcopi Acernensis e Nostratibus, non Canonicus Regularis, ut scripsit August. Calmet. Diction. sua ed. Paris. 1722. quem errorem una cum altero simili respectu nostri Michaelis Ghislerii, quem idem Calmetus Canonicum Regularem fecerat, detexerunt Editores Veneti secunda tantum ipsorum Editione ejusdem Dict. an. 1734. tom. 1. pag. 59. 61. & 65. Vide quæ diximus tom. 1. pag. 166. not. 2. atque illis adde emendationem in secunda Veneta editione factam, quæ nobis excidisse quum illa scriberemus, fatemur.*

(4) *Hanc ad Marcellinum epistolam veluti* εἰσαγωγὴν *propriis in Psalmos Commentariis Athanasium*

nim præsentem tentationem [1] (quamvis multa patiens) in ipso benefers. & virtutum exercitium non negligis. diligenter enim inquirens ab eo qui portavit epiſtolam. quomodo utique & propter infirmitatem agas. didici. ad omnem quidem divinam Scripturam te vacare. frequentius vero præſertim Libro Pſalmorum ſtudere. & contendere in ſingulis Pſalmis interpoſitum intellectum comprehendere. Et propter hoc igitur [2] accepto te. multum habens in eodem Libro & ego deſiderium. quemadmodum & in omni Scriptura. Etenim taliter habens [3] contuli cum quodam ſtudioſo ſancto ſene. & volo & tibi quæcumque ille. continens Pſalterium. de eo mihi narravit. ſcribere. [4] dixit enim ſic:

Omnis quidem. o fili. vetus & nova Scriptura noſtra a Deo inſpirata eſt. & utilis ad doctrinam, ſicut ſcriptum eſt. habet vero [5] quamdam prærogativam attendentibus Liber Pſalmorum. Et quidem enim unuſquiſque liber propriam annunciationem miniſtrat & pronunciat. velut Pen-

naſium præmiſiſſe traditur a Concilio Nicæno II. tom. 7. Conciliorum Labbei pag. 878. quod minus verum videri poterit ſi cum Montfauconio Operum Athanaſ. tom. 1. P. 2. p. 981. animadvertatur nil in ea occurrere quod Præfationis indolem redoleat: aut cum Tillemontio tom. 8. Hiſt. Eccleſ. pag. 257. dicamus eam eſſe fragmentum Tractatus in illa Evangelii verba Mat. 12. 32. quicumque dixerit verbum contra filium hominis. *Aſt quodcumque de ea re judicium ſtatuatur, inficiandum non eſt Divinarum Scripturarum ſtudioſis ſolemne fuiſſe haud longe ab ætate S. Patris illam Pſalmorum libro præponere: id non obſcure colligeretur ex Caſſiodoro Inſtit. Divin. liter. cap. 4. ejus uſum commendante, aut ex antiquiſſimis Catenis MSS. in Pſalmos ſeptimi vel octavi ſæculi, in quibus admiſſa legitur; ſed potiſſimum ex Alex. Codice Angliæ circa finem quarti ſæculi exarato, ſi Grabeo fides, in quo Pſalmis præfigitur. Unde ſane conſtat quam ad antiquitatis genium Thomaſius has ad Pſalterium Præfationes diſpoſuerit. Eadem Epiſtola ante Thomaſium ex Angeli Politiani interpretatione edita extabat in Athanaſ. Operibus edit. Lugd. an. 1532.* ſed, *ut Montfauconii verbis utar,* mirum in modum mutila, initio, fine, medio, & ubique, ita ut quaſi ἀποσπασμάτιον hujuſce operis videatur. *Corderius etiam eam ediderat an. 1643. tom. 1. Catena Græc. Pat. ſed initio mutilam. Thomaſianam editionem proxime excepit illa Montfauconii an. 1698. græce cum latina interpretatione doctiſſimi Editoris, & cum recenſione ad illam Corderii. Deinde anno 1709. ſubſecuta eſt illa Grabei ex Alex. Cod. Angliæ, græce ſolum, uti jacet in celeberrimo MS. nam latinam ejuſdem verſionem iam prælo paratam mutato conſilio Anglus editor omiſit, data ſolum ſubinde collatione cum edita Montfauconii. Quam tradit heic Thomaſius Latinam Verſionem expreſſit ex Cod. MS. Bibliothecæ Vallicellanæ & ſignato F. 52. nos ad idem monimentum recenſitam denuo exhibemus, & inſuper ad duo exemplaria græca, quæ ſupra memoravi, vulgata poſt Thomaſianam editionem. Idque ex ſententia ejuſdem Thomaſii ad marginem hujus ſui operis propria manu exarantis:* Hic liber recenſeri, atque emendari poterit ex latina ejuſdem interpretatione a B. Corderio concinnata tom. 1. Expoſitionis Patrum in Pſalmos. *Cur vero Cordérianæ editioni anteponamus illas Montfauconii, & Grabei facile quis conjiciet. Cetera in MS. Cod. 52. memorato eadem hac epiſtola inſcribitur:* Prologus Magiſtri Athanaſii ſuper Pſalterio.

(1) *Legendum videtur* (quamvis multa patiens in ipſa) benefers, *in ipſa ſcilicet tentatione. Græce enim:* καὶ γὰρ καὶ τὸν παρόντα πειρασμὸν, καίτοι πολλὰ παθὼν ἐν αὐτῷ, *porro illud* ἐν αὐτῷ *refertur ad* πειρασμὸν. *Quod ſequitur,* & virtutum exercitium, *græce legitur* καὶ τοῖς ἀσκήσεις, *ſimpliciter. Cetera notandum MS. F. 52. paullo ſuperius pro* Marcelline *legere* Marcelle.

(2) Accepto te *græcum ſapit* ἀποδέχομαί σε, *quod huic Verſioni non infrequens, indicium profecto antiquitatis: intellige in præſentia,* laudo te.

(3) Συνέτυχον γάρ τινι φιλοπόνῳ γέροντι, *quæ Montf. vertit:* incidi olim in quemdam ſenem ſtudioſiſſimum. *Noſtra tamen interpretatio ad loci ſenſum magis idonea.*

(4) *Utraque editio Grab. & Motf. heic addit* ἔχει γάρ τινα χάριν καὶ πιθανότητα μετ' εὐλόγου τοῦ διηγήματος· habent enim quamdam gratiam & probabilitatem cum veriſimilitudine narrationis *conjunctam. A verbis paulo poſt inſequentibus:* Omnis quidem, o fili &c. *incipit hoc opus a Corderio editum.*

(5) *Alex. Cod.* τινα ἐπιδαψιλῆ παρατήρησιν. *Montf.* τινα παρατήρησιν· *quæ reddit:* quædam obſervatu digna.

Pentateuchum generationem Mundi. & Patriarcharum actus. exitumque Israel de Ægypto. [1] post Legis dationem. Tabernaculi & Sacerdotii ordinationem. Triteuchum vero [2]. Hereditatis fortes. & Judicum actus. & genealogiam David. Regum & Paralipomenon. Regum actus. Et quidem Esdras a captivitate solutionem. & reversionem populi. & reædificationem Templi. & Civitatis. [3] Prophetæ vero Domini Nostri Jesu Christi peregrinationem. admonitiones seu rememorationes mandatorum. querelas contra transgressores. & prophetiam Gentibus. At vero Liber Psalmorum. quæ sunt omnium, quasi paradisus in seipso [4] plantata ferens. modulatur. & quæ sunt in ipsis propria. psallens ostendit. Etenim ea quæ sunt Geneseos psallit in XVIII. (Cæli enarrant gloriam Dei. & opera manuū ejus annunciat firmamentum.) & in XXIII. (Domini est terra & plenitudo ejus. Orbis terrarum. & universi qui habitant in ea. Ipse super maria fundavit eam.) Quæ autem sunt Exodi. Numerorum. Deuteronomii. cantat pulchre in [5] LXXVII. & CIV. & in CV. & CXIII. dicens. (In exitu Israel ex Ægypto. domus Jacob de populo barbaro.) Psallit & in CIV. ista. dicens (misit Moysen servum suum. Aaron quem elegit sibi ipsi. [6] & misit tenebras. & obscuravit eos.) & (convertit aquas eorum in sanguinem) & (emisit terra eorum ranas.) & hunc Psalmum totum totaliter. [7] & CV. de eisdem est invenire scriptum. Et ea quidem quæ sunt Sacerdotii & Tabernaculi. clamat in exitu Tabernaculi in XXVIII. (Afferte Domino filii Dei. afferte Domino filios arietum.) Quæ vero sunt Jesu Nave & Judicum indicat quodammodo in CVI. dicens (Et constituerunt civitates habitationis. & seminaverunt agros. & plantaverunt vineas.) sub Nave enim tradita est eis terra promissionis. Dicens autem in eodem Psalmo frequenter (Et clamaverunt ad Dominum. cum tribularentur. & de necessitatibus eorum. salvavit eos.) significat Judicum Librum. tunc enim clamantibus ipsis. suscitavit [8] in tempore Judices. & salvavit populum a tribulantibus eum. Et quidem quæ sunt Regum psallit in XIX. dicens (Hi in curribus. & hi in equis. nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi obligati sunt. & ceciderunt. nos autem resurreximus. & erecti

(1) *Respondet omnino Montf. editio. At in Alex.* ἐ τὴν τῆς νομοθεσίας διάταξιν. & legis dationem, *sequentia deinde* Tabernaculi & sacerdotii ordinationem *ommittuntur. R. 52. addita copula*, & post legis &c.

(2) Hereditatis fortes. *Græc.* κληροδοσίαν, *potius* sortis, *aut etiam* hereditatis distributionem.

(3) *Alex.* οἱ δὲ Προφῆται προφητείας περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ σωτῆρος. *Accinit Montf. omissa tantum voce* προφητείας.

(4) *Alex. vocem* plantata *minime reddit, & paullo post ex utraque edit. addendum*: & insuper quæ sunt in ipsis propria.

(5) *Alex. tantum* in LXXVII. & CXIII. *aliis omissis, videlicet* CIV. & CV. *qui tamen Psalmi de rebus Exodi, Numerorum, & Deuteronomii agunt; quod nec Athanasium fugisse, & juxta Alex. Cod. quæ statim addit, demonstrant.*

(6) *Alex. addit Psalmi proxime insequentem versiculum*: ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ, ἐ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. *Et paullo inferius ex eodem Cod. post* obscuravit eos *addendum foret*, & exacerbaverunt sermones ejus: ἐ παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. *Quod & in sequentibus observatur, ut sæpe longiora proferat ille Codex Psalmorum testimonia.*

(7) *Apud Montf. deest* & CV.

(8) *Ita Alex. sed Montf. plurium numero*: κατὰ τοὺς καιρούς. *Inferius vero ex utraque editione legendum*: Et quæ sunt Regum psallit quodammodo in XIX. &c. *Montf.* Et quæ quidem &c.

& erecti sumus ·) Quæ vero sunt Esdræ in cxxv. Graduum cantat (In convertendo Dominus captivitatem Sion . facti sumus sicut consolati .) & iterum in cxxi. (Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi . in domum Domini ibimus · Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem · Jerusalem quæ ædificatur ut civitas . cujus participatio ejus in idipsum · Illuc enim ascenderunt Tribus . Tribus Domini . testimonium Israel ·) Quæ vero sunt Prophetarum . in singulis fere significat de peregrinatione Domini . & quod quidem Deus existens peregrinabitur · ita ait in xlix. Psalmo (Deus manifeste veniet · Deus noster & non silebit .) in cxvii. (Benedictus . qui venturus est in nomine Domini · Benediximus vos de domo Domini . Dominus Deus & illuxit nobis ·) Quod autem iste est Patris Verbum . ita in cvi. psallit (Misit Verbum suum . & sanavit eos . & liberavit eos de interitionibus eorum .) Etenim qui venturus est Deus . ipse est & Verbum missum . Hoc Verbum sciens esse verum Dei Filium . cantat voce Patris in xliv. Psalmo (Eructavit cor meum Verbum bonum .) & iterum in cix. (Ex utero ante Luciferum genui te ·) Quid enim aliud aliquis dicat genitum Dei . quam Verbum & Sapientiam ejus ? [1] Hunc sciens Verbum esse Patris . iste Psalmorum Liber continet . dicens (Verbo Domini cæli firmati sunt . & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum ·) Et Christum venturum non ignoravit . sed præsertim de hoc in xliv. dicit (Thronus tuus [2] in sæculum sæculi · virga æquitatis . virga Regni tui · Dilexisti justitiam . & odisti iniquitatem . propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis ·) Et ne secundum imaginationem venire eum aliquis existimet . significat hunc eumdem futurum fieri hominem · & hunc esse per quem omnia facta sunt · dicens in lxxxvi. (Mater Sion dicet · Homo . & homo natus est in ea . & ipse fundavit eam Altissimus .) hoc enim æquale est ei quod dicitur [3] (In principio erat Verbum . & Verbum erat apud Deum . & Deus erat Verbum · Omnia per ipsum facta sunt ·) Propter hoc . quod ex Virgine . cognoscens . non siluit . sed confestim manifestationem quamdam dat in eodem xliv. Psalmo . dicens (Audi filia . & vide . & inclina aurem tuam . & obliviscere populum tuum . & domum patris tui . quoniam concupivit Rex speciem tuam . quoniam ipse est Dominus Deus tuus ·) Hoc enim (iterum) simile est dicto a Gabriele [4] (Ave gratia plena . Dominus tecum ·) Etenim dicens ipsum Christum . statim & humanam nativitatem ex Virgine declaravit . dicens (Audi filia ·) Gabriel quidem ex nomine vocat Mariam . alienus existens ab ea secundum generationem · At David . ex semine suo exeuntem eam . Filiam clamat

(1) *MS. F. 52.* Hunc sciens existentem sic dixit pater : Fiat firmamentum & omnia , & iste liber continens dicit &c. *Haud nobis consentientes nec inter se, editos habemus , nam Alexand.* *τῦτον ειδυῖα ὄντα ῷ εἶπεν ὁ πατὴρ , Γενηθήτω φως , ἢ στερέωμα , ἢ τὰ πάντα , ἢ αὕτη ἡ βίβλος περιέχει (supple ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ) λέγουσα . Τῷ λόγῳ Κυρίυ &c. Hunc sciens esse cui dixit Pater : fiat lux , firmamentum , & omnia , liber iste habet dicens :* Verbo Domini &c. *Montf. vero τῦτον γὰρ εἰδυῖα ὄντα λόγον τῦ πατρὸς ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν εἶπεν ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ· Τῷ λόγῳ Κυρίυ &c. Hunc sciens esse verbum Patris liber Psalmorum ait in* xxxii. Verbo Domini &c.

(2) *Uterque ὁ Θεὸς interponit .*

(3) *Vide Iohan.* 1. 1. 2. *&* 14.

(4) *Luc.* 1. 28.

Filiam clamat eam · Dicens vero [1] Hominem & ipsum futurum . consequenter & passibilem eum carne significat· Proditionem a Judæis fiendam videns . psallit in II. Psalmo (Quare fremuerunt gentes ? populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ. & Principes convenerunt in unum adversus Dominum . & adversus Christum ejus·) In XXI. qualitatem mortis . ex persona Salvatoris ait (In pulverem mortis deduxisti me · Quoniam circumdederunt me canes multi . concilium malignantium obsedit me . Foderunt manus meas & pedes meos . dinumeraverunt omnia ossa mea· Ipsi vero consideraverunt me & despexerunt me · diviserunt sibi vestimenta mea . & super vestem meam miserunt sortem ·) Illud vero (Foderunt manus meas & pedes meos) qoid aliud quam Crucem dicens . significat? Ista omnia docens . addit quod non pro se ipso . propter nos vero eadem patitur Dominus · & ait ex persona iterum ejus in LXXXVII. (Super me confirmatus est furor tuus) in LXVIII. (Quæ non rapui tunc exolvebam ·) Non obnoxius enim existens . mortuus est . sed pro nobis passus est . & contra nos furorem . qui erat propter prævaricationem . super seipsum portavit · [2] Et dicentibus quidem nobis in CXXXVII. Psalmo (Dominus retribuet pro me) dicente autem & Spiritu in LXXI · (Et salvabit filios pauperum . & humiliabit calumniatorem · Quia liberavit pauperem a potente. pauperem . cui non erat adjutor ·) Propter hoc & ad cælos ipsius [3] corporalem reditum præsignat.

dicens in XXIII. quidem Psalmo (Attollite portas (Principes) vestras & elevamini portæ æternales . & introibit Rex gloriæ .) & in XLVI. vero (Ascendit Deus in jubilatione . & Dominus in voce tubæ ·) Sessionem vero annunciat . & ait in CIX. quidem (Dixit Dominus Domino meo . Sede a dextris meis . donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ·) In IX. vero Psalmo addit fiendam perditionem diaboli . & clamat (Sedisti super thronum qui judicas justitiam · increpasti gentes . & periit impius ·) Etenim quod omne judicium accepit a Patre . non abscondit . sed & Judicem eum omnium venturum præsignat in LXXI. quidem (Deus judicium tuum Regi da . & justitiam tuam Filio Regis · Judicare populum tuum in justitia . & pauperes tuos in judicio ·) In XLIX. ait ([4] Advocavit cælum de sursum . & terram dijudicare populum suum) & (Annunciabunt cæli justitiam ejus . quoniam Deus judex est) & in LXXXI. (Deus stetit in synagoga deorum . in medio autem deos dijudicat) Nempe & vocationem Gentium est ab eo discere in multis . maxime autem a XLVI. (Omnes Gentes plaudite manibus . jubilate Deo in voce exultationis ·) In LXXI. quidem Psalmo (Coram illo procident Æthiopes . & inimici ejus terram lingent · Reges Tharsis & Insulæ munera offerent . & adorabunt eum omnes Reges terræ . omnes gentes servient ei ·) Ista quidem in Psalmis cantantur . & & in singulis aliis libris prounciantur ·

Non [5] autem ignorans dixit . quod pri-

(1) *MS. F. 52.* Hominem & ipsum dicens fiendum .

(2) *Alex. heic addit λέγοντος διὰ τοῦ Ἡσαΐου. Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ὑμῶν ἔλαβεν·*

(3) *Ita Alex. sed apud Montf. vox* corporalem *σωματικὴν desideratur .*

(4) Advocabit *προσκαλέσεται*·

(5) *MS. F. 52.* non autem ignoro , dixit. *Græc.* Οὐκ ἀγνοῶν δὲ πάλιν ἔλεγεν , *quæ Montf. vertit* , ceterum se non ignorare ajebat , *intellige senem illum , cujus mentionem initio epistolæ fecerat .*

in unoquoque Scripturæ loco eadem de Salvatore segregate seu excellentius significantur · Et est communis omnibus Scripturis annunciatio & Promissio . & eadem concordia Sancti Spiritus · Etenim quemadmodum ea . quæ aliorum sunt. in isto possibile est invenire . ita & quæ sunt hujus . in aliis multotiens inveniuntur · etenim Moyses canticum scribit . & Esaias canit . & Abbacuc orat cum cantico· Iterum in unoquoque libro est videre & Prophetias . & [1] Legislationem . & Historias . idem enim Spiritus in omnibus est · Et secundum quidem factam in unoquoque ipsius Spiritus Sancti divisionem . unusquisque datam sibi gratiam ministrat & implet. sive Prophetia sit. sive Legislatio. [2] sive Historiæ memoria . sive Psalmorum gratia· Quoniam vero unus & idem Spiritus est (cujus omnes divisiones sunt) ipse vero indivisibiliter secundum naturam . totus quidem est in seipso . [3] propter quod in mente secundum deliberationem . manifestationes & divisiones Spiritus singulis fiunt . & de reliquo secundum suppositam indigentiam frequenter unusquisque [4] obaudiens ministrat verbum · Quare (sicut prædixi) Legislatorem Moysen prophetare aliquando & cantare constat . & prophetantes Prophetas mandare aliquando · [5] (Lavamini · mundi estote . & abstergimini a malitia . & ablue a malitia cor tuum Jerusalem .) & Historias narrant aliquando · Daniel quidem Susannæ . & Esaias Rapsace & Senacherib· Ita enim & Psalmorum liber habens proprium Canticorum . quæ in libris [6] diffusive dicuntur . eadem ipse lata voce cum melodia psallit . quemadmodum dictum est · Legem igitur ponit & ipse [7] (Desine ab ira . & derelinque furorem · Diverte a malo . & fac bonum · inquire pacem . & persequere eam) & historizat aliquando de via Israel . & prophetat de Salvatore . sicut dictum est prius · Communis quidem talis gratia Spiritus est . & apud omnes ipsa eadem est . quemadmodum indigentia vel opus requirit . & Spiritus vult · Non enim differunt plus & minus [8] in eadem operatione ministrationis Spiritus . in qua unusquisque irremissibiliter complet propriam [9] & perfectam ministrationem · Liber vero Psalmorum & sic habet iterum quamdam gratiam propriam [10] & perseverantiam segregatam · præ aliis enim habet excellentem habitudinem & affectionem in iis quæ sunt in aliis libris & communionem · Ergo & proprium habet hoc mirabile . quod uniuscujusque animæ motus . & horum transmutationes & directiones habet descriptas & subfiguratas in seipso .

(1) *Montf.* *νομοθεσίας* Legislationes . *Deinde interpunctio ita exhibetur tum a Montf. tum a Grab.* historias . Idem enim spiritus in omnibus est , & secundum quidem factam &c.

(2) *MS.* sive Prophetiæ memoria .

(3) *Apud Grab. legitur κατὰ δὲ τὴν διακονίαν αἱ φανερώσεις . Montf. κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν αἱ φανερώσεις , quæ vertuntur :* sed secundum intelligendi modum manifestationes .

(4 *MS.* Uno quoque obaudiente . *Grab. ὑπηχοῦντος τοῦ πνεύματος* spiritu resonante, aut succinente . *Montf. ἕκαστος ὑπηχούμενος , quæ sensum reddunt paullo diversum . Ab eodem Montf.* voce spiritu *suppleta interpretantur* : spiritu edoctus quisque .

(5) *Esa.* 1. 16.

(6) *Quod* diffusive *in MS.* diffuse *heic scribitur , græce διεξοδικῶς* obiter *potius significans* .

(7) *Psal.* 36. 8. 27.

(8) Ἐν ταύτῃ τῇ χρείᾳ , ὡς ἕκαστος *&c. quæ verti queunt* : in eadem indigentia , ut unusquisque &c.

(9) Et perfectam *tacet Alex.*

(10) Καὶ συμπαρατήρησιν ἐξαίρετον *sonans latine, ut bene apud Montf.* peculiare quid observatu dignum .

Quarum quisque voluerit. [1] quasi ab imagine. ex eodem cuncta accipere & considerare. ita figuret seipsum. sicut ibi scriptum est. Etenim in aliis quidem libris solum quis audit Legem. quæ oportet facere præcipientem. & quæ non oportet facere. & in Prophetiis quasi solum audire & scire est Christum venturum Salvatorem. & in Historiis quidem est attendere. ex quibus cognoscere potest [2] Sanctorum & Regum & Sacerdotum actus. In libro vero Psalmorum insunt eadem. & audientem ista docent. & adhuc super ista motus propriæ animæ considerare instruitur. [3] ad quæ vitiose afficitur. & quæ patitur. & in quo continetur. docetur. Potest iterum ex eodem haberi imago sermonum. seu rationum. ita ut non tantum accedere audientem. [4] sed & quo modo oportet facientem & dicentem curare vitium. docet. Sunt quidem enim & in aliis Libris sermones prohibentes & interdicentes prava. in isto vero quo modo abstinere oportet. figuratur. [5] Sicuti præceptum est pœnitendi (pœnitere autem est a peccato cessare) sed hic quo modo pœnitentiam agere oporteat. & quid opus sit in pœnitentia dicere. exprimitur. Et iterum dixit Paulus [6] (Tribulatio patientiam operatur. patientia vero probationem. probatio vero spem. spes autem non confundit) in Psalmis vero & quo modo oportet ferre tribulationem. & quid oportet tribulatum dicere. & post tribulationes. & quo modo unusquisque probatur. & qui sunt sermones sperantium in Domino scribitur & exaratur. Iterum mandatum est in omnibus gratias agere. sed quid oportet dicere gratias agentem docent Psalmi. Demum ab aliis audientes [7] (Quicumque volunt pie vivere in Christo. persecutionem patientur.) a Psalmis docemur quo modo [8] oportet in fugiendo sapere. & persecutionem passos quosdam. & post persecutionem liberatos. quales oportet Deo offerre sermones. Benedicere nobis Deum jubetur. & confiteri Domino. sed in Psalmis informamur quo modo laudemus Deum. & quæ verba dicentes cofiteamur decenter. & in unoquoque quis inveniet [9] Cantica. ad nos & nostros motus & constitutiones posita. Etenim illud iterum admirabile est in Psalmis. quoniam in aliis quidem libris ea quæ dixerunt Sancti. & de quibuscumque dixerunt. eadem & qui legunt [10] adnunciant de iis. pro quibus

(1) *Ita ex Montf. edit. redderetur, sed Alex.* ὥστε τινὰ τὸν βουλόμενον ὡς ἄπειρον ἐξ αὐτῆς λαμβάνειν καὶ κατανοεῖν, οὕτω τε τυποῦν ἑαυτὸν (*supple* ὡς) ἐκεῖ γέγραπται· *quæ reddi possent:* ut qui velut inexercitatus &c. (*intellige in aliis Divinis libris*) ex ipso accipere voluerit & intelligere, ita se ipsum efformare possit, ut illic (*ut in illis libris*) scriptum habetur. *Hæc interpretatio si probetur, sequentibus non minus consona quam nostra lectio aut altera Montfauconis, quæ loco* ὡς ἄπειρον *habet* ὡς ἀπὸ εἰκόνος.

(2) *Ex editis*: Regum, Sanctorumque acta.

(3) Ad quæ vitiose afficitur, *spectatis exemplaribus Græcis Montf. & Alex. abundat, & repetitio videtur statim insequentium verborum:* & quæ patitur, πρὸς ἃ (*Alex.* ὃ) πάσχει.

(4) *MS. heic addit*, & non præterire.

(5) Sicuti præceptum est &c. *usque ad:* & iterum dixit Paulus *MS. omittit*.

(6) *Ad Rom.* 5. 3. 4. & 5.

(7) II. *ad Timoth.* 3. 12.

(8) *MS.* oportet fugere *loco* oportet in fugiendo sapere.

(9) Θείας ᾠδὰς, divina Cantica.

(10) *Juxta Montf.* adnunciant iis de quibus illa scripta sunt, audientes vero alios ab iis arbitrentur, de quibus est sermo, ita ut quæ gesta dicuntur admirationi solum habeant, & imitanda sibi proponant. περὶ ὧν ἐκεῖνα γέγραπται, ἀπαγγέλλοντές εἰσι. οἵτε ἀκούοντες ἄλλους ἑαυτοὺς ἐκείνους

quibus illa ſcripta ſunt · audientes vero alios . illos ipſos arbitrantur . de quibus eſt ſermo . & ad imitandas annunciatas actiones (uſque ad admirationem & æmulationem earumdem) aguntur · Eumdem vero librum aſſumens . Prophetias quidem de Salvatore de more (ut in aliis Scripturis) admirans & adorans exequitur · alios vero Pſalmos . ut proprios exiſtentes ſermones legit . & audiens vero . quaſi ipſe idem dicens . compungitur & afficitur in Canticorum verbis . ſicut ipſius propriis exiſtentibus .

Declarationis vero iterum gratis . non eſt negligendum (ſecundum beatum Apoſtolum reſumentem idem dicere .) plures ſermones Patriarcharum ſunt . & proprii ab ipſis dicti · Et Moyſes loquebatur . Deus vero reſpondebat · Elias vero & Eliſæus in Carmelo ſedentes monte . invocabant Dominum . & ſemper dicebant [1] (Vivit Dominus . in cujus aſpectu ego ſto hodie ·) Et qui ſunt aliorum Prophetarum ſermon[illegible] præcellunt prævii qui ſunt de Salvatore · poſt hæc vero plures facti ſunt Gentibus & Iſraeli · Attamen nemo nunc Patriarcharum ſermones ut proprios dicet aliquando . neque audebit aliquis imitari & dicere quæ ſunt Moyſi propria verba . neque Abraham de Verna & de Iſmsele . & quæ ſuper magno Iſaac (quamvis idem opus & eadem neceſſitas quēquam apprehendat) audebit hæc ut propria dicere · Si vero compatiuntur . & deſiderium accipiunt rei melioris . numquam tamen dicent . ſicut Moyſes [2] (Oſtende mihi teipſum ·) & iterum [3] (Siquidem dimittis ei peccatum . dimitte · ſi vero non dimittis. dele me de libro tuo . quem ſcripſiſti ·) [4] Sermonem Prophetarum aliquis accipiens ſicut propria verba . vituperabit quis aut laudabit [5] his ſimilia . quæ illi vituperaverunt aut laudaverunt . neque (Vivit Dominus. in cujus conſpectu ſto hodie) imitabitur aliquis dicere velut proprium verbum · [6] Et quidem qui in eos libros incidit . manifeſtum eſt . non ſicut proprios . ſed ut Sanctorum & per Sanctos declaratos . dicere ſermones · Qui vero Pſalmos ([7] quod eſt admirabile) poſt eas quæ ſunt de Salvatore & de Gentibus Prophetias . alia dicens . ſicut propria verba loquitur . & quaſi de ſe ſcriptos . eos unuſquiſque pſallit . & non ſicut alio dicente . vel de alio ſignificantes . recipit & exequitur . ſed tamquam ipſe de ſeipſo loquens . afficitur · & quæcumque ſunt dicta . eadem quaſi ipſe agens . ex ſeipſo loquens . refert Deo · Non enim ut Patriarcharum verba & Moyſi & aliorum Prophetarum loquens . venerabitur & eadem [8] . Cuſtodientem namqne mandatum . & prævaricantem illud . & utriuſque actum continent Pſalmi · & neceſſe eſt . omnem hominem in his contineri . & ut cuſtodientem mandatum. vel ut prævaricantem . eum dicere de unoquoque ſcriptos ſermones · Et mihi videtur . pſallenti hos fieri tamquam ſpeculum .

ἐκείνους (Alex. ἐκείνων) ἡγοῦνται, περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ τὰς ἀπαγγελομένας δὲ πράξεις ἄχρι τοῦ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν αὐτὰς, εἰς τὸ μιμεῖσθαι γίνονται. MS. quod *heic dicitur*, illos ipſos arbitrantur, *legit*: ſe ipſos illos arbitrantur.

(1) III. *Reg.* 17. 1. IV. *Reg.* 8. 14. *&c.*

(2) *Exod.* 33. 13. (3) *Ibidem*, 32. 32.

(4) Sed nec ſermonem &c. ἀλλ' ἰδὲ &c.

(5) *MS.* his ſimilia reſiſtentes, quibus illi &c.

(6) *MS.* Et quidem qui libris participat, manifeſtus eſt &c.

(7) *MS.* quod eſt glorioſum &c.

(8) *Alex. eo loci addit*: ἀλλὰ καὶ μάλιστα ὡς ἴδια καὶ περὶ ἑαυτοῦ γραφέντα θαρσεῖ λέγων ὁ ψάλλων αὐτά.

ut conſideret ipſe in ipſis animæ ſuæ motus. & ita guſtans & ſentiens annunciet eos. Etenim audiens legentem. [1] tamquam ab ipſo hymnus dicatur. canticum recipiet. & vel redargutus a conſcientia & compunctus pœnitentiam aget. aut de ſpe in Deum audiens. & opitulatione facta in credentes. ſicut in ſe tali gratia facta. exultabit. & gratias agere Deo incipiet. Cum igitur III. qui pſallit. ad proprias tribulationes conſpiciens. quaſi ſua putat quæ ſunt in eo verba. Et [2] x. & XVI. ſicut propriam confidentiam & orationem eſt annuncians. & L. ſimiliter eſt ea quæ ſunt propter ſuam pœnitentiam verba dicens. LIII. vero. LV. & LVI. & CXLI. quando cantat. non ſicut alio perſequuto. ſed ſicut ipſe idem patiens. coafficitur. & cantat Deo ſicut proprios ſermones iſtos. Et totaliter ita unuſquiſque Pſalmus a Spiritu [3] Sancto dictus & compoſitus (ſicut in præcedentibus dicitur) ut in eis conſiderentur motus animæ noſtræ. & quaſi omnes propter nos dicantur. & ipſi ſint. ſicut proprii noſtri ſermones. adrememorationem motuum. qui in nobis fiunt. & directionem & correctionem propriæ converſationis. Quæ enim pſallentes dixerunt. eadem poſſunt eſſe noſtri Typi & Characteres. Iſta vero iterum [4] noſtri Salvatoris eſt gratia. homo enim propter nos factus. proprium quidem corpus pro nobis in mortem obtulit. ut omnes commutaret a [5] duplici morte. Cæleſtem vero & perfectam & beneplacentem converſationem oſtendere volens nobis. in ſeipſo eamdem figuravit. ut non ultra aliqui faciliter ab inimico ſeducantur. habentes pignus ad munitionem tutam. ab eo factam pro nobis. adverſus diaboli victoriam. [6] ut unuſquiſque audiret quidem eum loquentem. at tamquam in exemplari aſpiceret. ad ſumenda ab eo exempla operandi. audiens [7] (Diſcite a me. quia mitis ſum & humilis corde.) Perfectiorem vero & ad virtutem doctrinam numquam perpetuo aliquis inveniet ea.. quam figuravit Dominus in ſeipſo. ſive enim mali ſufferentiam. ſive bonitatem. ſive fortitudinem. ſive miſericordiam. ſive juſtitiam. omnia [8] in Chriſto inveniet ſemper pleniſſime facta. Quare nihil ad virtutem. conſideranti humanam vitam [9] Domini. deerit. Hoc enim ſciens Paulus dicebat [10] (Imitatores mei eſtote. ſicut & ego Chriſti.) Qui quidem enim apud Græcos ſunt Legiſlatores. uſque ad prolationem ſermonis tantum habent gratiam. [11] Deus vero (tamquam vere Dominus exiſtens univerſi. curam gerens de his quæ operatus eſt) non ſolum Legem ponit. ſed & Typum ſemetipſum dedit. ut ſcirent in illo & cognoſcerent faciendi virtutem. Propterea enim & ante ipſius ad nos peregrinationem inſonuit in

(1) Tanquam de ipſo dicatur canticum excipiet: ὡς περὶ αὐτοῦ λεγομένην τὴν ᾠδὴν καταδέχεται.

(2) *Alex.* ια XI. *MS. unice* XVI.

(3) *Vox* ſancto *heic abundat*.

(4) *Neque ejus loci vocem* noſtri *Græca reſonant*.

(5) *Vox* duplici, *ſicut & paullo infra altera* beneplacentem *neque Alex. exhibet, neque Montf.*

(6) *Supplendum ex MS. noſtro F. 52. & edito Alex.* Hac de cauſſa non ſolum docuit, ſed & fecit quæ docuit, ut &c. *Montf. græcum exemplar illis deſtituitur, eadem licet præferente latina ejuſdem verſione.*

(7) *Mat.* 11. 29.

(8) In Chriſto *perſpicuitatis gratia poſitum videtur, quum habeatur* ἐν αὐτῷ.

(9) *Ita Græc. Montf. ſed Alex. vocem* Domini *tacet*.

(10) I. *Corinth.* 4. 16. & 11. 1.

(11) Ὁ δὲ Κύριος &c.

in Psallentibus hoc. ut quodammodo in seipso. perfecti & cælestis hominis Typum ostenderet · Ita & ex Psalmis. motus & affectus animarum. qui vult. discere valebit. inveniens in ipsis & uniuscujusque motus curationem atque directionem · Si enim oportet & persuasibile dicere. omnis quidem divina Scriptura magistra est virtutis & fidei veræ · Liber vero Psalmorum habet & imaginem quodammodo institutionis sanctæ [1] & animarum · Sicut enim ingrediens ad regem figurat habitu & verbis. ut non extra ea dicens. indisciplinate plus [2] resolvatur · ita divinus Liber iste. ad virtutem currentem. & volentem considerare Salvatoris in corpore conversationem. rememorari eum primo facit motuum animæ. per lectionem. & ita demum figurat & docet colloquentes talibus sermonibus.

Sunt quidem ergo (ut hoc primum quis in hoc libro observet) alii quidem in Narratione dicti. alii in Admonitione. alii in Prophetia. alii qui in Oratione. alii vero in confessione · Et sunt qui in Narratione dicuntur. [3] XVIII. & XLIII. XLVIII. XLIX. LXXII. LXXVII. LXXXVI. LXXXVIII. LXXXIX. CIX. CXIII. CXXVI. CXXXVI. simul tredecim · Qui vero in Oratione. [4] sunt VI. & LXVII. LXXXIX. CI. CXXXI. XLI. simul sex · Qui vero quasi in Supplicatione & Oratione & Deprecatione, V. VI. VII. XI. [5] XV. XXIV. XXVII. XXX. XXXIV. XXXVII. XLII. LIII. LIV. LV. LVI. LVIII. LX. LXII. LXIII. LXXXII. LXXXV. LXXXVII. CXXXIX. CXL. CXLII. simul viginti quinque · Et [6] quidem in bona Acceptione, & Oratione & Prece & Gratiarum Actione. CXXXVIII. unus · Qui vero sunt solum quasi in bona Acceptione · IIL. XXV. LXVIII. LXIX. LXX. LXXIII. LXXVIII. LXXIX. CVIII. CXXII. CXXIX. CXXX. simul duodecim · [7] Et quidem in Confessione est L. unus · Et alii quoque connexam habentes Confessionem & Narrationem. IX. LXXIV. CIV. [8] CV. CVI. CXVII. CXXXV. CXXXVI. simul octo · Qui vero complexam habent Confessionem & Narrationem cum Laude. CX. unus · [9] Et quidem in Admonitione est XXXVI. unus · Qui autem sunt in Prophetia. XX. XXI. XLIV. XLVI. [10] LXXI. simul quinque · Et Promissivus cum Prophetia. CIX. unus · Exhortativi vero & quasi jubentes. sunt XXVIII. XXXII. LXXX. XCIV.

(1) *Tollenda copula & ejus loci.*

(2) *Alex.* ἐκβληθῇ ejiciatur. *Montf.* ἐγκληθῇ criminetur.

(3) *Alex.* ιη'. μγ'. μη'. μθ'. οβ'. οϛ'. οζ'. πη'. ρϛ'. ϱιγ' ρκγ'. ρκϛ'. *quibus addendum esset:* omnes simul duodecim, *sed ea collectio tum heic tum in sequentibus ubique non exhibetur. Tum ab Alex. tum a nostro exemplari distat Montf. apud quem* Narrationis *duodecim Psalmi indicantur, nempe* X. XLIII. XLVIII. XLIX. LXXII. LXXVII. LXXXVI. LXXXIIX. CIX. CXIII. CXXVI. CXXXVI. *MS. pro* LXXXVI. LXXXIIX. & LXXXIX. *præfert* LXXVII. & LXXXIV. *& in fine colligit:* omnes simul undecim.

4 *Heic nobis consonat Montf. ultimo excepto, cujus loco pro* XLI. *habetur* CXLI. *Alex. vero quemadmodum supra prorsus dissentit, sunt enim apud ipsum Orationis Psalmi* CXXXI. CXLI. XVI. LXVII. LXXXIX. CI.

(5) *Utraque editio heic addit &* XII. *Alex. infra post* LIIX. *addit.* LIX. *tollit deinde cum Montf.* LXII. *tum consentiente exemplari nostro Montf. Alex. apponit* CXXXVII. *sublato* CXL.

6 *Ita Montf. sed Alex.* καὶ οἱ μὲν ὡς ἐν ἐντυχίᾳ καὶ εὐχαριστίᾳ, ρλη'.

(7 *Ita Montf. MS. omittit* LXX. *concludit in fine:* omnes simul undecim. *At Alex. pro Confessione,* ἐν ἐξομολογήσει *reponit* IX. LXXIV. LXXIIX. XCI. CIV. CV. CVI. CVII. CX. CXVII. CXXXV. CXXXVII. *In Confessione simul & Narratione:* IX. LXXIV. CV. CVI. CXVII. CXXXVII.

(8) *MS. pro* CV. *habet* LXXV.

(9) *MS.* Et quidem in laude est XXXVII. unus. Qui autem sunt in prophetia &c.

(10, *Alex. vero loco septuagesimi primi heic habet* οε'. LXXV.

XCIV.[1] XCV. XCVI. XCVII. CII. CIII. CXIII. ſimul decem · Exhortatorius cum Cantico dicens · eſt CXLIX. unus · Et deſcribentes quidem virtuoſam vitam . ſunt CIV. CXI. CXVIII. CXXIV. CXXXII. ſimul quinque · Laudem vero profitentes . ſunt [2] XLVI. CXII. CXVI. CXXXIV. CXLIV. CXLV. CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CL. ſimul decem · Et quidem Activi gratiarum ſunt [3] VIII. XVII. XXIX. XXXIII. XLV. LXII. LXXIII. LXXXIV. CXIV. CXV. CXX. CXXI. CXXIII. CXXV. CXXVIII. CXLI. ſimul ſexdecim · Qui vero Beatitudines proclamant . ſunt [4] I. XXXI. XL. CXI. CXVIII. CXXVII. ſimul ſex · Et Oſtenſivus promptitudinis cum Cantico . CVII. unus · Et alter quidem Exhortativus ad fortitudinem eſt [5] X. unus · Alii vero Accuſativi impiorum & prævaricatorum ſunt II. XIII. XXXV. LI. LII. ſimul quinque · Et alter quidem Invocationis eſt IV. unus · Alii quidem in imprecativa pronunciatione ſunt [6] XIX. LXVI. ſimul duo · Et quidem Gloriationis in Deo adnunciantes ſermones ſunt XXII. XXVI. XXXVIII. XXXIX. XLI. LXI. LXXV. LXXXIII. XCVI. XCVIII. [7] CL. ſimul undecim · Admonefacientes . ſunt [8] LVII. LXXXI. ſimul duo · Et qui quidem cum hymnis verba faciunt XLVII. LXIV. ſimul duo · Jubilationis vero & de Reſurrectione . LXV. unus · Alter Jubilationis tantum verba dicens . XCIX. unus .

Tali ergo exiſtente ordinatione Pſalmorum . eſt de reliquo poſſibile .[9] participantes invenire in unoquoque (ut diximus) motum & conſtitutionem & habitum propriæ animæ . ita etiam & de unoquoque Typum & doctrinam . & quid nempe dicens placere valeat Domino · per quæ autem verba corrigi poſſit . & gratias agere Domino valeat . [10] & ut non cadat in impietatem is . qui præter talia dicit · [11] non enim ſolum de operibus . ſed & de omni verbo otioſo reddere rationem habemus Judici · Siquidem beatificare aliquem vis . habes quomodo oportet . & in quo . & quæ dicere . [12] I. XXXI. XL. CXI. CXVIII. CXXVII. Si vituperare Judæorum adverſus Salvatorem inſidias & proditionem . habes II. hymnum · Si vero [13] a Judæis perſecutionem pateris . & multos habes inſurgentes adverſus te . dic III. Pſalmum · Si autem ita tribulatus invocaſti Dominum . & exauditus vis gratias agere . pſalle IV. [14] CXIV. Et ſi reſpicis maligne agentes . inſidiari volentes . & ſuper eis audiri orationem deſideras . diluculo pſalle V. Sentiens

(1) *MS. omittit* XCV. *&* *concludit* , omnes ſimul novem .

(2) *Heic pro* XLVI. *tam Alex. quam Montf. cum noſtro MS. ponunt* XC. *deinde Alex. tollit* CXLVII.

(3) *Alex.* IIX. IX. XXXII. XLV. LXII. LXXVI. LXXXIV. CXIV. CXV. CXX. CXXI. CXXIII. CXXV. CXXIIX. CXLIII.

(4) *MS. loco* I. *habet* XXX. *Alex. omittit* CXI.

(5) *Idem Alex. non* X. *ſed* LXXX. *Montf.* LXXI.

(6) *Alex.* XIX. *&* LXIII. *Montf.* LXVI. *&* LXXIX. *qui quidem dicuntur* οἱ ἐπευκτικὰ ἀπαγγέλλουσι · *vota nunciantes , aut facientes .*

(7) *Alex. & Monſ. præ* CLI.

(8) *MS.* XLVII. LXIV.

(9) Τὺς ἐντυγχάνοντας , *hoc loco* , legentes . *Quæ paullo infra habetur vox* habitum *abeſt a Græcis* .

(10) *MS.* & de eo qui non cecidit in impietatem ab eo qui talia dicit &c.

(11) *Mat.* 12. 36.

(12) *Ita & apud Montf. ſi latinam verſionem ſpectes , & ſi græcum ejuſdem exemplar* : I. XXX. XLI. CXII. CXXVIII. CXXVII. *ſæpe in Pſalmorum enumeratione latina ejus editionis verſio a Græco diſtat* .

(13) παρὰ τῶν ἰδίων , a tuis , *non* a Judæis : *non deeſſe tamen MSS. Codd. præferentes* παρὰ τῶν Ἰουδαίων *a Montf. notatur , quod facile Antiquariis contingere potuit ob vocis aliquam ſimilitudinem* .

(14) *Ex Alex. addendus &* LXXIV.

tiens vero minas a Domino. si ex hoc temetipsum turbatum vides. [1] dic VI. & XXXVII. Si vero concilium injunt quidam adversus te. sicut Achitophel contra David. & hoc annunciat tibi aliquis. psalle VII. & confide in liberaturo te Deo. Videns usquequaque extensam gratiam Dei Salvatoris. & genus salvatum hominum. si adclamare vis Domino. psalle VIII. Et iterum si cantare vis [2] Vindemiale carmen. gratias agens Domino. habes ipsum VIII. & LXXX. Super exterminio inimici. & salvatione adepta. ne glorieris in teipso. sed noscens Filium Dei hoc contulisse & direxisse. dic IX. Psalmum. Et si aliquis in pavorem te conturbare vult. habeto tu fiduciam in Domino. & psalle X. Quando vero multorum videris superbism & malitiam superabundantem. itaut nil sanctum in hominibus fiat. fuge & tu ad Dominum. & dic XI. Immorantibus vero inimicorum insidiis diuturne. non fias pusillanimis. quasi oblivioni traditus a Domino. sed exora Dominum cantans [3] XXVI. Blasphemantibus vero quibusdam adversus Providentiam Domini. non communices (audiens) eorum impietati. colloquere vero Deo. & dic XIII. & LII. Et si de reliquo volueris addiscere qualis est Regni cælorum civis. psalle XIV. Oratio tibi necessaria est propter resistentes tibi. & circumdantes tuam animam. canta [4] XVI. LV. & LVIII. & CXL. Sed & vis discere quomodo Moyses oravit. habes LXXXIX. Si salvatus es ab inimicis tuis. & liberatus es a persequentibus te. canta & tu XVII. Psalmum. Admiraris creaturæ ordinem. & in eam Providentiæ gratiam. Legisque sacra præcepta. psalle XVIII. & XXIII. Tribulatos videns. consolare eos precibus. orans. & dicens eis quæ sunt in XIX. Psalmo verba. Vides te ipsum alimento Spiritus refectum. & prosperatum a Domino. gaudens super hoc. psalle XXII. Inimici super te. sed tu elevans animam ad Deum. dic XXIV. & videbis *inique agentes supervacue*. Expectant inimici. nil aliud quam manus plenas sanguine habentes. & quærentes te destruere & perdere. ne des homini judicium (suspecta enim quæ sunt hominum.) sed Deum judicem fieri obsecra. solus enim ipse judex. dic [5] XXV. XXXIV. XLII. Si vero dure magis superponuntur. & multi sunt inimici qui castrametantur. despicientes te. quasi non unctum Spiritu. & signatum sanguine. & ex hoc impugnare te volunt. ne paveas contra eos. [6] sed canta XXVI. Psalmum. Quoniam vero infirma est humana natura. si iterum absque rubore tibi insidiantur. non conturberis contra eos aut timeas. [7] sed clama ad Deum. dicens quæ sunt in XXVII. Et si vis gratias agens discere quomodo oportet offerre Deo. intelligibiliter intelligens. psalle XXVIII. Igitur & incœnians domum tuam. animam utique Dominum recipientem. & sensibilem domum in qua corporaliter habitas. gratias age. & dic XXIX. & in Gradualibus CXXVI. Cum vero te

(1) δυνάσαι λέγειν potes dicere: *deinde MS.* VI. & XXXVI.

(2) *Græce* ἐπιλήνιον, ad torcular pertinens: *infra Alex. pro* LXXX. *habet* LXXXIII.

(3) *Alex.* XII. *pro* XXVI.

(4) *Alex. & Montf.* XVI. LXXXV. LXXXVII. & CXL.

(5) *MS.* XXV. XXXIX. XLII.

(6) *MS.* sed canta ad Deum, & dic quæ sunt in XXVI.

(7) *MS.* sed canta, & dic quæ sunt in XXVII.

te ipſum odio habitum propter [1] fidem in Chriſtum. & perſecutum ab hominibus omnibus. amicis atque propinquis. videris. non hoc apud te ipſum conſiderans puſillanimis fias. neque notos te avertentes paveas. ſed ab his elevatus. contuere ventura. & pſalle xxx. Baptizatos & redemptos a corruptibili generatione videns. & admirans Dei benignitatem. canta ad illos xxxi. Et quando pſallere vis cum multis. juſtos viros & rectos vita congregans. pſalle xxxii. Incidens vero in inimicos. & ſapienter ipſos effugiens. & declinans ab inſidiis eorum. ſi volueris gratias agere. convocans mites viros. pſalle ſuper eos xxxiii. Et ſi videris prævaricantium in malum contemptionem. ne exiſtimes ſecundum naturam eſſe in eis malitiam (ſicut Hæretici dicunt) ſed dic xxxv. & videbis quia ipſi ſibi ipſis peccandi ſunt cauſa. Si autem iſta agentes iniqua impios aſpexeris. & elatos ſuper parvulos. & vis inſtruere aliquos. non attendere his. neque æmulari eos. eo quod ipſi velociter extinguentur. dic & tibi ipſi & aliis xxxvi. At vero & tu proponens attendere tibi ipſi. ſi vides repugnantem adverſarium (tunc enim magis inſurgit adverſus tales) & vis [2] ungere te ipſum adverſus eum. canta xxxviii. Pſalmum. Etſi inimicis [3] ſuperpoſitis ſubſtines tribulationes. & vis diſcere ex patientia utilitatem. pſalle xxxix. Videns multos pauperes & inopes. & horum miſereri volens. vales eos qui jam miſericordes ſunt acceptare. alios vero ad faciendum exhortari. cum dicis xl. Deinde ſi omne deſiderium habens in Deum. audieris inimicos improperantes. ne conturberis. ſed intelligens ex tali deſiderio immortalem fructum. conſolaberis tuam animam ſpe. quæ eſt in Deum. & eadem allevians & mitigans triſtitias. quæ ſunt in ejus vita. dic xli. Pſalmum. Frequenter autem rememorari volens beneficiorum Dei factorum ad Patres. & de exitu Iſrael de Ægypto. & de converſatione quæ fuit in Deſerto. quomodo quidem & Deus bonus. homines vero ingrati. habes xliii. lxxvii. & lxxxviii. [4] & civ. & cv. & cvi. cxiii. Confugiens autem ad Deum. a tribulationibus circa te factis ſalvatus. ſi vis gratias agere Deo. & narrare in te factam benignitatem. habes xlv. Si peccaſti. & erubeſcens recognoſcis. & miſericordiam impetrare exoras. habes Confeſſionis & Pœnitentiæ verba in l. Diffamatus es apud iniquum regem. & vides gloriari detrahentem. ſecede. & dic & tu quæ ſunt in li. Et quandoquidem perſequuntur & detrahunt quidam. tradere te volentes. ſicut Ziphæi & Allophyli. David. non anxieris. ſed confidens in Domino. & laudans eum. dic quæ ſunt in liii. & quæ ſunt lv. Si vero [5] & concurrat perſecutor & non cognoſcens. in ſpeluncam. in qua & tu es abſconditus. non expaveſcas. habes enim & in tali neceſſitate optimos ad conſolationem. [6] & Tituli inſcriptionis ſermones in lvi. & in cxli. Si vero & cuſtodiri juſſerit domum qui inſidiatur. & effugeris. refer

(1) *Alex.* διὰ τὴν ἀλήθειαν propter veritatem *ut vertit Montf. qui tamen græce habet* διὰ τὴν πίστιν *MS.* propter veritatem.

(2) ἐπαλεῖφειν *quod &* excitare *ſignificat*.

(3) *Intellige* ingruentibus: *Græce habetur*, ἐπιτεθειμένων

(4) *Pro* civ. *apud Montf. legitur* ci.

(5) *MS.* & comprehendat.

(6) *Græc.* ἐκ στηλογραφίας, *quod &* ἁπλῶς titulum *ſignificat*.

refer gratiam Deo. (& quasi in columnis scribens eam in anima. [1] ut sit in memoriale. quod non disperdiderit te) & dic quæ sunt in LVIII. Psalmo. Si autem improperaverint tribulantes inimici. & obloquentes detraxerint qui putantur esse amici. & contristaris in exercitatione tua ad modicum. sed potes consolari laudans & in Deum. & dic quæ sunt [2] in LIV. verba. Et quidem adversus simulantes. & in facie gloriantes. dic ad verecundiam eorum [3] VII. Psalmum. Et adversus impetum facientes contra te. & volentes accipere animam tuam. oppone tu ad Deum tuam subjectionem. & confide. quanto enim illi insaniunt. tanto magis tu subditus esto Domino. & dic quæ sunt in LXI. Et si persecutionem patiens. in solitudinem abieris. ne timeas quasi solus ibi existens. habens vero Deum ibi. & ad ipsum de luce vigilans. psalle LXII. Exterrentibus autem inimicis. & non cessantibus insidiari. sed scrutantibus omnia contra te. & multi sunt. ne resolvaris. sagittæ enim parvulorum erunt plagæ eorum. psallente te LXIII. & [4] LXVII. & LXIX. & LXX. Et quandoquidem volueris laudare Deum. canta quæ sunt in LXIV. Si vero & aliquos instruis de Resurrectione. canta quæ sunt in [5] LXIX. Miserationes vero a Domino petens. lauda eum. psallens quæ sunt in [6] LXVI. Cum vides impios pacis abundantia ditatos. [7] ut non scandalizeris & commovearis. dic & tu quæ sunt in LXXII. Et cum irascitur Deus super populo. habes [8] ad consolationes hos sermones. qui sapientes sunt. in LXXIII. Quando vero opus est tibi Confessio. habes [9] LXX. LXXIV. XCI. CIV. CV. CVI. CVII. CX. CXVII. CXXXV. & CXXXVII. Despicis quæ sunt Gentilium & Hæreticorum. quod non apud eos existit Dei cognitio. [10] sed in sola Ecclesia. potes. intelligens. cantare & dicere quæ sunt in LXXV. Inimicis autem præoccupantibus vada [11] ne fugias. & undique tribulatus. quamvis conturberis. non desperes. sed ora. & si clamans exauditus fueris. gratias agens Domino. dicens quæ sunt in LXXVI. Si autem perseveraverint inimici. & intraverint & inquinaverint domum Dei. & Sanctos interfecerint. & corpora eorum volucribus cæli projecerint. ut non contractus tabescas propter eorum crudelitatem. compatere quidem patientibus. colloquere vero Deo. & dic LXXVIII. Psalmum. [12] Festo vero die volens decantare Domino. convocans Dei servos psalle ea quæ in LXXX. & XCIV. sunt. Inimicis vero congregatis omnibus undique. & comminantibus adversus domum Dei. & fœdera facientibus adversus pietatem. ut non pusillanimis fias propter multitudinem & potentatum eorum. habes tamquam anchoram spei quæ in LXXXII. sunt

(1) *MS.* ut sit in memoriale, ut disperear a te, & dic &c.

(2) *Montf.* *ἐν τῷ τετάρτῳ*.

(3) *MS.* VII. *Ex Alex. & Montf. legendum* LVII. *& quidem bene. Confer Psalmi illius Titulum.*

(4) *Alex.* LIV. *sed minus recte.*

(5) *Rectius Alex.* LXV. (6) *MS.* LVI.

(7) *Alex. addit, τοὺς δὲ δικαίους θλιβομένους,* justos vero afflictos.

(8) *Græce, εἰς παράκλησιν τούτων: aut cum Alex. περὶ τούτων,* ad consolationem illius.

(9) *Pro* LXX. *Alex. præfert* IX. *MS. omittit* CVI. *&* CXXXVII.

(10) *Alex. ἀλλ᾽ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ* sed solum in Ecclesia catholica.

(11) *Verba* ne fugias *neque Alex. resonat, neque Montf.*

(12) *MS.* Festivus vero volens decantare ..... quæ in LXXX. & XCIII. sunt.

ſunt verba. Et ſi vides domum Dei & æterna ipſius Tabernacula. & deſiderium habes ad ea. ſicut habuit Apoſtolus. dic & tu LXXXIII. Pſalmum. Ceſſante autem ira. & captivitate ſoluta. ſi vis Domino gratias agere. habes ut dicas quæ ſunt in LXXXIV. & in [1] CXXV. Differentiam quidem Catholicæ Eccleſiæ ad Schiſmata ſi vis cognoſcere. & erubeſcere illos facere. potes dicere quæ ſunt in LXXXVI. ſcripta. Ad confidentiam agere teipſum volens. & alios ad Dei cultum. & quod. quæ eſt in Deum. ſpes non confundit. ſed contra. animam & abſque timore eſſe parat. lauda Deum. dicens quæ ſunt in [2] XCVI. Pſallere vis Sabbato? habes XCI. Gratias agere vis Dominica? habes XXIII. Vis Secunda Sabbati pſallere? dic quæ ſunt in [3] XCIV. Cantare vis Sexta Sabbati? habes in laudem XCII. [4] tunc enim domus ædificata eſt. licet inimicis prohibere conantibus. & propter hoc pro victoria cantare Deo convenit quæ tunc ſunt dicta in XCII. Pſalmo. Si autem captivitate facta deſtruatur domus. & iterum ædificata fuerit. canta quæ ſunt in [5] XCV. Nam & terra accipiente ſeditiones ab impugnatoribus. & poſtea quieſcente. & regnante Domino. ſi vis de hoc cantare. habes XCVI. Vis Quarta Sabbati pſallere? habes XCIII. tunc enim traditus Dominus ulciſci cœpit. contra mortem victoriam ſtatuens. & triumphavit de ea in confidentia. Cum igitur legens Evangelium. videris Quarta Sabbati conſilium accipientes Judæos adverſum Dominum. videns ipſum tunc fiducialiter agentem in ultione adverſus diabolum pro nobis. pſalle quæ in XCIII. Pſalmo ſunt. Iterum adſpiciens Domini providentiam ad omnia. & ejus dominationem. & volens inſtruere aliquos ad ipſius fidem & obedientiam. perſuadens eos primo confiteri. pſalle XCIX. Etſi diſcens ejus judiciariam virtutem. & quod miſericordia miſcens judicium judicat Deus. volueris ad eum accedere. habes in hoc ſermones qui ſunt in C. Pſalmo. Infirma noſtra exiſtente natura. ſi propter anguſtias vitæ. [6] qua pauper es effectus. anxiaris tædio. & vis conſolari. habes CI. Pſalmum. Et quoniam decet nos in omnibus & ſemper laudare & gratias agere Deo. cum vis benedicere eum. habes ad exhortandum tuam animam. & dicendum CII. & CIII. Laudare vis Deum. & ſcire quo modo & ſuper quo oportet laudare. & quos decet Laudantem dicere ſermones. habes [7] CXII. & CXVI. & CXVII. & CXXXIV. & CXLV. & CXLVI. & CXLVII. & CXLVIII. & CXLIX. & CL. Habes fidem (ſicut Dominus dixit) & credis in his orans iſta loqui. dic CXV. Aſcendentem te ipſum ſentis actibus. ita ut dicere queas [8] (Quæ retro ſunt obliviſcens. ad ea quæ ſunt ante extendens meipſum.) habes in ſingulis profectubus ad dicendum XV. Graduum Cantica. Captivatus ab alienis cogitationibus. & ſentis teipſum ſeductum. & reco-

(1) *Montf.* CXV. *MS.* in IV.

(2) XC. *habetur apud Montf. & Alex. & quidem appoſite ad ejus Pſalmi Titulum. MS.* quæ ſunt in VI.

(3) *Alex.* XLVII.

(4) *Alex.* ὅτε γὰρ γενομένης τῆς αἰχμαλωσίας, ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ᾠκοδομεῖτο *&c.*

(5) *MS. in* XXV.

(6) *Græc.* ὡς πτωχὸς γενόμενος, quaſi inops factus &c.

(7) *Alex.* CXV. *&* CVI. *præfert loco* CXII. *&* CXVI. *deinde omittit* CXVII. *&* CXLIX. *Montf. vero omittit unicum* CXVII. *MS. omittit* CXVII. *&* CXLIX.

(8) *Philip.* 3. 14.

recognoſcis . quieſce delnceps . & manens in quibus teipſum peccantem apprehendiſti . ſede . & plora tu ſimiliter . ſicut fecit populus qui erat tunc . dicens tu ea quæ ſunt in cxxxvi. Exiſtimans tentationes eſſe tuam probationem . ſi in tentationibus & poſt gratias agere volueris. habes cxxxviii. Pſalmum · Tentaris . iterum ab Inimicis. & liberari vis . dic quæ ſunt in cxxxix. Obſecrare & orare ſi volueris . pſalle [1] v. cxl. & cxli . & cvlii. & cxlv. Inimicus tyrannus ſurrexit in populum [2] & in te . ſicut Golias contra David . ne formides . ſed & crede & tu ſicut David . & dic pſallens quæ ſunt in cxliii. Pſalmo · [3] Deinde admirans ſuper Dei beneficentia . dic lxxxvi. Reminiſcens in te & in omnes factæ Divinæ bonitatis . ſi vis propter hoc benedicere Deum . dic David verba . quæ & ipſe dixit in civ. Pſalmo · Cantare vis Domino . habes ad dicendum [4] xcv. & xcvii. Si parvulus es . [5] & præjudicatus in opus vel miniſtrationem fratrum tuorum . ne extollaris adverſus eos . ſed eligenti te Domino dans gloriam . pſalle & tu cli. proprium exiſtentem David· Vis pſallere in auditione habente Laudem Dei . ſeu titulum Alleluja . habes civ. cv. cvi. cx. cxi. cxii. cxiii. cxiv. cxv. cxvi. cxvii. cxviii. cxxxiv. [6] cxlv. cxlvi. cxlvii. cxlviii. cxlix. cl. Cum autem volueris propria de Salvatore pſallere . in unoquoque pene invenis Pſalmo quæ ſunt hujuſmodi . habes maxime xliv. & cix. manifeſtantem ex Patre ejus ineffabilem præcipuam generationem . & in corpore ipſius adventum · [7] & xxi. lxviii. prædicentes de divina Cruce . & quaſcumque pro nobis inſidias recepit . & quæcumque paſſus eſt · & il. & cviii. ſignificantes Judæorum proditionem & inſidias . & Judæ Iſcariotis traditiones · xx. autem & xlix. & lxxi. declarantes Regnum ipſius . & Judiciariam virtutem . & iterum ad nos ejus in carne adventum [8] · Et xv. quidem oſtendit ipſius in carne Reſurrectionem . xxiii. vero & xlvi· adnunciant ejus ad cælos reditum . xcii. autem & cxv. & xcvii. & xcviii. legens . contemplari valebit Salvatoris in nos per paſſiones facta beneficia ejus · Talis quidem eſt & character libri Pſalmorum . cum ad hominum utilitatem ſit ipſe diſpoſitus · Quos quidem Pſalmos [9] ad directionem motuum uniuſcujuſque animæ · inter reliquos vero

 libros

(1) *Ita apud Monſf. ſed Alex. heic duos tantum præſcribit Pſalmos* v. *&* cxlii. *MS. omittit* v.

(2) *Accinit Grabeus emendans Alex. ſuum cum Monſf. habentem:* ἐχθρὸς τυραννος ἐπανέστη τῷ λαῷ καὶ σοὶ (*Alex.* καὶ σὺ) ὥσπερ Γολιὰδ &c. *Monſf.* καὶ σὺ ὥσπερ Δαυὶδ τὸν Γολιάδ. *Cetera ſi Monſf. ſequamur, habemus ſenſum a noſtro paullo diverſum referentem:* Inimicus tyrannus ſurrexit in populum , & tu ſicut David , Goliad ne timeas &c.

(3) *MS.* Deinde admirans .... dic lvi. *Alex.* Εἶτα θαυμάζων τὰς εἰς πάντας εὐεργεσίας , καὶ μνημονεύων ὅτι εἰς σὲ καὶ εἰς πάντας γενομένης ἀγαθότητος αὐτοῦ , ἐὰν θέλῃς διὰ ταῦτα εὐλογεῖν τὸν θεὸν , λέγε τὰ τὰ Δαυὶδ ῥήματα , ἅπερ καὶ αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ ρμδ΄. *Monſf.* Εἶτα θαυμάζων τὰς εἰς τὸν ὄγδοηκοστὸν ἔχων τῷ θεῷ εὐεργεσίας , καὶ μνημονεύων &c. *in reliquis nobis conſentiens. Uterque textus, ut patet, a noſtra Verſione diſtans.*

(4) *Alex.* xcii. *MS.* xcv. *&* xlvii.

(5) *Alex.* προκριθῇς εἰς ἀρχήν τινα , præelectus in Præpoſitum , aut ad dignitatem aliquam *Monſf.* εἰς χρείαν τινα , ad opus aliquod.

(6) *Alex. addit* cxxxv. *Monſf. contra græco exemplari tollit* cxlv.

(7) *MS.* xli. lxviii.

(8) *Alex. heic addit* καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν. & gentium vocationem.

(9) *Verba exprimentia voces:* ad directionem motuum uniuſcujuſque animæ, *non leguntur in Alex. ſed Græco ſupplenda videntur.*

libros de adventu in corpore Domini Nostri & Salvatoris Jesu Christi frequentiores manifestum est habere Prophetias. quemadmodum præfatus sum.

Quare vero cum modulatione & cantico psalluntur tales sermones? necessarium est neque hoc præterire. Etenim aliqui quidem ex simplicibus. qui apud nos sunt. quamvis credant a Deo esse inspirata verba, tamen putant propter bene sonorum & jocundum. vel delectabilis causa auditus. cum melodia Psalmos decantari. At non est ita. Non enim suave & demulcens quæsivit Scriptura. sed & istud utilitatis animæ causa formatum est. [1] & per omnia quidem. maxime autem propter duo ista. Primum quidem. quod decebat divinam Scripturam [2] non solum quidem diffusive. sed & in latitudine vocis Deum laudare. [3] Secundum multiplicem continentiam quidem dicuntur. qualia sunt quæ in Lege & Prophetis & Historiis omnibus cum novo Testamento. [4] secundum vero latitudinem dicuntur. ut puta Psalmorum. Hymnorum. & Canticorum verba. & ita salvabitur illud (ex tota fortitudine & virtute diligere homines Deum). Secundum autem. [5] sicut harmonia tibias componens. unam symphoniam perficit. ita quoniam & in anima differentes motus ponuntur. & est in ipsa Ratiocinari. Concupiscere & Irasci. ex horum vero motu & membrorum fit corporis operatio. vult ratio non discordem esse hominem sibi ipsi. neque ad seipsum pati diffidium. itaut cogitet quidem meliora. operetur vero ex irascibili mala. sicut Pilatus. dicens quidem [6] (Nullam mortis causam invenio in eum.) concurrat vero arbitrio consentiens Judæorum. aut concupiscere quidem mala. non posse vero ea operari. sicut Seniores contra Susannam. aut iterum non fornicari quidem. furari vero. vel non furari. sed occidere. aut non quidem occidere. sed blasphemare. Ut in nobis ergo talis conturbatio non fiat. vult Ratio. animam habentem [7] suavem Christi mentem (sicut dixit Apostolus) & hac principante uti. [8] & in hac quæ sunt in anima passiva tenere. & membrorum corporis dominari & principari. ut obediant Rationi. ut sicut in harmonia plectrum. ita ipse homo psalterium factus. & spiritui attendens. integre & omnibus membris & motibus obediat & serviat [9] voluntati Dei & consilio. Talis autem rationum pacationis imperturbabilis. & non fluctuantis constitutionis imago & forma est Psalmorum bene modulata lectio. Quem-

(1) *MS.* & in omnibus quidem, maxime autem in duobus istis.

(2) *Alex.* *μὴ μόνον τῇ συνεχείᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ κατὰ πλάτος: quum vox συνεχεία heic perpetuam & simplicem orationem denotet, vox altera πλάτος Grabeo suspecta est, deberet enim juxta loci sensum* metrum, *sive* musicum melos *significare: unde vetur vir solers πλάτος pro πλάσμα irrepsisse. Montf. aliter se habet, pro τῇ συνεχείᾳ præferens διεξοδικῶς* obiter *significans, quo oratio sibi constat, sed sub diverso significatu.*

(3) *Tam Alex. quam Montf. κατὰ συνεχείαν,* continua oratione.

(4) *Denuo uterque κατὰ πλάτος.*

(5) *MS.* tamquam harmonia sermones componens in unam concordiam perficit; ita quoniam & in anima differentes motus dicuntur, & est in ipsa &c.

(6) *Luc.* 23. 22. *Joan.* 18. 38.

(7) *Vox.* suavem *nec Alex. legit, neque Montf.*

(8) Καὶ ἐν τούτῳ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ παθητικῶν κρατεῖν. & per illam animi affectus cohibere; *intellige affectus ad terrena & mala inclinantes, & quidem juxta vim græcæ dictionis.*

(9) *Græc.* βουλήματι *solum habetur.*

Quemadmodum enim animæ intellectus notificamus & significamus per sermones . quos proferimus . ita & spiritualis . quæ est in anima . harmoniæ . [1] ex sermonibus melodiam consonam & concordem Deus esse volens . typo formavit . psalli cum modulatione deberi . & cum melodia & cantico legi Psalmos · Et hoc est animæ concupiscentia . ut bene ipsa disposita sit & afficiatur . sicut scriptum est [2] (Tristatur quis ? Oret · Æquo animo est ? Psallat ·) Ita quidem quod est in ea turbolentum & asperum & inordinatum . mollificatur . & quod est tristans curatur . psallentibus nobis [3] (Quare tristis es anima mea ? & quare conturbas me ?) & quod est offensionis cognoscitur . dicens [4] (Mihi autem pene moti sunt pedes ·) & quod est pavidum convalescit spe . dum dicit [5] (Dominus mihi adjutor . & ego despiciam inimicos meos ·) Igitur ii . qui non quidem isto modo legunt divina Cantica . non intellectualiter psallunt . sed seipsos jocundant · querelam autem habent . quod [6] (Non est speciosa laus in ore peccatoris ·) Psallentes vero (secundum præfatum modum) ut melodiam verborum . ex rythmo vocis . ad animæ [7] & spiritus concordiam proferunt . tales psallunt quidem lingua . [8] psallunt quoque & mente · & non tantum seipsos . sed & audire volentibus eos magnam utilitatem faciunt · Nam [9] & beatus David ita psallens Sauli . ipse complacuit Deo . & conturbantem & vesanam passionem Saulis expulit . & tranquillitatem animæ [10] suæ præparavit · Ita psallentes Sacerdotes . ad pacationem imperturbabilem animas populorum . & ad concordiam ipsas cum iis qui sunt in cælestibus choris advocabant · Quod ergo cum melodia dicuntur Psalmi . non est euphoniæ studium . sed argumentum harmoniæ cogitationum . quæ in anima sunt · & modulata lectio signum est bene regulatæ & non fluctuantis mentis · Etenim laudare Deum in cymbalis benesonantibus & cithara & dechacordo Psalterio . signum iterum erat & significativum . quod composita sunt legitime corporis membra . sicut chordæ . cogitationes vero animæ sicut cymbala existunt · Ergo sono [11] & spiritu oris eadem omnia moventur & vivunt · Quare (secundum quod scriptum est) [12] spiritu quidem hominem vivere . & facta corporis mortificare · ita enim bene psallens regulabit suam animam . & tamquam ab inæqualitate ad æqualitatem ducit . ut in eo quod est secundum naturam ipsa stet . & non conturbetur ab aliquo . sed & magis extra phantasias sit . & amplius accipit desiderium futurorum bonorum · Etenim verborum melodia affectus componit . & oblivifcitur vitiorum . [13] & gaudens ad

(1) *MS.* Sermonum melodiam .

(2) *Jacob.* 5. 13. *Verba*: Tristatur quis ? oret: *tacent Græca edita Alex. & Monf.*

(3) *Psal.* 4. 6. 12. & 42. 5.

(4) *Psal.* 72. 2. (5) *Psal.* 117. 6. 7.

(6) *Ecclesiast.* 15. 9.

(7) Καὶ τῆς πρὸς τὸ πνεῦμα συμφωνίας , & spiritu concordiæ .

(8) Ψάλλειν *quidem habet Alex. sed repugnante orationis contextu emendatur a Grabeo ex Monf. legente* ψάλλοντες δὲ καὶ τῷ νοΐ : psallentes vero & mente &c.

(9) I. *Reg.* 16. 23.

(10) αὐτοῦ animæ illius .

(11) *Alex.* καὶ τῷ νεύματι τοῦ πνεύματος , & nutu spiritus . (12) *Rom.* 8. 13.

(13) Καὶ χαίρουσα βλέπει πρὸς τὸν νοῦν τὸν ἐν Χριστῷ , λογιζομένη τὰ βέλτιστα · & gaudens respicit ad sententiam quæ secundum Christum est optima cogitans .

ad intellectum respicit eorum . quæ sunt optima in Christo · Oportet igitur . fili . unumquemque [1] participantium huic libro . participare quidem universis cum diligentia a Deo inspiratis quæ in eo sunt · assumere vero ea de cætero . sicut ex paradiso . [2] profectum & utilitatem habentia . & affinitatem ad quodvis opus & indigentiam · Existimo enim in his sermonibus hujus libri omnem vitam hominum . animæque affectus . & cogitationum motus mensurari & contineri . & nil his amplius in hominibus inveniri · sive enim pœnitentia sive confessione opus sit . aut tentatio vel tribulatio apprehendit . aut persecutionem quis patitur . [3] aut excogitans sagacitus . liberatus est · sive contristatur aliquis . aut conturbatur & patitur aliquid tale (ut in præcedentibus dictum est ·) aut & conspicit seipsum proficientem quidem . inimicum vero destructum . & laudare & gratias agere & benedicere vult Dominum . habet horum doctrinam in divinis Psalmis · Eligat ergo eos secundum unumquodque prædictorum . & ita tamquam pro seipso quæ in eis scripta sunt . dicat . affectumque ponens in Scripturis . offerat Deo · Nec quidem [4] operiat aliquis ea extraneis persuasionis verbis . nec attentare quis audeat dictiones transformare . aut aliqualiter commutare . sed sic nil addens . simpliciter scripta dicat . & psallat . sicuti dicta sunt [5] a Sanctis ministrantibus ea · cognoscentibus quæ sua erant . & ea nobis exorantibus · magis vero . ut Spiritus (qui locutus est in Sanctis) [6] intuens sermones qui ab eo sunt . & illos instruxerunt . opituletur nobis . Quantum enim Sanctorum vita melior est aliis . in tantum & quæ ab eis sunt verba . iis . quæ a nobis componuntur . meliora & fortiora quis dicet juste · in his enim bene placuerunt Deo . & ea dicentes (vicerunt regna (sicut dixit Apostolus [7]) operati sunt justitiam . adepti sunt repromissiones . obturaverunt ora leonum . extinxerunt virtutem ignis . effugerunt aciem gladii . convaluerunt de infirmitate . fortes facti sunt in bello . castra verterunt exterorum . acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos ·) Igitur & nunc ista unusquisque dicens . esto confidens . quia per ea [8] Deus exaudiet deprecantes · Si enim tribulatus est qui hæc dicit . magnam videbit in ipsis consolationem · Si vero tentatur & persecutionem patitur . psallens ita magis probatus monstrabitur . & protegetur a Domino . qui & ista dicentem protexit · In istis quidem diabolum evertet . & ipsius dæmones expellet · Ista quidem dicens . siquidem peccavit . seipsum erubescet . & cessabit · si vero non peccavit . gaudentem seipsum videbit . quod ad anteriora seipsum extendit . & agonizans firmabitur sic psallens . non autem commovebitur in

(1) 'Εντυγχανόν τῶν ἕκαςον, quemlibet legentium, *sicut & deinde* ἐντυγχάνειν legere.
(2) *MS.* profectum conspicit.
(3) *Græc.* ἐπιβουλευόμενος ἐῤῥύσθη, ab insidiis liberatus.
(4) *Græce* περιβαλεῖν, *quod Montf. ad sensum orationis apposite vertit*, ornare aggrediatur.
(5) *Alex* ἀνθρώπους *non* ἁγίους *& infra*, ἐπιγινώσκοντας τὰ ἑαυτῶν συνευχεσθαι ἡμῖν. *quæ Montf. vertit*: sua agnoscentes verba nobiscum orent, *loco eorum quæ nostra versio exprimit, ajens*: cognoscentibus quæ sua erant, & ea nobis exorantibus.
(6 Θεωρῶν τοὺς παρ' αὐτοῦ λόγους ἐνηχηθέντας ἐκείνοις συναντιλαμβάνεται ἡμῖν. Videns verba sua iliis inspirata, opituletur nobis.
(7) *Heb.* 11. 33. 34. 35.
(8) *Alex.* *addit* ταχέως, cito.

in æternum a veritate. sed & seducentes & in errorem ducere conantes arguet. Et sponsor hujus. [1] non alius. sed ipsa sit divina Scriptura. Deus enim [2] mandavit Moysi scribere magnum Canticum. & docere populum. constitutum vero Principem [3] jubet scribere Deuteronomium, & habere illud in manibus. & semper meditari verba quæ in eo scripta sunt. uti sufficientia verba quæ in eo sunt ad commonefactionem virtutis. & auxilium ferendum meditantibus in eis diligenter. Nempe cum in terram promissionis intravit Jesus Nave. [4] videns Gentium acies & Reges Amorrhæorum omnes congregatos ad pugnam. ipse armorum & gladiorum vice Deuteronomium legit. & in auribus omnium verba Legum commemorans. & his populum armans. obtinuit impugnatores. Rex vero Josias [5] invento Libro. & lecto in auribus omnium. non ulterius inimicos timebat. Si quando vero pugna erat populo. Arca habens Legis tabulas præibat ante omnes. & sufficiebat eis contra omne prælium in auxilium. nisi esset forte aliquod peccatum & hypocrisis præoccupans portantes eam. aut populum. Fide enim & propria affectione est opus. ut Lex in his quæ sunt secundum votum cooperetur. Ego quidem (dixit Senex) [6] audivi a sapientibus viris. quod utique in Israel olim solum legentes Scripturas persequebantur dæmones. & redarguebant ab ipsis hominibus factas insidias. unde omni contemptu dignos esse dicebat ista quidem dimittentes. & sibi aliunde verba componentes persuasibilia. & in eis Exorcistas se nominantes. magis autem deludunt. & exhibent seipsos illis in derisum. qualia passi sunt in Actibus [7] Judæi filii Scevæ. conantes & ipsi hoc modo exorcizare. Ista enim audientes dæmones [8] a Judæis. ludunt. Sanctorum vero timent verba. vel & ipsa substinere non possunt. Est enim in Scripturarum verbis Dominus. quem non valentes ferre clamabant [9] (Deprecor te. ante tempus non me torqueas.) ardebant enim & solum præsentem videntes Dominum. Ita & Paulus [10] præcepit immundis dæmoniis. ita & discipulis subjiciebantur dæmonia. Et super Elisæum Prophetam [11] facta est manus Domini. & prophetavit de aquis tribus Regibus. quando psalluit. secundum mandatum psallens. Ita & nunc [12] quis pro patientibus ista dicat. & magis patienti utilitatem faciet. & suam fidem veram & firmam ostendet. ut eamdem videns Deus. perfectam exhibeat indigentibus curationem. Hoc & sanctus cognoscens David dixit in CXVIII. Psalmo [13] (In justificationibus tuis meditabor. non obliviscar sermones tuos. [14] Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco incolatus mei.) In his enim & quod salutare est lucrabantur dicentes [15] (Nisi quod Lex tua meditatio mea est. tunc forte periissem in humilitate mea.) Unde

(1) *Alex.* οὐκ ἄνθρωπος, non homo.
(2) *Deuter.* 31. 19. (3) *Deuter.* 17. 18.
(4) *Josue* 8. 34. 35.
(5) IV. *Reg.* 22. 8. & *seqq.*
(6) *De quo Athanasius initio epistolæ.*
(7) *Actor.* 19. 14. & *seqq.*
(8) παρὰ τῶν τοιούτων, ab istiusmodi.
(9) *Matth.* 8. 29. & *Luc.* 8. 28.
(10) *Act.* 16. 18.
(11) IV. *Reg.* 3. 15. & *seqq.*
(12) *Alex.* ὅστις κήδεται τῶν πασχόντων, Si quis curam gerit eorum qui patiuntur.
(13) *Psal.* 118. 16. (14) *Ibidem.* ℣. 54.
(15) *Ibid.* ℣. 92.

Unde & Paulus in iſtis municbat diſcipulum ſuum . dicens . [1] (Hæc meditare . & in his eſto . ut manifeſtus fiat tuus profectus .) hæc meditans . Et ita Pſalmis [2] participans aſſidue . intellectum quidem in unoquoque (directus a Spiritu) apprehendere poteris · Talem & tu æmulare vitam . qualem habuerunt qui iſta locuti ſunt . Deum portantes . viri Sancti ·

[3] *Explicit Prologus Magiſtri Athanaſii Patriarchæ Alexandriæ ſuper Pſalterio .*

I I I.

S. BASILII EP. CÆSARIENSIS in Librum Pſalmorum Prologus · *Ex Homilia in principium primi Pſalmi* · [4]

OMnis Scriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum · Hac ipſa de cauſa a Spiritu ſancto conſcripta eſt . ideſt . ut veluti ex communi quodam ſanitatis fonte . omnes nobis ex hac remedia propriis paſſionibus aſſumamus · Sanitas enim . inquit . compeſcit peccata magna · Alia namque ſunt quæ Prophetæ tradunt . alia quæ Hiſtoria . Lex quoque alia . Proverbiorum etiam alia commonitio · Pſalmorum vero liber quæcumque utilia ſunt ex omnibus continet . futura prædicit . Veterum geſta commemorat . legem viventibus tribuit . gerendorum ſtatuit modum . & (ut breviter dicam) communis quidam bonæ doctrinæ theſaurus eſt . apte ſingulis neceſſaria ſubminiſtrans · Veteribus namque animarum vulneribus novit mederi . ſed & recentibus velociſſimum ſolet adhibere remedium . atque in actis perſeverantiam ſcit ſalutis adhibere . ſed & univerſis pariter paſſionibus ſubvenire . quæ dominationibus variis humanas animas angunt · Et hoc fit modulatione quadam & delectabili canore humanum animum ad pudicitiam provocante · Quoniam quidem Spiritus Sanctus videns obluctantem ac reſiſtentem ad virtutis viam humani generis animum . & ad delectationes vitæ hujus magis inclinari . quam ad virtutis rectum iter erigi . delectabilibus modulis cantilenæ vim ſuæ doctrinæ permiſcuit . ut dum ſuavitate carminis mulcetur auditus . divini ſermonis pariter utilitas inferatur ſecundum ſapientes medicos . qui . ſi quando uſus popoſcerit . auſteriora medicamenta ægris offerunt mortalibus . ne æger utilitatem præ auſteritate refugiat . ora ac ſummitates poculi . quo remedium porrigunt . melle circumlinunt · Propterea ergo Pſalmorum nobis per modulos aptata ſunt carmina . ut vel ætate puerili . vel qui adoleſcentes ſunt moribus . quaſi cantilena quadam pſallentes . delectari videantur . revera enim animas illuminant . ac mentem · Plurimi enim ex his qui in Eccleſiam commeant . neque Apoſtolica præcepta facile poſſunt . neque Prophetica vel liquido diſcere . vel cum didicerint retinere . Pſalmorum vero reſponſa & intra domos . interdum etiam in populo publice canunt · Et ſicubi quis . quamvis fero ac rabidiſſimo furore raptetur . ſi forte fuerit Pſalmi (ut ita dixerim) carminibus incan-

(1) I. *Timoth.* 4. 15.
(2) *Græc.* ἐντυγχάνων, legens .
(3) *Poſtrema hæc verba* , Explicit prologus, *nec Monſ. legit , nec Alex. qui poſtremus eorum loco habet*: 'Αθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Μαρκελλῖνον.
(4) *Tom.* 1. *pag.* 90. *edition. P. Juliani Garnier .*

incantatus. continuo omnis rabies ferocitatis ejus abscedit. Psalmus tranquillitas animarum est. signifer pacis. perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens. iracundiam reprimens. luxum repellens. sobrietatem suggerens. amicitiam congregans. adducens in concordiam discrepantes. reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum dicat eum. cum quo unam ad Deum Psalmi emiserit vocem? Ex quo intelligitur. quia (quod omnium bonorum maximum est) charitatem Psalmus instaurat. conjunctionem quamdam per consonantiam vocis efficiens. & diversum populum. unius chori per concordiam consona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat. Angelos ad adjutorium invitat. scutum enim in nocturnis terroribus. diurnorumque requies est laborum. tutela pueris. juvenibus ornamentum. solamen senibus. mulieribus aptissimus decor. desertas habitare facit urbes. sobrietatem docet. incipientibus primum efficitur elementum. proficientibus incrementum. perfectis stabile firmamentum. totius Ecclesiæ vox una. Psalmus solemnitates decorat. Psalmus tristitiam. quæ propter Deum est. mollit. Psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas movet. Psalmus Angelorum opus est. Exercituum cælestium spiritale thymiama. O vere admirandi Magistri sapiens institutum! ut simul & cantare videamur. & quod ad utilitatem animæ pertinet doceamur. Per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur. Pro eo quod si qua per vim & difficultatem aliquam animis nostris fuerint inserta. continuo dilabuntur. Ea verò quæ cum gratia & dilectione suscepimus. nescio quo pacto magis residere in mentibus. ac memoriæ videntur inhærere. Quid autem est quod non discatur in Psalmis? Non omnis magnitudo virtutis. non norma justitiæ. non pudicitiæ decor. non prudentiæ consummatio. non patientiæ regula. non omne quicquid potest dici bonum. procedit ex ipsis? Dei scientia perfecta. pronunciatio Christi in carne venturi. & communis resurrectionis spes. suppliciorum metus. gloriæ pollicitatio. mysteriorum revelatio. Omnia prorsus in his. velut magno quodam & communi thesauro. recondita atque conferta sunt bona. Quem librum Propheta. cùm multa sint organa musicorum. huic tamen organo. quod Psalterium appellatur. aptavit. de superioribus (ut mihi videtur) inspiratam Dei gratiam per Spiritum Sanctum docens. Quoniam quidem hoc solum organum musicorum sonos de superioribus habere fertur. cythara namque vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens. resultat ac resonat plectrum. Psalterium verò harmonias de superioribus habere refertur aptatas. & sonorum causas desuper dare. Quo scilicet etiam per hoc nos doceamur. quæ sursum sunt. & quæ superiora attendere. & quæ infirma. idest. vitia carnalia declinare. Sed illud arbitror profundius nobis Prophetica hac indicari ratione. ac per formam nos organi istius edoceri. quod hi qui diligentes & apti. moderatique sunt moribus. facile pervium ad superiora iter habeant.

Ex Regula ejusdem Sancti Basilii Episcopi. interprete Rufino.

QUid est. Psallite sapienter?

Resp. Quod est in omnibus cibis gustu unumquemque dignoscere. cujus

jus saporis sit. hoc est & in verbis sanctæ Scripturæ prudentiæ sensus. Fauces enim (inquit) escas gustabunt. sensus autem verba discernit. Si quis ergo ita animam suam intendat in singula verba Psalmorum. sicut gustus intentus est ad discretionem saporis ciborum. iste est qui compleat hoc quod dicitur. Psallite sapienter.

I V.

S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI Episcopi Constantinopolitani de Psalterio. ex Homilia in Psal. XLI. [1]

PRimum est necessarium dicere. quanam de causa Psalmus in nostram vitam est introductus. & cum cantico maxime hæc dicitur Prophetia. Quanam ergo de causa dicitur cum cantico? Audi. Cùm Deus vidisset multos homines esse socordiores. nec ad legenda spiritualia lubenter accedere. nec qui in eo capitur. laborem tolerare. volens gratiorem laborem efficere. ejusque sensum præscindere. admiscuit Prophetiam melodiæ. ut omnes. versus cantici numero delectati. cum magna animi alacritate ac promptitudine sacros ei hymnos emittant. Nihil enim animam æque erigit. & alatam quodammodo efficit. & a terra liberat. & exolvit a vinculis corporis. & amore sapientiæ afficit. & ut res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat. perficit. ut versus modulatus. divinum canticum numero compositum. Nostra certe natura usque adeo delectatur canticis & carminibus. & tantam cum eis habet necessitudinem & convenientiam. ut vel infantes ab uberibus pendentes. si fleant & affligantur. ea ratione sopiantur. nutrices quidem certe. quæ eos gestant in ulnis. sæpe abeuntes & redeuntes. & quædam puerilia eis carmina decantantes. supercilia eorum ita sopiunt. Quo circa sæpe quoque viatores. meridie agentes jugalia animalia. hoc faciunt. canentes. itineris molestiam illis canticis consolantes. Nec solum viatores. sed etiam agricolæ uvas in torculari calcantes. vindemiantes. & vites colentes. & quodcumque aliud opus facientes. sæpe cantant. Nautæ quoque remos impellentes hoc faciunt. Jam vero mulieres quoque texentes. & confusa stamina radio discernentes. sæpe quidem & per se singulæ. sæpe autem etiam omnes concorditer unam quamdam melodiam concinunt. Hoc autem faciunt & mulieres & viatores & agricolæ & nautæ. qui ex opere faciendo suscipitur. laborem cantu consolari volentes. utpote quæ anima si carmen & canticum audierit. molesta & difficilia fit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostræ animæ valde cognatum & familiare. ne dæmones lasciva & meretricia cantica introducentes. omnia everterent. Psalmos Deus construxit. ut ex ea re simul caperetur voluptas & utilitas. Ex externis enim canticis damnum & exitium. & multa gravia invehuntur. nam cum quæ sunt in his canticis lasciviora & iniquiora partibus animæ insederint. eam imbecilliorem reddunt & molliorem. Ex Psalmis autem spiritalibus. lucri quidem plurimum. maxima autem utilitas. insignisque sanctificatio. & omnis

(1) *Tom. 5. pag. 131. & seq. nov. ed. Paris. 1724.*

omnis philosophiæ occasio processerit. cum & verba animam expient. & Sanctus Spiritus in canentis animam celeriter advolet. Quod enim qui canunt cum intelligentia vocent Spiritus gratiam. audi quid dicat Paulus (Nolite inebriari vino. in quo est luxuria. sed impleamini spiritu.) Subjungit autem etiam quænam sit implendi ratio (canentes & psallentes in cordibus vestris Domino.) Quid est. in cordibus vestris? cum intelligentia. inquit. ut non os quidem. inquit. verba loquatur. mens autem extra versetur undequaque divagans. sed ut lingua ab anima audiatur. Et quemadmodum ubi quidem est cœnum. eo porci concurrunt. ubi autem sunt aromata & suffitus. apes illic habitant. ita ubi sunt quidem meretricia cantica. illic congregantur dæmones. ubi autem cantica spiritalia. illuc advolat Spiritus gratia. & os sanctificat animam. Hæc dico. non ut vos tantum laudetis. sed ut & filios & uxores doceatis talia cantare Cantica. non solum in texendo. aliove opere faciendo. sed maxime in mensa. Quum enim diabolus. ut plurimum. insidietur in conviviis. cum & ebrietatis. & ingluvies. risusque profusi. & remissi animi auxilio utatur. tunc maxime oportet & ante mensam & in mensa se munire psalmorum præsidio. & simul cum uxore ac liberis. surgentes a convivio. hymnos sacros Deo canere. Si enim Paulus. cui intolerabilia flagella imminebant. cum ligno alligatus in carcere habitaret. media nocte (quando est omnibus somnus jucundissimus) cum Sila Deum perpetuo laudabat. & nec locus. nec tempus. nec sollicitudines. nec somni tyrannis. nec illi labores. nec dolores. nec quidquam aliud eum coegit modulationem illam intermittere. multo magis nos. qui jucunde vivimus. & Dei bonis fruimur. hymnos. quibus Deo gratiæ agantur. oportet emittere. ut si vel ebrietas vel ingluvies nostræ animæ turpe aut absurdũ quid fecerit. ubi ingressa fuerit Psalmodia. omnia illa mala & improba consilia resiliant. Et quemadmodum nonnulli divites. impleta balsamo spongia mensas abstergunt. ut si ex cibis ulla remanserit macula. ea tracta puram mensam ostendant. ita nos quoque faciamus. pro balsamo os implentes melodia spiritali. ut si ex saturitate ulla in anima macula remanserit. eam per illam modulationem abstergamus. & communiter omnes stantes dicamus (Lætificasti nos. Domine. in creatura tua. & in operibus manuum tuarum exultabimus.) Post Psalmodiam autem addatur etiam Oratio. ut cum anima ipsam quoque domum sanctificemus. quemadmodum enim qui mimos & saltatores & mulieres meretrices introducunt in convivia. dæmones & diabolum illuc vocant. & domos suas implent bellis innumerabilibus. hinc certe zelotypiæ. adulteria. stupra. & alia innumerabilia. ita qui vocant David cum cythara. intus Christum per ipsum vocant. Ubi autem est Christus. nullus dæmon quidem ingredi. vel potius ne divertere quidem ausus fuerit. pax autem & dilectio. & omnia. tamquam ex fontibus. bona promanaverint. Illi domum suam faciunt theatrum. tu Ecclesiam fac tuam domunculam. ubi enim est Psalmus & Oratio & chorea Prophetarum. & pius canentium animus. non aberraverit quispiam. qui hunc cœtum dixerit Ecclesiam. Etiamsi vim verborum non noveris. doce interea ipsum os verba dicere. sanctificatur enim

etiam lingua per verba. quando ea dicuntur prompto & alacri animo · Si nos ipsos deduxerimus ad hanc consuetudinem. nec nostra sponte. nec per socordiam pulchrum hoc prætermittemus ministerium. more vel invitos nos cogente. hunc Dei cultum quotidie peragere · In hac modulatione. seu quis fuerit senio confectus. seu juvenis. seu voce aspera. seu omnis penitus numeri ignarus. nihil ei vitio dabitur · Quod enim hic quæritur est sobria anima. mens vigilans. cor compunctum. valida ratio. expurgata conscientia · Si hæc habens ingressus fueris in sanctum Dei chorum. propter ipsum David stare poteris · Hic non est opus cythara. neque nervis extensis. neque plectro. nec arte. nec ullis instrumentis: sed si velis. teipsum efficies cytharam. cum carnis membra morte affeceris. & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris · quando enim non concupierit caro adversus spiritum. sed illius jussis cesserit. & eam tandem duxerit in viam optimam. & maxime admirabilem. ita melodiam efficies spiritalem · Non hic opus est arte. quæ longo tempore perficitur. sed bona tantum voluntate. & generoso animi instituto opus est. & brevi tempore periti evademus · Non opus est loco. non opus est tempore. sed vel in omni loco. & omni tempore licet mente canere · nam sive in foro ambules. sive iter ingrediaris. sive cum amicis confideas. licet excitare animum. licet vel tacenti clamare · Ita etiam Moses clamabat. & Deus audiebat · Et si fueris opifex. poteris in officina sedens & operans. psallere · Licet sis miles. aut sedeas in judicio. poteris hoc ipsum facere. cum mens intus resonet · non enim hominibus canimus. sed Deo. qui potest vel corda audire. & in mentis nostræ arcana ingredi · Hoc quoque Paulus ostendens vociferatur. dicens (ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus · qui autem scrutatur corda scit quid desideret Spiritus. quod secundum Deum postulat pro Sanctis ·) Hoc autem dicebat. non quod spiritus gemeret. sed quod viri spiritales. qui habent dona Spiritus. pro propinquis orantes. & supplicationes offerentes. hoc facerent cum compunctione & gemitibus · Hoc nos quoque faciamus. & quotidie Deum interpellemus per Psalmos & Orationes.

V.

Incipit Præfatio B. HIERONYMI Presbyteri ad Paulam Matronam. & Eustochium Virginem in Psalterium. quod secundum Septuaginta editionem correxit ·

PSalterium Romæ dudum positus emendaram. & juxta septuaginta Interpretes. licet cursim. magna [1] tamen ex parte correxeram · Quod quia rursum videtis. o Paula [2] & Eustochium. scriptorum vitio depravatum. plusque antiquum errorem. quam novam emendationem valere. [3] me cogitis. ut veluti quodam novali [4] scissum jam arvum exerceam. & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem. [5] æquum esse dicentes. ut quod crebro male

(1) *Codd. MSS. Vat.* 82. *&* 84. *atque Alex.* 11. *ad quos hanc Præfationem exegimus, eo loci pro* tamen *habent* illud.

(2) *Vat.* 82. & Eustochia.

(3) *Pronomen* me *laudati tres MSS. omittunt.*

(4) *Vat.* 82. scissa arva *plurium numero.*

(5) *Vat.* 84. æquumque esse: *alter Vat.* 82. *prosequitur*, dicentes, quod &c.

male pullulat . crebrius ſuccidatur · Unde conſueta Præfatione commoneo tam vos . quibus forte labor iſte deſudat . quam eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint . ut quæ diligenter emendavi . cum cura & diligentia tranſcribantur · Notet ſibi unuſquiſque vel jacentem lineam . vel radiantia ſigna . ideſt obelos ÷ vel aſteriſcos ※ Et ubicumque viderit virgulam præcedentem ÷ ab ea uſque ad duo puncta : quæ impreſſimus . ſciat in Septuaginta Tranſlatoribus plus haberi · Ubi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem . de Hebræis voluminibus additum noverit . æque uſque ad duo puncta . juxta Theodotionis dumtaxat editionem . qui ſimplicitate ſermonis a Septuaginta Interpretibus non diſcordat · Hæc [1] ergo & vobis . & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens . non ambigo multos fore . qui vel invidia . vel ſupercilio malint contemnere [2] videri præclara . quam diſcere . [3] & de turbulento magis rivo . quam de puriſſimo fonte potare·

Explicit Præfatio S. Hieronymi ·

Ex Epiſtola ejuſdem B. HIERONYMI Presbyteri ad Paulinum ·

David . Simonides noſter . Pindarus. & Alcæus . Flaccus quoque. Catullus. atque Serenus . Chriſtum lyra perſonat . & in Decachordo Pſalterio ab inferis excitat reſurgentem·

VI.

S. AUGUSTINI EPISCOPI Hipponenſis dicta de Pſalmis ·

Ex Libro IX. *Confeſſionum ·*

Quas tibi . Deus meus . voces dedi. ſi cum legerem Pſalmos David . cantica fidelia . & ſonos pietatis . excludentes turgidum ſpiritum . rudis in germano amore tuo . Catechumenus in villa cum Catechumeno Alipio . feriatus . matre adhærente nobis muliebri habitu . virili fide . anili ſecuritate . materna charitate . Chriſtiana pietate ! Quas tibi voces dabam in Pſalmis illis ! Et quomodo in te inflammabar ex eis ! Et accendebar eos recitare (ſi poſſem) toto terrarum orbe adverſus typhum generis humani ? & tamen toto orbe cantantur . & non eſt qui ſe abſcondat a calore tuo ·

Ex ſermone de quadam pſallendi conſuetudine in die Epiphaniæ ·

Ante omnia non ſolum orationibus ſtudete . ut quod verbis pſallitis . orationibus impleatis . & Spiritus Sanctus qui vobis ſonat in ore . ipſe etiam habitare dignetur in corde · Bonum quidem eſt . & ſatis acceptabile Deo . quando lingua fideliter pſallit · Sed tunc eſt vere bonum . quando linguæ concordat etiam vita·Conſentiant ſimul voces & mores . ne forte bonæ voces contra malos mores teſtimonium ferant . & ipſa vos lingua veſtra redarguat · Si enim aliud ſonat in ore . & aliud apparet in opere . quod lingua videtur ædificare . incipit converſatio mala deſtruere · Vos vero . fratres . non

(1) *Vat.* 84. & 82. Hæc ergo vobis & ſtudioſo &c. *tum paullo infra idem Vat.* 82. *una cum Alex.* 11. *miſſo pronomine* me *habet* feciſſe ſciens.

(2) *Vat.* 82. & 84. videre.

(3) *Alex.* 11. *una cum utroque Vaticano*: & turbulento magis rivo &c.

non solum suavitas vocis. sed etiam sensus ipsius lectionis teneat occupatos. ut quomodo sonus vocis delectat in auribus. sic virtus ipsius lectionis dulcescat in cordibus. secundum illud quod scriptum est. (Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Domine. Et iterum (Eloquia Domini desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum. & dulciora super mel & favum.) Qui enim quando psallit suavitatem tantummodo vocis. & compositionem cujusque soni attendit. & quid in ipsis verbis intelligi debeat non attendit. aures ejus accipiunt transitorium cibum. sed ad animam ejus non pervenit Dei verbum. ac si velut ceram quodammodo quis ruminat. & de mellis dulcedine omnino non gustat. Vos vero. Fratres. (sicut jam supra suggessi) ante omnia virtutes Psalmorum intus attendite. Quando quisque vestrum psallit versiculum Psalmi. ubi ait (Confundantur superbi. quia injuste iniquitatem fecerunt in me.) conetur superbiam fugere. ut æternam confusionem mereatur evadere. Quando psallimus (Perdes omnes qui fornicantur abs te.) omnes malas concupiscentias studeamus evadere. Quando psallimus. quod beatus est vir. qui in Lege Domini meditabitur die ac nocte. superfluas occupationes. & mordaces jocos. otiosos luxuriososque sermones. quasi venenum diaboli respuamus. & lectionem divinam. aut ipsi frequentius relegamus. aut (si nos ipsi legere non possumus) illos qui legunt. libenter & frequenter audire studeamus. Quoties psallimus (Si reddidi retribuentibus mihi mala. decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam. & comprehendat. & conculcet in terra vitam meam. & gloriam meam in pulverem reducat.) quando ista & alia dicimus. ne ipsi contra nos tam duram maledictionem proferre videamur. nulli umquam hominum malum pro malo reddamus. ut cum secura conscientia possimus dicere (Dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris). Et quia longum est omnia replicare. quæ de istis tribus aut quatuor peccatis. idest. superbia. fornicatione. vel odio diximus. hoc de reliquis omnibus vitiis sentiamus. Et quotiescumque in Psalmis peccatores maledicuntur. studeamus peccatum fugere. ne ipsi nos videamur ore proprio maledicere. Quoties in Psalmis justi. misericordes. sobrii. casti. vel humiles collaudantur. tales esse cum Dei adjutorio laboremus. ut benedictio quæ ad illos dirigitur. etiam ad nos Divino munere perferatur. Iterum atque iterum rogo atque supplico. ut quotiescumque psallitis. quid in ipsis Psalmis intrinsecus intelligi vel observari debeat. attentius cogitetis. ut dum lingua vestra Dominum laudat. ad animam vestram benedictio divina perveniat. præstante Domino nostro Jesu Christo. qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Ex sermone de eodem.

Unusquisque quando psallere cessaverit. cum omni humilitate oret. & supplicet Domino. ut quod verbis protulit ex ore. Deo auxiliante. implere mereatur in opere. Sic est psallere. Fratres. quomodo sementem. iterum orando. sepelire vel tegere. sicut enim qui seminat semen in agro. si arando cooperire dissimulaverit. venient volucres. & totum quod seminatum esse videbatur. diripient. ita in agro cordis sui seminavit verbum Dei. ut psallendo

lendo vel legendo asperserit. nisi postea orando in corde suo recondiderit. & quodammodo sepelierit. venient volucres. idest cogitationes sæculi hujus. volatiles inanes & vacuæ. & rapient quod in corde fuerat seminatum. Et ideo ubi cessaverit aliquis psallere. non cesset orare. si vult in agro cordis sui messem Divinæ misericordiæ proficere.

Ex Concione III. *in Psal.* XXX.

Si orat Psalmus. orate. & si gemit. gemite. & si gratulatur. gaudete. & si sperat. sperate. & si timet. timete. Omnia enim quæ hic conscripta sunt. speculum nostrum sunt.

Ex tractatu in Psal. XL.

Commendamus autem sæpius (nec nos piget iterare. quod vobis utile est retinere) Dominum Nostrum Iesum Christum plerumque loqui ex se. idest. ex persona sua. quod est caput nostrum. plerumque ex persona corporis sui. quod sumus nos & Ecclesia ejus. sed ita quasi ex unius hominis ore sonare verba. ut intelligamus. Caput & Corpus in unitate integritatis consistere. nec separari ab invicem. tanquam conjugium illud de quo dictum est (Erunt duo in carne una.) Si ergo agnoscimus duos in carne una. agnoscamus duos in voce una.

Ex tractatu in Psal. LVI.

Totus Christus Caput est & Corpus. quod bene vos nosse non dubito. Caput est ipse Salvator noster passus sub Pontio Pilato. qui nunc posteaquam resurrexit a mortuis sedet ad dexteram Patris. Corpus autem ejus est Ecclesia. non ista aut illa. sed toto orbe diffusa. nec ea quæ nunc est in hominibus. qui præsentem vitam agunt. sed ad eam pertinentibus etiam his. qui iverunt ante nos. & his qui futuri sunt post nos. usque in finem sæculi. Tota enim Ecclesia constans ex omnibus fidelibus (quia fideles omnes membra sunt Christi) habet illud Caput positum in cælestibus. quod gubernat Corpus suum. & si separatum est a visione. sed annectitur charitate. Quia ergo totus Christus Caput est & Corpus ejus. propterea in omnibus Psalmis sic audiamus voces Capitis. ut audiamus & voces Corporis. Noluit enim loqui separatim. quia noluit esse separatus. dicens (Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi) Si nobiscum est. loquitur in nobis. loquitur de nobis. loquitur per nos. quia & nos loquimur in illo. & ideo verum loquimur. qui in illo loquimur. nam quando in nobis & ex nobis loqui voluerimus. in mendacio remanebimus.

Exultat hic Propheta. superius enim omnes illos versus Dominus loquebatur. Propheta quidem. sed ex persona Domini. quia in Propheta Dominus. Et quando loquitur ex persona sua Propheta. ipse Dominus loquitur per eum. qui ei dictat veritatem. quam loquatur. Modo ergo ex persona Prophetæ audite. fratres mei. Vidit Dominum in spiritu iste Propheta humiliatum. cæsum. flagellatum. colaphis percussum. ex palmatum manibus. sputis illitum. spinis coronatum. ligno suspensum. illos sævientes. illum tolerantem. illos insultantes. illum quasi victum vidit in spiritu. & post illam jam omnem humiliationem. & illorum furorem. resurrexisse eum. & illa omnia. quæ fecerant Iudæi sævientes. facta esse inania. & elevatus gaudio. tam-

tamquam videret fieri (Exaltare (inquit) super cœlos Deus ·)

Ex tractatu in Psal. LVIII.

Loquatur nobis Christus Caput & Corpus · Sic semper . aut prope semper audiamus voces Christi de Psalmo . ut non solum intueamur Caput illud unum Mediatorem Dei & hominum hominem Christum Jesum . qui etiam secundum divinitatem in principio erat Verbum . Deus apud Deum . quod Verbum caro factum est . & habitavit in nobis . caro ex semine Abraham . ex semine David de Maria Virgine : Non ergo illum solum . qui est Caput nostrum cogitemus . quando audimus Christum loqui . sed cogitemus Christum Caput & Corpus totum . integrum quemdam virum · Nobis enim dicitur (Vos autem estis Corpus Christi . & membra) ab Apostolo Paulo . & de illo dicitur ab eodem Apostolo (Qui est Caput Ecclesiæ) . Si ergo ille Caput . nos Corpus . totus Christus Caput & Corpus · Aliquando enim invenis verba . quæ non congruunt Capiti . & nisi ea coaptaveris Corpori . nutabit intellectus tuus · Rursus invenis verba . quæ non apta sunt Corpori . & Christus tamen loquitur · Ibi non timendum est ne erret quisque · cito enim pergit ut Capiti aptet . quod videt Corpori non convenire · Ipse denique in cruce pendens ex persona Corporis locutus est (Deus meus . Deus meus . respice in me . quare me dereliquisti ?) Non enim dereliquerat Christum . a quo derelictus non est · aut vero sic ad nos venit . ut illum desereret · aut sic illum misit . ut ab illo discederet · Sed quia homo desertus est a Deo . Adam ille peccans . qui cum soleret gaudere ad faciem Dei . conscientia peccati deterritus fugit a gaudio suo . & vere dereliquit illum Deus . quia ipse deseruit Deum · Ex quo Adam Christus cum carnem accepisset . hoc ex persona ipsius carnis ait . quia tunc vetus homo noster simul crucifixus est cum illo ·

Ex tract. in Psal. xc.

Disciplina est ista & doctrina Scholæ hujus . quæ vobis valeat non ad unum Psalmum intelligendum . sed ad multos . si teneatis hanc Regulam · Aliquando Psalmus . non solum Psalmus . sed & omnis Prophetia . aliquando sic loquitur de Christo . ut Caput solum commendet · & aliquando a Capite it ad Corpus . idest . ad Ecclesiam · & non videtur mutasse personam . quia non separatur Caput a Corpore . sed tamquam de uno loquitur · Videat enim charitas vestra quod dico · Manifestus est certe Psalmus omnibus . ubi de Passione Domini dicitur (Foderunt manus meas & pedes meos . dinumeraverunt omnia ossa mea · Diviserunt sibi vestimenta . & super vestem meam miserunt sortem · Hoc & Judæi quando audiunt erubescunt · evidentissime enim Prophetia de Passione Domini Nostri Jesu Christi prolata est · Delicta autem non habebat Dominus noster Jesus Christus . & tamen in capite ipsius Psalmi dicit (Deus . Deus meus . ut quid me dereliquisti ? Longe a salute mea verba delictorum meorum) Videtis ergo quid dicatur ex persona Capitis . quid ex persona Corporis · Delicta ad nos pertinent · Passio pro nobis ad Caput pertinet · sed propter Passionem illius pro nobis . & quod ad nos pertinet delictorum debitum solvit ·

Ex

Ex tract. in Psal. CXLI.

Voce mea ad Dominum clamavi· Sufficeret (Voce ad Dominum clamavi) forte non frustra additum est (mea ·) Multi enim clamant ad Dominum non voce sua . sed voce corporis sui · Homo ergo interior (in quo cœpit habitare Christus per fidem) voce sua . non in strepitu labiorum . sed in affectu cordis clamat ad Dominum · Non ubi homo audit . ibi Deus audit · Nisi voce pulmonum & laterum & linguæ clames . homo te non audit . cogitatio tua clamor est ad Dominum (Voce mea ad Dominum clamavi ·)

Ex tractatu in Psal. CXLV.

Deliciæ spiritus nostri Divina Cantica . ubi & fletus sine gaudio non est· Fideli homini & peregrino in sæculo nulla est jucundior recordatio . quam Civitatis illius . unde peregrinatur . sed recordatio Civitatis in peregrinatione non est sine dolore atque suspirio · Spes tamen reditus nostri . certe etiam peregrinando . tristes consolatur & exhortatur · Rapiant cor vestrum verba Dei . & Possessor vester vindicet sibi possessionem suam . idest mentes vestras . ne avertantur in aliud· Unusquisque vestrum totus hic sit . ut hic non sit . idest . totus sit in verbo Dei . quod sonat in terra . ut ab eo exaltetur . & non sit in terra · Ideo enim Deus nobiscum . ut & nos cum illo · Qui enim ut nobiscum esset descendit ad nos . facit ut cum illo possimus ascendere ad se · Interim ipse peregrinationem nostram non fastidivit . quia nusquam est peregrinus . qui condidit omnia .

V I I.

NICETÆ EPISCOPI De Psalterio · ex tractatu de Bono Psalmodiæ ·

SCIO nonnullos . non solum in nostris . sed etiam Orientalibus . qui superfluam . nec minus congruentem divinæ Religioni æstiment Psalmorum & Hymnorum decantationem · Sufficere enim putant . quod cordibus dicitur . lascivum esse in hoc lingua · & aptant huic opinioni capitulum de Apostolo . qui conscribit ad Ephesios (Implemini spiritu . loquentes vobis ipsis Psalmis & Hymnis & Canticis spiritualibus . in gratia concantantes . & psallentes Deo in cordibus vestris ·) Ecce in cordibus psallendum esse Apostolus definivit . non more tragœdiæ vocis modulamina organizando . quia sufficit Deo . qui corda scrutatur . si in cordis secreto canatur · At ego . sicut non reprehendo psallentes in corde meditari . ita conlaudo eos . qui etiam cum sono vocis glorificant Deum · Et priusquam de multis Scripturis instrumenti testimonia proferam . de ipso Apostoli capitulo (quod multi cantores objiciunt) præscriptionis voce eorum stultiloquium repercutiam · Ait etiam cæleftis Apostolus (Implemini Spiritu Sancto loquentes vobis in Psalmis ·) Puto etiam ora nostra laxavit . & linguas solvit . & labia prorsus aperuit · loqui enim sine istis organis hominem impossibile est . & sicut æstus a frigore discretus est . sic tacens a loquente diversus est · Cum vero dicit (Loquentes in Psalmis . Hymnis . & Canticis ·) non fecisset etiam Canticorum mentionem . si psallentem omnino tacere voluisset · cantare

re enim prorſus tacendo poteſt nemo. In cordibus autem. quod dicit. admonuit. ne ſola voce. ſine cordis intentione cantetur. Sicut alio loco ait (Pſallam ſpiritu. pſallam & mente.) & voce. & cogitatione. Sed hæc talia Hæreticorum ſunt commenta. dum enim aliud languent. ſubtiliter Cantica reſpuunt. Nam dum Prophetis adverſantur. & Prophetias Domini conantur deſtruere creatoris. Prophetarum dicta. & maxime cæleſtis David cantiones. per colorem honeſti ſilentii evacuare contendunt &c.

Quid in his Pſalmis non invenies. quod faciat ad utilitatem & ædificationem. ad conſolationem humani generis. conditionis. ſexus. & ætatis? Habet in Pſalmis infans quod lactet. puer quod laudet. adoleſcens quo corrigat viam ſuam. juvenis quod ſequatur. ſenior quod precetur. Diſcit fœmina pudicitiam. pupilli inveniunt patrem. viduæ Judicem. pauperes protectorem. advenæ cuſtodem. audiunt Reges Judiceſque quod timeant.

Pſalmus triſtem conſolatur. lætum temperat. iratum mitigat. pauperem recreat. divitem hominem ut ſe agnoſcat admonet. & ne ſuperbiat increpat. omnibus omnino ſuſcipientibus ſe apta medicamenta contribuit. Pſalmus nec peccatorem deſpicit. ſed remedium ei per pœnitentiam flebilem ſalubriter ingerit. Providit plane. providit Spiritus Sanctus. quemadmodum. quamvis dura & faſtidioſa. præcordia ſenſim & quaſi cum delectatione eloquia Divina ſuſciperent. Nam quia natura humana aſpera quæque (quamvis ſint ſalubria) fugit ac reſpuit. vixque ſuſcipit. niſi quod præſtare videtur inlecebra. hanc Dominus per David ſervum ſuum confecit potionem. quæ dulcis eſſet guſtu per cantionem. & efficax ad curanda vulnera peccatorum per ſuam virtutem. ſuaviter enim Pſalmus auditur dum canitur. penetrat animum dum delectat. facile memoria retinetur dum frequentius pſallitur. & quod Legis auſteritas ab humanis mentibus extorquere non poterat. hic per dulcedinem cantionis exprimit. nam quicquid Lex. quicquid Prophetæ. quicquid Evangelia ipſa præceperunt. in his Carminibus ſuavi meditantium dulcedine continetur. Deus oſtenditur ut timeatur. ſimulacra deridentur. fides adſeritur. perfidia repudiatur. juſtitia ingeritur. prohibetur iniquitas. miſericordia laudatur. crudelitas abdicatur. veritas requiritur. mendacia damnantur. dolus accuſatur. innocentia commendatur. ſuperbia dejicitur. ſublimatur humilitas. prædicatur pœnitentia. pax ſequenda depromitur. contra inimicos protectio poſtulatur. vindicta promittitur. ſpes certa nutritur. & (quod his eſt omnibus excelſius) in Pſalmis Chriſti Sacramenta cantantur. nam & Generatio ejus exprimitur. & rejectio Plebis impiæ. & Gentium credulitas nominatur. virtutes Domini cantantur. Paſſio veneranda depingitur. Reſurrectio glorioſa monſtratur. ſediſſe quoque ad dexteram non tacetur. deinde igneus Domini manifeſtatur adventus. terribile de vivis ac mortuis judicium panditur. Quid plura? etiam Spiritus creantis emiſſio. & terræ renovatio revelatur. poſt quæ erit in gloria Domini ſempiternum juſtorum regnum. impiorum perenne ſupplicium.

Hæc ſunt Cantica quæ Deo canit Eccle-

Ecclesia . hæc sunt quæ hic noster Conventus sono etiam vocis exercet · Hæc non solum cantorem non resolvunt . sed potius stringunt . non luxuriam suscitant . sed extinguunt .

V I I I.

SANCTI GREGORII PAPÆ
De Psalmodia · ex homilia I. in Ezechielem Prophetam ·

VOX Psalmodiæ . cum per intentionem cordis agitur . per hanc omnipotenti Domino ad cor iter paratur . ut intentæ menti . vel Prophetiæ mysteria . vel compunctionis gratiam infundat · Unde scriptum est (Sacrificium laudis honorificavit me · & illic iter est . quo ostendam illi Salutare Dei) Quod enim latine SALUTARE . hoc hebraice JESUS dicitur · In Sacrificio igitur Laudis fit Jesu iter ostensionis · quia dum per Psalmodiam compunctio effunditur . via nobis in corde fit . per quam ad Jesum in fine pervenitur . sicut ipse de sua ostensione loquitur . dicens (Qui diligit me . diligetur a Patre meo . & ego diligam eum . & manifestabo ei meipsum ·) Hinc quoque scriptum est (Cantate Domino . Psalmum dicite nomini ejus · iter facite ei qui ascendit super occasum · Dominus nomen est ei ·) Ipse etenim super occasum ascendit . qui mortem resurgendo calcavit . cui dum cantamus iter facimus . ut nostrum cor veniat . & sui nos amoris gratia accendat ·

Marcelli Abbatis in Scithi de Psalmodia · ex Prato spirituali Johannis Moschi ·

ABbas Marcellus . quasi de alio Sene morante in Scithi (ipse autem erat) narravit . dicens quod nocte quadam surrexerit . ut Psalmos ex more caneret · Cumque psallere cœpisset audivit vocem buccinæ . quasi bellicum clangentis . turbatusque senex cogitabat . dicens · Unde hoc in loco vox buccinæ perstrepit ? milites hic non sunt . bellum hinc abest · Et cum ista secum volveret . dæmon prope illum veniens . dixit ei · Utique bellum est · Si ergo oppugnari ac repugnare non vis . vade . dormi . & non oppugnaberis ·

Dixit iterum senex · Credite mihi . filioli . nihil ita perturbat . & concitat & irritat . & vulnerat & perdit atque contristat . & contra nos commovet dæmones . ipsumque perditionis auctorem satanam . sicut perpetua Psalmorum meditatio · Nam omnis quidem Divina Scriptura utilis nobis est . contristatque non mediocriter dæmones . non tamen ita sicut Psalterium · Sicut enim in plebe . si una pars laudet Imperatorem . alia pars ob id non contristatur . neque movetur contra laudantes · cum vero ad injurias & contumelias non laudantium conversi fuerint . tunc adversus eos excitatur . ita & dæmones non ita commoventur neque contristantur in aliis Scripturis . quemadmodum in Psalmis · Nam cum Psalmos meditamur . partim quidē nobis ipsis . Deum laudando . oramus . partim vero maledictis insequimur dæmones . ut cum dicimus (Miserere mei . Deus . secundum magnam misericordiam tuam . & secundum multitu-

titudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam ·) & iterum (Ne projicias me a facie tua . & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me ·) & (Ne projicias me in tempore senectutis · cum defecerit virtus mea ne derelinquas me ·) nobis ipsis oramus · Tunc vero persequimur dæmones . cum dicimus (Exurgat Deus . & dissipentur inimici ejus · & fugiant qui oderunt eum , a facie ejus ·) & rursus (Vidi Impium superexaltatum . & elevatum sicut cedros Libani · & transivi . & ecce non erat · quæsivi eum . & non est inventus locus ejus ·) & illud (Gladius eorum intret in corda ipsorum ·) & iterum (Lacum aperuit . & effodit eum . & incidit in foveam . quam fecit · Convertatur dolor ejus in caput ejus . & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet ·)

S. Bernardi Abbatis Clarevallensis de Psalmodia · ex sermone VIII. *super Cantica* ·

QUod psallentibus dignanter admisceri sancti Angeli soleant . quid eo manifestius . quod Psalmista ait · (Prævenerunt Principes . conjuncti Psallentibus in medio juvencularum tympanistriarum ?) Unde & dicebat (In conspectu Angelorum psallam tibi ·) Doleo proinde aliquos vestrum gravi in sacris Vigiliis deprimi somno . nec cæli cives revereri . sed in præsentia Principum tamquam mortuos apparere . cum vestra ipsi alacritate permoti . vestris interesse solemniis delectentur · Vereor ne vestram desidiam quandoque abominantes . cum indignatione recedant . & incipiat unusquisque vestrum sero cum gemitu dicere Deo (Longe fecisti notos meos a me · Posuerunt me abominationem sibi ·) & illud (Elongasti a me amicum & proximum & notos meos a miseria ·) Item (Qui juxta me erant . de longe steterunt · & vim faciebant qui quærebant animam meam) Pro certo enim si se a nobis boni Spiritus elongaverint . impetus malignorum quis sustinebit ? Dico ergo his qui ejusmodi sunt (Maledictus qui opus Dei facit negligenter ·) Dicit quoque . non ego . sed Dominus (Utinam te calidum aut frigidum invenissem . sed quia te tepidum inveni . incipiam te evomere ex ore meo ·) Ea propter attendite Principes vestros . cum statis ad orandum vel psallendum . & state cum reverentia & disciplina . & gloriamini . quia Angeli vestri quotidie vident faciem Patris . nimirum missi in ministerium propter nos . qui hæreditatem capimus salutis . devotionem nostram in superna ferunt . referunt gratiam . Usurpemus officium . quorum sortimur consortium . ut in ore infantium & lactentium perficiatur laus · Dicamus eis (Psallite Deo nostro . psallite .) atque audiamus eos vicissim respondentes (Psallite Regi nostro . psallite ·) Laudem ergo cum cæli Cantoribus in commune dicentes . utpote cives Sanctorum & domestici Dei . psallite sapienter · Cibus in ore . Psalmus in corde sapit · Tantum illum terere non negligat fidelis & prudens anima quibusdam dentibus intelligentiæ suæ . ne si forte integrum glutiat . & non mansum . frustretur palatum sapore desiderabili . & dulciore super mel & favum · Offeramus cum Apostolis in cælesti convivio & in Dominica mensa favum mellis · Mel in cera . devotio in litera est · alioquin litera occidit . si absque spiritus condimento glutieris · Si autem cum Apostolo psallas spiritu . psallas & mente . cognosces & tu de illius verita-

te

te sermonis quem dixit Jesus (Verba. quæ locutus sum vobis. spiritus & vita sunt ·) & item quem legimus. dicente Sapientia (Spiritus meus super mel dulcis ·) Sic delectabitur in crassitudine anima tua. sic holocaustum tuum pingue fiet. sic placabis Regem. sic placebis Principibus. sic denique totam tibi Curiam benevolam reddes. & odorati odorem suavitatis in cælestibus. de te quoque dicent (Quæ est ista quæ ascendit per desertum. sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. & universi pulveris pigmentarii ? Principes (inquit) Juda duces eorum · Principes Zabulon. & Principes Nephthalim ·) hoc est. Confitentium. Continentium. Contemplantium· Norunt siquidem Principes nostri. Regi suo acceptam esse Psallentium confessionem. Continentium fortitudinem. Contemplantium puritatem. & solliciti sunt exigere a nobis istiusmodi primitias spiritus. quæ profecto non aliud sunt. quam primi & purissimi fructus Sapientiæ ·

I X.

INCIPIT PROLOGUS SIVE ORIGO PROPHETIÆ DAVID REGIS JERUSALEM IN LIBRO PSALMORUM CL.

DAvid filius Jesse. cum esset in Regno suo. quatuor elegit qui Psalmos [a] facerent. idest. Asaph. Eman. Ethan & Idithun · LXXXVIII. ergo dicebant Psalmos. & cc. [b] Subpsalma. & citharam percutiebat Abiud · Cum David reduxisset [c] Arcam in Jerusalem post annos XX. revocatam ab Azotiis. & mansit in domo Aminadab. hanc imposuit in subjugali novo. & adduxit in Jerusalem. electis viris ex omni genere filiorum Israel LXX. millibus virorum ·

De tribu autem Levi electi sunt CCLXXXVIII. viri. ex quibus quatuor Principes præesse [d] cantionibus instituit. Asaph. Eman. Ethan. & Idithun · unicuique eorum dividens septuaginta duos viros subclamantes laudem [e] cantionum Domino · Et unus quidem eorum feriebat cymbalum. alius cynaram. alius citharam. alius vero tuba cornea exaltans · in medio autem eorum stabat David. tenens & ipse psalterium · Arcam autem antecedebant VII. chori. & [f] sacrificia vitulorum · populus autem universus sequebatur [g] Arcam.

[h] Sunt ergo omnes Psalmi David numero CL. quorum omnium quidem IX. fecit ipse David · XXXII. non sunt suprascripti · LXXII. in David. XII. in Asaph · XII. in Idithun · IX. Filiis Chore · II. in Aggæum & Zachariam. unus in Moyse. duo in Salomonem. in Ethan Esdraelitæ unus · Fiunt itaque omnes Psalmi David filii Jesse. Regis Israel. numero CL. Diapsalma numero LXXV. Cantica graduum numero XV. & unum sibi proprie scribit extra numerum. cum devicit Goliam · Psalmus primus nulli alii assignatus est juxta historiam. quoniam omnium est caput · Deinde quis alius intelligitur in primo Psalmo. nisi Primogenitus Dei ? ut merito & Inscriptio non fuerit necessaria · Deinde quia ipse Psalmus Christi mentionem facit. & adversus Christum ejus. exponendo personam. inscribendi causam omnino non habet · Ordines Historiæ immutatos legimus & in Titulis Psalmo-

a *al.* canerent · b *al.* Subdiapsalma. c *al.* Arcam Dei. d *al.* cantoribus. e *al.* & canticum canticorum. f *al.* & sacrificium. g *al.* post Arcam. h Vide Ferrandum in Psalmos ad calcem ex Bibliis Theodulphi.

Psalmorum· Sed Psalmi non secundum historiam . sed secundum Prophetias leguntur · Itaque ordinem Psalmorum non potest turbare ordo Titulorum · Psalmi omnes qui inscribuntur (Ipsi David) ad Christi pertinent sacramenta . quia & ipse David dictus est Christus. idest . Unctus · Qui autem (ipsius David) personæ ipsi David dicuntur ·

X.

INCIPIT EXPLICATIO FLORENTII GEORGII . ET GREGORII DE TITULIS PSALMORUM ·

Denique Psalmi . qui fugam persecutionemque David explicant . ostendunt persecutionem Passionemque Dominicam · Illi autem qui (In finem) inscribuntur . perfectionem bonorum operum ostendunt . quia hic Finis dissimilis est aliis finibus . cum illi habent terminum . hic replementum · (Finis enim Legis . Christus . ad justitiam omni credenti .) (Pro torcularibus .) pro æternorum munerum fructibus hymnus est · (Pro his qui hæreditabuntur .) retributionem Sanctorum . sive Ecclesiæ (quæ est corpus Christi) ut hæreditatem capiant & regna cælorum . docent · (Pro Octava .) quidam hunc numerum Evangeliis deputant . eo quod continentur in his octo Beatitudines . per quas venitur in regnum Dei . sive illius Arcæ octo animæ · (In Consummatione) vel (Dedicatione tabernaculi .) perfectio Ecclesiæ intelligitur· (Pro his qui commutabuntur .) populi Judaici de Gentili . vel de Synagoga Ecclesiæ commutationem prædicit · (Pro occultis . (de adventu Filii Dei pronunciat · qui Judæis occultus fuit . (Canticum Resurrectionis .) idest . ipsius Dominicæ Resurrectionis veritatis· (Oratio Moysi hominis Dei .) ad Legem revertitur . eo quod ipsa nos Redemptoris resurrectioni sociari pronunciat · (Psalmus in Salomone .) hoc est . Pacifico . in Christo (qui est Pax nostra) cantatus intelligitur · (In confessione) vero docet . ut jugiter homo Deum & voce fateatur . & corde · Illi sane qui res gestas secundum literæ narrant veritatem . spiritualem intelligentiam cognoscuntur habere · Psalmus (Filiis Chore .) per Passionem Christi redimendum populum præfiguravit . quia Chore interpretatur Calvitium . sicut Dominus noster Jesus Christus in loco Calvariæ crucifixus est · (Pro verbis Chusi filii Jemini .) hoc est quod Chusi . relicto David . ad Absalon transiit . qui erat hostis Patris sui. sicut Judas Christi · (In assumptione matutina .) quia Dominus resurgens mane assumptam reduxit captivitatem ab inferis · (In prima Sabbati .) in ipsa resurrectione · (Priusquam liniretur) antequam resurrectione clarificaretur· (In rememoratione delictorum) utique suorum · (Canticum graduum) namque cælestem designat ascensum · Psalmus ergo ille . qui in medio Canticorum graduum est . tanquam turris pulcherrima ponitur · Sed nec hoc sine mysterio arbitror esse . quod hic Liber in tribus quinquagenariis constat scriptus . quorum hoc (ut opinor) ratio est · Primus enim remissionem criminum præstat . Secundus ad spem regni cælestis invitat . Tertius nos ad regnum æternæ beatitudinis in Civitatem mittit · Diapsalmæ vero . quæ (Semper) interpretantur . docent . ut animæ semper in his exerceatur fidelis intentio .

XI.

X I.

INTERPRETATIO NOMINUM HEBRÆORUM. QUÆ HABENTUR IN PSALMIS. EX S. HIERONYMO PRESBYT.

(Abessalon) Pater pacis. (Asaph.) Congregans. (Abraham.) Pater videns populum. vel Pater multarum. ideſt. gentium. (Allophyli.) Alienigenæ. [Ægyptus.] Tribulatio. Coanguſtans. [Ætiopia.] Tenebræ. vel Caliginis. [Arabum.] Agarcni. Advenæ. [Ammon.] Filius populi mei. vel populus mœroris. [Aſſur.] Dirigens. vel Beatus. aut Gradiens. ſive Arguens. [Abaron.] Pater ſuſcitans dolorem. [Aaron.] Mons fortitudinis. ſive Mons fortis. [Ammorrhæus.] Amarus. vel loquens. [Aleph.] Mille. ſive Doctrina. [Ain] Fons. ſive Oculus.

[Benjamin.] Filius dexteræ. [Baſan.] Bruchus. ſive Pinguedo. nam quod interpretari ſolet Ignominia. Buſa dicitur. (Babylon.) Confuſio. (Beelphegor.) Habens hiavit. ſive Habens os pellis vel pelliceum.

(Cades.) Immutata. vel Sancta. (Coph.) Vocatio. vel Avis. ſed melius Excuſſio. (Cedar.) Tenebræ. vel Mœror. (Chuſi.) Æthiops. vel Notabilis. quod ad Saulem pertinet. quia ab humero & ſurſum eminebat in omni populo. (Cham.) Calidus. Sed ſciendum. quod in Hebræo. Chi literam. non habeat. ſcribitur autem per Cheth. quæ duplici aſpiratione profertur. (Caph.) Manus. Palma. vel Vola. (Ciſon.) Impegerunt. ſive Duritia eorum. vel Lætitia. (Chanaan.) Motus eorum. vel Negotiator. aut Humilis. (Cherubim.) Scientia multiplicata. vel quaſi plures. Scientiæ multitudo. aut Scientiæ intellectus. (Choreb.) quod in Hebræo (Oreb) ſcribitur. Ardor. ſive Siccitas. aut Corvus. vel Solitudo.

[Daleth.] Pauper. vel Tabula. vel Janua. [David.] Fortis manu. ſive Deſiderabilis. [Dathan.] Donum eorum. ſive ſufficiens donum.

[Ezraites.] Semen. [Ermon.] Anathema ejus. vel Anathema mœroris Dei. [Endor.] Oculus. ſive Fons generationis. (Ephrem.) Frugifer. ſive Creſcens. [Ephrata.] Frugifera. ſive Ubertas. ſive Equidem vides.

[Fe.] Os ab ore. non ab oſſe. ſive Laqueus. ſive Decipula. [Finees.] Ori parcens. vel Ore requievit. aut Auris augurium. [Farao.] Diſſipans. ſive Diſcooperiens eum.

[Galaad.] Acervus teſtimonii. (Gebal.) Definiens. ſive Diſterminans. vel Vallis vetus. [Gimel.] Retributio. ſive Plenitudo.

(Jacob.) Supplantator. [Iſrael.] Vir aut Mens videns Deum. ſed melius Princeps cum Deo. (Jordanes.) Deſcenſio eorum. [Juda.] Laudatio. ſive Confeſſio. (Idumæa.) Terrena. ſive Sanguinea. [Judæa.] Confitens. aut Laudans. (Joſeph.) Augmentum. [Iſmahel.] Auditio Dei. [Jonadab.] Domini ſpontaneus. [Jabin.] Intelligens. vel Intelligentia. vel Senſus. vel Prudentia. (Jemini.) Dextera mea. [Idithun.] Tranſiliens eos. ſive Saliens eos. (Jod.) Principium. vel Scientia. aut Dominator. [Iſaac.] Riſus. ſive Gaudium.

[Lamech.] Doctrina. ſive Diſciplina. [Loth.] Vinctus. ſive declinatio.

[Manaſſe.] Oblitus. vel Neceſſitas. [Moab.] De patre. (Manna.) Quid eſt hoc? [Melchiſedech.] Rex juſtus. [Madian.] De judicio. ſive De

De causa • (Moyses .) Attrectans . vel Palpans . aut Sumptus de aqua . sive Assumptio • (Mem .) Ex quo . vel Ex ipsis . sive A qua •

(Nephtalim .) Consecravit me . vel Dilatavit me . vel certe Implicuit me . Latitudo . sive Comparatio • (Nun .) Fœtus . vel Piscis . sive Sempiternum •

(Oreb .) Siccitas • (Og .) Coacervans . sive Absconditus •

(Res .) Caput •

(Samech •) Firmamentum . quidam Erectionem . vel Adjutorium . sive Fulturam putant • (Sade .) Regio . sive Justitia . vel Veneratio . (Sin .) Dentes • (Sion .) Specula . vel Speculator . sive Scopulus • (Sichem .) Humerus • (Sina .) Mandatum . vel Mensura • (Selmon.) Umbra offendiculi . vel Sentiens . sive Imago fortitudinis • (Saba .) Captus . sive Captivitas . vel certe Convertens • (Selom .) Avulsio . vel Dimissio . sive Ubi est ipse • (Sisara .] Gaudii exclusio . sive Tollens recedentem . vel Equivisio • (Salmana .) Umbra prohibendi . vel Umbra commotionis • (Samuel .) Nomen ejus Deus • (Seon .) Semini ejus . aut Germen inutile . sive Tentatio lacessens •

(Teth .) Bonum • (Tau .) Signum . vel Subter • (Talassar .) Appendit Principem • (Thobal .) Offerre • (Tyrus .) qui Hebraice dicitur Zor . Tribulatio . sive Angustia interpretatur . vel Fortitudo • (Tanis .) mandans humilia • (Thabor •) Veniens lumen . vel Veniat lux •

(Vau .) Et ipse •

(Zabulon .) Habitaculum eorum . vel Jusjurandum ejus . aut Habitaculum Fortitudinis . vel Fluxus noctis • (Zebath •) Victimæ . sive Hostiæ • (Zain .) Oliva . vel fornicatio . sive Hæc • (Zeb .) Lupus • (Zebæe .) Victima •

XII.

Interpretatio Psalterii .
Artis cantilenæ vel, . specierum singularium . vel nominum quæ commemorantur in Psalmis •

PSalterium est (ut Hieronymus ait) in modum Deltæ literæ formati ligni sonora concavitas . obesum ventrem in superioribus habens . ubi chordarum fila religata . disciplinabiliter plectro percussa . suavissimam dicuntur reddere cantilenam . Huic citharæ positio videtur esse contraria . dum quod ista in imo continet . illud conversa vice gestat in capite • Hoc autem genus organi canorum atque singulare . aptatur corpori Domini Salvatoris . quoniam sicut istud de altioribus sonat . sic & illud gloriosæ institutionis superna concelebrat • hoc apud Hebræos dicitur Nablum • Ipsum vero Psalmum . Græcum constat esse vocabulum . quem dictum quidam volunt apò tu psavin. hoc est . a tangendo • nam & Psaltrias citharœdas vocamus. docto pollice modulationes musicas exprimentes • Psalmus est . cum ex ipso solo instrumento musico . idest . psalterio . modulatio quædam dulcis & canora profunditur •

Canticum est . quando quis libertate propria vocis utitur . nec loquaci instrumento cuiquam musico consona modulatione sociatur •

Psalmus est hymnus alicujus metri lege compositus . qui ad similitudinem prædicti organi . supernam nobis cognoscitur indicare virtutem •

Framea modo contum . modo loricam . modo gladium significat bis acutum • Aliter Arnobius . Frameam . inquit . humanæ literæ specialiter dicunt lanceam Regis • nos autem Frameam generaliter gladium in scriptu-

ris

ris fanctis accipimus · (Cynira quidem eft decem chordis coarctata . hæc plectro percutitur · Nablum vero duodecim fonos habens digitis tangitur · (Cedrus non eft utilis nifi fuccifa fuerit . nullos enim in fua radice manens proficuos generat fructus . ficut nec elatio · (Hermon . parvus mons juxta Jordanem eft pofitus . ficut ex Deuteronomii lectione cognofcitur · (Accipimus . inquit . in tempore terram de manibus duorum Regum Amorrhæorum . qui erant trans Jordanem a torrente Arnon ufque ad montem Hermon · (Myrrha mortem fignificat . quam pro hominum falute mediator fufcepit · (Gutta . quæ dicitur Ammoniaca . duritias curat aliqua neceffitate con·ractas . quæ pulchre Incarnationi Domini comparatur . quia duritiam cordis humani fancta prædicatione diffolvit ·

Caffia . quæ a noftris Fiftula dicitur . redemptio generis humani per aquam baptifmatis indicatur . quoniam hoc herbæ genus aquofis locis dicitur inveniri · His rebus & odor ineft fuavis . ut merito fanctæ Incarnationi & virtus herbarum . & odoris fuavitas comparetur · Ebur non ad folas divitias intelligamus aptatum . fed quoniam elephas (cujus hæc offa funt) nimiæ caftitatis afferitur . qui inter quadrupedia & fenfu plurimo valet . & temperanter mifcetur fœminæ fuæ . & conjuge fecunda non utitur . hoc pudicis fœminis decenter aptatum eft · [Hyffopus quamvis fit herba minima . radicibus fuis faxorum fertur vifcera penetrare · Hæc & internis hominum fauciatis probatur accommoda . & in libro Levitico . immolato fanguine intincta . fupra leprofi corpus fepties folebat afpergi . fignificans pretiofo fanguine Domini Salvatoris maculas peccatorum efficaciter effe diluendas ·

Rhamnus fpinarum genus eft permoleftum . quod prius in herbam molliffimam pubefcit . fed ubi adulta ætate caluerit . ramufculos producit acuminatos . poftea ejus fudes durefcunt in arboream firmitatem · Maceria eft faxorum ficca conftructio . quæ fine aliquo ligamine impenfæ . in altum ducta componitur · (Tympanum eft . quod tenfo corio . quafi fupra duas (ut ita dixerim) metas . fibi ab acuta parte copulatas . folet refonare percuffum . ficut hominum corpus . dum pro Domino tribulatione quatitur . ad fuperna mandata dulcius temperatur · [Afpidum immane genus eft ferpentum . quod naturali obftinatione verba incantantium non perhibetur admittere . quia ne verba eorum exaudiat . fuafque latebras derelinquat . unam aurem caudæ fuæ inflexione dicitur obturare . alteram vero in terram deprimere · (Pellicanus avis Ægyptia eft . ciconiis corporis granditate confimilis . quæ naturali macie femper affecta eft · quoniam (ficut Phyfiologi volunt) tenfo inteftino per vifcera quicquid efcarum accipit . fine aliqua decoctione tranfmittit · quæ non gregatim (ut cæteræ aves) volat . fed delectatione fe folitaria confolatur · quorum unum genus ftagnis inhabitat . aliud [ut dictum eft] in defertis locis fecretifque verfatur · [Nycticorax . Græce dicitur . Noctis Corvus . quem quidam bubonem . quidam noctuam effe dixerunt . alii magis corvo magnitudine & colore confimilem . quem fpecialiter in Afiæ partibus inveniri poffe teftantur · Iftum ficut diei fulgor abfcondit . ita adventus noctis producit .

ducit. & contra consuetudines avium tunc magis vigilare & escas quærere incipit. quando se in soporem animantia cuncta componunt. [Passer est avis parva. sed nimia sagacitate solicita. quæ nec facile laqueis irretitur. nec per ingluviem ventris escarum ambitione decipitur. Hæc propter infirmitatem suam. ne aut ipsa a prædatore capiatur. aut fœtus ejus serpentinis devorentur insidiis. ad domorum fastigia celsa concurrit.

Turtur avium castissimus. una tantum copulatione contentus esse narratur. (Frixorium est fasciculum sarmenti aridum. nonnisi ad incendium aptum. (Fulica mansueta avis & nigra. anate quidem minor. sed corporis positione consimilis. quæ in stagnis delectabiliter commoratur. (Herinaceus (quem vocamus hericium) animal est omnino timidum. natura providente semper armatum. cujus cutem invicem setarum sudes acutissimæ densissimæque communiunt. & refugium habet semper in saxis. (Topazion genus est lapidis pretiosum. qui duos fertur habere colores. unum auri purissimi. & alterum ætherea claritate relucentem. pinguedo rosea. verecundaque puritas. vicinus lapidi chrysophrasso magnitudine vel colore. qui maxime splendet cum solis splendore percutitur. quem si polire velis. obscuras. si naturæ propriæ relinquas. irradiat. Nasci dicitur in Insula Topazion. quæ est provinciæ Thebaidæ. unde & nomen accepit. (Crystallum est in modum vitri per numerosas hyemes glacies condurata. & in duritiam saxi. liquens admodum perducta substantia. (Organum est quasi turris quædam diversis fistulis fabricata. quibus flatu follium vox copiosissima destinatur. & ut eam modulatio decora componat. linguis quibusdam ligneis ab interiore parte construitur. quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes. grandisonam efficiunt & suavissimam cantilenam. (Cymbala sunt ex permixtis metallis minimæ phialæ compositæ. ventricula sua in lateribus habentes. quæ artificiosa modulatione collisæ. acutissimum sonum delectabili consonatione restituunt. (Selah) verbum. septuaginta Interpretes. Symmachus & Theodotio (Diapsalma) transtulerunt. Aquila vero (Semper.) & puto aut musici cujusdam soni esse signaculum. aut certe perpetuitatem eorum quæ prædicta sunt indicare. Ubicumque Selah. hoc est. Diapsalma. sive Semper adponitur. ibi sciamus non tantum ad præsens tempus. verum ad æternum. vel quæ sequuntur. vel quæ præcesserunt pertinere. Hæc Hieronymus. Verum Augustinus putat. ubi Diapsalma interponitur. personarum sive sensuum fieri permutationem. ut sicut Sympsalma Græce vocum adunata copulatio dicitur. ita sit Diapsalma vocum rupta continuatio.

XIII.

Collectio [1] *argumentorum in Psalmos. Ex dictis Origenis.*

PSalterium ita est quasi magna domus. quæ unam quidem habet exteriorem clavem in porta. in diversis

(1) *Hanc collectionem jam a se vulgatam contulit Thomasius cum Argumentis Psalmorum a Ludovico Ferrando editis in libro Psalmorum Lutetiæ Parisiorum anno 1683. ut ex insequentibus ejusdem Thomasii notis unicuique de facili constare potest.*

sis vero intrinsecus cubiculis proprias claves habet. licet amplior una clavis sit grandis portæ. Spiritus Sanctus. tamen unumquodque cubiculum habet proprias claviculas suas. Si quis igitur clavem confuse de domo projiciat, si voluerit aperire cubiculum. non potest, nisi clavem invenerit. sic singuli Psalmi quasi singulæ cellulæ sunt. habentes proprias claves suas. Grandis itaque porta istius domus primus Psalmus est. qui ita incipit. Beatus vir. qui non abiit in consilio impiorum. & in via peccatorum non stetit.

I. Psalmus ostendit. Quod Christus sit lignum vitæ. Psalmus iste eum generaliter de omnibus Sanctis. specialiter de Joseph. qui corpus Domini sepelivit. Ut oculum pudice agas.

II. Psal. Quod Christus in hereditatem capiat omnes gentes a Patre. De conventu infidelium in Passione Christi. Vox Christi in passione. & de Natali ipsius. atque contra eum. si quis blasphemat providentiam Dei. & in accusatione impiorum & iniquorum. Item hic Psalmus legendus est ad Evangelium Lucæ. Vox Patris. & Apostolorum. & Christi. Ad caput scribendum. Christus de Passione & potestate sua dicit.

III. Psal. Quod Christus pro nobis mortis somno obdormivit. & resurrexit. Vox Christi in Passione ad Patrem de Judæis. De insidiis hæreticorum.

IV. Psal. Quod Christus post resurrectionem sit a Deo Patre glorificatus. Propheta increpat Judæos. & de monendo proximo.

V. Psal. Quod Christus sit inhabitator sanctorum. exauditor Ecclesiæ. Vox Ecclesiæ. Christus ad Patrem de Judæis. & ad Ecclesiam. quæ hereditatem Paradisi. non Testamenti veteris accipit. ut ipse Titulus probat.

VI. Psal. Quod Christus sit expugnator inimicorum nostrorum. Vox Christi ad Patrem. Christus ad Patrem. ut creatura Creatorem laudet. & ad pœnitentiam asseritur pertinere. Lege ad Lazari resurrectionem. De vigiliis in grabbato.

VII. Psal. Quod Christus sit scrutator omnium conscientiarum. Propheta dicit ad Christum de inimicis Judæis. & de diabolo. ad Christum tamen & ad Synagogam pertinere videtur. nam Christus exaltatus est usque ad cælos. Synagoga vero cecidit in foveam. quam paraverat ei.

VIII. Psal. Quod Christus filius hominis. paululum in passione minoratus sit ab Angelis. Vox Ecclesiæ veteris. de Christo & de fide dicit. De fide. ut laudes in te Deum. Etiam de Ascensu Salvatoris. & de infantium laude dicentium (Hosanna in excelsis.) Vox Ecclesiæ laudem dicit Christo de fide omnium credentium. Lege ad Evangelium Marci.

IX. Psal. Quod Christus sacro adventu suo oppressurus sit Antichristum. Propheta laudem dicit de Christo. & de Judæis ad Christum. Ecclesia laudem agit Christo. & de Judæis dicit. & de principe dæmoniorum. atque de perditione idolorum. quorum memoria periit. & de Christi Adventu. qui venit. ut non apponeret ultra magnificare se homo super terram. homines enim mortui pro Deo colebantur. Ut non timeatur homo. Ut laudes in te Deum.

X. Psal. Quod Christus unumquemque secundum justitiam æquitatemque discernat. Vox Christi ad Patrem.

Patrem · Vox Christi ejusque membrorum. & de fixa fide contra hæreticos atque hyprocritas · Lege ad Genesim · Perditio Sodomæ · De fixa fide. & de credulitate ·

XI. Psal. Quod Christus propter inopias nostras miseriasque surrexit · Christus pro passione sanctorum suorum dicit ad Patrem · Vox Christi pro sua. suorumque passione membrorum ad Patrem · de diabolo & ejus membris · Christus pro passione suorum dicit de Judæis · Lege ad Lucam ·

XII. Psal. Quod Christus oculos nostros. ne in æterna morte obdormiant. semper illuminat · Vox Christi ad Patrem de diabolo · Vox Christi ad Patrem de diabolo. ejusque membris · & vox Ecclesiæ Christi Adventum expectantis · In Marco ·

XIII. Psal. Quod Christus plebis suæ captivitatem avertat · Verba Christi ad divitem interrogantem se [a] · In Matthæo · & de populo Judaico · Christi verba ad divitem interrogandum. & de populo Judæorum. immo & Gentilium. qui de Salvatore dicunt · Non est Deus ·

XIV. Psal. Quod Christus sit mons. in quo animæ justorum requiescant · Vox Christi de fidelibus ad Patrem interpellantis. & de exemplo atque magisterio ejusdem · de Apostolis & de Sanctis ipsius. qui sequuntur per justitiam ejus exemplum · Propheta interrogat. Deus respondet · De justitia ·

XV. Psal. Quod Christus pro nobis passus. in inferno non sit derelictus · Vox Ecclesiæ · Vox Christi ad Patrem. ejusque membrorum ad Caput ·

XVI. Psal. Quod Christus extra Urbem ejectus. a Judæis sit circumdatus · Christus de Judæis dicit ad Patrem · Christus de Judæis ad Patrem ait. querens quod susceperint eum sicut leo paratus ad prædam. & saturati peccatis. reliquerint suæ crimen incredulitatis parvulis suis. dicentes (Sanguis ejus super nos. & super filios nostros ·)

XVII. Psal. Quod Christus sit fundator Ecclesiæ. & eam a tentationibus multis eripiat · David in Christi similitudinem constitutus. de Passione & inferno. ac de fixa fide Deo Patri dicit · Etenim ad Christi baptismum. cum eo in Jordane posito. vox Patris de cælo intonuit · & apparuerunt fontes aquarum. atque ex eo supplantati. insurgentes. & ut lutum platearum sunt deleti · David dicit. in similitudinem Christi in Passione. in inferno constituti. ad Patrem · In Johanne · De spe in Deum ·

XVIII. Psal. Quod Christus Virginali thalamo ingressus processerit. occulta hominum delaturus · De prædicatione Apostolorum. & de Adventu Christi · De Adventu Christi & Ascensu. per quem Psalmus CXVIII. referatur. ubi vetus & novum Testamentum conjungitur · In Matthæum ·

XIX. Psal. Quod Christo præstante resurgimus & lætamur · Propheta operantem hortatur · & de passionis liberatione · Christo eunti ad Crucem dicit Ecclesia · Per jejunium · & de oratione in homine ·

XX. Psal. Quod Christus clibano infernali consumendos tradat iniquos · Propheta de Christo Rege dicit ad Patrem · & benedictio super Principem · atque de Regno Christi. Judæorumque repulsione ·

XXI. Psal. Quod Christus transfixus sit

a De populo Judaico. *Apud Ferrandum*.

fit clavis. & fuper veftimenta fua fortem miferint· Verba Chrifti cum pateretur in Paffione·

XXII. Pfal. Quod Chriftus Ecclefiæ fuæ pafcua præparat fempiterna· Ante Baptifmum· Vox Ecclefiæ poft Baptifmum [a]·. Ad Hefter·

XXIII. Pfal. Quod Chriftus Ecclefiam fanguine fuo redemptam collocat fuper fluctus fæculi· Vox Ecclefiæ poft Baptifmum· De inchoatione Ecclefiæ. in qua excluduntur idolorum principes. & Rex ejufdem eam ingreditur · & de confirmatione populi credentis· Portæ (quas dicit) peccata funt. vel inferni clauftra· Etenim vox Chrifti de Gentibus. & de Ecclefia·

XXIV. Pfal. Quod Chriftus deftructum corporis fui templum. poft tres dies præparet refurgendum · Canticum mifit electis · Electorum Canticum· De doctrina Confeffionis· Vox Ecclefiæ ex tota anima pœnitentis· Vox Ecclefiæ contra inimicos · Per Jejunium· Canticum in Cathecumenis & Electis·

XXV. Pfal. Quod Chriftus Ecclefiam in innocentiam melioris vitæ conftituit· Propheta de fe teftatur· Obfecratio ejus. qui fecundum Deum proficit· Vox Ecclefiæ. quæ non confentit in Chrifti Paffione. contra inimicos judicium Dei implorantis· & Propheta fub perfona Chrifti de fe teftatur· De tribulatione inimicorum·

XXVI. Pfal. Quod Chriftus. inluminatio. protectio. & falus fit fperantium in fe famulorum · Ad eos qui primum ingrediuntur in Dominicum· De amore Legis · Vox baptizatorum· Ad eos qui primum ingrediuntur ad fidem Domini · Legendus ad lectionem Efaiæ Prophetæ (Ecce qui ferviunt tibi. bona manducabunt·) Vox Prophetæ ad Deum clamantis·

XXVII. Pfal. Quod Chriftus adjuvatus a Patre. florente. de fepulchro; carne furrexit · De Judæis Chriftus dicit· Vox Martyrum· Vox Ecclefiæ adverfus dolofos· Pfalmus hic ad lectionem Danielis Prophetæ legendus · De Judæis dicit ad Chriftum · Chriftus de Judæis dicit ad Patrem·

XXVIII. Pfal. Quod Chriftus arcana Scripturarum fanctarum. in folitudine emanantium. per Spiritum Sanctum pandeat· Poft Paffionem & Refurrectionem. & confummationem Ecclefiæ Chrifti · Vox Ecclefiæ flentis in Paffione Domini. & gaudentis in ejufdem Refurrectione · Hic Pfalmus ad fuppofitionem diei Sabbati. poftquam confummata eft Ecclefia Chrifti. eft confcriptus · Ad fuppofitionem diei Sabbati Pafchæ. poftquam confummata eft Ecclefia Chrifti· Legendus ad Noe diluvium·

XXIX. Pfal. Quod Chriftus plantavit Ecclefiam refurgendo in gloria æterna· Propheta ad Patrem & ad Filium dicit. & de eorumdem laude· Propheta ad Patrem & ad Filium dicit· De Pafcha Chrifti. & de futuræ Ecclefiæ oratione cum laude in homine· Vox Chrifti ad Patrem· Ecclefia orat cum laude· [b]

XXX. Pfal. Quod Chriftus Crucifixus. fpiritum manibus Patris commendavit. velociter recepturus· Vox Chrifti pofiti in Cruce. orantis pro fe & pro populo fideli· Hic confeffio Fidei credentium in Deum· Vox Chrifti in Paffione de Judæis·

XXXI.

a & ante Baptifmum. *Ferrand.* b Propheta ad Patrem, & ad Chriftum dicit de crudelitate oratione in homine. *Ferran.*

xxxi. Psal. Quod Christus festinus remissionem tribuit peccatorum, si pura sit confessio delictorum · Vox Pœnitentium · Vox Peccantium · Vox Pœnitentium post Baptismum. & Domini responsio circumdantis misericordia in se sperantes ·

xxxii. Psal. Quod Christo (qui est Verbum Patris) cæli. Virtutesque eorum firmæ sint · Propheta cum laude [a] Dei populum adhortatur · Vox Ecclesiæ Martyres consolantis · Propheta gaudere in Domino admonet ·

xxxiii. Psal. Quod Christus justos in diversis tribulationibus Angelica opitulatione custodiat · Vox [b] quædam Justi · Vox Ecclesiæ per jejunium vocantis populum · Oratio etiam ad Altare · Vox Fidei · Per jejunium · Oratio ante Altare ·

xxxiv. Psal. Quod Christus nos spiritualibus armis muniat ac defendat · Vox Christi ad Patrem in Passione contra Judæos · Vox quoque Ecclesiæ in jejunio. & contra dæmonum rabiem · Totus Psalmus ex persona Christi est. & per Christum ad omnes Psalmos referri potest · Per jejunium · [c]

xxxv. Psal. Quod Christus fons vitæ sit. & lumen æternum · Propheta cum Dei laude opera Judæ dicit. ejusque est accusatio de populo Judaico · De lamentatione ·

xxxvi. Psal. Quod Christus sit Justorum omnium in se sperantium salus · Hic hortatur [d] omnes ad fidem. demonstrans Ecclesiæ salutem. monetque credentem ad fidei firmitatem · Lege ad Sapientiam Salomonis ·

xxxvii. Psal. Quod Christus tempore Passionis ab amicis & proximis relictus sit · Doctrina Confessionis · Confessio pœnitentis ex tota anima · Sapientiæ virtus ad pœnitētiæ salutem · Confessio patientiæ. & virtus ad salutem · Lege Job · In fine orationum · & confessio pœnitentis. misericordiam benigni Judicis deprecantis. [e]

xxxviii. Psal. Quod Christus nos propter iniquitatem corripiat & emendet · Propheta increpat Judæos. qui Scripturarū divitias habentes. nesciunt cui dimittant · & Ecclesia arguit divitias congregantes. cuique eas relinquant ignorantes · Propheta increpat eos. qui divitias habent. & nesciunt cui dimittant eas · Vox justi contra inimicos ·

xxxix. Psal. Quod Christus principium in capite Testamenti veteris sit · Patientia populi · Vox Ecclesiæ post resurrectionem Domini · De patientia Pauli Apostoli. ubi Christum prior annunciat · Lege in Actus Apostolorum ·

xl. Psal. Quod Christus pro nobis egenus & pauper factus. intelligentes se opibus nos ditet æternis · Hic Psalmus ad lectionem Esaiæ Prophetæ legendus · Vox Christi de Passione sua vel Resurrectione. & de Juda traditore. atque de omnium communione. maximeque pauperum · Quilibet Christianus contra immundum spiritum. & hominem fæcis suæ. idest carnem. profatur · Propheta de eleemosinæ largitore vel facientibus · De communione cum omnibus hominibus vel pauperibus · [f]

Finit Liber Primus ·

IN-

a Domini. *Ferrand.* b cujusdam. *Ferrand.* c Christus de Iudæis & de Passione sua dicit ad Patrem. *Ferrand.* d Moysem *pro* omnes. *Ferrand.* e Huic confessio insipientiæ. *al.* Huic confessio insapientiæ virtus salutis. *Ferr.* f De communione cum omnibus hominibus ut pauperis. *Ferrand.*

INCIPIT · LIBER · SECUNDUS ·

XLI. Psal. Quod Christus scelera nostra Baptismi ablutione restinguat · Vox Christi . & pœnitentium post Baptismum ad fontem lacrymarum festinantium (sive) desiderantium · Ante Baptismum · Vox Christi ad eos qui fidem sunt consecuturi · Lege ad Esaiam ·

XLII. Psal. Quod Christus sit lux Mundi . via. veritas. & vita· Vox Ecclesiæ orantis . ut dividatur ab infidelibus· Ad eos . qui fidem sunt consecuti a Christo · Vox Ecclesiæ orantis . in novissimo discerni justos & reprobos ·

XLIII. Psal. Quod Christi virtute . & non nostro brachio sumus liberati · Propheta pœnitentiam agens pro populo Judæ · Hic Psalmus legendus ad Epistolam Pauli ad Romanos · Propheta ad Dominum de operibus ejus . pœnitentiam gerens pro Judaico populo · Vox Ecclesiæ totius. divinum auxilium in persecutionibus poscentis· In Exomologesin · De Martyrio ·

XLIV. Psal.Quod Christus speciosus forma præ filiis hominum . a Deo Patre conjunctus Ecclesiæ . benedicatur · Legendus ad intellectum Matthæi · Hic Psalmus ad Evangelium Matthæi legendus · De Regina Austri ait Propheta · Vox quidem Patris de Filio per Prophetam . populi sui pœnitentiam gerentem · Propheta de Christo ad Ecclesiam dicit · Sponsa Christi describitur Ecclesia ·

XLV. Psal. Quod Christus spiritali flumine lætificat animam · Hic Psalmus ad lectionem Actuum Apostolorum legendus . & ad Evangelium sive lectionem Marci · Propheta de Christo Ecclesiæ dicit · & idem Dominus Christus ad eamdem· Vox quidem Apostolorum· Vox Fidelium ·

XLVI. Psal. Quod Christus obtentis Gentibus . in sua civitate . paterna gloria locutus sit · Christus ascendit ad Patrem · Vox Apostolorum est · Hic Psalmus ad Actus Apostolorum legendus . postquam ascendit Christus ad Patrem ·

XLVII. Psal. Quod Christus Deus magnus regat nos in sæcula sempiterna · Figura Ecclesiæ Jerusalem futuræ · Hic Psalmus ad Apocalypsim Johannis Apostoli legendus · Vox Sacerdotum ad populum de Christo · & de Jerusalem cælesti . præsenti quidem atque futura · Vox denique Apostolorum · Vox Ecclesiæ laudantis Deum · Ad Jonam Prophetam ·

XLVIII. Psal. Quod Christus sit Sapientia Patris . quo Prophetæ loquuntur · Divites increpat . qui mortui ad inferna descendunt · Hic divites rebus & vitiis increpat . qui ut ad inferna descendunt . nihil ultra valent · Vox Ecclesiæ super Lazaro & divite purpurato · Vox Christi de meritis Justorum . & de pœnis impiorum ·

XLIX. Psal. Quod Christus sit deorum Deus . & discernat justos ab impiis· Hic Psalmus ad Evangelium Matthæi legendus · De adventu Christi ait Propheta . & Judicio futuro · Increpatio Iudæorum · De Martyrio · [a]

L. Psal. Quod Christus sine peccato pro peccatis populi judicatus vicerit judicantes · Vox pœnitentis · Psalmus hic ad lectionem Esaiæ Prophetæ . & Actuum Apostolorum legendus . ubi eligitur Paulus· Vox Christi pro populo pœnitente· Voxque Pauli . omnisque credentis pœnitentiam agentis · Doctrina Confessionis . & Prophetia Ecclesiæ ·

[a] Lege ad lectionem Actus Apostolorum , & ad lectionem Marci Evangelistæ . *Ferrand.*

clesiæ · Ut pœniteat homo · De Martyrio ·

LI. Psal. Quod Christus omnem. impietatem desiderantem. a bonitatis suæ divitiis exterminet & emigret · Vox Christi de Juda · Vox Prophetæ in Spiritu Sancto adversus diabolum. & Judam traditorem. omniumque ejus inrevocabilium insaniam sociorum · Vox Christi ad Judam traditorem ·

LII. Psal. Quod Christus Israel salutem adventu suo præstiterit · Propheta increpat Judæos & infideles · Hic Psalmus ad Evangelium Matthæi legendus · Increpat denique Propheta · Vox Spiritus Sancti. Judam. incredulosque Judæos. atque omnes operibus Deum negantes increpantis · Salvatoris Adventus & monitio ·

LIII. Psal. Quod Christus cælos ascendens. inimicos faciè adversa respexit · Vox supplicantis ad Christum · Vox Christi ad Patrem orantis · & membri cujusque ipsius. eumdem in tribulatione quacumque supplicantis · Vox Christi ad Patrem. vel cujuslibet fidelis auxilium Dei contra vitia flagitantis · Propheta de eo. qui persecutionem patitur. propter nomen Domini ·

LIV. Psal. Quod Christus Deus ante sæcula. ab unanimo discipulo sit venundatus · Vox Christi adversus Magnates Judæorum · Fidelis quispiam contra vitia carnis & ipsam carnem deprecatur: Propheta de Christo. & de Juda traditore · Et oratio pro inimicis ·

LV. Psal. Quod Christus nos a peccatis & a lapsu perditionis extraxerit · Vox Prophetæ de Senioribus Judæorum · Vox Christi ad Patrem adversus Principes Judæorum · Vox Petri ferventis in magnitudine · Vox Christi ad Patrem ·

LVI. Psal. Quod Christus regens nos dæmoniacæ damnationis dentes infringat. Vox Ecclesiæ ad Christum · Vox Christi ad Patrem in Passione · Voxque Pauli post Domini Resurrectionem. & Ecclesiæ adversus hæreticos. cunctaque diaboli membra · Oratio pro peccatis ·

LVII. Psal. Quod Christus Sanctis de inopum nece vindictam judicio justo retribuat · Propheta de Senioribus Judæorum dicit · Voxque Christi ad Judæos se injuste judicantes · & contra Sacerdotes ejusdem membra perverse condemnantes · Ut laudes in te Deum ·

LVIII. Psal. Quod Christus nobis per Resurrectionem matutinam lætificatam præstiterit vitam · Vox Christi ad Judæos ·

LIX. Psal. Quod Christus sit opportunum in tribulatione præsidium · Vox Apostolorum in Passione Christi · Vox Christi ad Patrem de Judæis. & cujusque credentis · De diabolo & vitiis. atque homine pravo · Christus orat. ne ei inimici nocere prævaleant · Vox Apostolorum. quando Christus passus est · Propheta de Christi persona ·

LX. Psal. Quod Christus sit turris fortissima ab inimici facie collocata · Vox Ecclesiæ · Vox Pauli Apostoli ad Dominum de Christo · Vox totius Ecclesiæ petentis. ut sub alarum Christi velamine protegatur · Vox Christi ad Patrem · Propheta gratias agit · & monitio qui credituri sunt in Christum ·

LXI. Psal. Quod Christus sit adjutor. in quem conventus Ecclesiæ debet sperare · Vox Ecclesiæ. sive cujusque a malo ad bonum converti · Vox Christi de Passione · Propheta de Passione Christi. vel de Judæis ·

LXII. Psal. Quod Christus sit. in quem splendorem mentis debeamus in ma-

in matutinis meditationibus exercere · Vox Ecclesiæ de Christo . seu cujusque recedentis a tenebris . Christumque desiderantis ·

LXIII. Psal. Quod Christus innocentes animas a sagitta eruat impiorum · Vox Pauli · De Passione Christi · Vox Prophetæ in Spiritu Sancto de Judæis . & Christo . ejusque membris · Vox Martyrum Christi . [a]

LXIV. Psal. Quod Christus sit spes cunctarum omnium terrarum · Vox Apostolorum cum Laude Christi · Vox Prophetæ de Apostolis & populo · Vox quidem Ecclesiæ · De Baptismo tandem in Pascha · Vox Ecclesiæ ante Baptismum ·

LXV. Psal. Quod Christus sit a cunctis Gentibus adorandus · Vox Apostolorum · Vox Pauli . omniumque Apostolorum ad populi ædificationem · Vox denique Martyrum · Vox Apostolorum ad populum · Vox Ecclesiæ laudantis Deum ·

LXVI. Psal. Quod Christus credentium lumen sit · Propheta monet credentes · Vox Apostolica · Spiritus Sanctus per Prophetam admonet credentes · Vox Apostolorum · Propheta de Adventu Christi . & de Resurrectione illius ·

LXVII. Psal. Quod Christo soli omnia regna terræ decantant · Propheta adnunciat Adventum Christi & Assumptionem in cælos · Vox Apostolica optans . ut Dominus a mortuis resurgat . & in cælos ascendat . seu in corde cujusque exurgat · Propheta Resurrectionem Christi & posteriores glorias adnunciat ·

LXVIII. Psal. Quod Christus amaro fellis & asperitate aceti sit potatus pro nostra salute · Vox Christi tempore Passionis · Hic Psalmus ad lectionem Jonæ Prophetæ legendus . & ad Evangelium Johannis · Vox Christi ad Patrem . cum pateretur · De Passione Christi . & de Judæorum abjectione · Oratio pro Ecclesia ·

LXIX. Psal. Quod Christus adjutor ac liberator sit credentium · Vox Christi in Cruce positi · seu Vox Ecclesiæ ad Dominum per jejunium · Vox Martyrum & Confessorum deprecantium . ut a persequentium periculis liberentur · Vox Ecclesiæ in Adventu Domini clamantis ·

LXX. Psal. Quod Christus labia nostra aperiat ad gloriam nominis sui nunciandam · Vox Christi ad Patrem · Vox Christi ad Patrem de Resurrectione contra Judæos · Propheta de Passione & de Adventu Christi ·

LXXI. Psal. Quod Christus humiliato calumniatore ab omnibus terrenis regibus adorandus sit · Vox Ecclesiæ de Christo · Vox Ecclesiæ de Christo ad Patrem ·

Explicit Liber Secundus ·

INCIPIT LIBER TERTIUS

LXXII. Psal. Quod Christus iniquis propter dolositatem mala restituat · Vox Prophetæ ad Deum de Judæis · Vox Christi ad Patrem de Judæis · seu Vox Apostolorum de judicio præsenti vel de futuro ad Patrem · Completæ orationes · Ad majores operas ·

LXXIII. Psal. Quod Christus creaverit cuncta elementa quæ cernimus · Vox Christi de Judæis · Vox Christi sive Ecclesiæ ad Patrem · De doctrina . & de judicio [b] ·

LXXIV. Psal. Quod Christus ob redem-

a Vox Ecclesiæ in Passione Christi . *Ferr.* b Vox Ecclesiæ de Judæis . *Ferr.*

demptionem hominis calicem hauserit Passionis · Vox Christi de judicio futuro ·

LXXV. Psal. Quod Christus non solum in Judæa. sed etiam in cunctis finibus terræ Apostolica predicatione divulgatus sit · Vox Ecclesiæ ad Christum · Vox Ecclesiæ ad Christum, sive Vox Prophetæ de Christi Nativitate · Per jejunium ·

LXXVI. Psal. Quod Christus faciat mirabilia magna solus · Vox Christi ad Patrem ·

LXXVII. Psal. Quod Christus populum spirituali mannæ reficiat alimento · Vox Prophetæ ad Judæos · Vox Christi de Judæorum impietate. Christianorumque [carnem Domini manducando] contra eum murmurantium · Vox Christi de Judæis. ubi multa mirabilia ostendit Deus per Moysen. & in eum non crediderunt ·

LXXVIII. Psal. Quod Christus ulciscatur sanguinem mortuorum. ob gloriam nominis sui effusum · Vox Martyrum de eorum effusione sanguinis · Vox Apostolorum pro qualibet tribulatione · seu Martyrum de sanguinis effusione · Vox Apostolorum [a] post Passionem Christi · Vox Martyrum. de effusione sanguinis ipsorum pro nomine Domini Jesu Christi · Anima pœnitens contra pessimos vicinos. idest dæmones. Deo supplicat · Pro aliqua tribulatione ·

LXXIX. Psal. Quod Christus super Cherubim residens. Ecclesiasticam Vineam dilatet ac defendat · Vox Sacerdotum Dei pro Ecclesia & Christo · Vox Apostolorum de Christo. & de Ecclesia ad Patrem · Vox denique Sacerdotum Dei de Ecclesia & Christo · Vox Prophetæ de Adventu Christi. & de Vineæ. idest. Ecclesiæ dilatatione ·

LXXX. Psal. Quod Christum debeamus spiritualibus tubis tota mente canere · Vox Spiritus Sancti ad populum · De Spiritu Sancto · Hic Psalmus ad Pentecosten. & Responsum Christi · Vox denique Apostolorum ad populum · Vox Christi de judicio futuro · Vox Apostolorum ·

LXXXI. Psal. Quod Christus in deorum medio solus Omnipotens cognoscatur · Vox Ecclesiæ ad Judæos · Vox Spiritus Sancti per Prophetam ad Principes · Voxque Ecclesiæ de Judæis. pravisque Rectoribus suis · Vox Spiritus Sancti ad populum · Culpantur hi qui declinant in malitiam · & inter jurgantes qui Judices esse dissimulant · Dum intrat ad Alienigenas ·

LXXXII. Psal. Quod Christus sit omnis terræ habitator altissimus · Vox Ecclesiæ ad Dominum de Judæis · & de vitiis. cunctisque persecutoribus · Vox Ecclesiæ ad Dominum de Judæis. & de vitiis hominum · Propheta de Christo super omnes gentes regnare ostendit hic. & in futuro judicio · De persecutoribus ·

LXXXIII. Psal. Quod Christus cælestis domus regnum pandat · De eis. qui fidem sunt consecuti · Ad eos. qui habitationem in domo Domini sunt consecuturi · Vox Christi ad Patrem [b] pro Ecclesia · Psalmus legendus ad Evangelium Matthæi · Ad eos qui fidem sunt consecuti · Christi Adventus in humanitate. & de Ecclesiis · Oratio super agrum ·

LXXXIV. Psal. Quod Christus nobis misericordiam suam adventu corporeo fuerit dignatus ostendere · Vox Prophetæ ad Filium · Vox denique Apostolica ad Dominum de populo novo. qui redempti sunt a Domino · Vox Apostolica

a In Passione Christi. *Ferrand.* b de. *Ferrand.*

Apoſtolica ad novellum populum [a] ·

LXXXV. Pſal. Quod Chriſtus ſuavis & mitis. deprecantium ſe mentes exaudiat · Vox Chriſti ad Patrem · Per jejunium · Prophetia de Chriſto. & monitio ut ſemper ad Deum preces fundant · De honeſta oratione ·

LXXXVI. Pſal. Quod Chriſtus Eccleſiæ ſuæ portas in ſanctis montibus collocatas. ultra cuncta Iſraelis tabernacula dilexerit · Vox Apoſtolica de Eccleſia · Vox Prophetæ in Spiritu Sancto ad Apoſtolos. ſeu Vox eorum de Eccleſia · Vox Prophetæ de cæleſti Jeruſalem. ideſt. Eccleſia Chriſti · Vox Apoſtolica de Eccleſia · Vox Chriſti Sancti ad Apoſtolos de Eccleſia. & de meritis juſtorum ·

LXXXVII. Pſal. Quod Chriſtus pro nobis dignatus mori. matutina ſit Reſurrectione glorificatus · Vox Chriſti ad Patrem de Paſſione. ſive filiorum ejus ad eum · De eadem · Propheta de morte Chriſti. & de Reſurrectione ejus ·

LXXXVIII. Pſal. Quod Chriſtus in Patris atque Paracliti æquali omnipotentia dominatur · Vox Chriſti ad Patrem de Judæis · Vox Prophetæ de Chriſto ad Patrem. ſeu Vox Filii. vel Eccleſiæ ad Patrem de Judæis · Vox Chriſti ad Patrem · De tempore illo. quo numeratus eſt Populus. hiſtoria canitur ·

Finit Liber Tertius ·

INCIPIT LIBER QUARTUS

LXXXIX. Pſal. Quod Chriſtus populi refugium factus. miſericordia nos matutina refecerit · Vox Apoſtolorum ad Patrem · Vox Apoſtolica ad Dominum · Hic oſtendit Propheta. ut homo minus ſperet de vita iſta ·

XC. Pſal. Quod Chriſtus caput leonis & draconis perverſi. rediens Victor ex inferno. calcaverit · Vox Chriſti ad populum credentem. ſive Vox Eccleſiæ ad Chriſtum · Hic itaque Pſalmus ad Evangelium Matthæi legendus. ubi Chriſtus tentatus · Vox Eccleſiæ ad Chriſtum · Legendus ad Evangelium Marci. ubi tentatur Chriſtus · Legendus ad Evangelium Johannis. de Chriſti victoria · Vox Eccleſiæ ad Dominum · Oratio in nocturno tempore ·

XCI. Pſal. Quod Chriſtus vincentes florere ceu palmæ cæleſtis munere præſtitit · Vox Eccleſiæ · Vox Eccleſiæ ad Deum de inimicis ſuis · Doctrina Confeſſionis. & de gloria juſtorum in futuro.

XCII. Pſal. Quod Chriſtus devicta morte decorem Reſurrectionis induerit · Vox Eccleſiæ de Regno Chriſti · De Nativitate Chriſti. & de primo Adventu ipſius · De credulitate ·

XCIII. Pſal. Quod Chriſtus humana diſtinguens membra. hominem & ſcientiam doceat. & erudiat · Vox Eccleſiæ ad Dominum · Vox Apoſtolorum. omniſque Eccleſiæ ad Deum de Judæis. & perſecutoribus cunctis · Vox Eccleſiæ ad Chriſtum [b] de perſecutionibus.

XCIV. Pſal. Quod Chriſtus Paſtor bonus oves ſuas in æternam prædeſtinet Requiem · Vox Eccleſiæ ad Dominum de Judæis · Vox Chriſti ad Apoſtolos. ſeu Eccleſiæ ad Dominum de Judæis · Vox Eccleſiæ ad Chriſtum. & Prophetæ de incredulitate Judæorum · Vox Eccleſiæ pœnitentiam ſuadentis ·

XCV. Pſal. Quod Chriſtus a Ligno in nationibus regnans. iterato ſit oſtendendus adventu · Vox Apoſtolorum ad populum · [c] & de confuſione idolorum.

 & Ec-

[a] Vox Apoſtolorum de novo Populo ad Dominum de oratione ſuper agrum. *Ferr.* [b] de Judæis. *Ferr.*
[c] *Deeſt* & *in Ferrand.*

& Ecclesiæ vocatione · Vox Ecclesiæ vocantis · Propheta de primo & secundo Adventu Christi ·

xcvi. Psal. Quod Christus cælorum vocibus pronunciatus. in carne populis ostensus est · Vox Ecclesiæ de Adventu Christi · Ad Confessionem. Prophetia · Vox Ecclesiæ de Adventu Christi · vel Vox Apostolorum ad credentes · Prophetia de futuris condemnandis impiis. clarificandis justis · Regnantis Dei pompa describitur · Vox Ecclesiæ ad Adventum Domini ·

xcvii. Psal. Quod per Adventum Nativitatis Salutare suum (Deus) omnibus patefecit · Vox Apostolorum de Resurrectione Christi lætantium · Vox denique Ecclesiæ ad Dominum & ad Apostolos · Vox Apostolica · Prophetia. & Vocatio Gentium · De primo & secundo Adventu Christi · [a]

xcviii. Psal. Quod Christus in cælestem Sion assumptus. & excelsus super omnes populos habeatur · Vox Ecclesiæ de Adventu Christi · Vox Apostolorum ad populum Judæorum. ut contra dæmones & vitia irascantur. Christumque Dominum sequantur · Vox Ecclesiæ ad Dominum · & Apostolorum ad populum Judæorum · De Ligno Christi. & demonstratio de meritis Sanctorum [b] ·

xcix. Psal. Quod a Christo facti. ipsi debeamus jubilare. servire. & psallere · Vox Apostolorum ad populum · Exhortatio ad gratiam. ut serviamus Deo ·

c. Psal. Quod Christus post judicium matutina impios ultione disperdat · Vox Christi ad Patrem · seu Vox Ecclesiæ ad Christum · Vox Apostolorum ad Patrem de requie Sanctorum · Vox Christi ad Patrem de requie. & de expectatione justorum · Vox Christi ad Patrem de reliquiis Sanctorum · De Pœnitentia cum laude ·

ci. Psal. Quod Christi nomen & gloriam omnes Gentes venerantur ac timent · Vox Christi & Ecclesiæ · Vox Christi & Ecclesiæ. cum ascendisset Christus ad Patrem · sive cujusque Vox pœnitentiam agentis · Vox Christi in Passione · & Prophetia de novo populo · Vox Christi in Cruce · [c]

cii. Psal. Quod Christus in cælestibus residens. regnum ac dominationem super omnes Gentes extendat · Vox Ecclesiæ ad populum suum · Ut creatura Creatorem laudet ·

ciii. Psal. Vox [d] Ecclesiæ laudantis Deum. & opera ejus enarrantis · Vox Prophetæ de totius fabrica Mundi reconciliati · Vox Spiritus Sancti de Mundi fabrica · Vox Apostolorum de Judæis ·

civ. Psal. Quod Christus Dominus Deus in universa terra judicia sua promittat · [e] Vox ad Apostolos de Judæis · Vox Christi ad Apostolos de Judæis. primum quidem in confessione Sanctorum · Vox Christi ad Apostolos de laude ejus. & confessione peccatorum ·

cv. Psal. Quod Christus nos Adventu suo visitaverit. Salutare missus a Patre · Vox Ecclesiæ ad Apostolos. & ad populum · Hic Psalmus ad Exodum legendus · Vox Christi ad Apostolos. seu Apostolorum ad populum · sive Vox confessionis peccatorum ·

Explicit Liber Quartus.

INCI-

a Psalmus David sermones sunt, quos loquutus est quando domus ædificabatur. *al.* apud eumdem Ferrandum omittit, *sunt*, additque in fine, *post captivitatem*. b Psalmus Apostolorum ad Dominum de adventu Christi. *Ferr.* c Vox Christi & Ecclesiæ de pœnitentia cum laude. *Ferr.* d Vox Ecclesiæ laudans Dominum, & opera ipsius narrans. *Ferr.* e Vox Apostolorum de Judæis. *Ferr.*

INCIPIT LIBER QUINTUS

CVI. Psal. Quod Christus Verbum a Patre missus, ab interitu nos sanaverit mortis æternæ· Vox Christi de Judæis, qui in prosperitate Deum dereliquerunt, & in adversitate clamaverunt · Hic Psalmus ad Judicum & Numeri lectionem legendus · Vox Christi de Judæis se in prosperitate derelinquentibus, & in tribulatione clamantibus ad Dominum · & confessio virtutum. Dominique miserationum· Vox Christi de Judæis· Legendus ad Judicum & Numeri librum· Prophetat de adventu, & vocatione Gentium, & abjectione Judæorum·

CVII. Psal. Quod Christus super cælos exaltatus, gloriam suam in universas terras dilatat· Vox timentis [a] Deum· Vox Ecclesiæ ad superpositionem· Et confessio quæ fit in populo ad liberationem · seu Vox cujusque timentis·

CVIII. Psal. Quod Christus maledictioni subjacuit, ut nos a Legis maledictione erueret· Vox Christi de Judæis, & de Juda traditore · Vox Christi ad Patrem de Judæis · & maledictio Judæ traditoris· Vox Christi de Juda & similibus ipsius, ut veniat in eos vindicta · & enumeratio Passionis Christi · De monendo proximo·

CIX. Psal. Quod Christus ante luciferum ex spirituali utero a Deo Patre natus est · Vox Ecclesiæ & Christi ad Patrem· Vox Ecclesiæ de Patre & Filio, sive de Nativitate Christi · Promissio Patris ad Filium· Prophetia de victoria futura · & de Adventu vel Incarnatione Domini · Vox Ecclesiæ laudantis Deum· De Domino Christo canitur, sicut & ipse Pharisæis exponit· De Natali Domini·

CX. Psal. Quod Christus spiritualem escam verbi sui famem patientibus largitur· Vox Ecclesiæ de Christo cum laude · De Pœnitentia cum laude·

CXI. Psal. Quod Christus distributor est pauperibus cælestium præmiorum, & munerator · Vox item Ecclesiæ de Christo cum laude, & (de) fructu timoris Domini · Vox timentium Deum·

CXII. Psal. Quod Christus Ecclesiam diu sterilem in fœcunditatem vertit sanctitatis · Vox Ecclesiæ [b] cum laude · Vox Ecclesiæ, quam dicit fidelibus suis pueris, qui sunt in sacro fonte renati, cujuscumque carnis sint, sive ætatis · Vox Ecclesiæ ad Deum· Vox Ecclesiæ de fidelibus suis·

CXIII. Psal. Vox [c] Apostolica cum Judæis increpans idola · Vox Apostolica Judæis increpans idola, & facta apud Judæos miracula retexens · Vox laudantium Deum · Idola prohibet·

CXIV. Psal. Quod Christus animas nostras a periculis infernorum eruat· Vox Christi est · Vox Christi de tribulatione & dolore per humilitatem liberari poscentis, necnon & ejus membrorum · Gratias agit Deo, qui semper exaudit petentes in oratione.

CXV. Psal. Quod Christo vota nostra erimus in cælesti Jerusalem specialiter reddituri · Vox Pauli Apostoli · Vox Spiritus Sancti per Prophetam de morte Sanctorum · sive Vox Pauli Apostoli, ejusque similium · Ostendit denique nil Divinis compensari beneficiis, nisi calice Domini, qui ejus in pretiosa morte Sanctorum bibitur · Hunc Psalmum Quinta & Sexta Editio cum superioribus copulant · Symmachus vero & Septuaginta Inter-

a Vox timentis Dominum, *Ferr.* b cum laude Christi, *Ferr.* c Apostolorum, *Ferr.*

Interpretes dividunt · Vox Martyrum ad Christum ·

cxvi. Psal. Quod Christus adventu Spiritus Sancti confirmaverit super nos misericordiam suam · Vox Apostolorum ad Gentes · Vox Apostolorum . omnes Gentes ad laudem Domini invitantium cordis credulitate & oris confessione · Sermo Prophetæ de laude ejus ·

cxvii. Psal. Quod Christus lapis sit angularis. & dies inluminationis nostræ · [a] Ut ostendatur homini via . idest Christus . per qusm ingreditur portam . quam ingressus claudi non possit · Vox Christi de se dicentis . & viam homini pandentis . quam intrans perveniat ad portam . quam ingressus dicat Alleluja Domino . vel laudem cordis . oris . atque justi operis · Vox Prophetæ de persecutione · Vox Christi contra Judæos · Vox Apostolorum ad Gentes · De tribulatione inimicorum ·

cxviii. Psal. Quod Christus nos imbuat præceptis . justificationibus . ac legibus suis · Vox Christi ad Patrem de adversario . & de Judæis . & de adventu suo . & Passione & Resurrectione sua · De Judicio ejus futuro . & Regno · De monendo proximo ·

i. Aleph · Psalmus de doctrina distinctus mystica · iI. Beth · Vox novelli populi . & juvenum nuper credentium in Deum · iiI. Gimel · Vox Confessorum · Vox Confessorum . & pœnitentium . ab ignorantia se convertentium · iv. Daleth · Vox Sæcularium credentium Deum · v. He · Vox Monachorum singulariter viventium · vi. Vau · Vox Sacerdotum regentium · vii. Zain · Vox viri sancti . inter iniquos deputati ·

viii. Heth · Vox Doctorum adnunciantium judicia Dei . & vigilantium · ix. Thet · Vox Sanctorum in tribulatione degentium . qui in adversis probantur · x. Jod · Vox Præpositorum & Confessorum ac Virginum in Deum credentium · xi. Caph · Vota pœnitentium hominum · xii. Lamech · Vox Clericorum in gradu novo introeuntium · xiii. Mem · Vox Doctorum legem depromentium · xiv. Nun · xv. Samech · Vox justi in tentationibus · xvi. Ain · Oratio Fidelis in fine obitus sui · xvii. Phe · Verba percipiens . gratiam Deo agens · xviii. Sade · Deprecatio tabescentis inter peccatores · xix · Coph · Vox Confessoris laborantis a juventute · xx. Res Supplicatio pauperis in doloribus positi · xxi. Sin · xxii. Tau ·

cxix. Psal. Quod Christus nobis jaculum . quo iniquas confundimus linguas . impertiat · Vox Christi in Passione · Vox Christi ad Patrem de Judæis · Prophetat tribulationem inter Allophylos peregrinus · Gradus quidem isti quindecim . animarum sunt profectus . quibus a bonæ studiis vitæ ad meliora conscendentes . a tribulatione & periculis vitæ instantis in cælo perfecte liberantur ·

cxx. Psal. Quod Christus non dormiens . Jerusalem obumbret & protegat · Vox Ecclesiæ ad Apostolos · Vox Ecclesiæ de Prophetis . vel populis ad Christum ·

cxxi. Psal. Quod Christus sedet . . . sedes in judicio ad judicandum sedere construat · Vox Ecclesiæ ad Apostolos · Vox Christi ad Ecclesiam ·

cxxii. Psal. Quod Christus misertus nostri de contemptu nos superborum cri-

[a] Psalmus ut ostendatur hominibus via , idest Christus , postquam ingreditur ad portam , quam ingressus claudi non potest . *Ferr.*

eripist · Vox Christi ad Patrem . seu Ecclesiæ ad Christum · quæ tamquam bonus servus . Domini sui misericordiam quærit · Primus denique gradus Fides . secundus Spes . tertius Charitas est · Hic demum quartus . hominis perseverantiam annunciat supplicantis ·

cxxiii. Psal. Quod Christus . contrito laqueo mortis . adjutorio nos liberavit nominis sui · Vox Apostolorum & reliquorum credentium · Hic quintus gradus . Apostolorum & Martyrum pronunciat voces · Vox Apostolorum de impiis Judæis . & de infidelibus conversantibus in peccatis · Vox Apostolorum & Martyrum ·

cxxiv. Psal. Quod Christus nos auxilio suo defendat . ne nobis virga . hoc est . dominatio peccatorum incubet · Vox Ecclesiæ · Hic sextus gradus perdurantium est . atque immobilium in passione . super quos . non ad iniquitatem manus suas extendentes . psx Israel perma nebit ·

cxxv. Psal. Quod Christus nos æterni gaudii repleat exultatione · Vox Apostolorum ad Dominum de impiis Judæis · Hic sane septimus gradus . Martyrum continet consolationes . qui lacrymas hic temporaliter ferentes . æterns gaudia edent metentes ·

cxxvi. Psal. Quod Christus in nobis quæ bona sunt ædificet . & ædificat cum se · Vox Christi ad futuram Ecclesiam . quæ octavo graduum numero . Christi videlicet Resurrectione ædificata . Synagogæ in vanum constructores supereminere probatur · Vox Ecclesiæ ·

cxxvii. Psal. Quod Christus beatitudinem timentibus se largiiur æternam · Vox Pophetæ de Christo & Ecclesis · Hic itaque gradus nonus sub uxoris specie.omnes Dominum timentes asserit . circa mensam Altaris vel Scripturæ divinæ germinare . eosque suæ doctrinæ & exempli filios filiorum . & pacem Israel in cælo sine fine videre · Propheta de Christo ad Ecclesiam dicit · Vox omnium timentium Deum ·

cxxviii. Psal. Quod Christus eos qui nos impugnant . ne ab his noceamur . exturbat · Vox Ecclesiæ · Hic sane decimus gradus Christi continet vocem contra Judæos . qui eum in Cruce expugnantes . nihil ei nocuisse arguuntur . dum a mortuis ipsum resurrexisse probatur · Vox Christi contra Judæos ·

cxxix. Psal. Quod Christus non observans iniquitates nostras propitiationem peccatorum impertiat · Vox Christi & Ecclesiæ . Hic Psalmus ad lectionem Jonæ Prophetæ legendus · Gradus itaque undecimus iste . beati Petri post tertiam negationem flentis amare . omniumque in his gestis imitantium indicat vocem · Vox Ecclesiæ · Vox Petri Apostoli ·

cxxx. Psal. Quod Christus nos . ne in superbia extollamur . edocet · Vox Ssuctæ Mariæ · Vox Christi ad Patrem . & Ecclesiæ ad Christum · Hic quippe duodecimus gradus ad beatam semper Virginem Mariam Christi Domini Matrem omnemque animam. non malum pro malo . vel maledictum pro maledicto reddentem . sed contra. benedicentem . noscitur pertinere . Vox Ecclesiæ regnantis ·

cxxxi. Psal. Quod Christus nobis Saeerdotalem justitiam indutis tabernacula præparat · Propheta ad Patrem de Christo dicit · Voxque Patris ad David dicentis · De fructu ventris tui ponam super sedem tuam · Decimus tertius gradus . Decalogum a Trini-

Trinitate unius Deitatis commemorat datum ·

cxxxii. Pfal. Quod Chriftus nos Apoftoli delibutos unguento a capite defluente fanctificat · Vox Ecclefiæ monentis. ut Filii Patris . per Domini gratiam . Jefu fratres . in unum Catholicæ fidei conveniant . rorem benedictionis æternæ percipientes . Decimufquartus gradus Decalogum veteris . & quatuor Evangeliorum facramenta novi continet Teftamenti · Vox Ecclefiæ . ut conveniant in unum Catholici · Ad conventionem fratrum ·

cxxxiii. Pfal. Quod Chriftus cæleftis habitaculi domum . in qua eum jugiter benedicamus . ftatuit · Vox Ecclefiæ futuræ . five Apoftolorum · Vox monentium . ut pura manuum opera extollentes . fine ira cordis & difceptatione oris & operis . ftantes in atriis Ecclefiæ præfentis . vel in domo Domini futura . benedicant eum · Decimusquintus demum gradus . per fex ætates jufta exercentes opera . novem ordinibus conjungit Angelorum . quatenus decimum redintegret ordinem · Vox Sanctorum · Vox Ecclefiæ in futuro · Ad benedictionem ·

cxxxiv. Pfal. Quod Chriftus nobis per fuavitatem nominis fui ab fqualore Gentilitatis avertat · Vox Ecclefiæ populum ad laudem Dei exhortantis . idolaque Gentium vehementer increpantis . & quod nihil fint affirmantis · Quifquis igitur quindecim gradus fide & opere tranfcenderit . nomen Domini laudans . facie ad faciem in cælo eum fine fine videbit · Vox Ecclefiæ operantibus . quia increpat idola . laudare Dominum de mirabilibus ejus ·

cxxxv. Pfal. Quod Chriftus memor humilitatis noftræ . corporea nos paffione redemerit · Vox Apoftolorum ad Synagogam · Vox fane Spiritus Sancti per Prophetam . populum ad gratiarum actionem vocantis . ut Domini femper fit memor . & mirabilia ejus magnificet ·

cxxxvi. Pfal. Quod Chriftus nos Angelica libertate ab hujus carnis corruptione educat · Vox Ecclefiæ · Hic quippe Pfalmus . quomodo ab antiquo hofte genus humanum de Paradifi Jerufalem . captivum in confufionem ductum . organa fufpendiffet æterna hujus Mundi falicibus . canticum Domini canere ceffans . oftendit . verufque Efdras Virginis partus . ad Jerufalem ideft reduxiffet cæleftem · Prophetia de captivitate Jerufalem in Babylone · De babylone barbarica · Captivitas Babylonica prophetatur · Vox Ecclefiæ ·

cxxxvii. Pfal. Vox Chrifti ad Patrem · Vox Chrifti ad Patrem . five Ecclefiæ ad Chriftum . cujus filii fe in confpectu Angelorum pfallere Domino promittunt . qui paulo ante organis filuerant in falicibus fufpenfis ·

cxxxviii. Pfal. Quod Chriftus tartareas tenebras evincens . noctem ficut diem fecerit elucere · Vox Ecclefiæ ad populum collaudantis Deum · feu Vox Chrifti . Dei potentiam confitentis . eumque præfentem arcanis effe cogitationibus & omnibus elementis · Vox Chrifti ad Dominum · Vox Petri Apoftoli pœnitentis ·

cxxxix. Pfal. Quod Chriftus nos a veneno novellarum linguarum eripiat · Vox Chrifti in Paffione · five Vox Ecclefiæ contra fpiritus immundos . pravafque cogitationes . atque homines perfequentes · Vox Chrifti pro populo negligente ·

cxl. Pfal. Quod Chriftus orationes

nes simplicium . tamquam incensum boni odoris . assumat· Vox Ecclesiæ ad Dominum contra Hæreticos. hypocritas . atque Schismaticos · ut custodiatur a laqueo quem statuunt ei . & ab scandalis eorum qui operantur iniquitatem ·

CXLI. Psal. Quod Christus e carcere carnis regressus . Justorum satisfecerit expectationem · Vox Christi ad Patrem considerantis & videntis quod non esset adjutor . qui eum agnosceret in Passione · Vox Christi ad Patrem de Judæis ·

CXLII. Psal. Quod Christus in Crucis altitudine constitutus . manus suas vel ad populum non credentem . vel ad Patrem extulerit · Vox Christi ad Patrem · sive Vox Ecclesiæ ad Dominum , ut se de quacumque tribulatione eripiat . seque voluntatem suam facere doceat . quod ipse est Deus ejus· Vox ad Dominum · Vox Pauli Apostoli · Et Prophetia de Christo ·

CXLIII. Psal. Quod Christus nos ad debellandas nequitias spiritales & armet & instruat · Vox Christi adversus diabolum · Vox Ecclesiæ exhortantis , ut de manu diaboli omniumque inimicorum suorum . præcipue Hæreticorum atque hypocritarum . a Domino liberetur · Vox Ecclesiæ adversus diabolum cum satellitibus suis ·

CXLIV. Psal. Quod Christus nobis spiritualem escam tempore tribuat opportuno · Vox Ecclesiæ ad Christum poscentis ut Rex ejus sine fine esse dignetur . & ipsius beneficiis gratias agere mereatur in ævum ·

CXLV. Psal. Quod Christus justos diligat . cæcos illuminet . & compeditos absolvat· Vox Christi· Vox Christi ad populum . quatenus Patri suo sibique laudem reddere non cesset · sive Apostolorum Vox ad populum . ut non in Principibus confidat . sed in eo. qui antiqui hostis instinctu animas erigit elisas . illuminatque cæcos . & diligit justos ·

CXLVI. Psal· Quod Christus stellarum (quas prius ipse desixit) numerum noverit . & nomina · Vox Apostolorum & Ecclesiæ ad novellum populum · seu Vox Spiritus Sancti per Prophetam ad Gentes . ut Deo psallere nitantur . non Idolorum vanitati · Vox Christi ad Ecclesiam ·

CXLVII. Psal. Quod Christus Ecclesiam suam pace . & spiritualis tritici ubertate repleat · Vox Christi ad Ecclesiam . ut Patrem Dominum laudet · seu Vox Spiritus Sancti per Prophetam ad eamdem . quatenus Christum laudare non cesset · Vox Spiritus Sancti ad Ecclesiam de Christo ·

CXLVIII. Psal. Quod Christi jussu cuncta vel facta sint . vel creata · Vox Apostolorum ad populum omnes invitantium ad laudem Dei Creatoris · Vox Christi · Invitatur ad laudem Dei omnis creatura · Omnis Mundi creatura ad laudandum Deum convocatur ·

CXLIX. Psal. Quod laus Christi in omnibus sit Ecclesiis celebranda · Vox Christi ad fideles de Resurrectione judicioque futuro . iis promittens requiem. qui patiuntur pro nomine ejus. dandamque potestatem eis super omnes . qui eos afflixerunt · Laus Christi in omnibus Ecclesiis . & pro Sanctis Martyribus . qui pro Christo passi sunt·

CL. Psal. Quod Christus per spiritualem harmoniam sit in omnibus Sanctis collaudandus · Vox Christi post sæculum devictum lætantes in regno suo consolantis · Ostendit Christus laudem in omnibus · Hortatur Propheta

ta tam posteros. quam præsentes. ut psallendi insistant officiis · Christi vox post sæculum devictum in regno suo lætantis · Hic denique ultimus Psalmus propter Decalogum decies habet (Laudate) & propter IV. Evangelia. in quibus Dominus laudetur. quatuor continet. ideſt (in Sanctis (in firmamento (in Virtutibus (in multitudine · Octo tandem genera musicæ artis. propter octavum diem. quo Dominus a mortuis resurgens. Ecclesiam suam in Mundi carne docuit resurrecturam. & secum octava ætate regnaturam. ubi omnis spiritus. hoc est. omnis homo. factus spiritalis. Dominum laudabit ·

XIV.

NOTITIA DISTRIBUTIONIS PSALMORUM ET CANTICORUM AD OPUS DEI.

in Canonico horarum noctis & diei Cursu, juxta antiquiorem psallendi morem Ecclesiæ Romanæ. ex antiquis monumentis excerpta ·

De diebus Dominicis & Quotidianis · Die Dominico ·

AD Vigilias in primo galli cantu · Psalmus Invitatorius xciv. Venite exultemus. qui quotidie præmittitur ad Vigilias. nisi aliter propriis locis adnotetur · In I. Nocturno Psalmi duodecim · I. Beatus vir. qui non abiit · II. Quare fremuerunt · III. Domine quid multiplicati · VI. Domine ne in ira. primus · VII. Domine Deus meus. VIII. Domine Dominus noster · IX. Confitebor tibi Domine · X. In Domino confido · XI. Salvum me fac Domine · XII. Usquequo Domine · XIII. Dixit insipiens · XIV. Domine quis habitabit · * In secundo Nocturno Psalmi tres · XV. Conserva me Domine · XVI. Exaudi Domine justitiam meam · XVII. Diligam te Domine · * In III. Nocturno Psalmi tres · XVIII. Cæli enarrant · XIX. Exaudiat te Dominus · XX. Domine in virtute tua ·

Ad Matutinos diluculo · XCII. Dominus regnavit. decorem induit · XCIX. Jubilate Deo · LXII. Deus Deus meus ad te. una cum Psalmo LXVI. Deus misereatur nobis. sub una Gloria · Benedictiones. sive Canticum trium puerorum. Benedicite omnia opera Domini Dominum · Laudes. sive Psalmi tres · CXLVIII. Laudate Dominum de cælis. CXLIX. Cantate Domino. & CL. Laudate Dominum in Sanctis ejus. sub una Gloria · Canticum Evangelicum Zachariæ. Benedictus Dominus Deus Israel ·

Ad Horam diei Primam · XXI. Deus Deus meus. respice in me · XXII. Dominus regit me · XXIII. Domini est terra. XXIV. Ad te Domine levavi · XXV. Judica me Domine. quoniam · LIII. Deus in nomine tuo · CXVII. Confitemini Domino · Ex Psalmo CXVIII. duo capitula. I. Beati immaculati in via. & II. In quo corrigit. sub una Gloria · Item duo capitula. III. Retribue. & IV. Adhæsit. sub una Gloria · Postremo fides catholica S. Athanasii Episcopi. Quicumque vult salvus esse ·

Ad Horam diei Tertiam · Ex Psalmo CXVIII. duo capitula · V. Legem pone. & VI. Et veniat. sub una Gloria · Item duo capitula. VII. Memento verbi tui. & VIII. Portio mea. sub una Gloria · Item duo capitula. IX. Bonitatem fecisti · & X. Manus tuæ. sub una Gloria ·

Ad Horam diei Sextam · Ex Psalmo CXVIII. duo capitula. XI. Defecit in Salutari. & XII. In æternum Domine. sub una Gloria · Item duo capitula. XIII · Quomodo dilexi · & XIV. Lucerna

na pedibus meis. sub una Gloria · Item duo capitula. xv. Iniquos odio habui. & xvi. Feci judicium. sub una Gloria ·

Ad Horam diei Nonam · Ex Psalmo cxviii. duo capitula. xvii. Mirabilia testimonia. & xviii. Justus es Domine. sub una Gloria · Item duo capitula. xix. Clamavi in toto corde. & xx. Vide humilitatem. sub una Gloria · Item duo capitula. xxi. Principes persecuti sunt. & xxii. Appropiet oratio mea. sub una Gloria ·

Ad Tertiam. Sextam. & Nonam Horam. sive festis. sive quotidianis diebus. ita semper psallitur. ut in die Dominico ·

Ad Vesperos recedente sole. ac die cessante · cix. Dixit Dominus · cx. Confitebor tibi Domine · cxi. Beatus vir qui timet · cxii. Laudate pueri · cxiii. In exitu Israel ex Ægypto · Canticum Evangelicum S. Mariæ. Magnificat ·

Ad Completorium in fine diei & initio noctis · iv. Cum invocarem te · xxx. In te Domine speravi. usque. Redemisti me Domine Deus veritatis. inclusive · xc. Qui habitat · cxxxiii. Ecce nunc · Canticum Evangelicum Simeonis: Nunc dimittis · * Ita semper psallitur ad Completorium. sive festis. sive quotidianis diebus ·

Feria secunda ·

Ad Vigilias in primo Galli cantu · In Nocturno Psalmi duodecim · xxvi · Dominus illuminatio mea · xxvii. Ad te Domine clamavi · xxviii. Afferte Domino · xxix. Exaltabo te Domine · xxx. In te Domine speravi · xxxi. Beati quorum remissæ sunt · xxxii. Gaudete justi · xxxiii. Benedicam Dominum · xxxiv. Judica Domine nocentes · xxxv. Dixit injustus · xxxvi. Noli æmulari · xxxvii. Domine ne in ira. secundus ·

Ad Matutinos diluculo · L. Miserere mei Deus · v. Verba mea · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur. sub una Gloria · Canticum Esaiæ Prophetæ. Confitebor tibi · Laudes. sive Psal. CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. sub una Gloria · Canticum Evangelicum Zachariæ. Benedictus ·

Quotidianis sive privatis diebus (excepta Quinquagesima Paschæ. idest. tempore a Pascha ad Pentecosten) ad Matutinos. Primam. Tertiam. Sextam. Nonam. Vesperos. & Completorium. in Precibus dicitur Psalmus L. Miserere mei Deus ·

Ad Horam diei Primam. LII. Deus in nomine tuo · Ex Psalmo CXVIII. duo capitula. I. Beati immaculati. & II. In quo corrigit. sub una Gloria · Item alia duo. III. Retribue. & IV. Adhæsit. sub una Gloria · * Ita semper psallitur ad Horam Primam quotidianis festisque diebus per hebdomadam. nisi aliter suis locis adnotetur ·

Ad Vesperos recedente sole. ac die cessante · CXIV. Dilexi · CXV. Credidi · CXVI. Laudate Dominum omnes Gentes · CXIX. Ad Dominum cum tribularer · CXX. Levavi oculos meos · Cant. Evangel. S. Mariæ. Magnificat ·

Feria Tertia ·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In Nocturno Psalmi duodecim · XXXVIII. Dixi custodiam · XXXIX. Expectans expectavi · XL. Beatus qui intelligit · XLI. Sicut cervus · XLIII. Deus auribus nostris · XLIV. Eructavit cor meum · XLV. Deus noster refugium · XLVI. Omnes gentes plaudite · XLVII · Magnus Dominus · XLVIII. Audite hæc omnes gentes · XLIX. Deus deorum. Dominus. LI. Quid gloriaris ·

Ad Matutinos diluculo · L. Miserere

rere· XLII. Judica me Deus. & discerne · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur. sub una Gloria · Canticum Ezechiæ Regis Juda. Ego dixi. in dimidio · Laudes, idest. Psal. CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. sub una Gloria · Cant. Evang. Zachariæ. Benedictus ·

Ad Vesperos recedente sole. ac die cessante · CXXI. Lætatus sum · CXXII. Ad te levavi. CXXIII. Nisi quod Dominus erat in nobis · CXXIV. Qui confidunt. CXXV. In convertendo Dominus · Cant. Evangel. S. Mariæ. Magnificat ·

Feria Quarta·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In Nocturno Psalmi duodecim · LII. Dixit insipiens · LIV. Exaudi Deus orationem · LV. Miserere mihi Domine · LVI. Miserere mei Deus. miserere · LVII. Si vere utique · LVIII. Eripe me Domine · LIX. Deus repulisti · LX. Exaudi Deus deprecationem · LXI. Nonne Deo subdita · LXIII. Exaudi Deus orationem · LXV. Jubilate Deo · LXVII. Exurgat Deus ·

Ad Matutinos diluculo · L. Miserere · LXIV. Te decet hymnus · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur. sub una Gloria · Canticum Annæ. Exultavit cor meum · Laudes, idest. Psalmi CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. CL. Laudate. sub una Gloria. Canticum Evangel. Zachariæ. Benedictus ·

Ad Vesperos recedente sole. ac die cessante. CXXVI. Nisi Dominus ædificaverit · CXXVII. Beati omnes · CXXVIII. Sæpe expugnaverunt · CXXIX. De profundis · CXXX. Domine non est exaltatum · Cant. Evangel. S. Mariæ. Magnificat ·

Feria Quinta·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In Nocturno Psalmi duodecim · LXVIII. Salvum me fac Deus · LXIX. Domine Deus in adjutorium · LXX. Deus in te speravi Domine · LXXI. Deus judicium tuum · LXXII. Quam bonus Deus Israel · LXXIII. Ut quid repulisti nos · LXXIV. Confitebimur tibi · LXXV. Notus in Judæa Deus · LXXVI. Voce mea ad Dominum · LXXVII. Attendite popule meus · LXXVIII Deus venerunt gentes · LXXIX. Qui regis Israel ·

Ad Matutinos diluculo · L. Miserere · LXXXIX. Domine refugium · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur nobis. sub una Gloria · Canticum Exodi. Cantemus Domino. gloriose · Laudes. idest. Psal. CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. sub una Gloria · Cantic. Evang. Zachariæ. Benedictus ·

Ad vesperos recedente sole. ac die cessante · CXXXI. Memento Domine · CXXXII. Ecce quam bonum · CXXXIV. Laudate nomen Domini · CXXXV. Confitemini Domino · CXXXVI. Super flumina · Cantic. Evang. S. Mariæ. Magnificat ·

Feria Sexta·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In Nocturno Psalmi duodecim · LXXX. Exultate Deo · LXXXI. Deus stetit in synagoga · LXXXII. Deus quis similis · LXXXIII. Quam amabilia · LXXXIV. Benedixisti Domine · LXXXV. Inclina Domine · LXXXVI. Fundamenta ejus · LXXXVII. Domine Deus · LXXXVIII. Misericordias tuas · XCIII. Deus ultionum · XCV. Cantate Domino. I. XCVI. Dominus regnavit. I. Ad Matutinos diluculo · L. Miserere mei Deus · CXLII. Domine exaudi orationem meam · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur nobis · sub una

una Gloria · Canticum Habacuc. Domine audivi auditum tuum · Laudes: ideſt. Pſalmi CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. ſub unaGloria· Cantic. Evang. Zachariæ. Benedictus·

Ad Veſperos recedente ſole. ac die ceſſante·CXXXVII. Confitebor tibi Domine· CXXXVIII. Domine probaſti·CXXXIX. Eripe me Domine · CXL. Domine clamavi · CXLI. Voce mea ad Dominum· Cant. Evang. S. Mariæ. Magnificat·

Sabbato ·

Ad Vigilias in primo galli cantu· In Nocturno Pſal. duodecim · XCVII. Cantate Domino. II. XCVIII. Dominus regnavit. II. XCIX. Jubilate· C. Miſericordiam & judicium · CI. Domine exaudi orationem · CII. Benedic anima mea. I. CIII. Benedic anima mea. II. CIV. Confitemini Domino. I. CV. Confitemini Domino. II. CVI. Confitemini Domino. III. CVII. Paratum cor meum· CVIII. Deus laudem meam ·

Ad Matutinos dilnculo · L. Miſerere mei · XCI. Bonum eſt · LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus miſereatur nobis. ſub una Gloria · Cant. Deuteronomii. Attende cælum · Laudes. ideſt. Pſalmi CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. ſub una Gloria · Cant. Evang. Zachariæ. Benedictus.

Ad Veſperos recedente ſole. ac die ceſſante · CXLIII. Benedictus Dominus · CXLIV. Exaltabo te · CXLV. Lauda anima mea · CXLVI. Laudate Dominum. quoniam · CXLVII. Lauda Jeruſalem: Cant. Evang. S. Mariæ. Magnificat·

DE FESTIVITATIBUS PER ANNI CIRCULUM

AD Vigilias in primo galli cantu. in diebus Dominicis. Feſtiſque Majoribus. Domini ſcilicet. Dedicationis propriæ Eccleſiæ. S. Mariæ. Apoſtolorum &c. dicuntur tres Nocturni. & leguntur IX. Lectiones. niſi aliter propriis locis adnotetur · In diebus vero Quotidianis. cæteriſque Feſtis minoribus. & per Octavas majores ſemper dicitur unum Nocturnum duodecim Pſalmorum Feriæ currentis. & ab Æquinoctio Autumnali. ideſt. vigeſima quarta die menſis Septembris uſque ad ſanctum Paſcha. leguntur quatuor Lectiones cum quatuor Reſponſoriis. a Paſcha vero ad idem Æquinoctium tres tantummodo Lectiones leguntur cum tribus Reſponſoriis ·

Ad Matutinos diluculo. in Feſtis Majoribus dicuntur Pſalmi & Cantica ut in die Dominico per annum. niſi aliter notetur · In Feſtis autem minoribus. Pſalmi & Cantica Feriæ currentis. niſi habuerint proprias Antiphonas. quo tantum caſu dicuntur Pſalmi & Cantica ut in die Dominico. & niſi aliter notetur ·

Ad Primam in Feſtis majoribus occurrentibus in die Dominico. dicuntur Pſalmi LIII. Deus in nomine tuo · CXVII. Confitemini Domino · CXVIII. Beati immaculati &c. ut in ipſo die Dominico · In Feſtis autem per hebdomadam occurrentibus. dicuntur Pſalmi LIII. Deus in nomine tuo. & CXVIII. Beati immaculati &c. de more ·

Ad Veſperos recedente ſole. ac die ceſſante. in Feſtis ſive Majoribus ſive minoribus ſemper dicuntur Pſalmi Feriæ currentis. niſi aliter certis quibuſdam diebus adnotetur ·

De duplici Officio Vigiliarum in noctibus præcipuarum Feſtivitatum juxta veterem ritum Eccleſiæ Romanæ ·

Ad primam Vigiliam in exordio. ſive crepuſculo noctis. non dicitur ℣. Domine labia mea aperies. nec Pſal. Invitatorius. Venite exultemus. ſed abſolute

lute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. & dicuntur tres Nocturni cum IX. Lectionibus. Responsoriis. Versiculis &c. Quibus expletis dicitur hymnus. Te Deum laudamus. vel brevis hymnus. Te decet laus. mox dicitur a Sacerdote Oratio. & a Diacono pronunciatur. Benedicamus Domino. Ad Secundam vero Vigiliam media nocte. sive circa pullorum cantum. dicitur ℣. Domine labia mea &c. ac Psalm. Invitat. Venite. deinde tres de more Nocturni. cum IX. Lectionibus. & diluculo Matutini. Vel juxta posteriorum temporum ritum. ad hanc Secundam Vigiliam. dicto ℣. Domine labia &c. ac Psalmo Invitatorio. dicuntur XII. Psalmi quotidiani. idest. Feriæ currentis. cum Lectionibus. & Responsoriis ad ipsum Festum pertinentibus. leguntur autem aut tres. aut quinque. aut septem. aut si voluerint. novem Lectiones.

In Natali Domini.

Ad Vigiliam in initio. sive crepusculo noctis. Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. In I. Nocturno. Psalm. II. Quare fremuerunt. XVIII. Cæli enarrant. XXIII. Domini est terra. In II. Nocturno. XLIV. Eructavit cor meum. LXXXVI. Fundamenta ejus. XCV. Cantate. I. In III. Nocturno. XCVI. Dominus regnavit. exultet. XCVII. Cantate. II. XCVIII. Dominus regnavit. irascantur.

Eadem Nocte sancta. Ad Vigilias in primo galli cantu. Psalmus Invitatorius XCIV. Venite exultemus. In I. Nocturno. II. Quare fremuerunt. XVIII. Cæli enarrant. XLIV. Eructavit. In II. Nocturno. XLVII. Magnus Dominus. LXXI. Deus judicium tuum. LXXXIV. Benedixisti Domine. In III. Nocturno. LXXXVIII. Misericordias tuas. XCV. Cantate. I. XCVII. Cantate. II.

Ad Vesperos in die sancto Natalis Domini. CIX. Dixit Dominus. CX. Confitebor. CXI. Beatus vir qui timet. CXXIX. De profundis. CXXXI. Memento Domine. Canticum Evang. S. Mariæ. Magnificat.

In Natali SS. Innocentium. Req. in Natali Mart.

In Octavas Natalis Domini.

Ad Vigilias in primo galli cantu. Psalmus Invitatorius. XCIV. Venite exultemus. Ad Nocturnos. ut in Vigil. Natalis Domini in initio noctis.

In Epiphania Domini.

Ad Vigilias in primo galli cantu. Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. In I. Nocturno. XXVIII. Afferte Domino. XLVI. Omnes gentes. LXV. Jubilate Deo. In II. Nocturno. LXXI. Deus judicium tuum. LXXXV. Inclina Domine. XCIV. Venite exultemus Domino. In III. Nocturno. XLV. Deus noster refugium. XCV. Cantate. I. XCVI. Dominus regnavit. exultet.

Ad Vesperos in die sancto. Psalmi feriæ currentis.

Diebus Dominicis a Septuagesima ad sanctum Pascha.

Ad Matutinos. L. Miserere. CXVII. Confitemini. LXII. Deus Deus meus. cum LXVI. Deus misereatur. sub una Gloria. Benedictiones. sive Canticum trium Puerorum. Benedicite. Laudes. sive tres Psalmi. CXLVIII. Laudate. CXLIX. Cantate. & CL. Laudate. sub una Gloria. Cantic. Evangelicum Zachariæ. Benedictus.

Ad Horam diei Primam. ut in cæteris diebus Dominicis. sed loco Psalmi CXVII. Confitemini. dicitur Psalmus XCII. Dominus regnavit. decorem induit. Die-

Diebus Quotidianis post Dominicam in Capite Quadragesimæ usque ad Dominicam V.

Ad Horam Primam. in primis dicitur Psalmus xc. Qui habitat. post Dominicam vero V. usque ad Pascha. Psalmus xxi. Deus Deus meus respice in me. mox Psalmus cxviii. Beati immaculati. usque. Legem pone. de more.

Item diebus Quotidianis Quadragesimæ. dicta Prima legitur Psalterium hoc modo. Recepta cum prostratione venia incipit Sacerdos. Deus in adjutorium &c. Gloria. Laus tibi Domine Rex &c. Deinde quotidie leguntur x. Psalmi de Psalterio. bini & bini sub una Gloria. Post ultimum. Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ. & ℣. Intret. deinde Litania tota. qua dicta. omnibus prostratis. dicuntur Preces majores cum septem Psalmis & Orationibus &c. Et ad. Per Dominum. surgant omnes.

Feria V. in Cœna Domini.

Ad Vigilias media nocte. Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. In I. Nocturno. LXVIII. Salvum me fac Deus. LXIX. Domine Deus in adjutorium. LXX. Deus in te speravi. In II. Nocturno. LXXI. Deus judicium tuum. LXXII. Quam bonus Deus. LXXIII. Ut quid repulisti. In III. Nocturno. LXXIV. Confitebimur tibi. LXXV. Notus in Judæa. LXXVI. Voce mea.

Ad Matutin. ut in Feria V. Quotidianis diebus.

Ad Vesperos. cxv. Credidi. cxix. Ad Dominum cum tribularer. cxxxix. Eripe me Domine. cxli. Voce mea. cxliii. Benedictus Dominus Deus meus. Cant. Evang. S. Mariæ. Magnificat.

Feria VI. Parasceve in Passione Domini.

Ad Vigilias media nocte. Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. In I. Nocturno. II. Quare fremuerunt. XXI. Deus Deus meus respice. XXVI. Dominus illuminatio. In II. Nocturno. XXXVII. Domine ne in ira. II. XXXIX. Expectans expectavi. LII. Deus in nomine tuo. In III. Nocturno. LVIII. Eripe me de inimicis meis. LXXXVII. Domine Deus salutis meæ. XCIII. Deus ultionum.

Ad Matutinos. ut in Feria VI. Quotidianis diebus. Hodie in aurora Dominus Papa cum suis Capellanis voce mediocri cantat totum Psalterium cum Litaniis &c.

Ad Vesperos. ut in Cœna Domini.

Sabbato Sancto.

Ad Vigilias media nocte. Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni. In I. Nocturno. IV. Cum invocarem te. XIV. Domine quis habitabit. XV. Conserva me Domine. In II. Noct. XXIII. Domini est terra. XXVI. Dominus illuminatio mea. XXIX. Exaltabo te. In III. Noct. LIII. Deus in nomine tuo. LXXV. Notus in Judæa. LXXXVII. Domine Deus salutis meæ.

Ad Matutin. ut in Feria III. Quotidianis diebus.

Hodie de Vespertinali synaxi apud Romanos nihil agitur.

Vespere autem Sabbati. ad exordium noctis. quæ lucescit in primam Sabbati. ad Vigilias Paschæ. primo dicitur Letania Septena. cujus nimirum Sanctorum nomina & rogationes septies repetuntur. mox benedicitur Cereus Paschalis. deinde sequuntur XII. Lectiones. totidemque Orationes. inter Lectiones vero dicuntur tria Cantica. videlicet Exodi (Cantemus Domino. Esaiæ (Vinea facta est. & Deuterono-

teronomii (Attende cælum · Post Lectiones autem Psalmus XLI. Sicut cervus · postea dicitur Litania Quina . quæ scilicet quinquies repetitur . inde benedicitur Fons Baptisterii . baptizantur Catechumeni Competentes . baptizatique mox consignantur ab Episcopo . deinde dicitur Litania Trina . quæ ter repetitur . tandemque celebratur Missa de eadem Nocte sancta ·

Eadem Nocte sancta ad Vigiliam post gallorum cantum . matutina luce rumpente tenebras · Psalmus Invitatorius XCIV. Venite exultemus · In Nocturno Psalmi tres · I. Beatus vir qui non abiit · II· Quare fremuerunt · III. Domine quid multiplicati ·

Ad Matutinos . ut in diebus Dominicis ·

Ad Horam diei Primam Psal. LIII. Deus in nomine tuo · CXVII.Confitemini Domino · CXVIII. Beati immaculati &c. de more: Ita psallitur ad horam diei Primam . in Albis Paschalibus hujus Hebdomadæ ·

Ad Vesperos in die sancto Paschæ · CIX. Dixit Dominus · CX. Confitebor . CXI. Beatus vir: Cantic. Evang.S.Mariæ. Magnificat ·

Ad Fontes · CXII.Laudate pueri . Cantic. Evang. S. Mariæ . Magnificat ·

Ad S. Andream · (alias ad Crucem .) CXIII. In exitu Israel · Cant. Evangel. S. Mariæ . Magnificat ·

Feria II. in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psalmi tres · IV. Cum invocarem te · V. Verba mea · VI. Domine ne in ira . I. Ad Matutinos . Horam Primam . & Vesperos . ut in die sancto Paschæ ·

Feria III. in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psalmi tres · VII. Domine Deus meus in te speravi · VIII. Domine Dominus noster: IX. In Domino confido ·

Ad Matutinos . Horam Primam . & Vesperos . ut in die Sancto Paschæ:

Feria IV. in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psal. tres · IX. Salvum me fac Domine · XII. Usquequo Domine · XIII. Dixit insipiens ·

Ad Matutinos · Horam Primam . & Vesperos . ut in die sancto Paschæ ·

Feria V. in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psal. tres XIV. Domine quis habitabit · XV. Conserva me · XVI. Exaudi Domine justitiam meam ·

Ad Matutinos . Horam Primam . & Vesperos . ut in die sancto Paschæ ·

Feria VI. in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psal. tres . XVIII. Cæli enarrant · XIX. Exaudiat te · XX. Domine in virtute tua ·

Ad Matutinos . Horam Primam . & Vesperos . ut in die sancto Paschæ ·

Sabbato in Albis ·

Ad Vigiliam · In Nocturno Psal. tres · XXII. Dominus regit me · XXXIII. Domini est terra · XXV. Judica me Domine · Aliter XXIII. Domini est terra · XXIV. Ad te Domine levavi · XXV. Judica me Domine ·

Ad Matutinos & Horam Primam . ut in die sancto Paschæ ·

Ad Vesperos . ut in Sabbato Quotidianis diebus ·

Die Dominico post Albas . in Octavas Paschæ . ut in cæteris diebus Dominicis ·

In Quinquagesima Paschæ . Quotidianis diebus ad Matutinos . ut in diebus Dominicis . cætera de propriis feriis ut in Quotidianis ·

In Ascensione Domini ·

Ad Vigilias · Psalmus Invitatorius · XCIV. Venite exultemus · In primo Nocturno · VIII. Domine Dominus noster · X. In Domino confido · XVIII. Cæli

Cæli enarrant · In II. Nocturno xx. Domine in virtute · xxix. Exaltabo te · xlvi. Omnes Gentes · In III. Nocturno xcvi. Dominus regnavit. exultet · xcviii. Dominus regnavit. irascantur · ciii. Benedic anima. I.

Ad Matut. & Vesp. ut in diebus Dominicis · In Vigiliis Pentecostes ·

Omnia fiunt ut in Vigiliis Paschæ. nisi quod Cereus non benedicitur · & sex tantum Lectiones. totidemque Orationes dicuntur cum tribus Canticis & Psalmo xli. &c·

Eadem nocte sancta juxta antiquiorem ritum. ad Vigilias ut in cæteris Dominicis · at juxta posteriorem duæ Vigiliæ fiunt. ut sequitur ·

Ad Vigiliam priorem · Omisso Psalmo Invitatorio absolute incipitur ab Antiphona Nocturni. in quo Psalmi tres · xlvii. Magnus Dominus · lxvii. Exurgat Deus · ci. Benedic anima mea. II.

Ad Vigiliam Secundam hora consueta · Psal. Invitatorius xciv. Venite exultemus · In Noct. Psal. tres · I. Beatus vir · II. Quare fremuerunt · III. Domine quid multiplicati · Ad Matutinos & Vesp. ut in cæteris diebus Dominicis ·

Die Dominico in Octavas Pentecostes. ut in cæteris diebus Dominicis ·

In Festo Sacramenti Corporis & Sanguinis Jesu Christi ·

Ad Vigilias · In primo Nocturno · I. Beatus vir. qui non abiit · iv. Cum invocarem te · xv. Conserva me Domine · In II. Nocturno · xix. Exaudiat te Dominus · xxii. Dominus regit me · xli. Sicut cervus desiderat · In III. Nocturno. xlii. Judica me Deus · lxxx. Exultate Deo adjutori nostro · lxxxiii. Quam amabilia ·

Ad Vesperos in die Festivitatis · cix. Dixit Dominus · cx. Confitebor tibi Domine · cxv. Credidi · cxxvii. Beati omnes qui timent · cxlvii. Lauda Jerusalem · Cantic. Evangel. Beatæ Mariæ. Magnificat ·

In Dedicatione Ecclesiæ ·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In I. Nocturno · v. Verba mea · viii. Domine Dominus noster · x. In Domino confido · In II. Nocturno · xiv. Domine quis habitabit · xviii. Cæli enarrant · xxiii. Domini est terra · In III. Nocturno · xlvii. Magnus Dominus · lxxxiii. Quam amabilia · lxxxvi. Fundamenta ·

DE NATALITIIS SANCTORUM

IN Cathedra S. Petri. qua primum Romæ sedit. ut in Natali Confessorum ·.

In Hypapanti. seu in Purificatione S. Mariæ ·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In I. Nocturno · viii. Domine Dominus noster · xviii. Cæli enarrant · xliv. Eructavit · In II. Nocturno xlvii. Magnus Dominus · lxxi. Deus judicium tuum · lxxxiv. Benedixisti · In III. Nocturno · lxxxviii. Misericordias tuas · xcv. Cantate. I. xcvii. Cantate. II.

In Cathedra S. Petri · Req. in Nat. Confess.

In Adnunciatione S. Mariæ Matris Domini Nostri Jesu Christi ·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In I. Nocturno · viii. Domine Dominus noster · xviii. Cæli enarrant · xxiii. Domini est terra · In II. Nocturno · xliv. Eructavit · xlv. Deus refugium nostrum · lxxxvi. Fundamenta · In III. Nocturno · xcv. Cantate. I.

I. xcvi. Dominus regnavit. exultet · xcvii. Cantate. iI.

In Inventione S. Crucis · Req. in ejusdem Exaltatione. infra ·

In Natali S. Johannis Baptistæ· Req. in Natali Martyrum ·

In Natali SS. Apostolorum Petri & Pauli ·

Ad Vigiliam in initio. sive crepusculo noctis · Non dicitur Psalmus Invitatorius. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni · In I. Nocturno · xviii. Cæli enarrant · xxxiii. Benedicam Dominum · xliv. Eructavit · In iI. Nocturno · xlvi. Omnes gentes · lx. Exaudi Deus deprecationem · lxiii. Exaudi Deus orationem · In iiI. Nocturno · lxxiv. Confitebimur · xcvi. Dominus regnavit. exultet · xcviii. Dominus regnavit. irascantur ·

Eadem nocte ad Vigilias ad primum galli cantum · Psalmus Invitatorius xciv. Venite exultemus · In I. Nocturno · I. Beatus vir · iI. Quare fremuerunt · iiI. Domine quid multiplicati · In iI. Noct. iv. Cum invocarem te · viii. Domine Dominus noster · x. In Domino confido · In iiI. Noct. xiv. Domine quis habitabit · xv. Conserva me. xix. Exaudiat te ·

Ad Vesperos in die Festivitatis · cix. Dixit Dominus · cxii. Laudate pueri · cxv. Credidi · cxxv. In convertendo Dominus. cxxxviii. Domine probasti me · Canticum Evangel. S. Mariæ. Magnificat ·

In Natali S. Pauli Apostoli ·

Ad Vigilias · In I. Nocturno · Psal. I. Beatus vir · & reliqui ut in præcedente nocte ad Secundam Vigiliam ·

In Natali S. Mariæ Magdalenæ. si celebretur ritu Festi Majoris. ut in Annunciatione S. Mariæ ·

In Dedicatione Ecclesiæ S. Petri ad Vincula. si celebretur ritu Festi majoris. ad Vigilias. ut in Secunda Vigilia Natalis SS. Petri & Pauli ·

In Transfiguratione Domini ·

Ad Vigilias · In I. Nocturno · viii. Domine Dominus noster · xxviii. Afferte Domino · xliv. Eructavit · In iI. Nocturno · lxxv. Notus in Judæa Deus · lxxxiii. Quam amabilia · lxxxvi. Fundamenta ejus · In iiI. Nocturno · lxxxviii. Misericordias tuas Domine · xcvi. Dominus regnavit. exultet terra · ciii. Benedic anima mea Dominum. iI.

In Assumptione Sanctæ Mariæ · Require in ejusdem Annunciatione ·

In Passione S. Johannis Baptistæ si celebretur ritu Festi Majoris · Req. in Natali Mart.

In Nativitate S. Mariæ · Req. in ejusdem Annunciatione ·

In Exaltatione S. Crucis ·

Ad Vigilias · In I. Nocturno · I. Beatus vir. qui non abiit · iI. Quare fremuerunt · iiI. Domine quid multiplicati sunt · In iI. Nocturno · iv. Cum invocarem te · x. In Domino confido · xx. Domine in virtute tua · In iiI. Nocturno · xcv. Cantate Domino. I. xcvi. Dominus regnavit. exultet · xcvii. Cantate Domino. iI.

In Dedicatione Basilicæ S. Michaelis Archangeli ·

Ad Vigilias in primo galli cantu · In I. Nocturno · v. Verba mea · viii. Domine Dominus noster · x. In Domino confido · In iI. Nocturno · xiv. Domine qui habitabit · xviii. Cæli enarrant. xxiii. Domini est terra · In iiI. Nocturno. xcv. Cantate. I. xcvi. Dominus regnavit. exultet · ciii. Benedic anima mea Dominum. & omnia interiora ·

In

In Festivitate Omnium Sanctorum·

Ad Vigilias in primo galli cantu· Req. in Natali Martyrum·

In Natali sancti Andreæ Apostoli·

Ad Vigiliam in initio. seu in crepusculo noctis· Non dicitur Psal. Invitat. sed absolute incipitur ab Antiphona primi Nocturni· In I. Nocturno· I. Beatus vir. cum reliquis. ut ad Vigiliam Secundam in Nat. Sanctorum Petri & Pauli·

Eadem nocte ad Vigilias in primo galli cantu· Psal. Invitat. xciv. Venite· Ad Nocturnos. ut in Natali Apostolorum·

In Natali Apostolorum & Evangelistarum·

Ad Vigilias in primo galli cantu· In I. Nocturno· xviii. Cæli enarrant· xxxiii. Benedicam Dominum· xliv. Eructavit· In II. Nocturno· xlvi. Omnes gentes· lx. Exaudi Deus deprecationem· lxiii. Exandi Deus orationem· In III. Nocturno· lxxiv. Confitebimur· xcvi. Dominus regnavit. exultet· xcviii. Dominus regnavit. irascantur·

Ad Vesperos in die Festivitatis· cix. Dixit Dominus· cxii. Laudate pueri· cxiv. Credidi· cxxv. In convertendo Dominus· cxxxviii. Domine probasti· Cantic. Evangel. S. Mariæ. Magnificat·

In Natali Martyrum. Confessorum. & Virginum·

Ad Vigilias in primo galli cantu· In I. Nocturno· I. Beatus vir· II. Quare fremuerunt· III. Domine quid multiplicati· In II. Nocturno· IV. Cum invocarem te· VIII. Domine Dominus noster· X. In Domino confido· In III. Nocturno· XIV. Domine quis habitabit· XV. Conserva me· XIX. Exaudiat te·

Ad Opus Dei pro Infirmis·

Ad Vigilias· Psalmi. ut in Natali Martyrum·

Ad Matutinos. ut in diebus Dominicis·

Ad Visitandum Infirmum·

Hi VII. Psalmi Pœnitentiales· VI. Domine ne in ira tua. I. XXXVII. Domine ne in ira tna. II. LX. Beatus qui intelligit· L. Miserere· LXXXV. Inclina Domine· XC. Qui habitat· CII. Benedic anima mea Dominum. & omnia interiora mea·

Cum anima in agone sui exitus dissolutione sui corporis visa fuerit laborare·

VII. Psalmi Pœnitentiales. ut infra· Item Psal. CXVII. Confitemini Domino· & CXVIII. Beati immaculati· Item integrum Psalterium juxta Antiquorum pietatem·

Post egressum animæ· CXIII. In exitu Israel ex Ægypto·

Cum corpus defuncti defertur ad Ecclesiam· Psal. CXIII. In exitu Israel ex Ægypto· Per Porticum autem usque ad portam Ecclesiæ· L. Miserere mei Deus·

Ad Vigilias Defunctorum·

In I. Nocturno· III. Domine quid multiplicati· IV. Cum invocarem te· VI. Domine ne in ira tua. I. In II. Nocturno. XXII. Dominns regit me· XXIV. Ad te Domine levavi· XXVI. Dominus illuminatio· In III. Nocturno· XXXIX. Expectans expectavi· XL. Beatus qui intelligit· XLI. Sicut cervus· Item aliter· XXXIV. Judica Domine nocentes me· XXXIX. Expectans expectavi· XLI. Sicnt cervus·

Ad Matutinos· L. Miserere· LXIV. Te decet hymnus· LXII. Deus Deus meus. una cum Psalmo LXVI. Deus misereatur· Canticum Ezechiæ regis. Ego

Ego dixi. in dimidio. Laudes. ideſt. Pſalmi tres. CXLVIII. CXLIX. & CL. Cant. Evang. Zachariæ. Benedictus.

Ad Veſperos. CXIV. Dilexi. CXIX. Ad Dominum cum tribularer. CXX. Levavi oculos meos. CXXX. De profundis. CXXXVIII. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. quoniam exaudiſti. Cant. Evang. S. Mariæ. Magnificat.

Dum corpus Defuncti ſepelitur. Pſalmi CXVII. Confitemini Domino. XLI. Sicut cervus. CXXXI. Memento Domine David.

VII. *Pſalmi Pœnitentiales.*

VI. Domine ne in ira tua. I. XXX. Beati quorum remiſſæ. XXX. Domine ne in ira tua. II. L. Miſerere. CI. Domine exaudi orationem meam. CXXIX. De profundis. CXLII. Domine audi orationem meam. auribus percipe.

Hi VII. Pſalmi Pœnitentiales quotidie dicuntur poſt Primam. una cum Litaniis. Precibus (in quibus dicitur Pſal. LXXXV. Inclina) & Orationibus. exceptis Feſtis Majoribus. Octavis item majoribus. Vigiliis Natalis & Ephiphaniæ Domini. ac tota Quinquageſima Paſchæ.

XV. *Pſalmi Graduales.*

CXIX. Ad Dominum cum tribularer. uſque ad Pſal. CXXXIII. Ecce nunc benedicite Dominum. incluſive.

XX. *Pſalmi Allelujatici.*

CIV. Confitemini Domino. I. CV. Confitemini Domino. II. CVI. Confitemini Domino. III. CX. Confitebor tibi Domine. CXI. Beatus vir qui timet Dominum. CXII. Laudate pueri Dominum. CXIII. In exitu Iſrael. CXIV. Dilexi. quoniam exaudivit Dominus. CXV. Credidi. propter quod. CXVI. Laudate Dominum omnes gentes. CXVII. Confitemini Domino. CXVIII. Beati immaculati. CXXXIV. Laudate nomen Domini. CXXXV. Confitemini Domino. quoniam. CXLV. Lauda anima mea. CXLVI. Laudate Dominum. quoniam. CXLVII. Lauda Jeruſalem Dominum. CXLVIII. Laudate Dominum de cælis. CXLIX. Cantate Domino. CL. Laudate Dominum in Sanctis ejus.

Pſalmi ante Miſſam.

Antequam [1] Sacerdos ſacris induatur veſtibus. VII. Pſalmi Pœnitentiales. Cum vero ſe parat. LXXXIII. Quam amabilia. LXXXIV. Benedixiſti. LXXXV. Inclina Domine. CXV. Credidi. Cum venit ad Altare. XLII. Judica me Deus. & diſcerne.

Poſt Miſſam.

Dum exuit ſe ſacris veſtibus Sacerdos. Benedictiones trium Puerorum. & Pſal. CL. Laudate Dominum in Sanctis ejus.

PSAL-

(1) *Clariſſimus Georgius* De Liturgia Romani Pontificis *lib. 1. cap. IX. n. IV. tom. 1. pag. 93. hoc Thomaſii loco utitur ad oſtendendum qui nam Pſalmi olim recitari ante Miſſam conſueverint, dicens*: Hunc etiam antiquum ritum Pſalmos recitandi ante Miſſam ex vetuſtiſſimis codicibus uberius monſtravit Joſephus Maria ex ordine Clericorum Regularium, ac S. R. E. Cardinalis Thomaſius, vir, cum vitæ innocentia, ac ſanctimonia, tum in ſacris ritibus illuſtrandis immortali memoria dignus. Ille ergo ad initium Pſalterii ex duplici editione, quam Romanam dicunt & Gallicam, vulgavit notitiam diſtributionis Pſalmorum ſecundum antiquiorem pſallendi uſum Eccleſiæ Romanæ, in cujus fine hæc leguntur: *Pſalmi ante Miſſam. Antequam Sacerdos &c. Deinde paucis interjectis refert in Miſſali MS. Bibliothecæ Vallicellanæ, ſæculo X. ac XI. initio exarato, ipſo Thomaſio judice, tres tantum Pſalmos præſignari: ſic enim MS. habet*: Ad manus lavandas. Lavabo inter innocentes. Aſperges me hyſſopo. Amplius lava me. *Deinde in hunc modum proſequitur*: Iſti Pſalmi (*pro* iſtos Pſalmos) debet dicere Sacerdos, quando ſe induit veſtem ſacerdotalem. Quam dilecta. Benedixiſti. Inclina.



IN CHRISTI NOMINE
INCIPIT
PSALTERIUM
JUXTA SEPTUAGINTA INTERPRETES
CORRECTUM A S. HIERONYMO PRESBYTERO

✠ D.I.N.

Iste Psalmus ideo non habet Titulum . quia Capiti nostro Domino Salvatori (de quo absolute dicturus est) nihil debuit præponi . sanctam enim ejus Incarnationis vitam . impiorumque ultiones insinuat .

EDITIO [1] ROMANA.

*Beatus vir . qui non abiit in consilio impiorum . * & in via peccatorum non stetit.* & in cathedra pestilentiæ non sedit .*

Sed in lege DOMINI *fuit voluntas ejus*

EDITIO GALLICANA.

Beatus vir . qui non abiit in consilio impiorum . * & in via peccatorũ non stetit . * [2] ÷ & ‡ in cathedra pestilentiæ non sedit .

Sed in lege DOMINI [3] voluntas ejus. *

(1) *Vir Clariss. Lucas Holst.* Psalterium quod proprie Romanum vocatur ex antiqua Vulgatâ Bibliorum Versione , quæ , quod Romæ & in Italia passim in usu esset , Italica dicebatur , subortis novis Versionibus , & alibi receptis , Romæ , & in aliquot Romanæ Diœceseos locis semper remansit , donec a Pio V. Pont. Max. etiam per ceteras Urbis Ecclesias abrogata , soli Basilicæ Vaticanæ relinqueretur .

(2) *Obelum hunc sustulit Thomasius in altero Psalter. & quidem merito juxta Heb. fontes.*

(3) *Vat.* Sed in lege Domini ⊖ fuit) voluntas &c.

*ejus . * & in lege ejus meditabitur die ac nocte .*

*Et erit . tamquam lignum . * quod plantatum est secus decursus aquarum .*

*Quod fructum suum dabit in tempore suo . * & folium ejus* [1] *non decidet . & omnia quæcumque fecerit . prosperabuntur .*

*Non sic impii . non sic . * sed . tamquam pulvis . quem projicit ventus a facie terræ .*

Ideo non [2] *resurgent impii in judicio . * neque peccatores in consilio justorum .*

Quoniam novit DOMINUS *viam justorum . * & iter impiorum peribit .*

& in lege ejus meditabitur die ac nocte .

Et erit tamquam lignum ÷ quod ⁝ plantatum ÷ est ⁝ secus decursus aquarum . * quod fructum suum dabit in tempore suo .

Et folium ejus non defluet . * & omnia quæcumque [3] faciet . prosperabuntur .

Non sic impii ÷ non sic ⁝ * sed tamquam pulvis . quem projicit ventus ÷ a facie terræ ⁝

Ideo non [4] * resurgent impii in judicio . * neque peccatores in concilio justorum .

Quoniam novit DOMINUS viam justorum . * & iter impiorum peribit .

ORATIO.

Effice nos . [5] Domine . tamquam fructuosissimum lignum ante conspectum tuum . ut tuis imbribus irrigati mereamur tibi suavium fructuum ubertate placere . Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti . per omnia sæcula sæculorum . Amen .

D.I.N.

PSALMUS II.

Psalmus David .

Propheta de conventu infidelium contra Christum in Passione loquitur . & Dominus Christus de omnipotenti regno . & de inenarrabili Generatione sua .

*QUare fremuerunt gentes . * & populi meditati sunt inania ?*

*Astiterunt reges terræ . * & principes convenerunt in unum . * adversus* DOMINUM *. & adversus* CHRISTUM *ejus .* Diapsalma .

*Dirumpamus vincula eorum . * & projiciamus a nobis jugum ipsorum .*

Qui

QUare fremuerunt gentes . * & populi meditati sunt inania ?

Astiterunt [6] reges terræ . * & principes convenerunt in unum . * adversus DOMINUM . & adversus CHRISTUM ejus . ÷ *Diapsalma* ⁝

Dirumpamus vincula eorum . * & projiciamus [7] ÷ a nobis jugum ipsorũ ⁝

Qui

(1) *Vat.*84. non deflues , *tum una cum D.* 144. faciet . (2) *Vat.* 84. non resurgunt .

(3) *Vat.* fecerit , *qui & ℣. subsequenti cum Pal. secundum obelum omittit , facile Antiquarii incuria .*

(4) *Alex.* non resurgunt *; & circa ℣. finem,* in consilio justorum .

(5) *Pal.* Effice nos quæsumus , Domine ...... , ut tuis imbribus irrigati quotidie mereamur &c.

(6) *Alex.* regis terræ , *notandum tamen familiare esse MS. huic literam e permutare in i , & contra : sicut & literam u in o , aut vicissim .*

(7) *Rejiciendum esse ex hoc loco obelum comprobatur tum Mart. & Val. judicio , tum nostris MSS. & Alex. præsertim : & si Pal. vocem* nobis *eodem confodit , Antiquarii vitio tribuendum .*

*Qui habitat in cælis. irridebit eos. * & Dominus subsannabit eos.*

*Tunc loquetur ad eos. in ira sua. * & in furore suo conturbabit eos.*

*Ego [1] autem constitutus sum Rex ab eo. super Sion montem sanctum ejus. * prædicans præceptum Domini.*

DOMINUS *dixit ad me. Filius meus es tu. * ego hodie genui te.*

*Postula a me. & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. * & possessionem tuam terminos terræ.*

*Reges eos in virga ferrea. * & tamquam vas figuli confringes eos.*

*Et nunc reges intelligite. * erudimini [2] omnes qui judicatis terram.*

Servite DOMINO *in timore. * & exultate ei cum tremore.*

*Apprehendite disciplinam. ne quando irascatur Dominus. * ne [3] pereatis de via justa.*

*Cum exarserit in brevi ira ejus. * beati omnes. qui confidunt in eo.*

Qui [4] habitat in cælis. irridebit ÷ eos : * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos. in ira sua. * & in furore suo conturbabit eos. [5]

Ego autem constitutus sum [6] Rex ab eo. super Sion montem sanctum ejus. * prædicans præceptum ejus.

DOMINUS dixit ad me. Filius meus es tu. * ego hodie genui te.

Postula [7] a me. & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea. * [8] & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite. * erudimini [9] ÷ qui : judicatis terram.

Servite DOMINO in timore. * & exultate ÷ ei : cum tremore.

Apprehendite disciplinam. * ne quando irascatur ÷ Dominus : * & pereatis de via ÷ justa :

Cum exarserit in brevi ira ejus. * beati omnes. qui confidunt in eo.

(1) *Holst.* Theodoretus apud Flam. Nobil. & Theodorus Heracleæ in Commentario ad Psalmos notant nonnullos Codices versum 6. ita distinguere: *Ego autem Constitutus sum rex ab eo : super Sion montem sanctum ejus : prædicans præceptum Domini* : Ubi Flamin. negat hanc interpunctionem esse in græcis exemplaribus, & in Editione latina. Sed prior meliorque manuscriptorum nostri Archivi expresse hanc distinctionem præfert, ut & Codex antiquus, qui Florentiæ ad S. Marcum asservatur; & in Psalterio Græco Cardinalis Barberini in versus accurate distincto tres diversi versiculi sunt: 1. *Ego autem constitutus sum rex ab eo : 2. super Sion montem sanctum ejus : 3. prædicans &c.* & sic S. Bruno Episcopus.

Clariss. Viri observationem confirmat Thomasii Psalt. versibus prisco more distinctum; ut & MS. Alex. atque Græc. Alex. Angliæ juxta edit. Oxon. 1678. qua in hisce nostris notationibus utimur.

(2) *D. 144. Cas. S. Brun. omittunt vocem,* omnes.

(3) *D. 144. Aug. Cas. S. Brun. ut & Vatic. 84. juxta Græc.* & pereatis.

(4) *Ex nostris MSS. Alex. & Vat. quibus suffragantur Mart. & Val. cum voce* eos *obelo jugulanda & subsequens copula* ÷ eos: & : *. Cetera scribentes* ÷ Qui : habitat .... ÷ ir : ridebit ÷ eos : & : *&c. doceant, oportet, an,* qui habitat, *aliquid contineat, quo destituatur vox hebraica proprie denotans* habitans, *aut* habitator : *& an ex Hieron. mente a verbis obelo sint detrahendæ illæ præpositiones, quæ eorum sensum immutatum servare queant: quod tamen de præsenti nolim prorsus intelligatur. Vallarsius ad* ℣. 5. *Psal.* 3. *præpositiones obelo detrahendi morem [licet eundem plerumque sequatur] in Pal. & aliis MSS. notat, affirmatque eas detrahere vel minime rem videri momenti perquam exigui. At cave, ne universim de omnibus dictum illud accipias, quum constet præpositiones verbi, cui adjunguntur, sensum sæpe necessario variare.*

(5) *In Vat. visitur hoc loci* Diapsalma.

(6) *Pal. Mart. & Val.* rex ÷ ab eo : super Sion. *Rectius obelum hunc præteriri constat ex Heb. ex MSS. Alex. & Vat. qui postremus in fine versiculi cum Romano scribit:* præceptum Domini.

(7) *Vat.* Pete a me.

(8) *Mart. Val. & Thomas. in altero Psal. quod consulendum hoc loco & in aliis sæpe a Vallarsio erat, scribunt* ÷ & : tanquam. *Alex. & Pal. eam copulam omittunt, quæ si non omittatur, obelo notari debet, & juxta Heb. & Vat. habentem:* ʘ &) tanquam &c.

(9) *Alex. & Vatic. hunc obelum nesciunt: nec fortasse reprehendi merentur : consule Heb. Idem Alex.* ℣. *subseq.* ÷ ei : in tremore.

ORATIO·

DIsrumpe. Domine. nostrorum vincula peccatorum. ut jugo tuæ servitutis innexi. valeamus tibi cum timore & reverentia famulari· Per Dominum &c.

D.I.N. **PSALMUS III.**

Psalmus David · Cum fugeret a facie Abessalom filii sui ·

Psalmus David · Cum fugeret a facie Absalom filii sui ·

Christus ad Patrem de persecutoribus suis loquitur. instruiturque Fidelis Populus ne mortem formidet. quia Auctor ejus resurgendo spem ei veræ Resurrectionis exhibuit ·

DOMINE. *quid multiplicati sunt. qui tribulant me? * Multi insurgunt adversus me.* multi dicunt animæ meæ·* non est salus* [1] *illi in Deo ejus.* Diapsalma ·

Tu autem. DOMINE. *susceptor meus es· * gloria mea. & exaltans caput meum·*

Voce mea ad DOMINUM *clamavi·* & exaudivit me de monte sancto suo·* Diapsalma·

*Ego dormivi & somnum cœpi. & resurrexi· * quoniam* DOMINUS *suscepit me·*

Non timebo millia populi circumdantis me· Exurge* DOMINE. *salvum me fac. Deus meus·*

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa· dentes peccatorum contrivisti·*

DOMINI *est salus. * & super populum tuum benedictio tua·*

DOMINE. quid multiplicati sunt? qui tribulant me? * Multi insurgunt adversum me·

Multi dicunt animæ meæ·* Non est salus [2] ipsi in Deo ÷ ejus ⁑ *Diapsalma*·

Tu autẽ DOMINE susceptor meus [3] ÷ es ⁑ * gloria mea & exaltans caput meum·

Voce mea ad DOMINUM clamavi·* & exaudivit me de monte sancto suo·

Diapsalma·

Ego dormivi. & soporatus sum·* [4] & exurrexi. quia DOMINUS suscepit me·

Non timebo millia populi circumdantis me· [5] * ÷ Exurge ⁑ DOMINE. salvum me fac. Deus meus·

Quoniam ÷ tu ⁑ percussisti omnes adversantes mihi sine causa·* dentes peccatorum contrivisti·

DOMINI est salus.* ÷ & ⁑ super populum tuũ benedictio tua· [6] ⋇ *Diapsalma* ⁑

ORA-

(1) *Vat.* 84. ipsi, *recenti manu, qua & infra* ℣. 4. Ego dormivi & soporatus sum. *Sicut & in sequentibus* IV. V. *&* IX. *Psal. multa perperam emendantur contra primum institutum. Idem MS. tacet etiam per totum Psalter. vocem* Diapsalma: *quæ omnia semel dixisse sufficiat.*

(2) *Vat.* illi, *omisso dein obelo; Val. licet subsequens* Diapsalma *obelo non juguler, docet nihilominus ex Græcis exemplaribus illud irrepsisse, non ex Hebraicis fontibus. At Val. adversatur præstantissimus MS. Alex.* & *Vat. nec non & Heb. fons.*

(3) *Vat. obelum præterit.*

(4) *Copulam heic Alex. obelo confodi exigit; quum in exemplaribus Græcis inveniatur. Mart. Val. cum Pal.* ÷ *Ex* ⁑ surrexi: *Alex. Hebr. interpretatur* evigilavi, *unde patet, licet scrupulosius cum hujusmodi præpositionibus agatur, hoc loco obelum supervacare. Vat.* Ego dormivi & quievi, & surrexi.

(5) *Thomas. hunc obelum delevit cum Alex. Vat. consonante.* ÷ *Ex* ⁑ surge *Pal. Mart. & Val.*

(6) *Pal. & Vat. cum asterisco &* Diapsalma. *omittunt. Juxta Psalter. Heb. Alex. esset aut omittendum, aut obelo notandum.*

ORATIO.

EFfunde Domine benedictionem tuam super Populum tuum. ut tua Resurrectione muniti non timeamus ab adversantium vitiorum millibus circumdari. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS IV. Q.C.

In finem. Psalmus Cantici David.

Ecclesia orat ut ejus exaudiatur oratio. increpans infideles quia vanitatem sequantur. monetque Generalitatem. ut sacrificium justitiæ Deo immolet. unde ingentia ejus beneficia consequatur.

CUm invocarem te exaudisti me. Deus justitiæ meæ. in tribulatione dilatasti me.*

*Miserere mihi. Domine.** & *exaudi orationem meam.*

Filii hominum. usquequò [1] *gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem. & quæritis mendacium?* Diapsalma.

Scitote quoniam magnificavit DOMINUS *Sanctum suum. ** DOMINUS *exaudiet me. dum clamavero ad eum.*

*Irascimini & nolite peccare. * quæ dicitis in cordibus vestris. * & in cubilibus vestris compungimini.*

Diapsalma.

*Sacrificate sacrificium justitiæ. * & sperate in* DOMINO.

*Multi dicunt. Quis ostendit nobis bona? * Signatum est super nos lumen vultus tui.* DOMINE.

*Dedisti lætitiam in corde meo. * A tempore frumenti. vini & olei sui. mul-*

In Finem. In carminibus. Psalmus David.

CUm invocarem. [2] exaudivit me Deus justitiæ meæ. * In tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei. * [3] & exaudi orationem meam.

Filii hominum. usquequò gravi corde? * [4] ut quid diligitis vanitatem. & quæritis mendacium? *Diapsalma.*

Et [5] scitote. quoniam mirificavit DOMINUS Sanctum suum. * DOMINUS exaudiet ÷ me ⁝ cum clamavero ad eũ.

Irascimini. & nolite peccare. * quæ dicitis [6] in cordibus vestris. * in cubilibus vestris compungimini. *Diapsalma.*

Sacrificate sacrificium justitiæ. [7] & sperate in DOMINO. * Multi dicunt. Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui. DOMINE. * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti. [8] vini ÷ & olei ⁝ sui. * multiplicati sunt.

In

(1) *Vat.* 84. *&* *D.* 144. *S. Brun. Aug. Ver.* graves corde.

(2) *Vat.* Cum invocarem ʘ te) Ψ exaudisti &c.

(3) *Pal.* & ÷ ex ⁝ audi *repugnante MS. Alex. Vers. ex Heb.*

(4) *Thom. Mart. & Val. cum Pal. & Vat.* ÷ ut quid ⁝ *Notante Val. eodem fortasse minus apposite ad Heb. Textum; qui Vallarsius tamen nescio quo in exemplari pro* לכלמה *legerit* לב למה. *Idem Vallarsius animadvertit & copulam ante vocem* quæritis *esse obelo notandam. Alex.* graves corde.

(5) *Thom. Mart. Val.* ※ Et ⁝ scitote. *Eam copulam olim defuisse in exemplaribus Græcis argumento est MS. Alex. & alter MS. Sagensis Mart. quibus major certe fides habenda quam Pal. eandem nullo signo notante.*

(6) *Vat. cum Palat.* in cordibus vestris, & in cubilibus &c.

(7) *Alex. hanc copulam omittit, sed facile Antiquarii errore, quum idem retineat in Heb.*

(8) *Alex. Pal. Val.* & vini, *Vat. obelo missa* Ψ A tempore) frumenti ⁊ vini.

multiplicati sunt ·
In pace . in idipsum . obdormiam & requiescam · * *quoniam tu* . DOMINE . *singulariter in spe constituisti me* .

In pace . in idipsum . * [1] dormiam & requiescam · ·
Quoniam tu . DOMINE . singulariter in spe constituisti me .

ORATIO·

Exaudi nos . quæsumus . Domine . & in tribulationibus nostris miserere nobis . & qui solus magnificaris in populis . spiritualem lætitiam tribue in spe futurorum munerum constitutis · Per ·

F.II.M. PSALMUS V.

In Finem · Pro ea . quæ Hæreditatem [2] consequitur ·
Psalmus David ·

In Finem · pro ea . quæ Hæreditatem consequitur ·
Psalmus David ·

Ecclesia suam poscens orationem audiri . prædicat Hæreticos & Schismaticos a Domini munere excludendos . felicia insuper commemorans præmia Beatorum .

Verba mea auribus percipe . DOMINE · * *intellige clamorem meum* ·
Intende voci orationis meæ . * *rex meus . & Deus meus* ·
Quoniam [3] *ad te orabo* . DOMINE · * *mane exaudies vocem meam* .
Mane astabo tibi . & videbo · * *quoniam non volens . Deus . iniquitatem . tu es* ·
Non habitabit juxta te malignus · * *neque permanebunt injusti ante oculos tuos* ·
Odisti . Domine . omnes . qui operantur iniquitatem · * *perdes eos . qui loquuntur mendacium* ·
Virum sanguinum . & dolosum abomi-

Verba mea auribus percipe . DOMINE . * intellige clamorem meum·
Intende voci orationis meæ . * rex meus . & Deus meus ·
Quoniam ad te orabo . DOMINE · * mane [4] exaudies vocem meam .
Mane astabo tibi . & videbo · * quoniam non . Deus . volens iniquitatem [5] ÷ tu es ⁑
Neque [6] habitabit juxta te malignus·* neque permanebunt injusti ante oculos tuos .
Odisti omnes . [7] qui operautur iniquitatem · * perdes ÷ omnes ⁑ qui loquuntur mendacium ·
Virum sanguinum . & dolosum abomi-

(1) *Vat.* obdormiam *cum Romano* .

(2) *Vat.* 84. accepit *pro* consequitur .

(3) *Holst.* MS. Florentinus , & Bruno , & unus ex Vaticanis sic distinguunt : *Quoniam ad te orabo Domine mane : & exaudies vocem meam* : & sic in Vaticano fuerat , quod ab interpolatore mutatum : sed LXX. ut editi nostri : Hebræi autem & S. Hieronymus : *Quoniam ad te orabo : Domine mane exaudies vocem meam* : S. Bruno , *mane igitur oret , qui exaudiri desiderat* .

(4) *Pal. Mar. Val.* mane ÷ ex ⁑ audies . *Vat.* Quoniam ÷ ad ⁑ te .... mane ÷ & ⁑ exaudies &c.

(5) *Juxta Vat. & Alex. exemplar ex Heb. tollendus ex hoc loco obelus . Mart. ex Val.* volens iniquitatem tu ÷ es ⁑ *juxta Hebraicum textum* .

(6) *Vat.* Non habitabit .

(7) *Mart. & Val.* ÷ qui ⁑ operantur ..... perdes ÷ omnes qui ⁑ loquuntur : *Sed rectius nostri MSS. & Thomasius : ex Heb. habetur* , odisti omnes operantes ...... perdes loquentes . *Vat. obelo omisso* : perdes Ψ eos) qui &c.

minabitur DOMINUS · * *Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ* ·

Introibo. Domine. in domum tuam · * *adorabo ad templum ſanctum tuum. in timore tuo* ·

Deduc me . DOMINE . *in tua juſtitia* · * *propter inimicos meos . dirige in conſpectu tuo viam meam* ·

Quoniam non eſt in ore eorum veritas · * *cor eorum vanum eſt* ·

Sepulchrum patens eſt guttur eorum · * *linguis ſuis doloſe agebant* · * *judica illos. Deus* ·

Decidant a cogitationibus ſuis . * *ſecundum multitudinem impietatum eorum . expelle eos* · * *quoniam exacerbaverunt te . Domine* ·

Et lætentur omnes . qui ſperant in te · * *in æternum exultabunt . & inhabitabis in eis . & gloriabuntur in te omnes . qui diligunt nomen tuum .*

Quoniam tu · [1] *Domine . benedices juſtum* · * DOMINE . *ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ . coronaſti nos* ·

minabitur DOMINUS · * Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ ·

Introibo in domum tuam . * adorabo ad templum ſanctum tuum . in timore tuo · [2]

DOMINE . deduc me in juſtitia tua . propter inimicos meos . * dirige in conſpectu [3] tuo viam meam .

Quoniam non eſt in ore eorum veritas · * cor eorum vanum eſt .

Sepulchrum patens [4] ÷ eſt ‡ guttur eorum · * linguis ſuis doloſe agebant · * judica illos . Deus ·

Decidant a cogitationibus ſuis · * ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos · * quoniam [5] irritaverunt te . ÷ Domine ‡

Et lætentur omnes . qui ſperant in te · in æternum exultabunt . [6] & habitabis in eis ·

Et gloriabuntur in te ÷ omnes ‡ qui diligunt nomen tuum · * quoniam [7] tu benedices juſto ·

DOMINE . * ut [8] ſcuto bonæ voluntatis tuæ . coronaſti nos ·

ORATIO.

Pie Domine . qui adtriti cordis gemitum . priuſquam proferatur . intelligis . effice nos . quæſumus . templum Paracliti . ut mereamur ſcuto cæleſtis benevolentiæ coronari · Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritus Sancti . per omnia ſæcula ſæculorum · Amen ·

PSAL-

(1) *Vocem* Domine *omittit D. 145. cum Aug. & Ver. deinde idem MS. D. 145. una cum altero D. 144. & S. Brun.* benedices juſto.

(2) *In Vat. heic legitur* Diapſalma , *quod juxta Heb. Alex. eſſet obelo notandum.*

(3) *Alex. Pal. & Mart. atque Val.* in conſpectu meo viam tuam.

(4) *Vat. & Val. obelum hunce prætereunt, non omittendum ſane juxta MSS. Alex. & Pal. Infra Vat.* in linguis ſuis.

(5) *Vat.* exacerbaverunt.

(6) *Vat.* & heic *cum Romano* : & inhabitabis in eis.

(7) *Vat.* Quoniam tu ʘ Domine) benedices juſtum.

(8) *Alex. & Pal.* ut ſcuto bonæ voluntatis coronaſti nos . *Vat.* voluntatis ʘ tuæ) coronaſti. *Mart.* ot ſcuto ÷ bonæ ‡ voluntatis , *quem obelum cum Pal. & Thomaſio noſtro, quibus accenſendi MSS. Alex. & Vat. Vallarſius expungit . At* רצון *ſimpliciter* voluntas ; *quod licet intelligendum in præſenti de bona voluntate , nihilominus ab eodem Vallarſio ſæpe expungente prapoſitiones , & verbum ſubſtantivum , quum ſubintelliguntur in contextu , obelus ille non eſſet e loco movendus .*

D.I.N.

PSALMUS VI.

In Finem · In Carminibus ·
Pro Octava ·
David ·

In Finem · In Carminibus ·
Psalmus David ·
Pro Octava ·

Fideles orant benevolum sibi Judicem fieri . ærumnas proprias (quibus afflicti ingemiscunt) narrantes . seque a peccatorum consortio segregantes . nullam cum ipsis habere cupiunt [1] portionem .

DOMINE . *ne in ira tua arguas me* · * *neque in furore tuo corripias me* ·
Miserere mibi . DOMINE . *quoniam infirmus sum* · * *sana me* . DOMINE . *quoniam conturbata sunt omnia ossa mea* . * *& anima mea turbata est valde* ·
Et tu . DOMINE . *usquequò ?* * *convertere* . *& eripe animam meam* · * *salvum me fac . propter misericordiam tuam* ·
Quoniam non est in morte . qui memor sit tui · * *in inferno autem . quis confitebitur tibi ?*
Laboravi in gemitu meo · * *lavabo per singulas noctes lectum meum* · * *lacrymis stratum meum rigabo* ·
Turbatus est præ ira oculus meus · * *inveteravi inter omnes inimicos meos* ·
Discedite a me omnes . qui operamini iniquitatem · * *quoniam exaudivit* DOMINUS *vocem fletus mei* ·
Exaudivit DOMINUS *deprecationem meam* · * DOMINUS *orationem meam assumpsit* ·

Eru-

DOMINE . [2] ne in furore tuo arguas me · * neque in ira tua corripias me ·
Miserere mei . DOMINE . quoniam infirmus sum · * sana me . DOMINE . quoniam [3] conturbata sunt ossa mea ·
Et anima mea turbata est valde · * · [4] sed tu . DOMINE . usquequò ?
Convertere . DOMINE . [5] & eripe animam meam · * salvum me fac . propter misericordiam tuam ·
Quoniam non est in morte . [6] qui memor sit tui · * in inferno ÷ autem ‡ quis confitebitur tibi ?
Laboravi in gemitu meo · * lavabo per singulas noctes lectum meum · * [7] lacrymis meis stratum meum rigabo ·
Turbatus est a furore oculus meus · * inveteravi inter õnes inimicos meos · [8]
Discedite a me omnes . qui operamini iniquitatem . * quoniam [9] exaudivit DOMINUS vocem fletus mei ·
Exaudivit DOMINUS deprecationem meã . * DOMINUS orationẽ meã suscepit ·
Erubescant & conturbentur [10] ※ vehementer

(1) *Vat.* orationem .
(2) *Vat. hoc* ℣. *omnino cum Psalt. Romano* .
(3) *Pal.* ÷ con ‡ turbata: *Vat.* quoniam turbata.
(4) *Alex. Pal. & Vat.* Et tu Domine .
(5) ÷ & ‡ eripe animam meam : *Vat. Thomasius noster in altero Psalt. & Vallarsius , qui postremus haud bene notat obelum hunc a Thomasio prætermitti . Ex Heb. tamen Alex. cum Pal. jure omitteretur . Vat. infra* : Salva me propter misericordiam &c.
(6) *Mart. & Val.* ÷ qui ‡ memor sit tui . *Nostri MSS. omnes signum illud omittunt , nec Hebraicus fons idem adstruit . Vat. & Palat. e regione hujus versiculi , non subsequentis, ut de Palat. scribit Vallarsius , adponunt* Diapsalma ·:
(7) *Vat.* lacrymis ℞ stratum meum &c. *Eamdem vocem* meis *Alex. nescit* .
(8) *Pal. & Vat. denuo heic addunt* Diapsalma .
(9) *Pal.* ÷ ex ‡ audivit , *sicut &* ℣. *subsequenti cum Mart. & Val.*
(10) *Vat. missa cum suo signo voce* vehementer *præterit & inferiorem obelum* .

Erubescant [1] *& conturbentur omnes inimici mei* · * *avertantur retrorsum. & erubescant valde velociter* ·

hementer ⁝ omnes inimici mei . * convertantur & erubescant ÷ valde ⁝ velociter ·

ORATIO.

EXauditor omnium . Deus . exaudi nostrorum fletuum supplicem vocem . & tribue infirmitatibus nostris [2] perpetem sospitatem . ut dum dignanter gemitum nostri laboris suscipis . tua nos semper misericordia consoleris · Per ·

PSALMUS VII. D.I.N.

Psalmus David . quem cantavit Domino . pro verbis Chusì . [3] filii Jemini ·

Psalmus David . quem cantavit Domino . pro verbis Chusì . filii Jemini ·

Iste Psalmus ad Christi humanitatem pertinet . quia per id quod factus est humilis . secundum suam justitiam veritatemque se expetit judicari .

DOMINE . *Deus meus . in te speravi* · * *libera me ab omnibus persequentibus me . & eripe me* ·

Ne quando rapiat . ut leo . animam meam · * *dum non est qui redimat .* * *neque qui salvum faciat* ·

DOMINE *Deus meus . si feci istud .* * *si est iniquitas in manibus meis* ·

Si reddidi retribuentibus mihi mala . * *decidam merito ab inimicis meis inanis* ·

Persequatur [4] *inimicus animam meam. & comprehendat eam.* * *& conculcet in terra vitam meam .* * *& gloriam meam in pulverem deducat* · Diapsalma ·

Exurge . DOMINE . *in ira tua .* * *& exal-*

DOMINE . Deus meus . in te speravi · * [5] salvum me fac ex omnibus persequentibus me . & libera me ·

Ne quando rapiat . ut leo . animam meam · * dum non est qui redimat . neque qui salvum faciat ·

DOMINE Deus meus . si feci istud · * si est iniquitas in manibus meis ·

Si reddidi retribuentibus mihi mala . * decidam merito ab inimicis meis inanis ·

Persequatur inimicus animam meam . & comprehendat .* & conculcet in terra vitam meam . * & gloriam meam in pulverem deducat . [6] ※ *Diapsalma* .

Exurge . [7] DOMINE . in ira tua . * & exal-

(1) *Holst. erubescant , & conturbentur vehementer* : vocem *vehementer* omnes MSS. Vat. Flor. & Cassinensis omittunt , ut & Fabri Stapul. editio & Breviarium Cajet. & Mediolanense Ambrosianum . & S. Bruno ; abest & a Græca Editione Complutensi ; in latina autem ejus Versione uncis includitur velut superflua , sed nec Arabs Interpres eam agnovit , aut expressit . Vide de hac voce Mariana de Edit. Vulgat. c. 15. p. 77. Olim in Hebraicis , & LXX. fuisse notat Hieronymus epist. ad Sunniam & Fretelam , in sola autem Vulgata defuisse ; quod Codicum nostrorum fidem confirmat .

(2) *Vat.* perpetuam .

(3) *Vat. D. 144. Pal. Aug.* filii Gemini .

(4) *Holst. persequatur inimicus animam meam , & comprehendat eam* : sic in suo Codice legendum notarat Bandinus ; atque ita in omnibus MSS. legitur , & Vat. sic LXX. καταλάβοι : atque ita Faber , Breviar. Cajet. & Ambrosianum , S. Bruno , & MS. Barberini .

(5) *Vat.* Salva me ab omnibus .

(6) *Vat. asteriscum hoc loco mittit : Pal. cum asterisco, &* Diapsalma; *sed his repugnat MS. Alex.*

(7) *Pal. Mart. & Vat.* ÷ Ex ⁝ surge Domine . *Alex. & Vat. ante vocem* exaltare *copulam nesciunt , quæ sane juxta eundem MS. Alex. aut prætereunda , aut obelo notanda .*

exaltare in finibus [1] *inimicorum tuorum* ·

Exurge . Domine . Deus meus . in præcepto . quod mandasti · * *& synagoga populorum circumdabit te* .

Et propter hanc in altum regredere · * DOMINE . *judica populos* ·

Judica me . DOMINE . *secundum justitiam meam* . * *& secundum* [2] *innocentiam manuum mearum . super me* ·

Consummetur [3] *nequitia peccatorum . & dirige justum* . * *scrutans corda & renes . Deus* ·

Justum adjutorium meum a Domino · * *qui salvos facit rectos corde* ·

Deus . judex justus . fortis & longanimis · * *nunquid irascitur per singulos dies ?*

Nisi convertamini . gladium suum vibravit · * *arcum suum tetendit . & paravit illum* ·

Et in ipso paravit vasa mortis · * *sagittas suas ardentibus efficit* ·

Ecce

exaltare in finibus inimicorum meorum ·

⁜ Et ‡ exurge [4] ÷ Domine Deus meus ‡ in præcepto quod mandasti · * & synagoga populorum circumdabit te ·

Et propter hanc . in altum regredere · * [5] DOMINUS judicat populos ·

Judica me . DOMINE . secundum justitiam meam . * & secundum [6] innocentiam meam . super me ·

Consumetur nequitia peccatorum . * & diriges justum . * [7] scrutans corda & renes . Deus ·

Justum adjutorium meum a Domino · * qui salvos facit rectos corde ·

Deus . judex justus . fortis [8] ÷ & patiens ‡ * numquid irascitur per singulos dies ?

Nisi [9] conversi fueritis . gladium suū vibrabit · * arcum suum tetendit . & paravit illum ·

Et [10] in eo paravit vasa mortis · * sagittas suas ardentibus effecit ·

Ecce

(1) *Holst. In finibus inimicorum tuorum* : Sic Complutensis Græca, & MS. Barberini, & Ambrosianum Officium . Sixtina autem , & Cassinensis , *meorum* : sicque multi alii a Flaminio notati . Sed omnino retinenda nostra lectio , cui non solum S. Bruno, & græca Complutensis adstipulantur ; sed & Chrysost. in Catena SS. Patrum eam varietatem ex alia Editione allatam sua expositione confirmat.

(2) *Holst. Innocentiam manuum mearum* : Sic Ambros. Psalt. sed Cassinens. & Vatic. *Innocentiam meam* , ut Græca LXX. idemque in suo Codice notavit Bandinus : puto oscitantem Librarium ex Psalmo 17. hæc verba loco non suo inculcasse . In S. Brunone ly *mearum* est superadditum .

Innocentiam meam retinent *Aug. Ver. & Sabat.*

(3) *Holst. consumetur nequitia peccatorum ....* Recte legebatur in Editione Marii Alterii *consummetur* , quod mutari non debuit , respondet enim græco *συντελεσθήτω* , sive ut Symmachus reddiderat *ἀπαρτισθήτω* verbo imperativo . Vulgatus autem Interpres ubique *συντελεῖν consummare* vertit , quod omissis aliis plurimis vel unus hic Psalm. 118. testatur : *paulominus consummaverunt me* , ubi LXX *παραβραχὺ συνετέλεσάν με* , atque ita haud dubie etiam in Vulgata Psalmorum Editione retinendum fuerat , quia D. Hieronymus ubique hanc vocem retinuit . Unde Corderius in annotationibus eam lectionem recte præfert Vulgatæ , utpote conformiorem Græco Textui , sicut ipse ait .

(4) *Solum vocem* Domine *obelo notavit Vat. a quo nos recedere cogunt nostri MSS. Alex. & Vat. insuper & Mart. interpretantes τὸ* אֵלַי ad me , *non* Deus meus .

Vat. initio ℣. copulam nescit , sicut & deinde obelum : in fine autem addit Diapsalma .

(5) *Vat.* Ψ Domine judica) populos .

(6) *Vat. prorsus cum Romano eo discrimine , ut inter* Ψ , *&) includat duas voces* , Ψ manuum mearum) .

(7) *Alex. Pal. & Val.* ⁜ & ‡ scrutans . *Idem tamen noster MS. Alex. in Heb. eam copulam non deprehendit . Vide Mart. hoc loco . Vat.* Consummetur vero nequitia ..... & dirige justum , scrutans .

(8) *Pal.* justus , & fortis ÷ & ‡ patiens *Vat.* justus . fortis ÷ & ‡ longanimis , & non iram adducens per singulos dies : *uterque quoad obeli situm improbandus ob vetustiorem MS. Alex. & Heb. textum* .

(9) *Vat.* nisi convertamini .

(10) *Vat. & hoc ℣. Romano consonat ; solum in fine* ; sagittas suas ardentes efficit .

*Ecce parturiit injustitiam. concepit dolorem · * & peperit iniquitatem ·*
*Lacum aperuit. & effodit eum · * & [1] incidet in foveam. quam fecit ·*
*Convertetur dolor ejus in caput ejus · * & in verticem ejus iniquitas ejus descendet ·*
Confitebor DOMINO *secundum justitiam ejus · * & psallam nomini* DOMINI *Altissimi.*

Ecce parturiit injustitiam · * [2] concepit dolorem. & peperit iniquitatem ·
Lacum [3] aperuit. & effodit eum · *
& incidit in foveam. quam fecit ·
Convertetur dolor ejus in caput ejus · * & in verticem [4] ipsius iniquitas ejus descendet ·
Confitebor DOMINO secundum justitiam ejus · * & psallam nomini DOMINI Altissimi ·

ORATIO.

Scrutator [5] cordium. Deus. libera nos a persequentibus nos. & da nobis in tui expectatione Judicii firmam custodiam mentis. ut non retribuamus inimicis mala pro malis · Per.

PSALMUS VIII. D.I.N.

In Finem · Pro Torcularibus · Psalmus David ·

In Finem · Pro Torcularibus · Psalmus David ·

Ecclesia laudes majestatemque Domini Christi decantans. naturam ejus humanam ad magnarum rerum dicit crevisse fastigia ·

*DOMINE. Dominus noster. * quam admirabile est Nomen tuum in universa terra!*
*Quoniam elevata est magnificentia tua. * super cælos ·*
*Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. propter inimicos tuos · * ut destruas inimicum. & defensorem ·*
*Quoniam videbo cælos tuos. opera digitorum tuorum. * lunam & stellas. quas tu fundasti.*
*Quid est homo. quod memor es ejus? * aut filius hominis. quoniam visitas eum?*

Minui-

DOMINE. Dominus noster. * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!
Quoniam elevata est magnificentia tua. super cælos ·
Ex ore infantium & [6] lactentium. perfecisti laudem. propter inimicos tuos · * ut destruas inimicum & ultorem ·
Quoniam videbo [7] cælos ※ tuos ‡ opera digitorum tuorum. * lunam & stellas. quæ ÷ tu ‡ fundasti.
Quid est homo. quod memor es ejus? * aut filius hominis. quoniam visitas eum?

Mi-

(1) *D. 144. Vatic. 84. S. Bruno, Cas. Sab.* incidit in foveam.

(2) *Alex. cum Val. ex regio MS. a Mart. heic rejecto* ※ & ‡ concepit: *stant ex adverso Mart. & Thomas. quibus suffragatur Pal. Eadem copula obelo confoditur a Vat.*

(3) *Vat.* Lacum fodit, & effodit. *Et infra Alex.* & incidet.

(4) *Vat. ut Romanum*, verticem ejus.

(5) *Vat.* Scrutator omnium Deus.

(6) *Alex. & Pal.* & lactantium: *tum Pal.* ÷ per ‡ fecisti laudem, *repugnante MS. Alex.*

(7) *De hoc asterisco certi reddimur ab Hieronymo, quem consule epist. ad Sun. & Fretel. Vat. omissis asterisco & obelo:* cælos, opera ...., & stellas Ψ quæ) tu fundasti.

*Minuisti eum paulo minus ab Angelis. * gloria & honore coronasti eum. * & constituisti eum super opera manuum tuarum.*

*Omnia subjecisti sub pedibus ejus. * oves & boves universas. insuper & pecora campi.*

*Volucres cæli. & pisces maris. * qui perambulant semitas maris.*

DOMINE. *Dominus noster. * quam admirabile est Nomen tuum. in universa terra!*

Minuisti eum paulo minus ab Angelis. * gloria & honore coronasti eum. * [1] ÷ & ‡ constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus. * oves & boves [2] universas. * insuper & pecora campi.

Volucres cæli. & pisces maris. * [3] qui perambulant semitas maris.

DOMINE. Dominus noster. * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

ORATIO.

ADmirabile Nomen tuum. omnipotens Domine. supplices exoramus. ut qui omnem creaturam Mundi ad usus hominis subjecisti. nos ad tuæ servitutis officium dignos digneris efficere. Per.

D.I.N. PSALMUS IX.

In Finem. Pro occultis Filii. Psalmus David.

Iu Finem. Pro occultis Filii. Psalmus David.

Propheta latum se [4] dicit Domino psalliturum. quoniam confudit diabolum. pauperumque sanguinem vindicat. & peccatores cum antichristo dicens perituros. Judicii tempus velociter advenire deprecatur. ne cujuslibet iniquitas ultra prævaleat.

*COnfitebor tibi. Domine. in toto corde meo. * narrabo omnia mirabilia tua.*

*Lætabor & exultabo in te. * [5] psallam nomini tuo. Altissime.*

*In convertendo inimicum meum retrorsum. * infirmabuntur & perient a facie tua.*

Quoniam fecisti judicium meum & cau-

COnfitebor [6] ÷ tibi ‡ DOMINE. in toto corde meo. * narrabo omnia mirabilia tua.

Lætabor & exultabo in te. * [7] psallam nomini tuo. Altissime.

In [8] convertendo inimicum meum retrorsum. * infirmabuntur & peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti judicium meum & cau-

(1) *Vat. obelum hunc nescit. Alex.* ÷ Et ‡ constitues eum: *Pal. vero ante initium hujus ℣.* Diapf. *apponit.* (2) *Vat.* universa.

(3) *Alex.* quæ perambulant.

(4) *Vat.* dicit psalliturum *omissa voce* Domino, *& infra* sanguinem judicat &c.

(5) *Holst.* MSS. Archivi, & Florent. item Faber, & Breviar. Cajet. & S. Bruno, & Vat. *&* *psallam* addita copulativa, quam & Hebræi, & Græci non agnoscunt: noster tamen sæpissime orationi connectendæ, sicut in sequenti etiam versu 12. de suo addit.

(6) *Vat. hunc obelum præterit, nec fortasse immerito.*

(7) *Idem MS. Vat.* & psallam; *sed copula esset obelo notanda.*

(8) *Vat. idem*; Dum avertatur inimicus meus &c.

causam meam . * sedes super thronum . qui judicas æquitatem ·*

Increpasti Gentes . & periit impius. * nomen eorum delesti . in æternum & in sæculum sæculi ·*

Inimici defecerunt frameæ in finem. * & civitates eorum destruxisti ·*

Periit memoria eorum cum sonitu. * & DOMINUS *in æternum permanet ·*

Paravit in judicio sedem suam · * & ipse judicabit orbem terræ in æquitate .* * judicabit populos cum justitia ·*

Et factus est DOMINUS *refugium pauperum .* * adjutor in opportunitatibus . in tribulatione ·*

Et sperent in te omnes . qui noverunt nomen tuum . * quoniam non derelinquis quærentes te .* DOMINE ·

Psallite DOMINO . *qui habitat in Sion .* * annuntiate inter Gentes mirabilia ejus ·*

Quoniam . requirens sanguinem eorum . memoratus est . * & non est oblitus* [1] *orationis pauperum ·*

Miserere mihi DOMINE · * & *vide humilitatem meam . de inimicis meis .* * qui exaltas me de portis mortis ·* * *ut annun-*

caufam meam · * sedisti super thronum. [2] qui judicas justitiam · .

Increpasti Gentes · ÷ & ‡ [3] periit impius · * nomen eorum delesti . in æternum [4] ÷ & ‡ in sæculum ÷ sæculi ‡

Inimici defecerunt [5] frameæ in finē · * & civitates ÷ eorum ‡ destruxisti ·

Periit [6] memoria eorum cum sonitu. * & DOMINUS in æternum permanet .

Paravit in judicio thronum suum · * & ipse judicabit orbem [7] terræ in æquitate · * judicabit populos in justitia ·

Et factus est DOMINUS refugium [8] pauperi · * adjutor in opportunitatibus . in tribulatione ·

Et [9] sperent in te . qui noverunt nomen tuum . * quoniam non dereliquisti quærentes te . DOMINE ·

Psallite DOMINO . [10] qui habitat in Sion . * annuntiate . inter Gentes . studia ejus ·

Quoniam . requirens sanguinem eorum . [11] recordatus est . * non est oblitus clamorem pauperum ·

Miserere mei . DOMINE · * vide humilitatem meam . de inimicis meis .

Qui [12] exaltas me de portis mortis . * ut

(1) *Holst. Et non est oblitus orationes pauperum .* Flaminius *orationes* in Romano Psalterio vulgo haberi testatur , & sic edidit Faber , & S. Bruno : in aliquo tamen Codice *orationis* se invenisse affirmat , quod alteri merito præfert . Idque in nostra etiam editione reponendum censeo , quia voci græcæ δεήσεως respondet , quæ habetur in Sixtina LXX. ; nam ceteri κραυγῆς legunt , quod Vulgata clamorem vertit ; inde error in nostrum transfusus ab iis qui eundem reflexionis casum substituendum putarunt .

MSS. D. 144. *habet* orationes .

(2) *Illud* qui , *minus recte obelo transfigitur a Mart. & Val. juxta nostros MSS. & Heb. reddens* judex justitiæ . *Vat. paullo supra ,* Ψ sedes) super thronum &c. (3) *Alex.* perit .

(4) *Thomasius hunc obelum omisit in altera Psalt. Editione , ad quam attendere debuerat Vallarsius , antequam ejus sententiam hoc loco taxaret : Vir iste aliis reprehendendis intentus facilius ipse labitur , scribens adversus vim Hebraici fontis* : & ÷ in ‡ sæculum &c. *Vat. paullo supra omnibus missis notis* : nomen eius delesti ·

(5) *Alex.* framea : *tum cum aliis nostris MSS. Mart. & Val. & obelum & vocem* , eorum , *omittit , obelo sane notanda si cum Vulgata in aliquo græco exemplari inveniatur .*

(6) *Alex.* Perit : *& in fine* ℣. *Vat.* manet .

(7) *Pal. Mart. Thom. Val. consentiente MS. Alex. vocem* terræ *obelo notant . Vat. mutato ordine* judicabit orbem terræ in justitia : judicabit populos in æquitate . (8) *Vat.* pauperum .

(9) *Alex.* Et sperant. *Vat.* ⁊ sperent , *& infra* non derelinquis , *addito demum cum Pal.* Diapſ.

(10) *Vallarsius post Mart.* ÷ qui ‡ habitat ÷ in ‡ Sion *addens* : Palatinus mſ. & Cari editio obelos hos nesciunt : *Verum primus* obelus *contra Heb. habens* habitatori *infertur : secundus posuit Thomasius in altera Psalt. Editione , quam Vallarsius nescit .*

(11) *Vat.* memoratus est ⊖ &) non est &c.

(12) *Pal.* ÷ Qui ‡ exaltas &c. *Vat.* Qui exaltas me Ψ de portis) mortis : *& infra* laudes *non* laudationes .

annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion ·

Exultabo in SALUTARI *tuo · Infixæ sunt Gentes in interitu . quem fecerunt · in laqueo isto . quem occultaverunt mihi.* comprehensus est pes eorum·*

Cognoscetur . DOMINUS . *judicia faciens · * in operibus manuum suarum conprehensus est peccator ·*

Canticum Diapsalmatis ·

*Convertantur peccatores in infernum · * omnes Gentes . quæ obliviscuntur Dominum ·*

*Quoniam non in finem [1] oblivio erit pauperum · * patientia pauperum non peribit in finem ·*

Exurge . DOMINE *. non prævaleat homo · * judicentur Gentes in conspectu tuo ·*

Constitue . DOMINE . *legislatorem super eos · * ut sciant Gentes . quoniam homines sunt ·*

Diapsalma .

Ut quid . DOMINE . *recessisti longe ? * despicis in opportunitatibus . in tribulatione ?*

*Dum superbit impius . incenditur pauper · * comprehenduntur in cogitationibus suis . quas cogitant ·*

*Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ . * & qui iniqua gerit . [2] benedicitur ·*

Irri-

ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion ·

Exultabo in SALUTARI tuo . * infixæ sunt Gentes in interitu. quem fecerunt ·

In laqueo [3] isto . quem absconderunt . * comprehensus est pes eorum ·

Cognoscetur DOMINUS . judicia faciens · * in operibus manuum suarum comprehensus est peccator ·

Canticum Diapsalmatis .

Convertantur peccatores in infernum · * omnes Gentes . quæ obliviscuntur Deum ·

Quoniam [4] non in finem oblivio erit pauperis · * patientia pauperum non peribit in finem ·

Exurge. DOMINE . [5] non confortetur homo · * judicentur Gentes . in conspectu tuo ·

Constitue . DOMINE . legislatorem super eos . * [6] ut sciant Gentes quoniam homines sunt .

※ *Diapsalma* ↕ [a]

Ut quid . DOMINE . recessisti longe ?* despicis in opportunitatibus . in tribulatione ?

Dum superbit impius . incenditur pauper . * comprehenduntur [7] in consiliis quibus cogitant ·

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ . * & [8] iniquus benedicitur ·

Exa-

a Psalmus X. secundum Hebræos.

---

(1) *D.* 144. *Aug. Cass. S. Bruno* : oblivio erit pauperis .

(2) *Cass. Mart. Val. Sab.* benedicetur .

(3) *Mart. & Thomas. obelo notant vocem* isto, *& quidem merito juxta MS. Alex. Videndus hoc loco Vallarsius contraria prorsus scribens , quum vocem* isto *juxta Thomas. & Heb. ut ipse ait , ab obelo eximit; quumque vellet eodem obelo confodi ℣. superiori vocem* quem *ante* fecerunt, *licet in Heb. legatur non diffitentibus ejusdem Textus interpretibus . Vat. hoc ℣. pro* absconderunt *scribit ,* occultaverunt .

(4) *Idem ms. Vat.* Quia non in finem oblivisceetur pauperum : ...... non peribit ℣ in æternum) .

(5) *Pal. Mart. Val.* ÷ Ex ↕ surge &c.

(6) *Vocula*m ut *Pal. & Alex.* expungunt , *& quidem merito . Dein Mart. & Val. vocem* quoniam *obelo confodiunt , licet in Heb. textu eam vocem , quæ nunc temporis tamen non legitur , invenerit Alex. invenerint & alii : nec eo signo notetur a Pal. & Vat. Addit Vallarsius Thomasium* Diapsalma *asterisco non prænotasse : ipsum decipi monstrant tum isthac , tum alterius Psalt. Edit omnes . Nimio literario labore & Eruditorum oculi aliquando cæcutiunt .*

(7) *Vat. hoc loci Romano ad amussim consonat .*

(8) *Idem MS.* & qui iniqua gerit , benedicetur . *Sed recentiori manu fit ,* benedicitur .

Irritavit DOMINUM *peccator . * secundum multitudinem iræ suæ . non inquiret ·*

*Non est Deus in conspectu ejus . * polluuntur viæ ejus .* [1] *in omni tempore ·*

Auferuntur judicia tua a facie ejus . omniũ inimicorũ suorum dominabitur ·*

*Dixit enim in corde suo . * Non movebor. de generatione in generationem . sine malo ·*

*Cujus os. maledictione & amaritudine plenum est & dolo . * sub lingua ejus . labor & dolor ·*

Sedet in insidiis . cum divitibus . in occultis . ut interficiat innocentem ·*

*Oculi ejus in pauperem respiciunt . * insidiatur in occulto . sicut leo in cubili suo ·*

*Insidiatur ut rapiat pauperem . * rapere pauperem . dum attrahit eum ·*

*In laqueo suo humiliabit eum . * inclinabit se . & cadet . dum dominabitur pauperis .*

*Dixit enim in corde suo . Oblitus est Deus . * avertit faciem suam . ne videat usque in finem .*

Exurge . DOMINE *Deus meus . & exaltetur manus tua . * ne obliviscaris pauperem in finem ·*

Propter quid [2] *irritavit impius Dominum ? Dixit enim in corde suo .* Non requiret Deus ·*

*Vides . quoniam tu laborem & dolorem consideras . * ut tradas eos in manibus tuis . * tibi enim derelictus est pauper . * pupillo tu eris adjutor ·* *Con-*

Exacerbavit [1] DOMINUM peccator . * secundũm multitudinem iræ suæ . non quæret ·

Non est Deus in conspectu ejus .* [4] inquinatæ sunt viæ illius . in omni tempore ·

Auferuntur judicia tua a facie ejus .* omniũ inimicorũ suorũ dominabitur ·

Dixit [5] enim in corde suo . * non movebor . a generatione [6] in generationem . sine malo ·

Cujus . maledictione . os plenum est. & amaritudine & dolo . * sub lingua ejus . labor & dolor ·

Sedet in insidiis . cum divitibus . in occultis .* ut interficiat innocentem ·

Oculi ejus in pauperem respiciunt .* insidiatur [7] in abscondito . quasi leo in spelunca ÷ sua ⁝

Insidiatur. ut rapiat pauperem .* rapere [8] pauperem . dum attrahit eum ·

In laqueo suo humiliabit eum . * inclinabit se . & cadet . [9] cum dominatus fuerit pauperum ·

Dixit ÷ enim ⁝ in corde suo . Oblitus est Deus . * avertit faciem suam . [10] ne videat in finem ·

Exurge. [11] DOMINE Deus. exaltetur manus tua . * ne obliviscaris pauperum ·

Propter quid irritavit impius Deum ? * Dixit enim in corde suo · Non [12] requiret ·

Vides . quoniam tu laborem & dolorem consideras . * ut tradas [13] eos in manus tuas ·

Tibi derelictus est pauper . * [14] orphano tu eris adjutor · Con-

(1) *Mart. & Val.* in tempore *missa voce* omni .
(2) *D.* 144. irritabit .
(3) *Vat. ut supra cum Rom. MS. Alex. in fine ,* non quærit .
(4) *Vat.* contaminantur viæ ejus .
(5) *Et hic falso ait Vallars. Thomasium nescire vocem* enim *esse obelo notandam . Vide sape laudatum alterum ejus Psalt. secundis curis elaboratum .*
(6) *Vat.* & generationem .

(7) *Idem ,* in occultis , sicut leo in cubili suo .
(8) *Idem ,* ut rapiat inopem , rapere pauperem .
(9) *Idem ,* dum dominabitur pauperum .
(10) *Idem ,* ne videat usque in finem .
(11) *Pal. Mart. Val.* ÷ Ex ⁝ surge . *Vat. in Romanum & heic recidit excepta voce* pauperem , *cujus loco habet* pauperum .
(12) *Idem Vat.* non inquiret .
(13) *Vat.* eum .
(14) *Idem ,* pupillo .

Conteres brachium peccatoris & maligni · * *requiretur delictum ejus . nec invenietur* ·

Regnabit [1] DOMINUS . *in æternum & in sæculum sæculi* . * *peribitis Gentes de terra ejus* ·

Desiderium pauperum exaudivit DOMINUS . * *Desideria cordis eorum exaudivit auris tua* ·

Judicare pupillo & humili . * *ut non apponat ultra magnificare se homo super terram* ·

Contere [2] brachium peccatoris & maligni · * quæretur peccatum illius. & non invenietur ·

DOMINUS [3] regnabit in æternum & in sæculum ÷ sæculi ⁝ * peribitis Gentes de terra illius ·

Desiderium pauperum [4] exaudivit DOMINUS · * Præparationem cordis eorum audivit auris tua ·

Judicare pupillo & humili. * ut non [5] apponat ultra magnificare se homo super terram ·

ORATIO.

CONfessioni nostræ piam aurem tuam . Deus clemens . aperi . qui sperantes in te nunquam consuevisti relinquere . ut exaltati de portis mortis perpetuæ . possimus [6] salvi . tentatoris occultas insidias effugere · Per ·

D.I.N. PSALMUS X.

In Finem · Psalmus David ·

In Finem · Psalmus [8] David ·

De Hæreticis Propheta dicit . qui nituntur Catholicos in suam convertere pravitatem . Domini illis judicium comminans . & quid in illa retributione debeant sustinere .

IN DOMINO *confido . quomodo dicitis animæ meæ* · * *Transmigra* [7] *in montem . sicut passer ?*

Quoniam . ecce peccatores tetenderunt arcum . * *paraverunt sagittas suas in pharetra* . * *ut sagittent in obscuro rectos corde* ·

Quoniam . quem perfecisti . destruxerunt · * *justus autem quid fecit?*

DOMINUS *in templo sancto suo* · DOMINUS *in cælo sedes ejus* ·

Oculi ejus in pauperem respiciunt · * *palpebræ ejus interrogant filios hominum* · DOMI-

IN DOMINO confido . quomodo dicitis animæ meæ · * Transmigra [9] in montem . sicut passer ?

Quoniam . ecce peccatores intenderunt arcum · * paraverunt sagittas suas in pharetra . * ut sagittent in obscuro rectos corde ·

Quoniam . quæ [10] perfecisti . destruxerunt . justus ÷ autem ⁝ quid fecit ?

DOMINUS in templo sancto suo . * DOMINUS in cælo sedes ejus ·

Oculi ejus ÷ in pauperem ⁝ respiciunt · * palpebræ ejus interrogant filios hominum · DOMI-

(1) *D.* 144. *Ver. & Sab.* regnavit .

(2) *Alex.* Conteres brachium peccatores &c. *Vat. infra* , requiretur peccatum ejus , nec invenietur .

(3) *Vat.* Regnabit Dominus , *& in fine omisso obelo* : de terra ejus .

(4) *Pal. Mart. & Val.* ÷ Ex ⁝ audivit . *Vat.* cordis Ψ eorum) inspexit auris tua .

(5) *Vat.* ut non adjiciat adhuc .

(6) *Idem* , ut possimus sævi tentatoris &c.

(7) *D.* 144. *Aug. Ver.* in montes .

(8) *Vat.* ipsi David .

(9) *Alex.* in montes .

(10) *Vat.* quoniam , quæ tu perfecisti , ipsi destruxerunt &c. *Pal. deinde addit.* Diapf.

DOMINUS *interrogat justum & impium.* * *qui autem diligit iniquitatem. odit animam suam.*

Pluit [1] *super peccatores laqueos.* * *ignis. sulphur & spiritus procellarum. pars calicis eorum.*

Quoniam justus DOMINUS. [2] *justitiam dilexit.* * *æquitatem vidit vultus ejus.*

DOMINUS interrogat justum & impium. * [3] qui autem diligit iniquitatem. odit animam suam.

Pluet [4] super peccatores laqueos. * ignis ※ & ↕ sulphur ※ & ↕ spiritus procellarum. pars calicis eorum.

Quoniam justus [5] DOMINUS ÷ & ↕ justitias dilexit. * æquitatem vidit vultus ejus.

ORATIO.

DIrige oculos pietatis tuæ super humilem paupertatis nostræ personam. Omnipotens Domine. & circumda nos Fidei armis. ut ab iniquitatum sagittis eruti valeamus æquitatem & justitiam custodire. Per.

PSALMUS XI. D.I.N.

In Finem. Pro Octava. Psalmus David.

In Finem. Pro Octava. Psalmus David.

Salvum se Propheta a Mundi istius perversitate fieri petit. quoniam dolosi atque superbi potentiam Domini sceleratis oblocutionibus abuegabant. promissionemque Patris per Filium dicens faciendam. Eloquia Domini sub brevitate conlaudat.

SAlvum me fac. DOMINE. *quoniam defecit sanctus.* * *quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.*

Vana locuti sunt. unusquisque ad proximum suum. * *labia dolosa. in corde & corde locuti sunt mala.*

Disperdat DOMINUS *universa labia dolosa.* * *& linguam magniloquam.*

SAlvum [6] ÷ me ↕ fac. DOMINE. quoniam defecit sanctus. * quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.

Vana locuti sunt. unusquisque ad proximum suum. * labia dolosa. in corde & corde [7] locuti sunt.

Disperdat DOMINUS universa labia dolosa. * [8] & linguam magniloquam.

(1) *Holst. Pluet.* MSS. Basilicæ, & Florent. *pluit*, sed apud LXX. ἐπιβρέξει, ut & Faber, Cajet. S. Bruno, & Ambros.

(2) *Holst. justitiam dilexit.* Unus ex Basilicæ nostræ Codicibus, & Cassin. *justitias*, sicque LXX. Sixtinæ, & Complut. ubi in aliis δικαιοσύνην, quod Vulgata sequitur.

(3) *Mart. & Val.* ÷ qui ↕ autem &c. *quem obelum cum nostris MSS., facem præferente & Hebræo textu, bene omittit Thomasius.*

(4) *Alex.* Pluit. Pluit *& Vat. sed recenti videtur emendatione factum; & deinde notis omissis idem Vat.* ignis, sulphur, spiritus &c.

(5) *Vat.* Dominus ※ justitiam &c. *Pal. obelum & copulam nescit.*

(6) *Alex. & Vat. obelum hunc omittunt consentiente Heb. Psal. ejusd. MS. Alex. Vatic. autem scribit.* Salva me Domine: *& infra cum Alex.* deminutæ sunt veritates.

(7) *Mart. & Val. heic cum asterisco legunt* ※ loquuti sunt ↕ *Sed male; Græca enim:* ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν κακά. *Vat.* loquuti sunt mala.

(8) *Hanc copulam nesciunt MSS. Alexan. & Pal.*

Qui dixerunt · [1] *Linguam nostram magnificabimus* . * *labia nostra . a nobis sunt* · * *quis noster est Dominus?*

Propter miseriam inopum . & gemitum pauperum . * *nunc exurgam . dicit* DOMINUS ·

Ponam super SALUTARE *meum* · * *fiducialiter agam in eo* ·

Eloquia DOMINI . *eloquia casta* · * *argentum . igne examinatum terræ* . * *purgatum septuplum* ·

Tu [2] . DOMINE . *servabis nos & custodies nos* · * *a generatione hac in æternum* ·

In circuitu impii ambulant · * *secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum* ·

Qui dixerunt . Linguam nostram magnificabimus· * labia nostra . a nobis sunt · * quis noster Dominus est?

Propter miseriam inopum . & gemitum pauperum . * nunc exurgam . dicit DOMINUS ·

Ponam in SALUTARI · * fiducialiter [3] ÷ agam : in eo ·

Eloquia DOMINI . eloquia casta · * argentum igne examinatum . probatum terræ . * purgatum septuplum .

Tu [4] . DOMINE . servabis nos . * & custodies nos . a generatione hac in æternum ·

In circuitu impii ambulant · * secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum ·

ORATIO·

MIserere fragilitati nostræ . sanctissime Pater . & concede nobis Eloquia tua pudico corde continere . ut possimus a multiloqua dolositate insanientium declinare · Per·

D.I.N.

PSALMUS XII.

In Finem · Psalmus David ·

In Finem · Psalmus David ·

Respiciens Propheta Mundum idololatriæ mancipatam . credulitatem suam adventu sanctæ Incarnationis poscit expleri . ut vel sic confusa Gentilitas suum posset agnoscere Creatorem ·

USquequo . DOMINE . *oblivisceris me in finem ?* * *quousque avertis faciem tuam a me?*

Quamdiu ponam consilium [7] *in anima mea* · * *dolorem in corde meo per diem?*

Usque-

USquequo . [5] DOMINE . oblivisceris me in finem ? * usquequo avertis faciem tuam a me?

Quamdiu [7] ponam consilia in anima mea · * dolorem in corde meo per diem ?

Usque-

(1) *Holst. Lingua nostra magnificabimur* . Uterque MS. noster , & Cassin. *Linguam nostram magnificabimur* , ut LXX. sicque Fab. editio , Ambros. Psalt. S. Bruno , & Cassiodorus.

(2) *Holst. Tu Deus servabis nos* . Vaticani nostri , Florent. & Cassin. Item Faber , & Cajet. & Ambros. & S. Bruno : *Tu Domine* , ut LXX. & Vat.

(3) *Nostri MSS omnes , ut & Mart. atq. Val. hunc obelum minime legunt : nec tamen juxta Heb. textum reprabendendus Thomasius* .

(4) *Vat.* ʘ &) tu Domine &c. *tum vero Alex.* a generatione hac , & in æternum .

(5) *MSS. D.* 144. *& D.* 145. in animam meam *cum S. Brun. & Ver.*

(6) *Pal. vocem* Domine *obelo notat, fortasse Antiquarii incuria . Vatic. deinde cum Romano* : quousque avertis &c.

(7) *Idem Vat.* Quamdiù ponam ※ consilium) &c.

*Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * Respice · & exaudi me*[1]. DOMINE *Deus meus·*

*Illumina oculos meos. ne unquam obdormiam in morte. * ne quando dicat inimicus meus. Prævalui adversus eum·*

*Qui tribulant me. exultabunt. si motus fuero. * ego autem in tua misericordia*[2] *sperabo·*

Exultabit cor meum in SALUTARI *tuo. * cantabo* DOMINO. *qui bona tribuit mihi. * & psallam*[3] *nomini Domini Altissimi·*

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * Respice [4] ÷ & ‡ exaudi me. Domine Deus meus·

Illumina oculos meos. ne unquam obdormiam [5] in morte. * ne quando dicat inimicus meus. Pærvalui adversus eum·

Qui tribulant me. exultabunt. si motus fuero. * ego autem [6] in misericordia tua speravi·

Exultabit cor meum in SALUTARI tuo. * cantabo DOMINO. qui [7] ÷ bona ‡ tribuit mihi. * ÷ & psallam nomini Domini Altissimi ‡

ORATIO·

NE avertas faciem tuam a nobis. Omnipotens Deus. ne inimici nostri exaltentur adversus nos. sed ita cor nostrum Salutaris tui exultatione perfunde. ut facias nos somnum secundæ mortis evadere· Per eumdem Dominum nostrum &c.

PSALMUS XIII. D.I.N.

In Finem · Psalmus David ·

In Finem [9] · Psalmus David :

Ecclesia [8] *Judæos increpans (qui viso Domino minime crediderunt) inani eos trepidatione dicit confundi. qui fructuosum timorem Domini cognoscere noluerunt. eorum in finem sæculi conversionem prædicens.*

*DIxit insipiens in corde suo. Non est Deus. * Corrupti sunt. & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.*

*Non est qui faciat bonum. * non est usque ad unum·*

DOMI-

DIxit insipiens in corde suo. * Non est Deus·

Corrupti sunt [10] ÷ & ‡ abominabiles facti sunt in studiis ÷ suis ‡ * non est qui faciat bonum ÷ non est usque ad unum ‡

C 2 DOMI-

(1) Holst. *Deus Deus meus*: uterque Vatic. & Cassin. *Domine Deus meus*; ut LXX. Faber, & Cajet. & Ambros. & Vat.

(2) *Vat.* 84. spero.

(3) Uterque MS. Archivi S. Petri, ut & MS. Vatic. 84. *nomini tuo, Altissime*, cum S. Brunone.

(4) *Vat. obelum heic nescit. Alex. obelum & copulam. Palat. addit.* Diapsf.

(5) *Alex.* in mortem.

(6) *Vat.* in tua misericordia Ψ sperabo.)

(7) *Idem Vat. primum obelum non legit, secundo autem solum copulam jugulat cum Palat.* ÷ & ‡ psallam &c. *quod minus probandum.*

(8) *Idem omissa voce* Ecclesia *incipit*; Judæos increpat qui ...... inani eos trepidatione, dicens. confundi &c.

(9) *Vat.* ÷ Psalmus David.

(10) *Alex. primum hunc obelum nescit, & qui ex Hebræo adornavit ejusdem MS. alteram Versionem, copulam in eodem invenit. Vat. cum primo obelo & subsequentem secundum præterit, nec fortasse immerito. Pal. male tertio obelo* ÷ non est ‡ usque &c.

DOMINUS *de cælo prospexit super filios hominum* . * *ut videat . si est intelligens . aut requirens Deum* .

Omnes declinaverunt . simul inutiles facti sunt . * *non est qui faciat bonum . non est usque ad unum* .

Sepulchrum patens est guttur eorum . * *linguis suis dolose agebant* . * *venenum aspidum sub labiis eorum* .

Quorum os maledictione . & amaritudine plenum est . * *veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem* .

Contritio & infelicitas in viis eorum . * *& viam pacis non cognoverunt* . * *non est timor Dei ante oculos eorum* .

Nonne cognoscent omnes . qui operantur iniquitatem . * *qui devorant plebem meam sicut escam panis ?*

DEUM *non invocaverunt* . * *illic trepidaverunt timore* . * *ubi non erat timor* .

Quoniam Deus in generatione justa est . * *consilium inopis confudistis* . [1] *quoniam* DEUS *spes ejus est* .

Quis dabit . ex Sion . SALUTARE *Israel ?* * [2] *Dum avertet* DOMINUS *captivitatem plebis suæ* .

Lætetur Jacob . * *& exultet Israel* .

DOMINUS de cælo prospexit super filios hominum . * ut videat . si est intelligens [3] ÷ aut : requirens Deum .

Omnes declinaverunt . simul inutiles facti sunt . * non est qui faciat bonum . non est usque ad unum . [4]

÷ Sepulchrum patens est guttur eorum . * linguis suis dolose agebant . * [5] venenum aspidum sub labiis eorum :

÷ Quorum os . maledictione . & amaritudine plenum est . * veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem :

÷ Contritio . & infelicitas in viis eorum . * & viam pacis non cognoverunt . * non est timor Dei ante oculos eorum :

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem . * qui devorant plebem meam . [6] sicut escam panis ?

DOMINUM non invocaverunt . * illic trepidaverunt timore ÷ ubi non erat timor :

Quoniam Dominus in [7] generatione justa est . * consilium inopis confudistis . quoniam DOMINUS spes ejus est .

Quis dabit ex Sion SALUTARE Israel ? * Cum averterit DOMINUS captivitatem plebis suæ . * exultabit Jacob . [8] ÷ & : lætabitur Israel :

ORA-

(1) Holst. *Quoniam Deus spes ejus* . Omnes MSS. Vat. Flor. Cassin. addunt *est*, sicque græc. LXX. item Faber ; & Breviarum Cajet.

(2) *Vat.* 84. dum averterit .

(3) *Vat. & heic obelum omittit* .

(4) *Absoluto hoc versiculo uncialibus , ut ajunt, literis rubri coloris Palat. Cod. scribit :* Hi octo versus in Hebræis Codicibus non habentur : & *illos singulos singulis deinde obelis notat. De iisdem consulendus Hieron. Præfat. Libri* XVI. *Comment. in Isaiam ; aut qui Hieron. locum hoc loco exscripsit Vallarsius* .

(5) *Vat. alterum obelum hoc loci opponit , quo notat , qua usque ad finem versus sequuntur , ut & Mart. Val. atque Thomas. hinc enim initium versus tertii ex illis octo supra memoratis , quos distinctos vide apud Thomasium nostrum in altero Psalt.*

(6) *Vat.* tamquam cibum panis ; *qui & sequentis versiculi obelum præterit* .

(7) *Alex.* Quoniam Deus in generatione justa : consilium &c. *omissa voce* est . *Vat. deinde* confudisti *loco* confudistis . *Demum Pal. in fine* ℣. *addit* Diapſ.

(8) *Alex. hunc obelum nescit in Heb. Vers. copulam retinens . Vat.* in convertendo Dominus captivitatem plebis suæ ℣ lætetur Jacob , & exultet Israel .

ORATIO.

DIgnare. Domine. de cælo sancto tuo respicere super filios hominum. & da nobis agnoscere viam pacis. ut adversa vitiorum captivitate depulsa. cælestis Jerusalem habitaculis perfruamur. Per.

PSALMUS XIV. D.I.N.

Psalmus David. [1]

Psalmus David.

Propheticæ [2] *interrogationi respondet Dominus. in Decalogi exemplum decem virtutibus ad suæ Beatitudinis atria perveniri.*

*DOMINE. quis habitabit in tabernaculo tuo? * [3] aut quis requiescet in monte sancto tuo?*

*Qui ingreditur sine macula. * & operatur justitiam.*

Qui loquitur veritatem in corde suo. & non egit dolum in lingua sua.

*Nec fecit proximo suo malum. * & opprobrium non accepit adversus proximum suum.*

*Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus. * timentes autem DOMINUM. magnificat.*

*Qui jurat proximo suo. & non decipit eum. * qui pecuniam suam non dedit ad usuram. * & munera super innocentem non accepit.*

*Qui facit hæc. * non* [4] *commovebitur in æternum.*

DOMINE. quis habitabit in tabernaculo tuo? * [5] ÷ aut ⁝ quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula. * & operatur justitiam. [6]

Qui [7] loquitur veritatem in corde suo. * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum. * & opprobrium non accepit [8] adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus. * timentes [9] autem DOMINUM. glorificat.

÷ Qui ⁝ jurat [10] ÷ proximo suo ⁝ & non decipit. * ÷ qui ⁝ pecuniam suam non dedit ad usuram. * & munera super innocentem. non accepit.

Qui facit hæc. * non movebitur in æternum.

ORATIO.

COncede nobis. piissime Deus. sine macula ingredi Ecclesiam tuam. & averte nos a dolis proximi vel usuris. ut dum hæc secundum tuum observamus preceptum. non commoveamur ab æmulis suppliciis in æternum. Per.

PSAL-

(1) *Vatic.* 84. *pro Titulo habet:* Tituli inscriptio ipsi David. *Facile ex sequenti Psalmo.*

(2) *Vat.* Prophetiæ interrogationi respondet in Decalogi &c.

(3) *D.* 144. aut requiescet *omissa voce* quis, *fortasse exscriptoris incuria.*

(4) *Vatic.* 84. non movebitur.

(5) *MSS. Vat. & Alex. obelum hujus loci omittunt habente postremo voculam,* &, *in Heb. Vers. loco aut Vers. Gall.*

(6) *Apponitur heic a Pal.* Diaps.

(7) *Thom. Mart. Val. Pal.* ÷ Qui ⁝ loquitur veritatem; *jure tamen illum appingi non satis constat.* (8) *Vat.* adversus Ψ proximum suum.)

(9) *Idem*, autem Dominum Ψ magnificat.

(10) *Val. cum Pal. MS. secundum hunc obelum amovet. Vat. omnes omittit. Alex. infra* super innocentes.

D.I.N.

PSALMUS XV.

In [1] Tituli Inscriptione. Ipsi David.

Tituli Inscriptio. Ipsi David.

Christus pro humanitate [2] suscepta a Patre se conservari petit. eique gratias refert. quod sua potentia iniquitatem hujus sæculi superavit. [3] & post Resurrectionis gloriam in delectationibus dexteræ suæ eum collocavit.

*Conserva me. Domine. quoniam in te speravi. * Dixi* DOMINO. *Deus meus es tu. * quoniam bonorum meorum non indiges.*

*Sanctis. qui in terra sunt ejus. * [4] mirificavit omnes voluntates meas inter illos.*

*Multiplicatæ sunt enim infirmitates eorum. * postea acceleraverunt.*

*Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus. * nec memor ero nominum illorum. per labia mea.*

DOMINUS. *pars hæreditatis meæ & calicis mei. * Tu es [5] qui restituisti mihi hæreditatem meam.*

*Funes ceciderunt mihi in præclaris. * etenim hæreditas mea præclara est mihi.*

Benedicam DOMINUM. *qui mihi tribuit intellectum. * insuper. & usque ad noctem. increpaverunt me renes mei.*

Providebam DOMINUM *in conspectu meo. semper. * quoniam a dextris est mihi. ne commovear.*

Pro-

Conserva me. Domine. [6] quoniam speravi in te. * Dixi DOMINO. Deus meus es tu. * quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis. qui sunt in terra [7] ejus. * mirificavit ※ omnes‡ voluntates meas. in eis.

Multiplicatæ [8] sunt infirmitates eorum. * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus. * nec memor ero [9] nominum eorum per labia mea.

DOMINUS. pars hæreditatis meæ & calicis mei. * Tu es. [10] qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris. * [11] etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam DOMINUM. qui tribuit mihi intellectum. * insuper. & [12] usque ad noctem. increpuerunt me renes mei.

Providebam [13] DOMINUM in conspectu meo. semper. * quoniam a dextris est mihi. ne commovear.

Pro-

(1) *MSS. Archivi S. Petri habent.* Tituli inscriptio, ipsi David. *MS. alter apud Thom.* ipsius David.

(2) *Vat. mittit vocem* suscepta, *& supra in primo Titulo.* Tituli inscriptio Psalmus ipsi David.

(3) *Idem*, ut post &c.

(4) *D.* 144. magnificavi: *alter D.* 145. mirificavi *cum S. Brunone.*

(5) *Vat.* 84. qui restitues mihi

(6) *Alex. & Vat.* quoniam in te speravi. Dixi Domino, Dominus meus es tu.

(7) *Errat allata sæpe de caussa Val. notans hanc vocem*, ejus, *a Thomasio obelo non confgi. Vide alterum ejus Psalt. MS. Alex.* mirificavit ※ mihi ‡ omnes &c. *quod tamen ejusdem Hebraicæ Versioni non respondet. Vat. deinde*, voluntates meas inter ♈ illos)

(8) *Idem Vat.* sunt ⊖ enim) infirmitates &c.

(9) *Idem rursus*, nominum illorum.

(10) *Idem*, qui ♈ restituisti) hæreditatem &c.

(11) *Mart. & Val.* & ÷ enim ‡ hæreditas mea *Thom. cum nostris MSS.* ÷ & ‡ enim hæreditas &c. *Pal. post hunc versiculum illico addit* Diapſ.

(12) *Vat.* & usque in noctem. *Alex.* benedicam Domino, qui tribuit mihi ...... & usque ad noctem increpaverunt.

(13) *Idem Vat.* Providebam ÷ Dominum ‡ in conspectu &c. *& infra*, ut non commovear: *qui & subsequentis versiculi obelum nescit.*

*Propter hoc delectatum est, cor meum. * & exultavit lingua mea. * insuper & caro mea requiescet in spe.*

*Quoniam non [1] derelinques animam meam in inferno. * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

*Notas mihi fecisti vias vitæ. * adimplebis me lætitia cum vultu tuo. * delectationes in dextera tua. usque in finem.*

Propter hoc lætatum est cor meum. * & exultavit lingua mea * ÷ insuper ⁝ & caro mea requiescet in spe.

Quoniam [2] non derelinques animam meam in inferno. * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ. * adimplebis me lætitia cum vultu tuo. * delectationes [3] in dextera tua ÷ usque ⁝ in finem.

ORATIO.

Conserva. Domine. sperantes in te. & effice voluntates tuas in nobis: ut clarificati lætitia Resurrectionis tuæ. mereamur a dextris tuis cum Sanctis omnibus delectari. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia &c.

PSALMUS XVI. D.II.N.

Oratio David. · Oratio [5] David.

Trifaria oratio ab Humanitate Christi in hoc Psalmo depromitur. Primo [4] enim secundum justitiam suam sibi petit debere restitui. Secundo ut a Judæorum insidiis ejus puritas liberetur. Tertio resurrectionem velocissimam deprecatur. ne inimicis diutius liceat insultare.

Exaudi DOMINE. *justitiam meam. * intende deprecationi meæ.*

*Auribus percipe orationem meam. non in labiis dolosis. * de vultu tuo judicium meum prodeat. * oculi mei videant æquitatem.*

*Probasti cor meum. & visitasti nocte. * igne me examinasti. & non est inventa in me iniquitas.*

*Ut non loquatur os meum opera hominum. * propter verba labiorum tuorum. ego custodivi vias duras.*

*Perfice gressus meus in semitis tuis: * ut non moveantur vestigia mea.*

Ego

Exaudi. [6] DOMINE. justitiam ÷ meam ⁝ * intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam. * non in labiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum prodeat. * [7] oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum [8]. ÷ & ⁝ visitasti nocte. * igne me examinasti. & non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum. * propter verba labiorum tuorum. ego custodivi vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis. *

(1) D. 144. non derelinquis.

(2) *Alex.* Quo non derelinquis; *& infra*, non dabis sanctum tuum &c.

(3) *Alex.* delectatio. *Vat.* in dextera tua in finem.

(4) *Idem*, Primo secundum justitiam &c. *omissa voce* enim; *& infra*, ut a Judæorum insidiis puritas liberetur.

(5) *Vat.* ipsi David.

(6) *Pal. Mart. Val. de more* ÷ Ex ⁝ audi &c. *Vat. vocem*, meam, *obelo notare prætermisit.*

(7) *Idem Vat.* oculi mei *cum Rom.*

(8) *Idem mf. obelum omittit. Alex. simul obelum & copulam.*

*Ego clamavi . quoniam exaudisti me Deus . * inclina aurem tuam mihi . & exaudi verba mea .*

*Mirifica misericordias tuas . * qui salvos facis sperantes in te . a resistentibus dexteræ tuæ .*

*Custodi me . Domine . ut pupillam oculi . * sub umbra alarum tuarum protege me . * a facie impiorum . qui me affixerunt .*

*Inimici mei animam meam circumdederunt . * adipem suum concluserunt . * os eorum locutum est superbiam .*

Projicientes me . nunc circumdederunt[1] *me . * oculos suos statuerunt declinare in terram .*

*Susceperunt me . sicut leo paratus ad prædam . * & sicut catulus leonis habitans in abditis .*

Exurge . DOMINE *. præveni eos . & subverte eos . *[2] eripe animam meam ab impio . * frameam inimicorum de manu tua .*

DOMINE *. a paucis . [3] a terra dispertire eos . * & supplanta eos . in vita ipsorum .*

De absconditis tuis adimpletus est venter

tuis . * ut non moveantur vestigia mea .

Ego clamavi . quoniam exaudisti me . Deus . * inclina aurem tuam mihi [4] ÷ & ⁝ exaudi verba mea .

Mirifica misericordias tuas . * [5] qui salvos facis sperantes ÷ in te ⁝ .

A resistentibus dextræ tuæ custodi me . * ut pupillam oculi .

Sub umbra alarum tuarum [6] protege me . * a facie impiorum . qui me afflixerunt .

Inimici mei animam meam [7] circumdederunt . * adipem suum concluserunt . * os eorum locutum est superbiam .

Projicientes me nunc circumdederunt me . * oculos suos statuerunt declinare in terram .

Susceperunt me . sicut leo paratus ad prædam . * & [8] sicut catulus leonis habitans in abditis .

Exurge [9] DOMINE . præveni eum . & supplanta eum . * eripe animam meam ab impio . * frameam tuam ab inimicis manus tuæ .

DOMINE [10] a paucis de terra divide eos in vita eorum . * de absconditis tuis

(1) *MS. D. 144. omittit hoc loci voculam* me .

(2) *Holst. & eripe animam meam :* Uterque MS. expunxit particulam *&* , ut in Hebræo & Græco ; neque eam agnoscit Faber , & Cajet. & Ambros. & Bruno , & Vat.

(3) *Holst. Domine a paucis a terra dispertire eos in vita ipsorum :* Manuscripti Codices nostræ Basilicæ , & Florentinus , item Faber , & Cajet . Psalter. & Bruno , Vatic. ita hunc versum auctiorem legunt . *Domine a paucis a terra dispertire eos : & supplanta eos in vita ipsorum* ; Quod ex antecedenti versu huc translatum ; nam ubi nostra Versio legit . *Et subverte eos* , id alius Interpres , sive potius Hieronymus magis proprie vertit , *& supplanta eos* . In Alterii Editione vestigia hujus lectionis supersunt ; bis enim ibidem *eos* legitur , ut alia quædam verba intercessisse facile videas , quæ postea exciderint .

MS. D. 144. habet : Domine a paucis de terra.

(4) *Pal. Mart. Val.* ÷ & ex ‡ audi . *Vat. heic & subsequenti versiculo obelos nescit .*

(5) *Mart. & Val.* ÷ qui ‡ salvos facis , *quod minus apposite factum videtur ob non semel indicatam rationem ; Hebræus enim reddit* , servator , *aut* salvator .

(6) *Alex.* proteges me .

(7) *Idem Alex.* circumdederunt ※ super me ‡ *Huic notæ & vocibus sub illis positis non respondet ejusdem MS. ex Heb. Versio ; licet Hebræum hodiernum easdem voces resonet : tum idem MS. versum concludit :* os eorum locutum est in superbia .

(8) *Alex.* sicut catulos : catulus *tamen legendum* .

(9) *Mart. Val. & Pal.* ÷ Ex ‡ surge ; *& deinde Vat.* præveni eos , & subverte eos .

(10) *Idem Vat.* Domine a paucis a terra dispertire eos in vita ipsorum ; & de absconditis &c. *versu sequenti idem MS.* saturati sunt filii ; & reliquerunt , quæ superfuerunt parvulis suis .

*venter eorum · * faturati funt porci. na . & reliquerunt . quæ fuperfuerunt . parvulis fuis ·*

*Ego autem cum juftitia apparebo in confpectu tuo · * fatiabor . dum manifeftabitur gloria tua .*

tuis adimpletus eft venter eorum ·

Saturati funt filiis · * & dimiferunt reliquias fuas parvulis fuis ·

Ego [1] ÷ autem ‡ in juftitia apparebo confpectui tuo · * fatiabor . cum apparuerit gloria tua ·

ORATIO.

CONverte . Domine . oculos cordis noftri ad cernendam tui Judicii veritatem . ut dum hic igne fpiritali probamur . de tuis in æternum confpectibus cum fructu juftitiæ fatiemur · Per ·

PSALMUS XVII. D.II.N.

In Finem · [2] Puero Domini . David . qui locutus eft ad Dominum . verba Cantici hujus . in die qua eripuit eum Dominus de manu Saul . & de manu omnium inimicorum ejus . & dixit ·

In Finem . Puero Domini . David . [4] qui locutus eft Domino verba Cantici hujus in die . qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus . & de manu Saul . & dixit ·

Propheta Domino gratias agit . quod eum de gravibus periculis liberaverit · loquiturque Ecclefia . quod ante adventum Domini innumeras pertulerit calamitates · Vox etiam Chrifti inducitur . ubi virtus ejus . poteftafque defcribitur ·

D*Iligam te.* DOMINE. *virtus mea ·* * [3] DOMINUS . *firmamentum meum & refugium meum ·*

Et liberator meus . Deus meus . * *adjutor meus . fperabo in eum ·*

Protector meus . & cornu falutis meæ . * *adjutor meus · Laudans invocabo* DOMINUM . * *& ab inimicis meis falvus ero ·*

Circumdederunt me gemitus mortis ·

DIligam te . DOMINE . [5] fortitudo mea · * DOMINUS firmamentum meum . & refugium meum . & liberator meus ·

Deus meus . adjutor meus . * & fperabo in eum ·

Protector meus . & cornu falutis meæ . * [6] ÷ & ‡ fufceptor meus ·

Laudans invocabo DOMINUM · * & ab inimicis meis falvus ero ·

(1) *Idem rurfus hic* Ψ. *obelo omiffo ita fe habet* : Ego autem Ψ cum) juftitia apparebo in confpectu tuo : Ψ fatiabor , dum manifeftabitur mihi gloria tua .

(2) *Variat aliquantulum hicce Titulus in utroque MS. Archivi S. Petri , legitur fiquidem .* In finem puero, qui locutus eft ad eum verba ......, qua eripuit eum de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul , & dixit . *Vat.* 84. *omittit poftremum iftud , &* dixit ; *fupra habet ,* quæ locutus eft ; *in aliis Archivi MSS. confonant . Eadem ratione Titulum hunc legi & in altero mf. notaverat ipfe Thomafius ad calcem fui exemplaris hujufce Pfalterii .*

(3) *MS. D.* 144. Domine , firmamentum meum *juxta Auguft. Brun. Ver.*

(4) *Vat.* quæ locutus eft ad Dominum verba : *& infra ,* de manu inimicorum ejus , *miffa voce* omnium . Quæ locutus eft &c. *habet & MS. Alex.*

(5) *Vat. cum Romano heic ait* : virtus mea *Alex. infra,* Domine, firmamentum meum &c.

(6) *Hanc notam Vat. prætcrit .*

*tis. * & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.*

*Dolores inferni circūdederunt me. * præverunt me laquei mortis.*

Et in tribulatione mea invocavi DOMINUM. * *& ad Deum meum clamavi.*

*Et exaudivit. de templo sancto suo. vocem meam. * [1] & clamor meus in conspectu ejus. introivit in aures ejus.*

*Et commota est. & contremuit terra. * fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt. * quoniam [2] iratus est eis Deus.*

*Ascendit fumus in ira ejus. * & ignis a facie ejus exardescit. * carbones succensi sunt ab eo.*

*Et inclinavit cælos. & descendit. * & caligo sub pedibus ejus.*

*Et ascendit super Cherubim. & volavit. * volavit super pennas ventorum.*

*Et posuit tenebras latibulum suum. * in circuitu ejus tabernaculum ejus. * tenebrosa aqua in nubibus aeris.*

*Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt. * grando & carbones ignis.*

Et

Circumdederunt [3] me dolores mortis. * & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Dolores inferni circūdederunt me. * præoccupaverunt me [4] laquei mortis.

In [5] tribulatione mea invocavi DOMINUM. * & ad Deum meum clamavi.

÷ Et ↕ [6] exaudivit de templo ÷ sancto ↕ suo vocem meam. * & clamor meus in conspectu ejus. introivit in aures ejus.

Commota est & contremuit terra. * [7] fundamenta montiū conturbata sunt & commota sunt. * quoniam iratus est ÷ eis ↕

Ascendit fumus in ira ejus. * & ignis a facie ejus [8] exarsit. * carbones succensi sunt ab eo.

Inclinavit [9] cælos. & descendit. * & caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Cherubim. & volavit. * volavit super pennas ventorum.

÷ Et ↕ [10] posuit tenebras. latibulum suum. * in circuitu ejus tabernaculum ejus. * tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt [11] ※ grando & carbones ignis ↕

Et

(1) *Holst.* Uterque MS. Basil. Vat. & Psalter. Cajet. & S. Bruno; *& clamor meus in conspectu ejus, & introivit in aures ejus*; interjecta copula, quam nec Hebr. nec Græci Codd. agnoscunt; uti nec Faber, neque Ambros. neque Vat.

(2) *Holst. Iratus est ei Deus.* Omnes veteres Libri constanter legunt *eis*, & sic LXX. Faber, & Ambros. & Bruno, & Vatic. & Bandinus ita in suo Codice emendarat. (3) *Vat.* me Ψ gemitus) mortis. *Alex. infra*, iniquitates.

(4) *Alex.* dolores mortis, *licet alterius manu & quidem recentiori emendetur apposita voce* laquei. *Vat.* prævenerunt me laquei mortis.

(5) *Alex.* In tribularer invocavi &c. *Vat.* Et cum tribularer invocavi &c. *Val.* ÷ Et ↕ in tribulatione.

(6) *Val. cum Pal.* ÷ Et ex ↕ audivit. *A Vat. cum præsenti & subsequens obelus omittitur.*

(7) *Omnes nostri MSS. copulam addunt ante vocem* fundamenta, *non prætereunda sane juxta Heb. textum & asterisco notanda si in Græcis exemplaribus non invenias. Vat. omisso subsequenti obelo ait*: iratus est eis Dominus.

(8) *Idem Vat.* exardescit.

(9) *Alex. & Vat.* Et inclinavit. *Hæc copula esset obelo notanda juxta exemplar ejusdem MS. Alex. eam non deprehendens in Heb. textu. Si alia tamen exemplaria sequaris, asteriscum potius, quam obelum eidem præfiges.*

(10) *Vat. hunc obelum præterit.*

(11) *Omnes nostri MSS. nec non & Mart. atque Val. ut & Thomasius ipse hocce signum sustulere. Alex.* in conspectu eius nubes ÷ ejus ↕ transierunt: *& re quidem vera vox illa*, ejus *non esset prætereunda, sed asterisco potius fulgere deberet, quam obelo obtenebrari. Vat.* Præ fulgore Θ ejus) in conspectu ejus, nubes Θ ejus) transierunt.

Et intonuit de cælo DOMINUS . * *& Altissimus dedit vocem suam* .

Misit sagittas suas . & dissipavit eos . * *fulgura multiplicavit . & conturbavit eos* .

Et apparuerunt fontes aquarum . * *& revelata sunt fundamenta orbis terræ* .

Ab increpatione tua . DOMINE . * *ab inspiratione spiritus iræ tuæ* .

Misit de summo . & accepit me . * *& assumpsit me de multitudine aquarum* .

Eripuit me de inimicis meis fortissimis . * *& ab his . qui oderunt me* . * *quoniam confortati sunt super me* .

Prævenerunt me in die afflictionis meæ . * *& factus est* DOMINUS *protector meus* . * [1] *& eduxit me in latitudinem* . * *salvum me fecit . quoniam voluit me* .

Et retribuet mihi DOMINUS *secundum justitiam meam* . * *& secundum innocentiam manuum mearum retribuet mihi* .

Quia custodivi vias DOMINI . * *nec impie gessi a Deo meo* .

Quoniam omnia judicia ejus . in conspectu meo sunt semper . * [2] *& justitiam ejus non repuli a me* .

Et

Et intonuit de cælo . DOMINUS .* & Altissimus dedit vocem suam . * [3] ※ grando & carbones ignis :

Et misit sagittas suas . & dissipavit eos . * [4] fulgura multiplicavit . & conturbavit eos .

Et apparuerunt fontes aquarum . * & revelata sunt fundamenta orbis [5] ÷ terrarum :

Ab increpatione tua . DOMINE . * ab inspiratione spiritus iræ tuæ .

Misit de summo. [6] & accepit me . * & assumpsit me de aquis multis .

Eripuit [7] me de inimicis meis fortissimis . * & ab iis . qui oderunt me . * quoniam confortati sunt super me .

Prævenerunt me in die afflictionis meæ . * & factus est . DOMINUS . protector meus .

Et [8] eduxit me in latitudinem . * salvum me fecit . quoniam voluit me.

÷ Et : retribuet mihi DOMINUS secundum justitiam meam . * [9] ÷ & : secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi .

Quia custodivi vias DOMINI . * nec impie gessi a Deo meo .

Quoniam omnia judicia ejus in conspectu [10] meo . * & justitias ejus non repuli a me .

Et

(1) *Holst. Et eduxit me in latitudinem* . Ita Bandinus corrigendum notavit , & Cassin. Florent. & Vatic. alter sic scriptum exhibent , quod LXX. εἰς πλατυσμὸν respondet . Faber etiam & Psalt. Ambrosian. & Cajet. & S. Bruno ita legunt .

(2) *Vatic.* 84. & justitias ejus .

(3) *Vat. cum asterisco & voces sub illo positas præterit , quod commune est Codd. Aug. Cass. Rom. Fabri , Ambrosian. Psalt. Sabatier. Græc. Sixt. Veronensi, qui totidem sufficiũt argumenta & olim a Græcis exemplaribus easdem voces defuisse.*

(4) *Alex. & Vat. addita copula* , & fulgura , *ut in Heb. invenitur & Græco* .

(5) *Vat.* orbis terræ *omisso obelo , nec immerito spectato contextus Hebraici significatu* .

(6) *Pal. hanc copulam obelo prænotat* , ÷ & : accepit me . *Eadem reperitur in Heb. Vers. Cod. Alex. non autem in hodierno Heb. textu , qui nec reddit alteram copulam ante vocem* assumpsit , *unde & illa jure sublata a MS. Alex. & a Vat. scribente* : accepit me ⊖ &) assumpsit .

(7) *Alex.* Eripiet. me , *& infra cum Pal. & Vat.* ab his qui oderunt me .

(8) *Vat. omissa initio copula* : Produxit me in latitudinem , liberavit me , quoniam voluit me .

(9) *Idem Vat. secundo hoc obelo prætermisso ait* : & secundum innocentiam manuum mearum &c. *cui accinit Heb. Versio Cod. Alex. quæ versum istum concludens , ait* : retribuit mihi .

(10) *Alex.* in conspectu meo sunt , & justitia ejus &c. *nec obelo voci ,* sunt , *præmisso : melius Vat.* in conspectu meo ⊖ sunt semper)

*Et ero immaculatus coram eo · * & observabo me ab iniquitate mea ·*

Et retribuet mihi DOMINUS *secundum justitiam meam · * & secundum innocentiam manuum mearum . in conspectu oculorum ejus ·*

*Cum sancto sanctus eris . * & cum viro innocente innocens eris · & cum electo electus eris . * & cum perverso subverteris ·*

*Quoniam tu populum humilem salvum facies · * & oculos superborum humiliabis ·*

Quoniam [1] *tu illuminas lucernam meam .* DOMINE · * *Deus meus . illumina tenebras meas ·*

Quoniam [2] *in te eripiar a tentatione · * & in Deo meo transgrediar murum ·*

Deus meus . impolluta via ejus . eloquia DOMINI . *igne examinata · * protector est omnium sperantium in se ·*

Quoniam quis Deus . præter DOMINUM ? * *aut quis Deus . præter Deum nostrum ?*

Deus . qui præcinxit me [3] *virtutem · * & posuit immaculatam viam meam ·*

Qui [4] *perficit pedes meos tamquam cervi · * & super excelsa statuit me .*

Qui

Et ero immaculatus cum eo · * & [5] observabo me ab iniquitate mea ·

÷ Et ⁑ retribuet mihi DOMINUS secundum justitiam meam · * [6] ÷ & ⁑ secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus ·

Cum [7] sancto sanctus eris · * & cum viro innocente innocens eris ·

Et [8] cum electo electus eris · * & cum perverso perverteris ·

Quoniam tu populum humilem salvum facies · * & oculos superborum humiliabis ·

Quoniam tu illuminas lucernam meam . * DOMINE . Deus meus . [9] illumina tenebras meas ·

Quoniam in te eripiar a tentatione · * [10] & in Deo meo transgrediar murum ·

Deus ÷ meus ⁑ impolluta via ejus . * eloquia DOMINI . igne examinata · * protector est omnium [11] sperantium in se .

Quoniam quis Deus . præter DOMINUM ? * aut quis Deus . præter Deum nostrum ?

Deus . qui præcinxit me virtute . * & posuit immaculatam viam meam . [12]

Qui [13] perfecit pedes meos . tamquam cervorum . * & super excelsa statuens me ·

Qui

(1) *Holst. Quoniã tu illuminas lucernam meam, Domine : Deus meus illumina tenebras meas :* Sic uterque Vatic. distinguit cum LXX. Edit. Rom. & sic Cajet. & MS. Barberinus, & Vat. & Ambros.

(2) *MSS. D.* 144. *& Vatic.* 84. a te eripiar *cum Cass. & Brun. August. vero* & *Ver.* a te eruar . *Græc.* ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου.

(3) *Idem MS. D.* 144. virtute *juxta Aug. Cass. Brun.*

(4) *Denuo idem cum Vatic.* 84. perfecit , *ut & Aug. Cass. atque Bruno .*

(5) *Alex. cum Vat.* & observabo ab iniquitate mea .

(6) *Idem Alex. non obelo sed asterisco notavit hanc copulam , fortasse Antiquarii errore , licet idem MS. illam retineat & in Versione ex Heb. Vat. omissis duabus hujus Versiculi notis :* & secundum innocentiam manuum mearum . *Cetera primum obelum ad versus initium sustulere Thomas. Mart. & Val. nec immerito .*

(7) *Idem Vatic.* Cum justo justus eris .

(8) *Thomas. Mart. Val. cum. Alex. & Pal.* ÷ Et ⁑ cum electo . *Vat. deinde ,* & cum perverso subverteris ·

(9) *Alex.* inluminas .

(10) *Non visitur in Pal. ms. hæc copula .*

(11) *Vat. initio versiculi omissa obeli nota , deinde cum Alexandrino ms. finit :* Sperantium in eum . *Idem Alex. subsequenti versu ;* & quis Deus *mutata vocula aut in* & .

(12) *Heic legitur in Pal.* Diapsalma .

(13) *Vat.* Qui preficit .

Qui docet manus meas ad prælium. & posuit. ut arcum æreum. brachia mea.*

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ. & dextera tua suscepit me. & disciplina tua ipsa me docebit.*

Dilatasti gressus meos subtus me. & non sunt infirmata vestigia mea.*

Persequar inimicos meos. & comprehendam illos. & non convertar. donec deficiant.*

Affligam illos. nec poterunt stare. cadent subtus pedes meos.*

Et præcinxisti me [1] virtutem ad bellum. supplantasti omnes insurgentes in me. subtus me.*

Et inimicorum meorum dedisti mihi dorsum. & odientes me disperdidisti.*

Clamaverunt (nec erat qui salvos faceret) ad DOMINUM.* *nec exaudivit eos.*

Et comminuam illos. ut pulverem ante faciem venti. ut lutum platearum delebo eos.*

Eripies me de contradictionibus populi. constitues me in Caput Gentium.*

Populus (quem non cognovi) servivit mihi. [2] obauditu auris. obedivit mihi. Filii*

Qui [3] docet manus meas ad prælium.* Et posuisti. ut arcum æreum. brachia mea.

÷ Et ‡ [4] dedisti mihi protectionem salutis tuæ.* & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua [5] correxit me ÷ in finē.* & disciplina tua.ipsa me docebit‡

Dilatasti gressus meos subtus me.* & non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos. & comprehendam illos.* & non convertar. donec deficiant.

Confringam illos. nec poterunt stare.* cadent subtus pedes meos.

÷ Et ‡ [6] præcinxisti me virtute ad bellum.* & supplantasti insurgentes in me. subtus me.

÷ Et‡ inimicos meos dedisti mihi dorsum.* & odientes me disperdidisti.

Clamaverunt (nec erat qui salvos faceret) ad DOMINUM.* nec exaudivit eos.

÷ Et ‡ [7] comminuam eos. ut pulverem ante faciem venti.* ut lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi.* constitues me in Caput Gentiū.

Populus (quem non cognovi) servivit mihi.* [8] ÷ in ‡ auditu auris. obedivit mihi. Filii

(1) *D.* 144. virtute *cum Aug. Cass. & Brun.*

(2) *Holst. ab auditu auris obedivit mihi.* Uterque vetus Codex nostræ Basilicæ, & Florent. & Vat. expresse legunt, *obauditu auris*: ut & Faber edidit; atque ita jam olim hunc locum citavit S. Benedictus cap. 5. Regulæ Monasticæ, ubi Menardus hanc Romani Psalterii lectionem esse affirmat: & sic Bandinus hic corrigendum notavit, & ex Gregorii Magni Homil. 6. in Ezechielem, ubi eodem modo legitur. Ambrosianum quoque Psalter. ita exhibet *obauditu*.

(3) *Alex.* Qui doces manus meas in prælium: & posuisti arcum &c. *Pal.* posuit arcum, *sequiori tamen manu Vallarsii judicio.*

(4) *Omnes nostri MSS. ut & Mart. atque Vallars. hunc obelum nesciunt; Ille Alex. tamen Heb. Vers. eundem tuetur: qui in Gallicana copulam obelo jugulat ante vocem* ÷ & ‡ dextera, *quod hodierno Heb. textui minus conforme, licet ab aliquo interprete ea copula omittatur.*

(5) *Vat.* Stabilivit me in finem *obelo neglecto.*

(6) *Et hunc obelum omittunt omnes nostri MSS cum Thomas. Mart. & Vallars. Adstruit tamen Heb. Vers. Alex. qui in Gallicana habet:* virtute a bello: supplantasti &c. *omissa hac secunda copula, quæ nec in Heb. reperitur. Vat.* supplantasti omnes insurgentes &c. *Et initio subsequentis ℣. obelum esse expungendum Heb. textus ratio & MSS. nostri omnes suadent.*

(7) *Ut supra nostri MSS. obelum hoc loco rejiciunt, ut & Mart. atque Vallars. Alex.* Et comminuam illos; *qui & initio ℣. subsequentis scribit* Eripe me.

(8) *Omittunt & hoc loco obelum Pal. MS. atque Mart. & Val. Optimo jure adstrui a Thomasio*

Filii alieni mentiti sunt mihi . * *filii alieni inveteraverunt* . * *& claudicaverunt a semitis suis* .

Vivit DOMINUS . *& benedictus Deus meus* . * *& exaltetur Deus salutis meæ* .

Deus . qui das vindictam mihi . * [1] *& subdidisti populos sub me* .

Liberator meus [2] . *Dominus . de Gentibus iracundis . & ab insurgentibus in me . exaltabis me* . * *a viro iniquo eripies me* .

Propterea confitebor tibi in populis . DOMINE . * *& nomini tuo psalmum dicam* .

Magnificans salutare Regis ipsius . * *& faciens misericordiam* CHRISTO *suo . David* * *& semini ejus . usque in sæculum* .

Filii alieni mentiti sunt mihi . * filii alieni [3] inveterati sunt . * & claudicaverunt a semitis suis .

Vivit DOMINUS . & benedictus Deus meus . * & exaltetur Deus salutis meæ . [4]

Deus . [5] qui das vindictas mihi . * & subdis populos sub me . * Liberator meus de inimicis meis ÷ iracundis ‡

※ Et ‡ [6] ab insurgentibus in me . exaltabis me . * a viro iniquo eripies me .

Propterea confitebor tibi [7] in Nationibus . DOMINE . * & nomini tuo psalmum dicam .

Magnificans [8] salutes Regis ejus . * & faciens misericordiam CHRISTO suo . * David & semini ejus . usque in sæculum .

ORATIO.

Firmamentum spei . & refugium pressuræ nostræ . piissime Deus . salva nos ab inimicis & a laqueis mortis . ut assumpti de multitudine [9] circumstantium tribulationum . devotissime sancto Nomini tuo cum innocentiæ puritate psallamus . Per .

PSAL-

masio patet tum ex vetustissimi exemplaris Versionis Hieron. ex Heb. Cod. Alex. tum ex ipso Heb. textu (ubi litera ל *consuevit aliquando casum sextum denotare) tum etiam ex Vat. vinculam* in *prorsus nesciente quum ait* . obauditu auris obaudivit mihi . *Alex.* auditu aures &c.

(1) *Vatic.* 84. & subdis .

(2) *Holst. Liberator meus de gentibus iracundis* . In utroque Codice Vat. *Liberator meus Dominus de Gentibus iracundis* : Florentinum Exemplar legit *Domine*, ut apud Fabrum & Cajet. & sic Bruno , & Vat. quod ab Editoribus omissum puto , quia ab Heb. Græcisque Codd. abest.

MS. D. 144. Liberator meus Domine .

(3) *Vat.* inveteraverunt .

(4) *Heic legit Pal.* Diapsalma .

(5) *Alex.* Deus qui dat vindictas , *& in fine* ℣. liberator meus de gentibus iracundis , *omisso obelo , quem supplendum esse ejusdem MS. Heb. Versio exigit . Consentit & Heronymus epist. ad Sunniam & Fretelam , ubi postquam modestiæ ac sinceri pectoris argumentum insigne protulit emendationem ultro spondens eorum, quæ vel trāsferentis festinatione , vel scribentium vitio depravata sint , ad rem præsentem ait* : in Hebræo nihil aliud habet , nisi hoc , *liberator meus ab inimicis meis* . Septuaginta autem *iracundis* addiderunt. *Vallarsius hoc loco , licet non diffiteatur Hieronymi interpretationem Hebraico textui consonare , suscipit tamen & Septuaginta ab ea interpolatione , cujus ab Hieronymo postulantur , vindicare , atque insuper contendere pro suo MS. Palat. obelo notante vocem* ÷ meis ‡ *non alteram* , iracundis; *Hebræum vertendum esse* : liberator meus de inimicis iracundis . *Verum hæc innuisse sufficiat . Vat. postquam* subdidisti populos *scripserat , infra habet* : ※ de gentibus) iracundis .

(6) *Mart.* ÷ Et ‡ ab insurgentibus . *Alex. eam copulam cum adjuncta nota præterit . Notam præterit & Vat.*

(7) *Vat.* in gentibus , Domine : & nomini tuo psallam . *Alex.* & psalmum dicam nomini tuo .

(8) *Idem Vat.* salutaria Regis ipsius .

(9) *Vat.* circumstantiæ tribulationum .

PSALMUS XVIII. D.III.N.

In Finem · Psalmus David ·

Domini Prædicatores Propheta collaudans . ejus Incarnationem speciosissime describit · Necnon præcepta novi ac veteris Testamenti magnificans . ab occultis vitiis purgari se a Domino deprecatur ·

*CÆli enarrant gloriam Dei · * & opera manuum ejus* [1] *annunciat firmamentum ·*

*Dies diei eructat verbum · * & nox nocti indicat scientiam ·*

*Non sunt loquelæ neque sermones · * quorum non audiantur voces eorum ·*

*In omnem terram exivit sonus eorum · * & in fines orbis terræ verba eorum ·*

*In Sole posuit tabernaculum suum · * & ipse . tamquam sponsus . procedens de thalamo suo ·*

*Exultavit . ut gigas . ad currendam viam . a summo cælo egressio ejus · & occursus ejus . usque ad summum ejus . * nec est qui se abscondat a calore ejus ·*

Lex DOMINI *irreprehensibilis . convertens animas · * testimonium* DOMINI *fidele · sapientiam præstans parvulis ·*

Justitiæ DOMINI *rectæ lætificantes corda · * præceptum* DOMINI *lucidum . illuminans oculos ·*

Timor DOMINI *sanctus . permanet in sæculum sæculi · * judicia* DEI *. vera . justificata* [2] *in semetipsis ·*

Desiderabilia super aurum & lapidem

In Finem · Psalmus David ·

CÆli enarrant gloriam Dei · * & opera manuum ejus annunciat firmamentum ·

Dies diei eructat verbum · * & nox nocti indicat scientiam ·

Non sunt loquelæ neque sermones · * quorum non [3] audiantur voces eorum ·

In omnem terram exivit sonus eorum · * & in fines orbis ÷ terræ ‡ verba eorum ·

In [4] Sole posuit tabernaculum suum · * & ipse . tamquam sponsus . procedens de thalamo suo ·

Exultavit . ut gigas . [5] ad currendam viam · * a summo cælo egressio ejus ·

Et occursus ejus usque ad summum ejus · * [6] nec est qui se abscondat a calore ejus ·

Lex [7] DOMINI immaculata . convertens animas · * testimonium DOMINI fidele . sapientiam præstans parvulis ·

Justitiæ DOMINI rectæ . lætificantes corda · * præceptum DOMINI lucidum . illuminans oculos ·

Timor DOMINI sanctus . permanens in sæculum [8] ÷ sæculi ‡ * judicia DOMINI vera . justificata in semetipsa ·

Desiderabilia super aurum & lapidem

(1) *Vatic.* 84. annuntiant .

(2) *Utrque MS. Archivi S.Petri cum Vat.*84. *habet ,* in semetipsa .

(3 *Vat.* audientur , *qui & proxime sequentis* ℣. *obelum omittit* .

(4 *Thomasius in altero Psalt. cum Mart. & Val.* ÷ In ‡ sole ; *unde perperam scribit Vallars. apud Thomasium obelum tunce desiderari : & si desideraretur non ideo reprehendenda res foret, quum Heb. textus utrumque patiatur. Adde ab omnibus nostris MSS. eundem prætermitti* .

(5) *Alex.* ad currendam viam ÷ suam ‡ *postremam hanc vocem & Hieronymiano ævo in exemplaribus obtinuisse ipsemet Hieron. ad Sun. & Fretel. testatur dicens se illam sub veru additam invenisse , nec in Hebræo reperiri* .

(6) *Vat.* & non est qui se abscondat &c. *Palat. in fine* ℣. *addit* Diapſ.

(7) *Idem Vat.* Lex Domini irreprehensibilis .

(8) *Hac nota in Vat. non apparet* .

*dem pretiosum multum · * & dulciora super mel & favum ·*

*Nam & servus tuus custodit ea · * in custodiendo illa retributio multa ·*

*Delicta quis intelligit ? Ab occultis meis munda me . Domine · * & ab alienis parce servo tuo ·*

*Si mei non fuerint dominati . tunc immaculatus ero · * & emundabor a delicto maximo ·*

*Et erunt . ut complaceant eloquia oris mei · * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper ·*

DOMINE . *adjutor meus . * & redemptor meus ·*

dem pretiosum multum · * & dulciora super mel & favum ·

[1] ÷ Etenim ⁑ servus tuus custodit ea · * in custodiĕdis illis retributio multa ·

Delicta quis intelligit ? Ab occultis ÷ meis ⁑ munda me · * [2] ÷ & ⁑ ab alienis parce servo tuo ·

Si mei non fuerint dominati · tunc immaculatus ero . * [3] & emundabor a delicto maximo ·

Et [4] erunt . ut complaceant eloquia oris mei · * & meditatio cordis mei in conspectu tuo ÷ semper ⁑

DOMINE . adjutor meus . * & redemptor meus .

ORATIO.

Piissime Deus . [5] qui virginali thalamo egressus processisti ad liberandum nos . sicque demum ad Patris dexteram conscendisti . immensam misericordiam tuam exposcimus · ut Lege tua conversi . Præceptis inluminati . Testimoniis eruditi . mereamur & ab alienis & ab occultis vitiis emundari · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

D.III.N. PSALMUS XIX.

[6] Psalmus David ·

In Finem · Psalmus David ·

Rogat Propheta Ecclesiam exaudiri . petens illius consilium a Domino confirmari . dicensque Fideles non potestate Mundana . sed divina potentia magnificandos ·

Exaudiat te DOMINUS . *in die tribulationis · * protegat te nomen Dei Jacob ·*

*Mittat tibi auxilium de sancto · * & de Sion tueatur te ·*

Me-

Exaudiat te DOMINUS . in die tribulationis · * protegat te nomen Dei Jacob .

Mittat tibi auxilium de sancto · * & [7] de Sion tueatur te ·

Me-

(1) ÷ Et ⁑ enim servus tuus *secundis curis Thomas. cum Mart. & Val. qui postremus inopportune notat integram vocem* etenim *obelo ab eo confodi . Alex. infra* custodiet ea . *Vat.* in custodiendo illa retributio multa . *Et Pal. addit* Diapſ.

(2) *Secundum hunc obelum sustulit Thomasius: eodem carent & nostri MSS. sicut & Mart. atque Val. MS. Vatic. omisso & primo obelo hujus ℣. heic habet :* munda me ⊖ Domine) & ab alienis &c.

(3) *Idem Vat.* & mundabor .

(4) *Thomasius in altero Psalt.* ÷ & ⁑ erunt ; *consentiunt Mart. atque Val. qui more suo minus bene & hoc loco Thomasium notat . Eundem obelum prætermittunt omnes nostri MSS. & excludit exemplar Heb. Vers. Alex. quod unicum primæ Thomasianæ Editioni sufficiens præsidium esse posset . Vat. & subsequentem obelum nescit .*

(5) *Idem Vat.* qui Virginalis thalami egressu procedens liberasti nos &c.

(6) *Et huic titulo MS. D.* 144. *& alter a Thomasio in suo exemplari notatus præponunt :* In finem : *quæ verba omittuntur a Pal. Vatic.* 84. *interponit vocem* , ipsi .

(7) *Vat.* & de Sion suscipiat te ; *qui & ad finem ℣. subsequentis omittit* Diapsalma .

*Memor sit Dominus omnis sacrificii tui . * & holocaustum tuum pingue fiat .* Diapsalma .

*Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum . * & omne consilium tuum confirmet .*

Lætabimur in SALUTARI *tuo . * Et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur .*

Impleat DOMINUS *omnes petitiones tuas . * Nunc cognovi quoniam salvum faciet* DOMINUS CHRISTUM *suum . & exaudiet illum de cælo sancto suo . * in potentatibus salus dexteræ ejus .*

*Hi in curribus . & hi in equis . * nos autem in nomine* DOMINI *Dei nostri magnificabimur .*

*Ipsi obligati sunt . & ceciderunt . * [1] nos autem resurreximus . & erecti sumus .*

DOMINE . *salvum fac Regem . * & exaudi nos in die qua invocaverimus te .*

Memor sit omnis sacrificii tui . * & holocaustum tuum pingue fiat . *Diapsalma .*

Tribuat tibi secundum cor tuum . * & omne consilium tuum confirmet .

Lætabimur in SALUTARI tuo . * Et in nomine [2] Dei nostri magnificabimur .

Impleat DOMINUS omnes petitiones tuas . * Nunc cognovi . quoniam salvum [3] fecit DOMINUS CHRISTUM suum .

Exaudiet illum de cælo sancto suo . * in potentatibus salus dexteræ ejus .

Hi in curribus . & hi in equis . * nos autem in nomine DOMINI Dei nostri invocabimus .

Ipsi obligati sunt . & ceciderunt . * [4] nos autem surreximus . & erecti sumus .

DOMINE . salvum fac Regem . * ÷ & ⁝ exaudi [5] nos in die qua invocaverimus ÷ te ⁝

ORATIO.

IMple . Domine . petitiones nostras . & tamquam pinguissimum nos holocaustum assume . ut inimicorum [6] curribus obligatis . Salutaris tui opitulatione lætemur . Per eumdem Dominum nostrum &c.

PSALMUS XX. D.III.N.

In Finem . Psalmus [7] David .

In [9] Finem . Psalmus David .

Hic Psalmus Domini Salvatoris primo Incarnationem . & postea Deitatis facta . Propheta narrante decantat .

DOMINE . *in virtute tua lætabitur Rex . * & super* SALUTARE *tuum* [8] *exultabit vehementer .*

DOMINE . in virtute tua lætabitur Rex . * & super SALUTARE tuum [10] exultabit vehementer .

(1) *Vatic.* 84. nos vero resurreximus .
(2) *Vat.* Domini Dei nostri *cum Romano* .
(3) *Alex.* faciet .
(4) *Idem Alex. & Vat.* nos vero surreximus &c.
(5) *Vat. omissis hoc ỳ. obelis*; & exaudi nos in quacumque die invocaverimus te .
(6) *Vat.* cursibus .
(7) *Et hoc loci vocem* ipsi *Vatic.* 84. *interserit* .
(8) *D.* 144. exultavit .
(9) *Ex hoc Titulo Pal. sustulit voces* , in finem ; *Vat. eidem addit* , ipsi , *ante* David .
(10) *Vat. cum Pal.* exsultavit .

*Desiderium animæ ejus tribuisti ei · * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum .* Diapsalma ·

Quoniam prævenisti eum in [1] *benedictionibus dulcedinis · * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso ·*

Vitam [2] *petiit a te tribuisti ei * longitudinem dierum . in sæculum sæculi ·*

Magna est gloria ejus in SALUTARI *tuo ·* gloriam & magnum decorem* [3] *impones super eum ·*

*Quoniam dabis eum in benedictionem . in sæculum sæculi · * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo ·*

Quoniam Rex speravit in DOMINO *·* & in misericordia Altissimi non commovebitur ·*

*Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis · * & dextera tua inveniat omnes . qui te oderunt ·*

*Pones eos . ut clibanum ignis . in tempore vultus tui · ** DOMINUS *in ira sua conturbabit eos . * & devorabit eos ignis ·*

*Fructum eorum de terra perdes · * & semen eorum a filiis hominum ·*

Quoniam declinaverunt in te mala · cogitaverunt consilium . quod non potuerunt stabilire ·*

Quo-

Desiderium [4] cordis ejus tribuisti ei · * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum · *Diapsalma ·*

Quoniam prævenisti eum [5] in benedictionibus dulcedinis · * posuisti in capite ejus coronā de lapide pretioso ·

Vitam petiit a te · * [6] & tribuisti ei * longitudinem dierum , in sæculum & in sæculum ÷ sæculi ‡

Magna [7] est gloria ejus in SALUTARI tuo · * gloriam & ÷ magnum ‡ decorem impones super eum ·

Quoniam dabis eum in benedictionem . in sæculum ÷ sæculi ‡ * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo ·

Quoniam Rex sperat in DOMINO · * & in misericordia Altissimi non commovebitur ·

Inveniatur manus tuas omnibus inimicis tuis · * dextera tua inveniat [8] ÷ omnes ‡ qui te oderunt ·

Pones [9] eos . ut clibanum ignis . in tempore vultus tui · * DOMINUS in ira sua conturbabit eos . * & devorabit eos ignis ·

Fructum eorum de terra perdes · * & semen eorum a filiis hominum ·

Quoniam declinaverunt in te mala · * [10] cogitaverunt consilia . quæ non potuerunt ÷ stabilire ‡

Quo-

(1) *Holst. In benedictionibus dulcedinis ;* Uterque Codex MS. & Vat. Cassinens. quoque , & Florent. & Bruno legunt *benedictione* ; quod & Cajet. & Faber exhibent , & Ambrosianum : LXX. *ἐν εὐλογίας .*

Et noster Vatic. 84. in benedictione .

(2) *Holst.* MSS. nostri ita distinguunt . *Vitam petiit a te : tribuisti ei longitudinem :* & sic LXX. & Fabri Editio , & Ambrosianum , & S. Bruno .

(3) *Vatic.* 84. impone super eum . *Idem versu subsequenti* Quoniam dabis eum in benedictione ; *& paulo inferius altero ℣.* Quoniam rex sperat in Domino .

(4) *Alex.* Desiderium animæ ejus . *Deinde a Vat. & Pal.* Diapsalma *prætermittitur .*

(5) *Vatic.* prævenisti eum Ψ in benedictione) &c.

(6) *Eam copulans cum Pal. obelo confodit Vallars. cui adversatur vetustissimum exemplar Vers. ex Heb. nostri MS. Alex. qui ℣. initio habet .* Vitam petit a te . *Idem Pal. omittit obelum ante vocem* sæculi . *Vat. vero pro obelo ,* in sæculum ☧ sæculi .

(7) *Omnes nostri MSS. nesciunt vocem ,* est , *quam nec Hebræus reddit . Vat. obelum delet . Pal. alterum addit præpositionem abstrahentem a verbo* ÷ im ‡ pones ; *hujus vocis loco Alex. habet ,* impone super eum . *Et subsequentis ℣. obelus a Pal. & Vat. abest .*

(8) *Vat. hoc obelo destituitur . Mart. & Val. eodem confodiunt & relativum* qui ; *sed minus apposite ad Heb. textum reddentem ;* habentes odio te , *vel juxta Alex.* odientes te .

(9) *Vat.* ⊖ Quoniam) pones eos .

(10) *Idem MS.* cogitaverunt Ψ consilium) quod &c. *obelo prætermisso .*

*Quoniam pones eos dorsum · in reliquiis tuis * [1] præparare vultum illorum ·*

*Exaltare ; DOMINE ; in virtute tua · * cantabimus & psallemus virtutes tuas ;*

Quoniam pones eos dorsum · * in reliquiis tuis præparabis [2] vultum eorum ·

Exaltare ; DOMINE . in virtute tua · * cantabimus [3] & psallemus virtutes tuas ·

ORATIO.

BEnedic nos ; Domine ; benedictione dulcedinis . & comple tibi placitum desiderium nostrum . ut dum jugiter virtutes tuas suavi modulatione concinimus . longitudinem vitæ perpetuæ consequamur ; Per ;

PSALMUS XXI.

F. VI. H. I.

[4] In Finem · Psalmus David · Pro Assumptione matutina .

In Finem · Pro [7] Susceptione matutina · Psalmus David ·

In hoc Psalmo Christus de Passione sua ad Patrem loquitur . admonetque Fideles laudare Dominum . quia in Resurrectione sua Catholicam [5] respexit Ecclesiam ;

DEus . Deus meus . respice in me · quare me dereliquisti ? longe a salute mea . verba delictorum meorum ;*

*Deus meus . clamabo per diem . nec exaudies · * [6] in nocte . & non ad insipientiam mihi ·*

*Tu autem in sancto habitas . laus Israel . in te speraverunt patres nostri · * speraverunt . & liberasti eos ·*

*Ad te clamaverunt . & salvi facti sunt · * in te speraverunt . & non sunt confusi ·*

*Ego autem sum vermis . & non homo · * opprobrium hominum . & abjectio plebis ·*

Omnes . qui videbant me . aspernabantur

DEus . Deus meus . [8] ÷ respice in me ; * quare me dereliquisti ? longe a salute mea verba delictorũ meorum ·

Deus meus . [9] clamabo per diem ; & non exaudies · * & nocte . & non ad insipientiam mihi ·

Tu autem in sancto habitas . * laus Israel ·

In te speraverunt patres nostri · * speraverunt . & liberasti eos ·

Ad te clamaverunt . & salvi facti sunt · * in te speraverunt . & non sunt confusi ·

Ego autem sum vermis . & non homo · * opprobrium hominum . & abjectio plebis .

(1) *Vatic.* 84. præparabis .

(2) *Vat. cum Alex.* vultum illorum .

(3) *Alex.* & psallimus .

(4) *MSS. S. Petri & Vatic.* 84. *eum Titulum ita efferunt :* In finem , pro susceptione matutina : Psalmus ipsi David .

(5) *Vat.* rexit &c.

(6) *S. Petri MSS.* nec exaudies , & nocte , *ut & Aug. Cas. S. Bruno , & Ver. Græc. etiam ,* ἐ ἐκ εἰσακούσῃ ἐ νυκτός .

(7) Assumptione *uterque MS. Alex. & Pal. discrepantes inter se quoad verborum ordinem , nam Alex. nostrum sequitur , alter vero .* In Finem Psalmus David . Pro &c.

(8) *Alex.* ÷ respice me ‡ *Græc.* πρόσχες μοι : *& Veronensis Cod.* respice me .

(9) *Vat.* clamabo per diem ⊖ ad te) nec exaudies ,

*bantur me · * locuti sunt labiis . & moverunt caput ·*

Speravit in DOMINO *. eripiat eum · * salvum faciat eum . quoniam vult eum ·*

*Quoniam tu es . qui abstraxisti me de ventre . spes mea ab uberibus matris meæ . * in te jactatus sum ex utero · de ventre matris meæ . Deus meus es tu ·*

*Ne discesseris a me . quoniam tribulatio proxima est · * & non est . qui adjuvet ·*

*Circumdederunt me vituli multi · * tauri pingues obsederunt me ·*

Aperuerunt [1] *in me os suum . * sicut leo rapiens & rugiens · sicut aqua effusa sunt . * & dispersa sunt omnia ossa mea ·*

Et factum est cor meum . [2] *tamquam cera liquefiens . * in medio ventris mei ·*

*Exaruit . velut testa . virtus mea . & lingua mea adhæsit faucibus meis ·** [3] *& in pulverem mortis deduxisti me ·*

*Quoniam circumdederunt me canes multi · * concilium malignantium obsedit me ·*

Foderunt manus meas & pedes meos

Omnes [4] videntes me . deriserunt me · * locuti sunt labiis . ÷ & ⁝ moverunt caput ·

Speravit in DOMINO . eripiat eum · * salvum faciat eum . quoniam vult eum ·

Quoniam tu es . qui extraxisti me de ventre · * spes mea ab uberibus matris meæ . in te projectus sum ex utero ·

De ventre matris meæ . Deus meus es tu · * ne discesseris [5] ※ a me ⁝

Quoniam tribulatio proxima est · * quoniam non est . qui adjuvet · [6]

Circumdederunt me vituli multi · * tauri pingues obsederunt me ·

Aperuerunt [7] super me os suum . * sicut leo rapiens & rugiens ·

Sicut aqua effusus sum · * & dispersa sunt [8] omnia ossa mea ·

Factum est cor meum . tamquam cera liquescens . * in medio ventris mei ·

Aruit . tamquam testa . virtus mea · * [9] & lingua mea adhæsit faucibus meis · * & in pulverem mortis deduxisti me ·

[10] ÷ Quoniam ⁝ circumdederunt me canes ÷ multi ⁝ * concilium malignantium obsedit me ·

Foderunt manus meas . & pedes meos

(1) *D.* 145. Aperuerunt super me os suum . *sicut Bruno , & Ver. Et infra alter D.* 114. Sicut aqua effusus sum , *cui etiam respondent iidem Bruno , & Ver.*

(2) *Holst. Tanquam cera liquescens .* MSS. nostri & Cassin. & Psalter. Cajet. & Bruno , & Vatic. *liquefiens* , quod ego verum & genuinum existimo Vulgati Interpretis vocabulum ; idque elegantiori postea permutatum a S. Hieronymo . S. August. in secunda Expositione legit *liquens* ; LXX. *ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος* .

(3) *Holst. Et in pulverem mortis deduxisti me .* MSS. unanimiter omnes habent *deduxerunt me* ; atque ita Faber , & Cajet. & Bruno & Vatic. LXX. *κατήγαγές με* .

Et noster Vatic. 84. deduxerunt me .

(4) *Vat.* Omnes qui concupiscebant me, aspernabantur me : locuti &c. *Et infra cum Pal. obelum omittit .*

(5) *Male Vallars. hoc loco pro asterisco obelum posuit ; quandoquidem illud ,* a me , *omnium consensione reperitur in Heb. textu, rem confirmante & Alex. Heb. Vers. Abfuisse* autem *a Græco argumento sunt manuscripti Codices asterisco idem notantes : & si qui inveniuntur nullum signum habentes ut Vatic. noster , aut obelum pro asterisco notantes , ut Sorbonicus ille quem Martianæus rejicit , Antiquariorum vitio res tribuenda . Vat. hoc loco* : ne discedas a me .

(6) Diapsalma *heic habet Pal.*

(7) *Vat.* aperuerunt Ψ in) me .

(8) *Alex.* universa ossa mea . *Vat.* sicut aqua effusa sunt &c.

(9) *Alex.* & in lingua mea , *& infra* , & in limum mortis &c. *Vat.* Exaruit tanquam testa .

(10) *Omnes nostri MSS. Thomas. in altero Psalt. Mart. & Val. unanimi consilio hunc obelum sustulere, nec immerito. Eundem tamen tuetur vetustissimum exemplar Heb. Vers. MS. Alex. Vat. & sequens obelus prætermittitur :*

meos · * *& dinumeraverunt omnia ossa mea* ·

Ipsi vero . *consideraverunt* . *& conspexerunt me* · * *diviserunt sibi vestimenta mea* · * *& super vestem meam miserunt sortem* ·

Tu autem . DOMINE . *ne longe facias auxilium tuum a me* · * *ad defensionem meam aspice* ·

Erue a framea animam meam · * *& de manu canis unicam meam* ·

Libera me de ore leonis · * *& a cornibus unicornuorum humilitatem meam* ·

Narrabo nomen tuum fratribus meis · * *in medio Ecclesiæ laudabo te* ·

Qui timetis DOMINUM *laudate eum* · * *universum semen Jacob . magnificate eum* ·

Timeat eum omne semen Israel · * *quoniam non sprevit . neque despexit preces pauperum* · *neque avertit faciem suam a me* . * *& dum clamarem ad eum . exaudivit me* ·

Apud te laus mihi in ecclesia magna · * *Vota mea Domino reddam* . *coram timentibus eum* ·

Edent pauperes . & saturabuntur · * *& laudabunt* DOMINUM . *qui requirunt eum* ·

Vivet cor eorum in sæculum sæculi · * *Reminiscentur . & convertentur ad* DOMINUM *universi fines terræ* ·

Et adorabunt in conspectu ejus * *omnes patriæ Gentium . quoniam* DOMINI

meos · * dinumeraverunt omnia ossa mea ·

Ipsi vero [1] consideraverunt . & inspexerunt me · * diviserunt sibi vestimenta mea . * & super vestem meam miserunt sortem ·

Tu autem . DOMINE . ne elongaveris auxilium tuum a me · * ad defensionem meam [2] conspice ·

Erue a framea [3] ÷ Deus ⁑ animam meam · * ÷ & ⁑ de manu canis . unicam meam ·

Salva me ex ore leonis · * & a cornibus [4] unicornium humilitatem meã ·

Narrabo nomen tuum fratribus meis · * [5] in medio Ecclesiæ laudabo te ·

Qui timetis DOMINUM laudate eum · * universum semen Jacob [6] glorificate eum ·

Timeat eum omne semen Israel · * quoniam non sprevit . neque despexit [7] deprecationem pauperis ·

Nec avertit faciem suam a me · * & cum clamarẽ ad eum. exaudivit ÷ me⁑

Apud te [8] laus mea in ecclesia magna · * Vota mea reddam in conspectu timentium eum ·

Edent pauperes . & saturabuntur · * ÷ & ⁑ laudabunt DOMINUM . qui requirunt eum · * vivent corda eorum in sæculum ÷ sæculi ⁑

Reminiscentur . & convertentur ad DOMINUM . * universi fines terræ ·

Et adorabunt in conspectu ejus * [9] universæ familiæ Gentium ·

Quo-

(1) *Vat.* consideraverunt , & conspexerunt me.
(2) *Vat. idem* , inspice .
(3) *Omnes nostri MSS. hoc obelo , & voce* Deus *destituuntur ; quod notante Vallars. rectius se habet , utpote Græco magis consonum . Vatic. utroque obelo delete* : Eripe a framea animam meam . (4) *Item Vat.* unicornuorum .
(5) *Alex.* in media Ecclesia laudabo te .
(6) *Idem Alex.* magnificate eum . *Pal. heic adponit* . Diapsalma ,

(7) *Vat.* deprecationes pauperis , *qui & proxime sequenti* ℣. *obelum omittit* . *Alex.* pauperum .
(8) *Vat.* Apud te laus ※ mihi ⁑ in Ecclesia magna : vota mea ÷ Domino ⁑ reddam &c. *Idem* ℣. *subsequentem orditur* · Manducabunt pauperes &c. *omissis deinde obelis , quorum postremus abest. & a Pal.*
(9) *Vat.* omnes patriæ gentium , *& proximum sequentis* ℣. *obelum præterit* . *Alex. eodem* ℣. Quoniam Dei est regnum .

NI est Regnum . & ipse dominabitur Gentium ·

*Manducaverunt . & adoraverunt omnes divites terræ · * in conspectu ejus procident universi . qui descendunt in terram ·*

*Et anima mea ipsi vivet · * & semen meum serviet illi ·*

Annuntiabitur DOMINO *generatio ventura · * & annuntiabunt cæli justitiam ejus . * populo qui nascetur . quem fecit Dominus ·*

Quoniam DOMINI est Regnum · * & ÷ ipse ‡ dominabitur Gentium ·

Manducaverunt . & adoraverunt [1] omnes pingues terræ · * in conspectu ejus cadent omnes . qui descendunt in terram ·

Et anima mea illi vivet · * ÷ & ‡ semen ÷ meum ‡ serviet ipsi ·

Annuntiabitur [2] DOMINO generatio ventura · * & annuntiabunt cæli justitiam ejus . * populo qui nascetur . quem fecit ÷ Dominus ‡

ORATIO.

CAput misericordiæ Deus . qui propter nos descendens in uterum Virginis . [3] addictus ligno . perfossus clavo . vestimentis insuper sorte divisis . surrexisti liber ab inferis . precamur . ut hujus commercii non immemor . sis Populi ab ore leonis ereptor . qui fuisti quondam Patribus in te sperantibus liberator · Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti . Deus &c.

ALIA.

DOmine Deus . qui Patres nostros clamantes ad te liberasti . & in te sperantes salvasti . te quæsumus ac præcamur . ne longe facias auxilium tuum a nobis . ad defensionem nostram respice . & salva nos de ore leonis . fortis & potens · Per ·

D. *sive* F. V.
H. I.

PSALMUS XXII.

Psalmus David ·

Psalmus [4] David ·

Per totum Psalmum renatus in Baptismo Christianus gratias agit . quia de ariditate peccati ad loca pascuæ & ad aquam sit refectionis adductus .

DOMINUS *regit me . & nihil mihi deerit · * in loco pascuæ . ibi me collocavit ·*

Super

DOMINUS [5] regit me . & nihil mihi deerit · * in loco pascuæ . ibi me collocavit ·

Super

(1) *Vat. Idem*, omnes divites terræ : in conspectu ejus procident omnes &c. *omissis duobus sequentis* ℣. *obelis .*

(2) *Idem Vat.* Et annuntiabitur Domino &c. *infra post vocem* annuntiabunt *omnes nostri MSS. nec non & Mart. atque Val. vocem* cæli *nesciunt : Vat. & Pal. etiam obelum .*

(3) *Vat.* addictus clavo , in vestimentis insuper &c. *Cetera MS. iste unicam post unumquemque Psalmum Orationem exhibet , illamque quam perpetuo Thomasius primo loco reposuit . Quæ secunda est , aliquando visitur in altero Vat.*84.

(4) *Vat.* ipsi &c.

(5) *Alex* reget me . *Pal.* ibi ÷ me ‡ collocavit . *Vat.* collocabit . *Thomasius in altero Psalt. Mart. & Val.* ÷ & ‡ nihil mihi deerit : ..... ÷ ibi ‡ me collocavit : *unde perperam notatur a Val. eos obelos haud satis bene a Thomasio omitti . Eorum primus juxta Vers. ex Heb. MS. Alex. esset tollendus .*

*Super aquam refectionis educavit me. * animam meam convertit.*
*Deduxit me super semitas justitiæ. * propter nomen suum.*
*Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis. * non timebo mala. quoniam tu mecum es.*
*Virga tua & baculus tuus. * ipsa me consolata sunt.*
*Parasti in conspectu meo mensam. * adversus eos qui tribulant me.*
*Impinguasti in oleo caput meum. * & poculum tuum inebrians. quam præclarum est!*
*Et misericordia tua subsequetur me. * omnibus diebus vitæ meæ.*
Ut inhabitem in domo DOMINI. * *in longitudinem dierum.*

Super aquam refectionis educavit me. * animam meam [1] convertit.
Deduxit me super semitas justitiæ. * propter nomen suum.
Nam [2] etsi ambulavero in medio umbræ mortis. * non timebo mala. quoniam tu mecum es.
Virga tua & baculus tuus. * ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam. * adversus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum. * [3] ÷ & ‡ calix meus inebrians. ÷ quam ‡ præclarus ÷ est ‡!
Et misericordia [4] ÷ tua ‡ subsequetur me. * omnibus diebus vitæ meæ.
※ Et ‡ ÷ ut ‡ inhabitem in domo DOMINI. * in longitudinem dierum.

ORATIO.

REge nos. Domine. suavibus tuæ præceptionis habenis. ut æterni tabernaculi habitatione percepta. plenitudine perennis poculi repleamur. Per.

PSAL.

(1) *Vat.* convertens: *& subsequenti* ℣. ÷ de ‡ duxisti me.

(2) *Idem Vat.* nam etsi ambulem: *paulo inferius Alex.* non timebo, quoniam &c. *omisso termino* mala.

(3) *Vat. omnibus prætermissis obelis*: & poculum tuum inebrians quam præclarum est. *Alex. destituitur secundo obelo ante vocem* quam, *atque ait*: quam præclarum est. *Vallars. ultimam versiculi vocem obelo notat*: præclarum ÷ est ‡ *animadvertens a Thomasio eum signum omitti. quod Edit. alterius Psalt. repugnat; & huic prima, in qua manifestus est typographi error quum duo grandiora puncta pone vocem* est ‡ *juxta priorem Thomasianam Editionem apparerent, & deinde admirationem indicans punctum: indicium sane juxta autographum & obelum eandem vocem præcessisse: Nos eo argumento ducti obelum in præsenti Editione supplevimus. Notum tamen sit primum fuisse*: præclarus est ‡! *ubi modo legitur*: præclarus ÷ est ‡!

(4) *Vat. & hoc signo destituitur, sicut & duobus sequentis versiculi. Alex. in præsenti* subsequitur me.

D. *sive* F. II.
H. I.

PSALMUS XXIII.

Psalmus David · Prima Sabbati ·

[2] ÷ Prima Sabbati ‡ Psalmus David ·

Propheta testatur Christi ditioni universum Orbem esse subjectum. diffiniens quibus virtutibus præditi sint in ejus Ecclesia constituti. alloquiturque superstitiosos ut vero Domino famulentur.

DOMINI *est terra & plenitudo ejus.* * *orbis terrarum.* * *& universi qui habitant in ea ·*

Ipse super maria fundavit eam · * *& super flumina præparavit illam ·*

Quis ascendet in montem DOMINI ? * *aut quis stabit in loco sancto ejus ?*

Innocens manibus. & mundo corde · * *qui non accepit in vano animam suam ·* * *nec juravit in dolo proximo suo ·*

Hic accipiet benedictionem a DOMINO · * *& misericordiam a Deo salutari suo ·*

Hæc est generatio quærentium Dominum · * [1] *requirentium faciem Dei Jacob ·*

Diapsalma ·

Tollite portas (Principes) vestras. * *& elevamini portæ æternales ·* * *& introibit Rex gloriæ ·*

Quis est iste Rex gloriæ ? * DOMINUS *fortis & potens ·* * DOMINUS *potens in prælio ·*

Tollite portas (Principes) vestras. * *& elevamini portæ æternales ·* * *& introibit Rex gloriæ ·*

Quis

DOMINI est terra. & plenitudo ejus. * [3] orbis terrarum. & ÷ universi ‡ qui habitant in eo ·

※ Quia ‡ ipse super maria fundavit eum. * & super flumina præparavit eum ·

Quis ascendet in montem DOMINI ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus. & mundo corde · * qui non accepit in vano animam suam · * nec juravit in dolo [4] ÷ proximo suo ‡

[5] ÷ Hic ‡ accipiet benedictionem a DOMINO · * & misericordiam a Deo salutari suo ·

Hæc est Generatio [6] quærentium eum · * quærentium faciem Dei Jacob · *Diapsalma* ·

Attollite [7] portas (Principes) vestras. * & elevamini portæ æternales · * & introibit Rex gloriæ ·

Quis est iste Rex Gloriæ ? * DOMINUS fortis & potens · * DOMINUS potens in prælio ·

Attollite portas (Principes) vestras. * & elevamini portæ æternales · * & introibit Rex Gloriæ ·

Quis est iste Rex Gloriæ ? * DOMINUS

(1) *Iterum* quærentium *scribunt MSS. S. Petri.*

(2) *Eum obelum tollit Vat. eundem adstruente Heb. textu, & exemplari ex eodem Versionis MSS. Alex.*

(3) *Mart. & Vallars.* orbis ÷ terrarum ‡ *concedente postremo vocem Hebræam hoc & similibus locis usurpari posse ad significandum non simpliciter* orbem, *sed &* orbem terrarum, *quo posito jure obelus ille negligitur, sicuti factum visitur a MS. Vatic. qui & sequenti* ℣. *vocem* quia, *& ipsi adjunctum signum prætērit habens deinde* fundavit eam ...... præparavit eam. *Ad finem ejusdem* ℣. *Pal. addit* Diapsalma.

(4) *Et hanc notam nescit Vaticanus: paullo superius Alex.* Innocens manibus, & in mundo corde.

(5) *Alex.* Hic accipiat, & *infra* salutare suo.

(6) *Vat.* quærentium Dominum *ut Romanum*

(7) *Idem MS.* Tollite portas Ψ principes vestri) & elevamini &c. *tum Alex.* & introivit rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * DOMINUS *Virtutum ipse est Rex gloriæ.*

NUS Virtutum ipse est Rex Gloriæ · ¹ ※ *Diapsalma* ⁝

ORATIO.

STabilitor terræ Deus (cui cuncta Mundi plenitudo deservit) restitue nos in innocentiam vitæ. ut possimus te prævio montem sanctificationis ascendere · Per ·

PSALMUS XXIV.

D. *sive* F. III. H. I.

In Finem · Psalmus David ·

⁴ ÷ In Finem ⁝ Psalmus David ·

Per totum hunc Psalmum deprecatur Ecclesia. ne ante conspectum Domini contemptibilis appareat inimicis ·

AD ² *te.* DOMINE. *levavi animam meam ·* * *Deus meus in te confido. non erubescam.* * *neque irrideant me inimici mei ·*

Etenim universi. qui te expectant. non confundentur · * ³ *confundantur iniqua facientes vane ·*

Vias tuas. DOMINE. *notas fac mihi ·* * *& semitas tuas edoce me ·*

Dirige me in veritate tua. & doce me · * *quia tu es Deus Salutaris*

PSALT.R.G. *meus*

AD te. DOMINE. levavi animam meam · * Deus meus in te confido. non erubescam ·

Neque irrideant me inimici mei · * ⁵ Etenim universi. qui sustinent te. non confundentur ·

Confundantur ÷ omnes ⁝ iniqua agentes. * supervacue ·

Vias tuas. DOMINE. ⁶ demonstra mihi · * ÷ & ⁝ semitas tuas edoce me ·

F Dirige

(1) *Pal. & Vat. hoc loco & asterisco, &* Diapsalma *destituuntur.*

(2) *Narrat ad hunc locum Martianaus in Sorbonico MS. exhibente solam posteriorem emendationem Psalterii e latere versiculi sexti sequens Scholion legi:* Huic Psalmo adscribuntur Hebrææ literæ a plerisque, sed non recte. *Docet etiam Hieronymus epistola ad Paulam Urbicam solos Psalmos* 110. 111. 118. & 144. *Hebraico Alphabeto supputari, licet notante Martianao laudato idem Hieron. alibi addat & Psal. 36. hoc est Præfatione in Libros Regum. An merito Sorbonico MS. apposita fuerit illa annotatiuncula colligi potest ex Cassiodori in hunc Psal. Expositione, ubi docet quomodo & in præsenti adscribantur Hebrææ literæ; unde colligitur & quomodo Hieronymi loca componi inter se debeant; quod & ex ipso Hieronymo Comment. in Psalt. ad Titulum Psal.* ex. *habetur. His momentis ductus Thomasius per easdem literas præsentem Psalmum digesserat: sed eæ a nobis delendæ fuerunt, quandoquidem idem Auctor propria manu illas deleverat sequentibus verbis ad calcem sui exemplaris additis:* In hoc Psalmo delendæ sunt literæ Alphabeti Hebraici, quia non apposuerunt eas LXX. Interpretes. Vide S. Hieronymum in Titulo Psalmi ex. in Comment. Psalmorum, & Origenem in principio Psalmi CXVIII. in Catena PP. Græcorum in Psalmos edita a Corderio.

(3) *Holst. Confundantur iniqua facientes vane* MSS. omnes uno consensu, *confundantur iniqui facientes vana*; quam lectionem Bruno, Faber, & Psalter. Cajet. exhibent, & Vatic. eamque S. Augustinus confirmare videtur, qui legit: *inique facientes vana*: Apud LXX. οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς, quod potius pro recepta lectione facit, nam ut hic ἀνομοῦντες, *iniqua facientes*, ita Psal. sequenti: οἱ παρανομοῦντες, *iniqua gerentes*.

Et Cod. Ver. inique facientes vana.

(4) *Obelum & voces ipso notatas nescit Alex. Obelum tantum Vat. additque deinde vocem* ipsi *ante* David.

(5) *Mart. & Val.* & ÷ enim ⁝ universi. *Vat.* qui te expectant non confundantur, *& ℣. subsequenti idem MS.* Confundantur iniqua gerentes *omissa cum obelo voce* omnes.

(6) *Vat. recidit hoc loci in Romanum dicens:* Vias tuas, Domine, notas fac mihi, *qui & obelo destituitur. Alex. & Pal.* doce me, *non* edoce me: *tum Alex.* Dirige me in veritatem tuam.

*meus . * & te sustinui tota die ·*

Reminiscere miserationum tuarum. DOMINE . * *& misericordiæ tuæ . quæ a sæculo sunt ·*

*Delicta juventutis & ignorantiæ meæ . * ne memineris · secundum magnam misericordiam tuam memor esto mei Deus . * propter bonitatem tuam .* DOMINE ·

Dulcis & rectus DOMINUS · * *propter hoc legem statuit delinquentibus in via ·*

*Diriget mites in judicio · * docebit mansuetos vias suas ·*

Universæ viæ DOMINI *misericordia & veritas . * requirentibus testamentum ejus & testimonia ejus ·*

Propter nomen tuum . DOMINE . * *propitiaberis peccato meo . * copiosum est enim ·*

Quis est homo qui timeat DOMINUM? * *Legem statuit ei in via . quam elegit ·*

*Anima ejus in bonis demorabitur · * & semen ejus* [1] *hæreditatem possidebit terram ·*

Firmamentum est DOMINUS *timentibus eum . * & testamentum ipsius . ut manifestetur illis ·*

Oculi mei semper ad DOMINUM · * *quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos ·*

*Respice in me . & miserere mei · * quoniam unicus & pauper sum ego ·*

*Tribulationes cordis mei dilatatæ sunt · * de necessitatibus meis eripe me ·*

Vide humilitatem meam & laborem meum

Dirige me in veritate tua . * & doce me· quia tu es Deus [2] Salvator meus . * ÷ & : te sustinui tota die ·

Reminiscere [3] miserationum tuarum. DOMINE . * & misericordiarum tuarum . quæ a sæculo sunt ·

Delicta juventutis meæ . * & ignorantias meas ne memineris ·

Secundum misericordiam tuam memento mei [4] ÷ tu : * propter bonitatem tuam . DOMINE ·

Dulcis & rectus DOMINUS · * propter hoc legem dabit delinquentibus in via ·

Diriget mansuetos in judicio · * docebit [5] mites vias suas ·

Universæ viæ DOMINI . misericordia & veritas . * requirentibus testamentum ejus & testimonia ejus ·

Propter nomen tuum . DOMINE . [6] propitiaberis peccato meo · * multum est enim ·

Quis est homo [7] qui timet DOMINUM ? * Legem statuit ei in via . quam elegit ·

Anima ejus in bonis demorabitur · * [8] & semen ejus hæreditabit terram ·

Firmamentum est DOMINUS timentibus eum . * & testamentum ipsius . ut manifestetur illis ·

Oculi mei semper ad DOMINUM · * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos ·

Respice in me . & miserere mei · * quia unicus & pauper sum ego ·

Tribulationes cordis mei multiplicatæ

(1) Hæreditate possidebit terram: *MSS.D.*144. *& Vat.* 84. *cum Aug. Cassiod. & Ver.*

(2) *Vat. rursus cum Romano ,* Salutaris meus . *Pal. deinde addit* Diapsalma .

(3) *Vat.* Memento miserationum ......, Ψ & misericordiæ tuæ) quæ a sæculo sunt . *Alex.* quia a sæculo sunt .

(4) *Huic obelo , quem fortasse ex Alex. exemplari Heb. Vers. & Pal. mutuaverat , asteriscum suffecit Thomasius in altera Psalt. Edit. quod si Vallarsio , ut oportebat , compertum fuisset, proculdubio temperasset ab illis verbis :* heic perperam obelum pro asterisco Carus prænotat . *Vat. nullo adhibito signo scribit :* memor esto mei tu . *qui & proxime inferiori ℣. habet ,* legem statuit *pro* legem dabit .

(5) *Vat. amanuensis incuria :* docebit mitte vias suas .

(6) *Alex.* propitiaveris & peccato meo . *Vat.* copiosum est enim .

(7) *Vat.* qui timeat Dominum · *Alex.* legem statuet &c. (8) *Idem Alex.* & semen ipsius .

meum · * *& dimitte omnia peccata mea* ·

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt · * *& odio iniquo oderunt me* ·

Custodi animam meam . *& eripe me* · * [1] *Domine non confundar* . *quoniam invocavi te* ·

Innocentes & recti adhæserunt mihi · * *quoniam sustinui te* . *Domine* ·

Redime me . *Deus Israel* . * *ex omnibus angustiis meis* ·

catæ sunt · * de necessitatibus meis [2] erue me ·

Vide humilitatem meam & laborem meũ · * & dimitte universa delicta mea ·

Respice inimicos meos . quoniã multiplicati sũt · * & odio iniquo oderũt me ·

Custodi animam meam . & erue me · * [3] non erubescam quoniam speravi in te ·

Innocentes & recti adhæserunt mihi . * quia sustinui te ·

Libera Deus Israel * ex omnibus tribulationibus suis ·

ORATIO.

Libera nos ab omnibus angustiis nostris . mitissime Deus · quia ad te animas nostras erigimus . obliviscere . quæsumus . delicta juventutis & ignorantiæ prioris . & si quid negligenter deliquimus . clementer ignosce · Per ·

PSALMUS XXV.

D. *sive* F. IV. H. I.

Psalmus David ·

÷ In Finem · Psalmus : David · [5]

Totus Psalmi hujus textus ad perfectum aptandus est Christianum . *qui diversorum laude meritorum in Ecclesia perseverans* . *divinis se beneficiis consolatur* ·

JUdica me . DOMINE . *quoniam ego in innocentia mea ingressus sum* · * *Et in* DOMINO *sperans non infirmabor* ·

Proba me . DOMINE . *& tenta me* · * *ure renes meos & cor meum* ·

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est · * *& complacui in veritate tua* ·

Non sedi in consilio vanitatis · * *& cum iniqua gerentibus non introibo* ·

Odivi [4] *congregationem malignorum* · * *& cum impiis non sedebo* ·

Lavabo inter innocentes manus meas · *

JUdica me . DOMINE . quoniam ego in innocentia mea ingressus sum · * Et in DOMINO sperans non infirmabor ·

Proba me . DOMINE . & tenta me · * ure renes meos & cor meum ·

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est · * & complacui in veritate tua ·

Non [6] sedi cum concilio vanitatis · * & cum iniqua gerentibus non introibo ·

Odivi ecclesiam malignantium · * & cum impiis non sedebo ·

Lavabo inter innocentes manus meas · *

(1) *Vat.* 84. *nescit hujus loci vocem* Domine .
(2) *Vat.* eripe me ; *in quo & ℣. subsequenti legitur* : & dimitte omnia peccata mea .
(3) *Vat.* non confundar : *& in fine subsequentis versiculi* quoniam sustinui te , Domine . *Demum & ultimum ℣. ita exhibet* . Redime me , Deus Israel , ab omnibus angustiis ejus .

(4) *Holst. odivi congregationem malignorum* ! MSS. omnes , & Vat. & Psalter. Cajet. & Bruno legunt *congregationes* . Sed priori lectioni favent LXX. & Faber.
(5) *Vatic. pro Titulo habet* : Psalmus ipsi David .
(6) *Vat.* Non sedi ℣ in) concilio .

*meas. * & circuibo altare tuum.* DOMINE.

*Ut audiam vocem laudis tuæ. * & enarrem universa mirabilia tua.*

DOMINE. *dilexi decorem domus tuæ. * & locum tabernaculi gloriæ tuæ.*

*Ne perdas cum impiis animam meam. * & cum viris sanguinum vitam meam. in quorum manibus iniquitates sunt.*

*Dextera eorum repleta est muneribus. ego autem in innocentia mea ingressus sum. * Redime me. & miserere mei.*

*Pes enim meus stetit in via recta. * in Ecclesiis benedicam* DOMINUM.

meas. * [1] & circumdabo altare tuum. DOMINE.

Ut audiam vocem [2] laudis. * & enarrem universa mirabilia tua.

DOMINE. dilexi decorem domus tuæ. * & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis [3] ÷ Deus ‡ animam meam. * & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorũ manibus iniquitates sunt. * [4] dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum. * [5] redime me. & miserere mei.

Pes [6] meus stetit in directo. * in Ecclesiis benedicam ÷ te ‡ DOMINE.

ORATIO.

LArgire. Domine. misericordiam tuam famulis supplicibus tuis. & fac nos in tua veritate devotos. ut actibus in innocentiam restitutis liberari mereamur ab impiis. Per.

F.II.N.

PSALMUS XXVI.

Psalmus David. priusquam [7] ungeretur.

[8] ÷ Psalmus ‡ David. ÷ priusquam liniretur ‡

Vox Prophetæ dicentis se Deum metuere. nullum alium formidare. quia inter adversa sæculi ipse est ejus suffugium. & spiritu Prophetiæ spem sibi futuræ Beatitudinis pollicetur.

DOMINUS *illuminatio mea. & salus mea. * quem timebo?*

DOMINUS *defensor vitæ meæ. * a quo trepidabo?*

Dum

DOMINUS illuminatio mea. & salus mea. * quem timebo?

DOMINUS protector vitæ meæ. * a quo trepidabo?

Dum

(1) *Alex.* & circuibo e circumdabo *recentiori cura factum.*

(2) *Vat.* laudis tuæ. *Pal. addit in fine* ℣. Diapsalma.

(3) *Omnes nostri MSS. ut & Mart. atque Val. & obelum nesciunt, & vocem* Deus *illo prænotatam.*

(4) *Vat.* ※ & ‡ dextera eorum *& quidem merito, Heb. textum consule.*

(5) *Idem Vat.* libera me & miserere mei.

(6) *Alex.* Pes enim meus. *Vat. deinde:* stetit Ψ in via recta) in Ecclesiis &c. *obelo prætermisso.*

(7) *MS. D.* 145. liniretur. *Alter MS. ut Thomasius sibi notaverat, addit* secundo. *Vat.* 84. *ait:* Psalmus ipsius David &c.

(8) *Alex. ut & Mart. atque Val. cum sua nota omittunt vocem* Psalmus. *Vat.* ipsi David.

Dum appropiant ſuper me nocentes . ut edant carnes meas . qui tribulant me inimici mei . * ipſi infirmati ſunt . & ceciderunt .*

*Si conſiſtant adverſus me caſtra . * non timebit cor meum . * [1] ſi inſurgat in me prælium . * in hoc ego ſperabo .*

Unam petii a DOMINO *. hanc requiram . * ut inhabitem in domo* DOMINI ** omnibus diebus vitæ meæ .*

Ut videam [2] voluntatem DOMINI *. * & protegar a templo ſancto ejus .*

*Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo . * in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui . in petra exaltavit me .*

*Nunc autem exaltavit caput meum ſuper inimicos meos . circuibo . & immolabo [3] in tabernaculo ejus hoſtiam jubilationis . * cantabo & pſalmum dicam* DOMINO .

Exaudi . DOMINE *. vocem meam qua clamavi ad te . * miſerere mei . & exaudi me .*

*Tibi dixit cor meum . Quæſivi vultum tuum . * vultum tuum .* DOMINE *. requiram .*

*Ne avertas faciem tuam a me . **

& ne

Dum [4] appropiant ſuper me nocentes . * ut edant carnes meas .

Qui tribulant me [5] inimici mei . * ipſi infirmati ſunt . & ceciderunt .

Si conſiſtant adverſum me caſtra . * non timebit cor meum .

Si [6] exurgat adverſum me prælium .* in hoc ego ſperabo .

Unam petii a DOMINO . hanc requiram . * ut inhabitem in domo DOMINI omnibus diebus vitæ meæ .

Ut videam [7] voluptatem DOMINI . * & viſitem templum ejus .

Quoniam abſcondit me in tabernaculo [8] ſuo . in die malorum . * protexit me in abſcondito tabernaculi ſui .

In petra exaltavit me . * [9] & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos .

Circuivi . & immolavi in tabernaculo ejus * hoſtiam [10] vociferationis . * cantabo & pſalmum dicam DOMINO .

Exaudi . DOMINE . vocem meam qua clamavi [11] ad te . * miſerere mei . & exaudi me .

Tibi dixit cor meum . Exquiſivit [12] te facies mea . * faciem tuam . DOMINE . requiram .

Ne

(1) *Vat.* 84. & ſi inſurgat *addita copula* .

(2) *Holſt. ut videam voluptatem Domini* . Sic Bandinus edidit ; nam *voluntatem* habet Alterii editio , & MSS. Codd. quotquot vidi , item Faber & Cajet. & Ambroſ. & Bruno & Vatic. atque ita Pſalmorum interpretes fere omnes legiſſe teſtatur Lucas Brugenſis . Præferenda tamen eſt prior illa lectio , quæ Græcis , & Hebraicis fontibus reſpondet : Nam LXX. *τὴν τερπνότητα* habent , quod Nobilius *delectationem* vertit ſecutus Interpretem noſtrum , qui Pſal. 15. ℣. 11. eam vocem ſic reddidit . In Hebræo utrobique eſt נעם quod *jucunditatem* , & *amœnitatem* , ſive *delicias* ſignificat .

(3) *D.* 145. in tabernaculum .

(4) *Vat.* appropiant Ψ ad) me &c.

(5) *Alex.* & inimici mei , *& quidem recte ; legitur enim ea copula tum in Hebræo tum in Græco habente οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου , unde erraſſe dignoſcitur , qui ſcripſit :* Videtur heic ſub aſteriſco ſupplenda *&* copula .

(6) *Pal.* ſi ⸓ ex ⁝ ſurgat &c. *Vat.* Θ &) ſi inſurgat in me prælium .

(7) *Alex. & Pal.* voluntatem , *deinde Vat.* & Θ ut) viſitem &c.

(8) *Alex. neſcit vocem* ſuo . *Vat. ſimiliter eandem præterit addens* : in die malorum Θ meorum) protexit me &c.

(9) *Idem Vat.* & nunc ecce exaltavit caput meum .

(10) *Idem rurſus* , jubilationis *cum Romano . Pal. huic ℣. non ſubſequenti , ut retur Vallarſ. adponit* Diapſalma .

(11) *Voces* , ad te , *omnes noſtri MSS. omittunt : eaſdem Thomaſius in altero Pſal. Mart. & Val. obelo præfigunt , Vat. & Pal. initio ℣.* ⸓ Ex ⁝ audi , Domine .

(12) *Voculam* te *Alex. MS. neſcit . Animadverterat Vallarſius eandem a Cod. Pal. litura induci , abeſſe a melioris notæ exemplaribus quæ*

Hebraiis

& ne declines [1] *in ira a servo tuo*.

Adjutor meus esto. ne derelinquas me . * *neque despicias me Deus Salutaris meus*.

Quoniam . pater meus & mater mea dereliquerunt me . * DOMINUS *autem assumpsit me* .

Legem mihi constitue . DOMINE . *in via tua* . * *& dirige me in semitam rectam propter inimicos meos*.

Ne tradideris me in animas persequentium me . * *quoniam insurrexerunt in me testes iniqui* . * *& mentita est iniquitas sibi*.

Credo videre bona DOMINI *in terra viventium*.

Expecta DOMINUM . [2] *& viriliter age* . * *& confortetur cor tuum . & sustine* DOMINUM.

Ne avertas faciem tuam a me . * [3] ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto . ne derelinquas me . * neque despicias me Deus [4] Salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me . * DOMINUS autem assumpsit me.

Legem [5] pone mihi . DOMINE . in via tua . * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me . * quoniam [6] insurrexerunt in me testes iniqui . * & mentita est iniquitas ÷ sibi ⁑

Credo videre bona DOMINI * in terra viventium.

Expecta [7] DOMINUM . viriliter age . * & confortetur cor tuum . & sustine DOMINUM.

ORATIO.

Defende nos a castris & præliis inimici adjutor omnium Deus . ut in domus tuæ perpetuitate durantes . mereamur vultum tuum spirituali contemplatione [8] suspicere . Per.

PSAL.

Hebrais, qua Gracis, ipsique Hieronymo epist. ad Sunniam & Fretelam improbari. Vat. Tibi dixit cor meum, Dominum requiram: exquisivit te vultus meus, vultum tuum Domine, requiram.

(1) *D.* 145. in iram servo tuo.

(2) *MSS. S. Petri & Vat.* 84. *copulam tollunt ante vocem* viriliter, *ut & Aug. Cass. Ver. juxta Græc. & Heb.*

(3) *Vat.* & ne declines.

(4) *Alex.* Salvator.

(5) *Vat.* legem mihi constitue, Domine, in via tua: *& deinde cum Alex. & Pal.* & dirige me in semita recta.

(6) *Vat.* Quoniam ÷ in ⁑ surrexerunt, *sublato deinde cum Pal. & Alex. sequenti obelo, quo vox* sibi *confoditur. Eundem merito sustuli posse contendit Vallars.*

(7) *Idem Vat.* Sustine Dominum ÷ viriliter age ⁑ & confortetur cor tuum, & expecta Dominum. *Alex.* & sustine, Domine.

(8) *Vat. cum Pal.* suscipere.

PSALMUS XXVII. F.I.N.

[1] Huic David Pſalmus · ÷ Pſalmus ipſi : David · [1]

Orat Dominus Chriſtus per id quod homo eſt. ut ejus audiatur oratio. agitque gratias quoniam exauditus eſt. rogans ut ſicut ipſe ſuſcitatus eſt poteſtate Divinitatis ſuæ. ita ſalvus fiat populus ejus nomini crediturus.

AD *te.* DOMINE. *clamavi. Deus meus ne ſileas a me · * & ero ſimilis deſcendentibus in lacum ·*

*Exaudi vocem deprecationis meæ. dum oro ad te · * & dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum ·*

*Ne ſimul tradas me cum peccatoribus · * & cum operantibus iniquitatem ne perdas me ·*

*Cum his qui loquuntur pacem cum proximo ſuo · * mala autem ſunt in cordibus eorum ·*

*Da illis. Domine. ſecundum opera eorum · * & ſecundum* [2] *nequitias ſtudiorum ipſorum retribue illis ·*

Redde retributionem eorum ipſis · Quoniam non intellexerunt opera DOMINI. ** & in opera manuum ejus non conſideraverunt ·*

*Deſtrue illos. * nec ædificabis eos · Bene-*

AD te. DOMINE. clamabo. Deus meus ne ſileas a me · * [4] ne ※ quando : taceas a me. * & aſſimilabor deſcendentibus in lacum ·

Exaudi [5] ※ DOMINE : vocem deprecationis meæ. dum oro ad te · * dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum ·

Ne ÷ ſimul : trahas me cum peccatoribus · * & cum operantibus iniquitatem [6] ÷ ne perdas me :

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo · * mala autem in cordibus eorum·

Da illis ſecundum [7] opera eorum. * & ſecundum nequitiam adinventionum ipſorum ·

Secundum opera manuum eorum tribue illis · * redde retributionem eorum ipſis ·

Quoniam no n intellexerunt opera Do-

(1) *MSS. D.* 144. *Vat.* 84. *& alter a Thomaſio notatus pro titulo habent :* Pſalmus ipſi David.

(2) *Holſt. Et ſecundum nequitiam :* MSS. omnes legunt *nequitias :* LXX. κατὰ τὴν πονηρίαν, quod noſtro reſpondet; & ſic Faber, & Cajet. & Ambroſ. & Bruno, & Vatic.

Duo tamen MSS. Archivi S. Petri, quibus utimur, legunt nequitiam *cum Caſſiodoro.*

(3) *Pro titulo Alex. exhibet :* Huic David. *Vat. obelum neſcit.*

(4) *Mart. & Val.* ※ ne quando taceas a me : *e noſtris MSS. duo præſtantiores Alex. & Vat. aſteriſcum hunc neſciunt, Pal. Thomaſio conſonat. Vat.* ne ſileas a me; *deinde verſu de novo inchoato:* Ne unquam ſileas a me.

(5) *Pal. Vat. Mart. Val.* ÷ Ex : audi: *deinde cum noſtro Alex. rejiciunt vocem* Domine *& ejus notam, quam tamen adſtruit Pal. & ejuſdem MS. Alex. exemplar ex Heb. Verſionis, vetuſtiſſimum ſane, atque adeo [quum ſola fere antiquitate monumentorum certatur, eaque palmam præripiant, quæ & vetuſtiora] ſufficiens argumentum ad eandem retinendam, licet hodiernus Heb. illa deſtituatur. Quia tamen eadem abs Hieronymo improbatur in epiſtola ad Sunniam & Fretel. notum eſto, Vallarſio præſertim, illis non adquieviſſe Thomaſium, ſed aſteriſcum in obelum mutaſſe in altera Editione.*

(6) *Alex. poſtquam dixerat initio verſus :* Ne ſimul tradas me, *concludit eundem cum Vat.* ne perdideris me. *Et Vat. idem utrumque neſcit obelum. ℣. ſubſequenti :* ⊖ Cum his) qui loquuntur pacem : *& infra cum Alex.* mala autem ſunt in cordibus eorum.

(7) *Omnes noſtri MSS.* opera ipſorum. *Vat.* ſecundum opera ipſorum ⊖ Domine) & ſecundum nequitiam ſtudiorum ipſorum, *qui & ℣. ſubſequentem incipit adjuncta copula :* Et ſecundum ...... retribue illis.

Benedictus DOMINUS. *quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ*·

DOMINUS *adjutor meus & protector meus* · * *& in ipso speravit cor meum . & adjutus sum*·

Et refloruit caro mea · * *& ex voluntate mea confitebor illi*·

DOMINUS *fortitudo plebis suæ* · * *& protector salutarium* CHRISTI *sui est*·

Salvum fac populum tuum. Domine. * [1] *& benedic hæreditatem tuam* · * *& rege eos . & extolle illos usque in sæculum*·

DOMINI . * & in opera manuum ejus [2] destrues illos. * & nō ædificabis ÷ eos ⁑

Benedictus [3] DOMINUS · * quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ·

DOMINUS adjutor meus & protector meus · * [4] in ipso speravit cor meum . & adjutus sum·

Et [5] refloruit caro mea · * & ex voluntate mea confitebor ei·

DOMINUS fortitudo plebis suæ · * & protector salvationum CHRISTI sui est·

Salvum fac populum tuum [6] ÷ Domine ⁑ * & benedic hæreditati tuæ. * & rege eos. & extolle illos usque in æternum·

ORATIO·

FOrtitudo omnium . fortissime Deus . salva populum tuum a descendentibus in lacum . & ita nos in templo sancto tuo unanimiter [7] innecte . ut pacem (quam proximis ore proferimus) cordibus teneamus · Per·

F.II.N. PSALMUS XXVIII.

Psalmus David. in consummatione tabernaculi·

Psalmus David [8] ÷ in consummatione tabernaculi ⁑

Credentes Propheta generaliter admonet . ut Domino sacrificia devota mente persolvant . septenaria narratione Sancti Spiritus Virtutes enumerans·

A*fferte* DOMINO *filii Dei* . * *afferte Domino filios arietum*·

Afferte

AFferte DOMINO [9] ÷ filii Dei ⁑ * afferte Domino filios arietum·

Afferte

(1) *Holst. Et benedic hæreditati suæ*: MS. unus *hæreditati tuæ*; & sic Cassin. Alter, & quidem melioris notæ, Codex noster, ut & Bruno, & Ambros. & Faber: *Et benedic hæreditatem tuam*: & sic illud LXX. ἐ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, etiam Flaminius Nobilius expressit: & sic fere semper noster interpres in accusandi casu, ut in fine Psal. sequentis 28. *benedicet populum suum in pace*.

(2) *Alex. & Pal.* destrue illos, *prosequitur Vat.* 7 nec ædificabis eos, *omisso obelo, quod præstat & Pal. atque ex eo Vallar. & quidem merito juxta hodiernum Heb. non autem juxta Alex.*

(3) *Alex.* Benedictus Dominus, quoniam exaudivit Dominus vocem &c. *Pal. Mart. & Val. de more* ÷ ex ⁑ audivit.

(4) *Pal.* ÷ & ⁑ in ipso speravit &c. *& Vat.* in ipso speravit cor meum, & adjutum est.

(5) *Vat.* ÷ & ⁑ refloruit, *& in fine* ℣. confitebor illi, *sicut & proxime sequenti*, protector salutarium, *non* salvationum.

(6) *Alex. & Vat. omittunt vocem* Domine, *quam Pal. obelo non confodit, perperam tamen. Alex.* salvam fac plebem tuam & benedic .... & rege eos & extolle eos &c. *Vat.* Salva plebem tuam, & benedic hæreditatem tuam, & rege illos, & extolle eos &c.

(7) *Idem Vat.* in nocte custodi, ut pacem.

(8) *Omnes nostri MSS. hunc obelum nesciunt, supplendum tamen ex Vers. ex Heb. Alex.*

(9) *Quod heic sub obelo solum concluserat Thomasius voces*, Filii Dei, *juxta Pal. MS. in altera Edit. mutata sententia emendavit, eodem obelo notans & proxime sequentes alias voces*, afferte Domino *sicut & factum vidimus a Mart. & Vallars. Vat. subsequentis* ℣. *obelo destituitur*.

Afferte DOMINO *gloriam & honorem. afferte* DOMINO *gloriam nomini ejus.* * *adorate* DOMINUM *in aula sancta ejus.*

Vox DOMINI *super aquas. Deus majestatis intonuit.* * DOMINUS *super aquas multas.*

Vox DOMINI *in virtute.* * *Vox* DOMINI *in magnificentia.*

Vox DOMINI *confringentis cedros. & confringet* DOMINUS *cedros Libani. & comminuet eas tanquam vitulum Libani.* * *& Dilectus sicut filius unicornuorum.*

Vox DOMINI *intercidentis flammam ignis.* * *Vox* DOMINI *concutientis solitudinem.* * *& commovebit* DOMINUS *desertum Cades.*

Vox DOMINI *præparantis cervos. & revelabit condensa.* * *& in templo ejus omnes dicent gloriam.*

DOMINUS *diluvium inhabitat.* * *& sedebit* DOMINUS *rex in æternum.*

DOMINUS *virtutem populo suo dabit.* * *& benedicet populum suum in pace.*

Afferte DOMINO gloriam & honorem. * afferte DOMINO gloriam nomini ejus. * adorate DOMINUM in atrio sancto ÷ ejus ⁝

Vox DOMINI super aquas. Deus majestatis intonuit. * DOMINUS super aquas multas. [1]

Vox DOMINI in virtute. * Vox DOMINI in magnificentia.

Vox DOMINI confringentis cedros. * & confringet DOMINUS cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani. * & Dilectus [2] quemadmodum filius unicornium.

Vox DOMINI intercidentis flammam ignis. * Vox DOMINI concutientis [3] desertum. * & commovebit DOMINUS desertum Cades.

Vox DOMINI præparantis cervos. * & revelabit condensa. * & in templo ejus [4] omnes dicent gloriam.

DOMINUS diluvium [5] inhabitare facit. * & sedebit DOMINUS rex in æternum.

DOMINUS virtutem populo suo dabit. * DOMINUS [6] benedicet populo suo in pace.

ORATIO.

DOna. Domine. virtutem populo tuo. & effice nos templum Spiritus Sancti. ut tibi de corde puro holocaustum acceptabile præparemus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum.

(1) *Hoc loco apponit Pal.* Diapsalma, *non e regione secundi ℣. uti scribit Vallars.*

(2) *Vat.* sicut filius &c.

(3) *Idem MS.* solitudinem. *Alex. hoc ℣. habet* intercedentis *pro* intercidentis, *sicut & supra ℣. 5.* confringentes cedros, *pro* confringentis cedros: *Verum, ut alias monui, quum familiare sit huic MS. literam* i *in alteram* e *permutare, sicut & u in o has mutationes quum contingunt non esse inter variantes lectiones computandas patet.*

(4) *Alex.* omnes dicit gloriam. *Pal.* omnis dicit gloriam. *Græc.* πᾶς τις λέγει δόξαν.

(5) *Alex.* inhabita facit. *Vat.* inhabitat, & sedebit &c.

(6) *Idem Alex.* benedicit.

PSALMUS XXIX.

Psalmus [1] Cantici . in Dedicatione domus David ·

Vox Christi ad Patrem gratias agentis post ejus gloriosissimam Resurrectionem ·

EXaltabo te . DOMINE . *quoniam suscepisti me* · * *nec delectasti inimicos meos super me* ·

DOMINE *Deus meus clamavi ad te* . * *& sanasti me* · DOMINE *abstraxisti ab inferis animam meam* . * *salvasti me a descendentibus in lacum* ·

Psallite DOMINO *Sancti ejus* · * *& confitemini memoriæ Sanctitatis ejus* ·

Quoniam ira in indignatione ejus · * *& vita in voluntate ipsius* ·

Ad vesperum demorabitur fletus · * *& ad matutinum lætitia* ·

Ego autem dixi in mea abundantia · * *Non movebor in æternum* ·

DOMINE . *in bona voluntate tua præstitisti decori meo virtutem* · * *avertisti faciem tuam a me* . *& factus sum conturbatus* ·

Ad te . DOMINE . *clamabo* . * *& ad* DEUM *meum deprecabor* · *Quæ utilitas in sanguine meo* . * *dum descendo in corruptionem ?*

Numquid confitebitur [2] *tibi pulvis ?* * *aut annunciabit veritatem tuam ?*

Audivit DOMINUS . *& misertus est mihi* · * DOMINUS *factus est adjutor meus* ·

Con-

[3] Psalmus Cantici . in Dedicatione domus David ·

EXaltabo te . DOMINE . quoniam suscepisti me · * [4] nec delectasti inimicos meos super me ·

DOMINE . Deus meus clamavi ad te . * & sanasti me ·

DOMINE [5] eduxisti ab inferno animam meam · * salvasti me a descendentibus in lacum ·

Psallite DOMINO Sancti ejus · * & confitemini memoriæ Sanctitatis ejus ·

Quoniā ira [6] in indignatione ejus . * & vita in voluntate ejus ·

Ad vesperum demorabitur fletus · * & ad matutinum lætitia ·

Ego autem [7] dixi in abundantia mea · * Non movebor in æternum ·

DOMINE . in voluntate tua * præstitisti [8] decori meo virtutem ·

Avertisti [9] faciem tuam a me . * & factus sum conturbatus ·

Ad te . DOMINE . clamabo · * & ad DEUM ÷ meum ⁝ deprecabor ·

Quæ utilitas in sanguine meo . * dum descendo in corruptionem ?

Numquid confitebitur tibi pulvis ? * aut annunciabit veritatem tuam ?

Audivit DOMINUS . [10] & misertus est mei · * DOMINUS ÷ factus ⁝ est adjutor meus ·

Con-

(1) *MS.D.*144. Psalmus Canticum &c. *Vat.*84. In finem . Psalmus Cantici ipsi David Dedicationis domus .

(2) *Idem MS. D.* 144. confitebitur pulvis , *omissa voce* tibi .

(3) *Pro Titulo habet Vat.* In finem, Psalmus cantici Dedicationis domus ipsi David .

(4) *Idem Vat.* & non delectasti .

(5) *Idem* , Domine abstraxisti ab inferno . *Alex.* ab inferis .

(6) *Vat.* in furore ejus .

(7) *Idem* , dixi in mea abundantia . *Pal. in fine* ℣. *legit* Diapsalma .

(8) *Alex.* decore meo .

(9) *Idem Alex.* faciem tuam , & factus sum *omisso* a me *juxta Hebræorum exemplaria* . *Contra alter MS. Vat. nempe*: faciem tuam ※ a me ⁝ & factus sum &c. *Idem Vat. sequentis* ℣. *obelum nescit* .

(10) *Vat.* & misertus est mihi , *omisso deinde obelo* .

Convertisti planctum meum in gaudium mibi · * *conscidisti saccum meum.* * [1] *& præcinxisti me lætitia. ut cantet tibi gloria mea. & non compungar* ·

DOMINE *Deus meus.* * *in æternum confitebor tibi* ·

Convertisti planctum meum in gaudium mihi · * conscidisti saccum meum. * & [2] circumdedisti me lætitia ·

Ut cantet tibi gloria ÷ mea ⁝ & non compungar · * DOMINE Deus meus. in æternum confitebor tibi ·

ORATIO·

SUsceptor omnium ⁝ clementissime Deus. ne permittas delectari inimicos nostros super nos. sed ita nos tua virtute corrobora. ut converso planctu nostro in gaudium Sanctitatis tuæ memoriam jugiter excolamus · Per ·

PSALMUS XXX. F.II.N.

In Finem · Psalmus [3] David ·

In Finem · Psalmus David · [4] ÷ pro extasi ⁝

Vox Christi positi in Cruce orantis Patrem. ut de malis imminentibus liberetur. agitque gratias pro se & pro populo fideli ·

IN te. DOMINE. *speravi non confundar in æternum* · * *in tua justitia libera me. & eripe me* ·

Inclina ad me aurem tuam · * *accelera. ut eripias me* ·

Esto mibi in Deum protectorem. * *& in locum refugii.* * *ut salvum me facias* ·

Quoniam firmamentum meum. & refugium meum es tu · * *& propter nomen tuum dux mibi eris.* * *& enutries me* ·

Et educes me de laqueo isto. quem occultaverunt mibi · * *Quoniam tu es prote-*

IN te. DOMINE · speravi. non confundar in æternum · * [5] in justitia tua libera me ·

Inclina ad me aurem tuam · * accelera ut eruas me ·

Esto mihi in Deum protectorem. * & in domum refugii. ut salvum me facias ·

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu · * & propter nomen tuum [6] deduces me. * & enutries me ·

Educes me de [7] laqueo hoc. quem absconderunt mihi · * quoniam tu es protector meus ·

(1) *Holst. Præcinxisti me lætitiam* in Diurno Pontif. mox: *ut cantet tibi gloria mea*; ibid. *cantem*, & sic MS. Florent.

(2) *Vat.* & præcinxisti me &c. *qui & sequenti obelo destituitur: Pal. vero in fine Psalmi addit* Diapsalma.

(3) *Vat.* 84. *interserit vocem* ipsi. *Alter a Thomasio observatus in fine addit:* pro exstasi.

(4) *Postrema hac parte Tituli destituuntur omnes nostri MSS. de qua refert Martianæus in MS. Sangermanensi n. 8. sub Titulo sequentem observationem apponi:* In Augustino Titulus sic, in finem Psalmus David, extasis, quod est mentis excessus. *Hunc Titulum præfert & Cod. Veronensis addita voce* ipsi *ante* David.

(5) *Vat. hoc & sequenti ℣. idem cum Romano Psalt.*

(6) *Idem Vat.* educabis me, & pasces me.

(7) *Idem*, de laqueo ÷ hoc ⁝ quem Ψ statuerunt mihi : quoniam tu es protector meus, Domine : *Et quidem recte obelus ille astruendus videtur, quum vocem* hoc *non resonet Hebræus, eamque non agnoverit Auctor Versionis ex Heb. MS. Alex.*

protector meus. Domine. in manus tuas commendo spiritum meum.

Redemisti [1] *me* DOMINE *Deus veritatis. * odisti observantes vanitatem. supervacue.*

Ego autem in DOMINO *sperabo. * Exultabo & lætabor in tua misericordia.*

*Quia respexisti humilitatem meam. * salvam fecisti de necessitatibus animam meam. * nec conclusisti me in manus inimici.*

*Statuisti in loco spatioso pedes meos. * Miserere mihi.* DOMINE. *quoniam tribulor.*

*Conturbatus est in ira oculus meus. * anima mea. & venter meus.*

*Quoniam defecit in dolore vita mea. * & anni mei in gemitibus.*

*Infirmata est in paupertate virtus mea. * & ossa mea conturbata sunt.*

*Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis nimium. * & timor notis meis.*

Qui videbant [2] *me. foras fugiebant a me. * excidi (tamquam mortuus) a corde. & factus sum. sicut vas perditum.*

*Quoniam audivi vituperationem multorum * circumbabitantium.*

In eo dum congregarentur omnes simul

In manus tuas [3] commendo spiritum meum. * Redemisti me DOMINE Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates. * supervacue.

Ego autem [4] in DOMINO speravi. * Exultabo & lætabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam. * salvasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me [5] in manibus inimici. * statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei. DOMINE. quoniam tribulor. * conturbatus est in ira oculus meus. * anima mea. & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea. * & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea. * & ossa mea conturbata sunt.

Super [6] omnes inimicos meos * factus sum opprobrium & vicinis meis valde. * & timor notis meis.

Qui videbant me [7] foras fugerunt a me. * oblivioni datus sum (tamquam mortuus) a corde.

Factus sum. tamquam vas perditū. * quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.

[8] ÷ In eo ‡ dum convenirent simul adver-

(1) *Holst. Redemisti nos Domine:* In MS. meliori folium, in quo hic Psalmus continetur, deest. In ceteris MSS. & Brun. Ambros. & Cajet. & Fabro: *Redemisti me:* & sic LXX. & Heb.

(2) *Holst. qui videbant me foris fugiebant:* MSS. omnes, *qui videbant me foras fugiebant a me;* & sic LXX. Faber, & Ambros. & Bruno, & Vatic.

(3) *Alex. & Pal.* commendabo *juxta Hebræum: Græca etiam παραθήσομαι.*

(4) *Vat.* in Domino Ψ sperabo) exsultabo, & lætabor in tua misericordia. *Et* ℣. *sequenti idem MS.* salvam fecisti de necessitatibus &c. *juxta Romanum.*

(5) *Heic etiam Romano concors idem Vat. habens* in manus.

(6) *Idem Vat.* Præ omnibus inimicis meis factus sum opprobrium vicinis meis nimium, & timor &c. *& Pal. copulam ante* vicinis meis *tollit.*

(7) *Idem Vat.* foras fugiebant a me Ψ exivi) tanquam mortuus &c.: ℣ *autem subsequentem orditur* Θ &) factus sum sicut vas. *& in fine ut Rom.* multorum circumhabitantium.

(8) *Obelum omittunt Mart. & Vallars. qui postremus perperam reprehendit Pal. & Thomasium nostrum eundem jure adstruentem in utraque Editione juxta Hebraicum fontem, qui vocibus* dum convenirent *optime exprimitur, ut factum videmus in Versione MS. Alex. voces in eo minime resonantis; neque dissentibus Hebraici sermonis Magistris. Alex. in Gallicana Vers.* In co dum convenerint. *Vat. omisso nostro obelo alterum adstruit infra dicens:* ut acciperent animam meam ÷ consiliati sunt ‡.

*ſimul adverſus me · * ut acciperent animam meam conſiliati ſunt ·*

Ego vero in te ſperavi . Domine . * *dixi · Tu es Deus meus . * in manibus tuis tempora mea ·*

. *Libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum . * & a perſequentibus me ·*

*Illumina faciem tuam ſuper ſervum tuum . * & ſalvum me fac in tua miſericordia ·* Domine *non confundar . quoniam invocavi te ·*

*Erubeſcant impii . & deducantur in infernum · * muta efficiantur labia doloſa . quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatẽ * in ſuperbia & contemptu ·*

*Quam magna multitudo dulcedinis tuæ . Domine . * quam abſcondiſti timentibus te . & perfeciſti eam ſperantibus in te . * in conſpectu filiorum hominum ·*

Abſcondes eos [1] *in abdito vultus tui . * a conturbatione hominum ·*

*Proteges eos in tabernaculo tuo . * a contradictione linguarum ·*

Benedictus Dominus . *quoniam mirificavit miſericordiam ſuam * in civitate circumſtantiæ ·*

*Ego autem dixi in pavore meo · * Projectus ſum a vultu oculorum tuorũ ·*

*Ideo exaudiſti vocem deprecationis meæ . * dum clamarem ad te .*

Dili-

adverſum me · * accipere animam meam conſiliati ſunt ·

Ego autem [2] in te ſperavi . Domine .* dixi · Deus meus es tu . * in manibus tuis ſortes meæ ·

Eripe me de manu inimicorum meorum . * & a perſequentibus me ·

Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum · * ſalvum me fac in miſericordia tua · * Domine [3] non confundar . quoniam invocavi te ·

Erubeſcant impii . & deducantur in infernum · * [4] muta fiant labia doloſa .

Quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatem .* in ſuperbia & in abuſione · [5]

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ . [6] ÷ Domine ⁑ * quam abſcondiſti timentibus te !

Perfeciſti eis . [7] qui ſperant in te . * in conſpectu filiorum hominum ·

Abſcondes eos [8] in abſcondito faciei tuæ . * a conturbatione hominum ·

Proteges eos in tabernaculo [9] tuo . * a contradictione linguarum ·

Benedictus Dominus . * quoniam mirificavit miſericordiam [10] ſuam mihi * in civitate munita ·

Ego autem dixi [11] in exceſſu mentis meæ · * Projectus ſum a facie oculorum tuorum ·

Ideo [12] exaudiſti vocem orationis meæ . * dum clamarem ad te ·

Dili-

(1) *Holſt. Abſcondes in abdito.* MSS. omnes legunt: *abſcondes eos in abdito*, ut LXX. Editio habet, atque ita editio Fabri, & Cajet. & Ambroſ. & Bruno & Vattc.

(2) *Vat.* in te, Domine, ſperavi, dixi: tu es Deus meus, in manibus &c. *& ℣. ſubſequenti:* Libera me ♆ de manibus inimicorum &c.

(3) *Alex. & Pal.* ne confundar. *Vat.* Illumina ......, & ſalva me in tua miſericordia, Domine &c.

(4) *Idem Vat.* muta efficiantur &c.

(5) *Pal.* Diapſalma *heic adponit.*

(6) *Vat.* ÷ tuæ, Domine ⁑ *conſentiente Heb. Verſ. MS. Alex.*

(7) *Idem Alex.* Perfeciſti his. *Vat.* Perfeciſti ſperantibus in te.

(8) *Alex.* Abſcondis eos in abdito faciei tuæ. *Vat.* in abdito vultus tui Ψ a contradictione) hominum.

(9) *Alex. neſcit vocem* tuo, *quæ aut omittenda, aut eſſet obelo notanda, quum in Hebræo non habeatur: Vat. etiam* in tabernaculo ʘ tuo) a contradictione &c.

(10) *Vat.* miſericordiam ſuam ☧ in civitate circumſtantiæ *omiſſa voce* mihi.

(11) *Idem Vat.* in pavore *ut juxta Hieron. legebatur ante ipſius emendationem: & infra idem MS.* projectus ſum a conſpectu oculorum &c.

(12) *Idem etiam:* Ideo exaudiſti ʘ Domine) vocem orationis meæ, in eo dum clamarem &c.

Diligite DOMINUM *omnes Sancti ejus.* * *quoniam veritatem requiret* DOMINUS. * *& retribuet his qui abundanter faciunt superbiam.*

Viriliter agite & confortetur cor vestrum. * *omnes qui speratis in* DOMINO.

Diligite DOMINUM omnes Sancti ejus. * ÷ quoniam ⁝ [1] veritatem requiret DOMINUS. * & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite. & confortetur cor vestrum. * omnes qui speratis in DOMINO.

ORATIO.

IMmensam multitudinem dulcedinis tuæ. piissime Domine. suppliciter exoramus ut dum veritatem tuam requirimus. rumorem execrabilis superbiæ conteramus. Per.

F.II.N. PSALMUS XXXI.

[2] Ipsi David. intellectus.

[4] Ipsi David. intellectus.

Vox Pœnitentis. & Domini verba respondentis circumdare misericordia sua in se sperantes.

B*Eati quorum remissæ sunt iniquitates.* * *& quorum tecta sunt peccata.*

Beatus vir. cui non imputavit DOMINUS *peccatum.* * *nec est in ore ejus dolus.*

Quoniam tacui. inveteraverunt omnia ossa mea. * *dum clamarem tota die.*

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua. conversus sum in ærumna [3] *mea.* * *dum configitur spina.*

Deli-

BEati quorum remissæ sunt iniquitates. * & [5] quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir. cui non imputavit DOMINUS peccatum. * nec est [6] in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui. inveteraverunt ossa mea. * dum clamarem tota die.

[7] ÷ Quoniam ⁝ die ac nocte gravata est super me manus tua. * conversus sum in ærumna ※ mea ⁝. dum configitur spina.

Deli-

(1) *Alex.* veritates, *quod sequuntur Editiones Mart. & Vallarſ. Vat. omiſſo obelo prorſus cum Romano conſentiens.*

(2) *D.*144. *& D.*145. Huic David &c. *Vat.*84. *ſimplicius habet:* Pſalmus David.

(3) *D.* 144. *omittit vocem* mea, *quod commune eſt Caſſiod. Mediol. Sabat. Ver. & aliis, annotantibus Maurinis ad hunc locum in Editione Auguſt. tom.* 4. *col.* 169. Plerique MSS. omiſſo *mea,* conſtanter habent *in ærumnam. Græc. etiam εἰς ταλαιπωρίαν: Hebræum tamen eandem vocem retinere in hunc* ℣. *Gallicani Pſalt. oculos conjicienti conſtabit.*

(4) *Alex.* Huic David, intellectus; *Vox* Huic *obelo notata viſitur in Edit. Mart. & Val-*

(5) *Vat.* & ÷ quorum tecta ⁝ ſunt &c. *nec prorſus immerito obelus ille adoptaretur, qui inſuper copulæ* & *potiori jure adjungeretur.*

(6) *Idem,* in ore ejus.

(7) *Hunc obelum omittit Vat. omittunt Mart. atque Vallarſ. ſcribens hoc loco, haud recte Thomaſ. & Pal. obelis jugulare voces* quoniam, & *mox* tua; *primam minime inficiandum obelo notari juxta ſæpius laudatum exemplar MS. Alex. eam in Hebræo non invenient. At de ſecunda voce aperte fallitur Vallarſius quum nuſquam gemtium Thomaſ. eam obelo notaverit.*

Idem Alex. Diapſalma *locum fecit ſtatim poſt voces* manus tua, *nulloque ſigno notavit, nec erat notandum juxta ejuſdem ex Heb. Verſ. Pal. repoſuit*

Diapſalma ·

*Delictum meum cognitum tibi feci · * & injuſtitias meas non operui ·*

Dixi · Pronunciabo adverſus me injuſtitias meas DOMINO · * *& tu remiſiſti impietatem cordis mei ·*

Diapſalma ·

*Pro hac orabit ad te omnis ſanctus * in tempore opportuno · Verumtamen in diluvio aquarum multarum . * ad eum non approximabunt ·*

*Tu es mihi refugium a preſſura . quæ circumdedit me · exultatio mea . * redime me a circumdantibus me ·*

Diapſalma ·

*Intellectum dabo tibi . & inſtruam te * in via hac . qua* [1] *gradieris · firmabo ſuper te oculos meos ·*

*Nolite fieri ſicut equus & mulus . * quibus non eſt intellectus ·*

In fræno & camo maxillas eorum [2] *conſtringes . * qui non approximant ad te ·*

*Multa flagella peccatorum · * ſperantes autem in* DOMINO *miſericordia circumdabit ·*

Lætamini in DOMINO . *& exultate juſti · * & gloriamini omnes recti corde ·*

※ *Diapſalma .*

Delictum meum cognitum ※ tibi ⁝ feci ·* & injuſtitiam meam non abſcondi ·

Dixi . Confitebor [3] ÷ adverſum me ⁝ injuſtitiam meam DOMINO · * & tu remiſiſti impietatem peccati mei ⁝

Diapſalma ·

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus * in tempore opportuno ·

Verumtamen in diluvio aquarũ multarum . * [4] ad eum non approximabunt ·

Tu [5] es refugium meum a tribulatione . quæ circumdedit me · * exultatio mea . erue me a circumdantibus me . *Diapſalma ·*

Intellectum tibi dabo . & inſtruam te in via hac [6] qua gradieris · * firmabo ſuper te oculos meos ·

Nolite fieri ſicut equus & mulus . * [7] quibus non eſt intellectus ·

In camo & fræno maxillas eorum conſtringe . * qui non approximant ad te .

Multa flagella peccatoris · * [8] ſperantem autem in DOMINO miſericordia circumdabit ·

Lætamini in DOMINO . & exultate juſti · * & gloriamini omnes recti corde ·

ORA-

repoſuit illud in fine ℣. nec aliquo ſigno auxit , quod non erat ab ejus MS. deſcriptore Vallarſio omittendum. Vat. eodem ℣. converſus ſum in ærumna dum Ψ contringitur) mihi ſpina : *idem deinde tacet* Diapſalma , *ut & omittit aſteriſcum proxime ſequentem Et Alex .* dum configitur ÷ mihi ⁝ ſpina.

(1) *MSS. Archivi* qua ingredieris *iiſdem conſentientibus Caſſiod. S. Brunone , Veron. atque notantibus ſupra laudatis Maurinis eodem loco ita in pluribus MSS. inveniri . Vat. 84. ſubſequenti verſu :* ſicut equus , & mulus in quibus &c.

(2) *Holſt. In fræno & camo maxillas illorum conſtringe :* Uterque MSS. noſter Baſil. & Faber , & Cajet. & Bruno , *conſtringes .* Sic Complut. ἄγξαι : Sixtina ἄγξαι .

(3) *Vallarſ. cum Pal. aſteriſcum obelo heic ſufficit Martianæum impetens , quod contra obelum poſuerit non aſteriſcum · de Thomaſio hoc loco verbum nullum , ſi feciſſet , dicendum foret rectius præ aſteriſco obelum in præſenti notari rem ſuadente Hebraico fonte , qui vel reſonat :* confitebor ſuper prævaricationes meas Domino : *vel juxta MS. Alex.* confitebor ſcelus meum Domino , *quod recidit in illud* confitebor injuſtitiam meam Domino : *vox enim* עלי *licet , &* adverſum me , & ſuper *ſignificare valeat , rectius tamen* ſuper *interpretatur : obelo igitur illud* adverſum me *notetur oportet . Cætera Alex. in fine ℣.* iniquitatem peccati mei . *Vat.* Dixi , eloquar adverſum me , *& infra ;* & tu remiſiſti impietatem cordis mei .

(4) *Vat.* ad illum .

(5) *Idem ,* tu es Ψ mihi) refugium ; *tum vero:* exſultatio mea , libera me .

(6) *Idem ,* qua Ψ ingredieris) &c.

(7) *Idem ,* Θ in) quibus non eſt &c. *Et ℣. ſubſequenti* In fræno & camo maxillis &c.

(8) *Omnes noſtri MSS. plurimo numero ,* ſperantes . *Vat.* Multa flagella Ψ peccatorum) ſperantes &c.

ORATIO.

SAncte Domine . qui remissis delictis beatitudinem te confessis adtribuis . exaudi vota præsentis familiæ . & confracto peccati aculeo spirituali nos exultatione perfunde . Per .

PSALMUS XXXII. F.II.N.

Psalmus David . [2] ÷ Psalmus David ⁝

Propheta in Domino gaudere admonet Justos . beatosque appellat . qui ad ejus meruerint [1] *pertinere culturam .*

G*Audete justi in* DOMINO . * *rectos decet collaudatio .*

Confitemini DOMINO *in cithara .* * *in Psalterio decem chordarum psallite ei .*

Cantate ei canticum novum . * *bene psallite ei in jubilatione .*

Quoniam rectus est sermo DOMINI . * *& omnia opera ejus in fide .*

Diligit misericordiam & judicium . * *misericordia* DOMINI *plena est terra .*

Verbo DOMINI *cæli firmati sunt .* * *& spiritu oris ejus omnis virtus eorum .*

Congregans . sicut in utrem . aquas maris . * *ponens in thesauris abyssos .*

Timeat DOMINUM *omnis terra .* * *ab ipso autem commoveantur universi . & omnes qui habitant Orbem .*

Quoniam ipse dixit . & facta sunt . * *ipse mandavit . & creata sunt .*

DOMINUS *dissipat consilia gentium . reprobat autem cogitationes populorum .* * *& reprobat consilia principum .*

Confi-

EXultate justi in DOMINO . * rectos decet collaudatio .

Confitemini DOMINO in cithara . * in psalterio decem [3] chordarum psallite illi .

Cantate ei canticum novum . * bene psallite ÷ ei ⁝ in [4] vociferatione .

Quia rectum est verbum DOMINI . * & omnia opera ejus in fide .

Diligit misericordiam & judiciū [5] . * misericordia DOMINI plena est terra .

Verbo DOMINI cæli firmati sunt . * & spiritu oris ejus omnis virtus eorum .

Congregans . sicut [6] in utre . aquas maris . * ponens in thesauris abyssos .

Timeat DOMINUM omnis terra . * [7] ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes Orbem .

Quoniam ipse dixit . & facta sunt . * ipse mandavit . & creata sunt .

DOMINUS dissipat consilia gentiū . * reprobat [8] ÷ autem ⁝ cogitationes populorum . * ÷ & reprobat consilia principum ⁝

Consi-

(1) *Vat.* pertingere , *qui & Psal. orditur cum Romano Psalt.* Gaudete justi &c.

(2) *Omnes MSS. quibus utimur hoc obelo carent , idem tamen minime omittendus ex Alex. Heb. Vers. MS. Iste primo contextus versu* rectos decet laudatio .

(3) *Vat.* psallite ei . *Sed postrema hæc vocula sequiori manu inducta apparet .*

(4) *Idem rursus omisso obelo legit ,* in jubilatione .

(5) *Idem hoc loco addit vocem* Dominus , *qui & subsequenti ℣. copulam* & *omittit ante voces* spiritu oris ejus .

(6) *Idem* in utrem .

(7) *Idem* , ab ipso autem &c.

(8) *Alex. hunc primum obelum præterit , secundo solam conficit copulam* ÷ & ⁝ reprobat &c. *utrumque contradicit ejusdem MS. Vers. ex Heb. & hodierno Hebraico textui . Vat. omisso utroque obelo :* Dominus dissipavit consilia gentium , reprobat autem consilia populorum , spernit consilia principum : *qui recensionis modus quoad obelos idem prorsus cum illo Alex. MS.*

Consilium vero DOMINI *manet in æternum* · * *cogitationes cordis ejus in sæculum sæculi* ·

Beata Gens cujus est DOMINUS *Deus eorum* · * *populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi* ·

De cælo prospexit DOMINUS . * *& vidit omnes filios hominum . de præparato habitaculo suo* . * *respexit super omnes qui habitant Orbem* ·

· *Qui finxit* [1] *singillatim corda eorum* ·* *qui intelligit in omnia opera eorum* ·

Non salvabitur rex [2] *per multam virtutem suam* · * *nec gigas salvus erit in multitudine fortitudinis suæ* ·

Falsus equus ad salutem ·* *in abundantia autem virtutis suæ non erit salvus* ·

Ecce oculi DOMINI *super timentes eum* . * *sperantes autem in misericordia ejus* · *ut eripiat a morte animas eorum* . * *& alat eos in fame* ·

Anima autem nostra [3] *sustinet* DOMINUM . * *quoniam adjutor & protector*

PSALT.R.G. *noster*

Consilium [4] ÷ autem ⁝ DOMINI in æternum manet · * cogitationes cordis ejus in generatione & generationem ·

Beata Gens cujus [5] , ÷ est ⁝ DOMINUS Deus ejus · * populus quem elegit in hæreditatem sibi ·

De cælo respexit DOMINUS . * vidit omnes filios hominum ·

De præparato habitaculo suo . * respexit [6] super omnes qui habitant terram ·

Qui finxit singillatim corda eorum ·* qui [7] intelligit omnia opera eorũ ·

Non salvatur rex per multam virtutem · * [8] & gigas non salvabitur in multitudine virtutis ÷ suæ ⁝

Fallax equus ad salutem · * in abundantia autẽ virtutis suæ non salvabitur ·

Ecce oculi DOMINI super metuentes eum . * [9] ÷ & ⁝ in eis qui sperant super misericordia ejus ·

Ut eruat a morte animas eorum · * & alat eos in fame ·

Anima [10] nostra sustinet DOMINUM. *

H ÷ quo

(1) *Holst. sigillatim* : MSS. *singillatim* , & sic Vatic. Faber , & Cajet. & Ambros.

Vat. 84. *paulo inferius* ; qui intelligit omnia opera eorum .

(2) *Alter MSS. Archivi S. Petri D.* 144. *tacet vocem* suam *post* virtutem *dicens* : per multam virtutem : nec gigas . *Cassiod. etiam ita se habet , ut & Veron. licet alia ratione a nostro heic discrepet habens* in multitudine virtutis , nec gigas &c. *Aug. etiam Enarrat.* 1. *in hunc Psal. laudato MS. consonat. & Græc.* διὰ πολλὴν δυνάμιν , ἓ γίγας : *eadem vox abest & ab Heb.*

(3) *D.* 145. sustine , *ut & S. Bruno* .

(4) *Alex.* Consilium autem Domini manet in æternum : *& infra* , in generatione , & generatione . *Vat. quoad primam hemistichii partem Alex. accinit , deinde prosequitur* : cogitationes cordis ejus Ψ a) generatione Ψ & progenie) .

(5) *Obelum atque* est *tacet Pal. Vatic. autem paulo inferius* Dominus Deus eorum .

(6) *Obelo confoditur hoc loco adverbium* super *g Palat. sed minus apposite . Vat. infra* , qui inhabitant terram .

(7) *Omnes nostri MSS.* qui intellegit : *Alex. deinde* omnia opera illorum . *Vat. initio* ℣. Qui Ψ fingit) singillatim &c.

(8) *Alex.* & gigans non salvatur &c. *Vat. deinde obelum præterit* .

(9) *Pal. &* ÷ in eis ⁝ qui sperant , *haud tamen recte subjungit Vallars. Pal. suffragatur Alex. & quidem utraque Versione , Gallicana qua nescit voces* & in eis *una cum adjuncto obelo : ex Heb. qua exhibetur* & *copula , non vero* in eis , *dicitur enim* & expectantes . *Ceterum hoc loci voces* in eis *obelo conficere perinde est ac si scribas* ÷ qui ⁝ habitat , *aut* ÷ qui ⁝ judicatis *quum Hebræus reddit* habitans , *& ju*dices : *unde non videtur prorsus improbanda Palatini MS. similis scribendi ratio ab eo qui & illas sequitur , quas in medium exempli loco protuli . Vaticanus etiam ad rem eandem facere videtur scribens absque ullo obelo* : & in eos qui sperant &c. *Idem MS. Vat.* ℣. *seq. orditur* : Ut eripiat de morte &c.

(10) *Idem Vat.* Quia anima nostra sustinet; *omisso deinde obelo . Alex.* sustine *quod & pro Romano Psalter. a nobis observatum in MS. Archivi S.Petri D.*145 . *Pal. vero obelum hujus* ℣. *omittit* .

*noſter eſt. & in ipſo lætabitur cor noſtrum. * & in nomine ſancto ejus* [2] *ſperavimus.*

Fiat. DOMINE. *miſericordia tua ſuper nos. * ſicut ſperavimus in te.*

÷ quoniam ⁑ adjutor & protector noſter eſt.

Quia [2] in eo lætabitur cor noſtrum.* & in nomine ſancto ejus ſperavimus.

Fiat miſericordia tua. DOMINE. ſuper nos. * quemadmodum ſperavimus in te.

ORATIO.

PAſce. Domine. plebem tuam in [3] fame verbi tui. & eripe animas noſtras de morte peccati. ut repleti miſericordia tua adgregari Juſtorum gaudiis (impertiente te) mereamur. Per.

F.I.N. PSALMUS XXXIII.

Pſalmus David. cum [4] commutavit vultum ſuum coram Abimelech. & dimiſit eum. & abiit.

Davidi. cum [5] immutavit vultum ſuum coram Achimelech. & dimiſit eum. & abiit.

Vox Prophetæ benedicentis Dominum. & admonentis manſuetos. ut cum ipſo in ejus laude perſeverent. & ut a delictis ſe abſtineant. juſtoſque dicit in ſua juſtitia liberandos. impios vero perituros.

BEnedicam DOMINUM *in omni tempore. * ſemper laus ejus in ore meo.*

In DOMINO *laudabitur anima mea. * audiant manſueti. & lætentur.*

Magnificate DOMINUM *mecum. * & exaltemus nomen ejus in invicem.*

Inquiſivi DOMINUM. *& exaudivit me. * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*

*Accedite ad eum. & illuminamini. * & vultus veſtri non erubeſcent.*

Iſte pauper clamavit. & DOMINUS *exaudivit eum. * & ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum.*

Immit-

BEnedicam DOMINUM in omni tempore. * ſemper laus ejus in ore meo.

In DOMINO laudabitur anima mea. * audiant manſueti. & lætentur.

Magnificate DOMINUM mecum. * & exaltemus [6] nomen ejus in idipſum.

Exquiſivi [7] DOMINUM. & exaudivit me. * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum. & illuminamini. * [8] & facies veſtræ non confundentur.

Iſte pauper clamavit. & DOMINUS [9] exaudivit ÷ eum ⁑ * & de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum.

Immit-

(1) *Vat.* 84. ſperabimus.

(2) *Vat.* in ipſo, *ut & ℣. ſubſequenti*: Sicut ſperavimus *loco* quemadmodum ſperavimus.

(3) *Vat.* in fame verbi, & eripe *omiſſa voce* tui. *Pal. infra*, te præcipiente mereamur.

(4) *D.* 144. immutavit. *Ad Hebraici Alphabeti literas Pſalmum hunc Thomaſius primo digeſſerat; ſed idem notatum reliquit ad calcem ſui exemplaris eaſdem eſſe delendas, quod ex ejus ſententia præſtitimus. Vide Hieronymum Comment. in Pſal.* 110.

(5) *Vat. & Pal.* mutavit, *& infra idem Vat. cum Alex.* coram Abimelech.

(6) *Alex.* nomen ejus in unum. *Vat.* in invicem.

(7) *Idem Vat.* Inquiſivi Dominum &c. *Pal. cum Mart. & Vallarſ.* ÷ Ex ⁑ quiſivi: *Pal. tum in fine ℣. adponit* Diapſalma.

(8) *Vat. heic prorſus cum Romano*; & vultus veſtri non erubeſcent.

(9) *Pal. de more* ÷ ex ⁑ audivit. *Vat. item cum Rom. &* ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum.

Immittet [1] *Angelus* DOMINI *in circuitu timentium eum* . * *& eripiet eos* .

Gustate . *& videte* . *quoniam suavis est* DOMINUS . * *Beatus vir qui sperat in eo* .

Timete DOMINUM *omnes Sancti ejus* . * *quoniam nihil deest timentibus eum* .

Divites eguerunt & esurierunt . * *inquirentes autem* DOMINUM *non deficient omni bono* .

Diapsalma .

Venite filii . *audite me* . * *timorem* DOMINI *docebo vos* .

Quis est homo qui vult vitam . * *& cupit videre dies bonos ?*

Cobibe linguam tuam a malo . * *& labia tua ne loquantur dolum* .

Diverte a malo . *& fac bonum* . * *inquire pacem* . *& sequere eam* .

Oculi DOMINI *super justos* . * *& aures ejus ad preces eorum* .

Vultus autem DOMINI *super facientes mala* . * *ut perdat de terra memoriam eorum* .

Clamaverunt Justi . *&* DOMINUS *exau-*

[1] Immittet Angelus DOMINI in circuitu timentium eum . * & eripiet eos .

Gustate . & videte . quoniam suavis [2] ÷ est ⁑ DOMINUS . * Beatus vir qui sperat in eo .

Timete DOMINUM . [3] ÷ omnes ⁑ Sancti ejus . * quoniam non est inopia timentibus eum .

Divites eguerunt & esurierunt . * inquirentes autem DOMINUM non minuentur omni bono .

÷ *Diapsalma* ⁑

Venite filii . audite me . * timorem DOMINI docebo vos .

Quis est homo qui vult vitam . * [5] diligit dies videre bonos ?

Prohibe linguam tuam a malo . * & labia tua ne loquantur dolum .

Diverte a malo & fac bonum . * [6] inquire pacem . & persequere eam .

Oculi DOMINI super justos . * & aures ejus [7] in preces eorum .

Vultus ÷ autem ⁑ DOMINI super facientes mala . * ut perdat de terra memoriam eorum .

Clamaverunt ÷ Justi ⁑ & DOMINUS exau-

(1) *Holst. Immittet Angelus Domini* . Codd. MSS. omnes , & Bruno , & Cajet. & sic in Vat. fuerat . *Immittet Angelum Dominus* . Sed contra scripturam , mentemque LXX. Nec recens hic error , neque librariorum incuria in nostros Codd. irrepsit ; nam & S. August. tempore quidam Codd. ita praeferebant , quos ipse mendosos vocat . Unde de nostrorum manuscriptorum fide constat , qui etiam sphalmata antiquorum exhibent , nihilque temere mutarunt . Imposuit Interpreti nostro vox castrensis *παρεμβαλεῖ* , quae hoc loco significat *castrametabitur* , vel *castris positis praetendet* , aut *munimento cinget* , vel *circumdabit undique* . Et sic D. Hieronymus in sua Versione : *circumdat Angelus Domini in gyro* : Sic & Suidas *παρεμβαλόντων* explicat *κυκλωσάντων* : Hesychius autem , idest *παρεμβαλεῖ* , *ἐπισκιάσει* , idest *proteget* . Et LXX. Interpr. verbum חנה quod in fontibus Hebraeorum est , simili significatu vertunt , ut Josue cap. 4. *κατεστρατοπέδευσαν* , *Esaia* 29. *κυκλώσω* , Josue 10. *περικαθίζω* , & Hieremiae 52. *περιεχαράκωσαν* . *MSS. etiam Archivi S. Petri , quos in recensione hujus Psalt. adhibemus illis accensendi , qui legunt* : Immittet Angelum Dominus . *Accensendi , & Cass. atque Veron. Cod. & Ambros. qui lib. 2. Expos. Evang. secundum Lucam col. 1309. scribit* : Immittet Angelos Dominus : *Sed Vat.* 84. immittit .

(2) *Alex.* Vallavit Angelus. *Vide supra Holst.*

(3) *Hunc obelum nostri MSS. omnes nesciunt* .

(4) *Vat. obelo & hoc loco praetermisso , ut & ℣. subsequenti Romanum Psalt. prorsus exprimit : deinde proxime sequens* Diapsalma *sine obelo relinquit , quod & in Pal. factum visitur* .

(5) *Alex.* cupit videre dies bonus . *Vatic.* ❸ &) cupit videre dies bonos .

(6) *Mart. ut & Val. cum suo Palat.* ÷ in ⁑ quire : *tum* & sequere eam *recentior cura contra primam scriptionem accommodavit* . *Vat.* declina a malo &c.

(7) *Alex.* ad preces . *Et seq.* ℣ Facies Domini super facientes mala , *omissa voce* autem *& obelo ; istum omittit & Vat.*

*exaudivit eos · * & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos ·*

Juxta eſt DOMINUS *his qui tribulato ſunt corde . * & humiles ſpiritu ſalvabit ·*

*Multæ tribulationes Juſtorum · * & de his omnibus liberavit eos* DOMINUS ·

*Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum · * unum ex eis non conteretur ·*

Mors peccatorum peſſima [1] *eſt . * & qui oderunt juſtum delinquent ·*

Redimet DOMINUS *animas ſervorum ſuorum · * & non* [2] *delinquent omnes qui ſperant in eo ·*

exaudivit [3] ÷ eos ‡ * & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos ·

Juxta eſt DOMINUS [4] iis qui tribulato ſunt corde . * & humiles ſpiritu ſalvabit ·

Multæ tribulationes Juſtorum · * & de omnibus his liberabit eos [5] DOMINUS ·

Cuſtodit ÷ Dominus ‡ omnia oſſa eorum · * unum ex his non conteretur ·

Mors peccatorum peſſima · * & qui oderunt juſtum delinquent ·

Redimet DOMINUS animas ſervorum ſuorum · * & non delinquent omnes qui ſperant [6] in eo ·

ORATIO ·

ANgelorum & totius creaturæ diſpoſitor . Deus . emitte Angelum tuum in circuitu noſtro . [7] cujus ambitione muniti mereamur a peccatorum morte peſſima liberari · Per ·

F.II.N. PSALMUS XXXIV.

[8] Huic David ·

[10] ÷ Ipſi ‡ David ·

Chriſtus de paſſione ſua dicit ad Patrem . petens ſe ab inimicorum perſecutione liberari ·

JUdica . DOMINE . *nocentes me · * expugna impugnantes me ·*

*Apprehende arma & ſcutum · * & exurge in adjutorium mihi ·*

Effunde [9] *frameam . & conclude adverſus eos qui me perſequuntur · **

dic

JUdica . DOMINE . nocentes me · * [11] expugna impugnantes me ·

Apprehende arma & ſcutum · * & exurge in adjutorium mihi ·

Effunde frameam . & conclude * adverſus eos . [12] qui perſequuntur me · *

dic

(1) *MSS. Archivi S. Petri neſciunt vocem* eſt , *ut* & *Aug. Caſs. S. Bruno , Veron. & Græc.*

(2) *D.* 144. non derelinquet *cum Caſs. S. Brun. & Ver.*

(3) *Alex.* & Dominus exaudivit , & ex omnibus , *obelo cum voce* eos *omiſſo . Pal.* ÷ ex ‡ audivit . *Vat. vocem* eos *obelo non confìcit .*

(4 *Omnes noſtri MSS.* his *pro* iis .

(5) *Poſtremam hanc hemiſtichii vocem* Dominus *Alex. neſcit aut potius ſubſequentibus jungit dicens :* Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum &c. *omiſſa conſimili voce , quæ communiter obelo notatur , licet id Vat. noſter facere prætermittat .*

(6) *Alex.* in eum .

(7) *Pal. & Vat. ut & alter Vat.* 84. cujus ambitione muniti &c. *hujus vocis loco* protectione *ſcribebatur in prima Editione , ſed Thomaſio monente emendandum fuit .*

(8) Pſalmus ipſi David *MSS. D.* 145. & *Vat.* 84. & *alter a Thomaſ. notatus .*

(9) *Vat.* 84. effunde framea .

(10) *Obelum a Titulo tollunt Vat. & Alex. reponendum tamen ex altera ejuſdem Alex. Verſione .*

(11) *Pal.* ÷ ex ‡ pugna ; *Vat. integram vocem* expugna *obelo configit , facile Antiquarii errore .* (12) *Idem Vat.* qui me perſequuntur .

dic animæ meæ . Salus tua ego sum .

*Confundantur & revereantur inimici mei . * qui quærunt animam meam .*

*Avertantur retrorsum . & erubescant . * qui cogitant mihi mala .*

*Fiant tamquam pulvis ante faciem venti . * & Angelus* DOMINI *affligens eos .*

*Fiant viæ eorum tenebræ & lubricum . * & Angelus* DOMINI *persequens eos .*

*Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui . * vane exprobraverunt animam meam .*

*Veniat illis laqueus . quem ignorant . & captio . quam occultaverunt . apprehendat eos . * & in laqueum incidant in idipsum .*

Anima autem mea exultabit in DOMINO . * *& delectabitur super* SALUTARE *ejus .*

*Omnia ossa mea dicent . ** DOMINE . *quis similis tibi ? eripiens inopem de manu fortioris ejus . * egenum & pauperem a rapientibus eum .*

*Exurgentes testes iniqui . * quæ ignorabam interrogabant me . * & retribuebant mihi mala pro bonis . * [1] & sterilitatem animæ meæ .*

*Ego autem dum mihi molesti essent . induebam me cilicio . * [2] & humiliabam in jejunio animam meam . * & oratio*

dic animæ meæ . Salus tua ego sum . .

Confundantur & revereantur . * [3] quærentes animam meam .

Avertantur retrorsum . & confundantur . * cogitantes mihi mala .

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti . * & Angelus DOMINI coarctans ÷ eos :

Fiat via illorum tenebræ & lubricum . * & Angelus DOMINI persequens eos .

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui . * supervacue exprobraverunt animam meam .

Veniat illi laqueus . quem ignorat.* & captio quam abscondit . [4] apprehendat eum . * & in laqueum cadat ÷ in ipsum :

Anima autem mea exultabit in DOMINO . * [5] & delectabitur super SALUTARI suo .

Omnia ossa mea dicent . * DOMINE . [6] quis similis tibi ?

Eripiens inopem [7] de manu fortiorum ejus . * egenum & pauperem a diripientibus eum .

Surgentes [8] testes iniqui . * quæ ignorabam . interrogabant me .

Retribuebant mihi mala pro bonis . * sterilitatem animæ meæ .

Ego autem [9] cum mihi molesti essent . * induebar cilicio .

Humi-

(1) *Vat.* 84. *eam copulam nescit.*

(2) *Holst. induebam me cilicio* : MS. Cod. melioris notæ legit *cilicium* , ut & Faber , & Cajet. & Ambros. & S. Bruno , sic LXX. *ἐνεδυόμην σάκκον .*

Et a nobis observatum erat Cod. D. 145 . *exbibere* cilicium , *quod & Veron. proprium est .*

(3) *Pal.* qui quærunt animam meam , *non autem* qui quærant , *uti legitur apud Vallarf. Vat.* revereantur omnes , qui quærunt animam meam : *Et sequentibus quatuor Versiculis Romano omnino consonat idem Vat. omisso , qui in illis occurrit , obelo .*

(4) *Alex.* comprehendat eum ; & in laqueo cadat in ipso . *Vat. & heic idem cum Rom. eo discrimine ut ultimis verbis legat* in ipsum *omisso etiam obelo . Quo juxta MS. Alex. in Heb. Vers. notandæ sunt voces* in ipsum , *non copula* & *ante* in laqueum, *quemadmodum juxta hodiernum Heb. factum videmus a Mart. & Vallarf.*

(5) *Alex. heic copulam nescit . Vat.* ⊖ &) delectabitur &c.

(6) *Pal.* quis similis tui ? *Alex. & Vat.* qui similis tui ?

(7) *Vat.* de manu ♆ fortioris) ejus .

(8) *Pal.* Urgentes *deleta priori litera, & quidem temere ut Vallarf. notatum . Vat.* Exurgentes .

(9) *Vat. hoc & sequenti ℣. solum differt a Romano ob voces* cilicium , *&* in sinum meum convertetur *quas præfert .* In sinum meum *legit & Alex.*

tio mea in sinu meo convertebatur ·

*Sicut proximum & sicut fratrem nostrum. ita complacebam · * tamquam lugens & contristatus. ita humiliabar ·*

Adversus me lætati sunt. & convenerunt. [1] *& congregaverunt in me flagella. * & ignoraverunt ·*

Dissoluti sunt. nec compuncti sunt. * *tentaverunt me. & deriserunt derisu · * striderunt in me dentibus suis ·*

DOMINE. [2] *quando respicies? Restitue animam meam a malefactis eorum. * & a leonibus unicam meam ·*

*Confitebor tibi. Domine. in ecclesia magna · * in populo gravi laudabo te ·*

*Ut non insultent in me. qui adversantur mihi inique · qui oderunt me gratis. * & annuebant oculis ·*

*Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur · * & super iram dolose cogitabant ·*

*Dilataverunt in me os suum. * dixerunt · Euge. euge. viderunt oculi nostri · Vidisti* DOMINE. *ne sileas · * Domine ne discedas a me ·*

Exurge. Domine. & intende [3] * *judicium meum. Deus meus. * & Dominus meus in causam meam ·*

Judica me secundum magnam misericor-

Humiliabã in jejunio animã meam · * & oratio mea in sinu meo convertetur ·

Quasi [4] proximum & quasi fratrem nostrum. sic complacebam · * quasi lugens & contristatus. sic humiliabar ·

Et [5] adversum me lætati sunt & convenerunt · * congregata sunt super me flagella. & ignoravi ·

Dissipati sunt. nec compuncti. * tentaverunt me. subsannaverunt me subsannatione · * frenduerunt super me dentibus suis ·

DOMINE. quando respicies? * Restitue animam meam [6] a malignitate eorum. * a leonibus unicam meam ·

Confitebor tibi in ecclesia magna · * in populo gravi laudabo te ·

Non [7] supergaudeant mihi. qui adversantur mihi inique. * qui oderunt me gratis. & annuunt oculis ·

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur. * & in iracundia ※ terræ ⁝ loquentes dolos cogitabant ·

Et dilataverunt [8] super me os suum. * dixerunt · Euge. euge. viderunt oculi nostri ·

Vidisti DOMINE. ne sileas · * Domine. ne discedas a me ·

Exurge. [9] & intende judicio meo · * Deus meus. & Dñus meus in causã meã ·

Judica

(1) *Eam copulam ante vocem* congregaverunt *omittunt MSS. Archivi sæpe laudati & Vat. 84. sicut & Aug. Cass. Ver. atque Complut. & Angliæ Alex.*

(2) *Holst. Domine quando respicies?* Cum interrogatione legunt MSS., ut Complut. & Sixtina LXX. & Faber, & Ambros. & Bruno.

Nostri manuscripti Archivi cum S. Brun. deinde habent; restitues. (3) *Vat. 84.* judicio meo *cum Aug. Cass. & Ver. Græc.* τῆ κρίσει μυ.

(4) *Alex.* Quasi proximum, quasi fratrem *omissa copula, quod & in Pal. observatur: Vat.* Sicut proximum, & sicut fratrem nostrum ita Ψ complacebam) tanquam lugens &c.

(5) *Vat. idem* ⁊ adversum ......, congregata sunt Ψ in) me flagella, & ignoraverunt. *Prosequitur in eodem MS. sequens* ℣. *cum Rom. solum eo ad finem vergente*: & deriserunt me derisu, striderunt Ψ in) me &c.

(6) *Idem*, animam meam a malefactis eorum, ⊖ libera) a leonibus &c. *Et sequenti versu nil differt a Romano, nisi excipias, vocem* Domine *tibi videri secundis recentioribusque curis appositam.*

(7) *Idem*, Non Ψ insultent in me) qui adversantur ..... *& infra juxta Rom.* qui annuebant oculis: *quorum loco Alex.* & annuerunt oculis. *sequenti etiam* ℣. *Vat. Rom. adamussim imitatur.*

(8) *Alex.* in me: *Vat.* ⁊ dilataverunt in me.

(9) *Idem Vat.* ⁊ intende. *Pal. paullo inferius obelo confodit post* Deus *vocem* meus, *quod minus recte factum videtur si hodiernum Heb. consulas; jure meritoque si exemplar Vers. ex illo MS. Alex. ut & ea quæ vulgaverunt Mart. atque Vallars. Idem Alex. Vers. Gal. postrema hujus* ℣. *verba legit*: in caussa mea.

ricordiam tuam . DOMINE *Deus meus .* ut non insultent in me inimici mei . * nec dicant in cordibus suis . Euge . euge . animæ nostræ .* [1] *nec dicant . Obsorbuimus eum .*

*Erubescant & revereantur simul . qui gratulantur malis meis . * induantur pudore & reverentia . * qui* [2] *magna loquuntur adversum me .*

*Exultent & lætentur qui volunt justitiam meam . * & dicant semper . Magnificetur* DOMINUS *. * qui volunt pacem servi ejus .*

*Sed & lingua mea meditabitur justitiam tuam . * tota die laudem tuam .*

Judica me [3] secundum justitiã tuam . DOMINE Deus meus . * & non supergaudeant mihi .

Non dicant in cordibus suis . Euge. [4] euge . animæ nostræ . * nec dicant . Devoravimus eum .

Erubescant & revereantur simul . * qui gratulantur malis meis .

Induantur confusione & reverẽtia.* [5] qui magna loquuntur super me .

Exultent & lætentur qui volunt justitiam meam . * & dicant semper . Magnificetur DOMINUS . * qui volunt pacem servi ejus .

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam . * tota die laudem tuam .

O R A T I O .

PRotectio salusque animæ nostræ Deus . operi nos galea spei . & scuto [6] inexpugnabilis munimenti . ut a te in causis nostræ necessitatis adjuti . mereamur cum diligentibus te lætitia & exultatione perfundi . Per .

PSALMUS XXXV. F.II.N.

In Finem . [7] Servo Domini . Psalmus David .

In Finem . [9] Servo Domini . ipsi David .

Propheta contemptores legis vehementer accusat . & sub laude Domini collata [8] *Beatorum dona describit .*

*DIxit injustus . ut delinquat in semetipso . * non est timor Dei ante oculos ejus .*

*Quoniam dolose egit in conspectu ejus . * ut inveniret iniquitatem suam & odium .* *Ver-*

DIxit injustus . [10] ut delinquat in semetipso . * non est timor Dei ante oculos ejus .

Quoniam dolose egit in conspectu ejus . * ut inveniatur [11] iniquitas ejus ad odium . Ver-

(1) *Holst. Ne dicant obsorbuimus eum :* MSS. *nec dicant ,* ot LXX. μηδὲ εἴποιεν , & sic Cajet. & Faber , & Ambros. & Vatic.

(2) *MSS. Archivi cum Vat.* 84. qui maligna loquuntur , *iisdem concinunt Aug. Cass. & Bruno .*

(3) *Vat.* Judica me Domine ..... , Deus meus 7 non Ψ insultent in me inimici mei . *Idem* Ψ. *subsequenti prorsus ut Rom. eo servato discrimine , quo non* obsorbuimus *habet , sed* absorbuimus .

(4 *Pal. peculiare est alterum* euge *veru præfigere , & deinde* devorabimus *scribere .*

(5) *Vat. Rom. hucusque consentit Alex. & Pal.* qui maligna loquuntur .

(6) *Vat.* inexpugnabili .

(7) *MSS. Archivi S. Petri* Puero *legunt in Titulo pro* Servo .

(8) *Vat.* collecta .

(9) *Discrimen in Titulo isto , & MSS. Alex. atque Vat. ille :* In finem . Puero Domini David . *iste :* In finem servo Domini , Psalmus David .

(10) Vat. ut delinquat Ψ sibi) &c.

(11) *Alex.* iniquitas ejus odium ; *licet secundis sequioribusque curis factum legatur* ad odium. *Vat.* iniquitas ejus & odium .

*Verba oris ejus iniquitas & dolus · * noluit intelligere. ut bene ageret · * iniquitatem meditatus est in cubili suo ·*

*Astitit omni viæ non bonæ · * malitiam autem non odivit ·*

DOMINE. *in cælo misericordia tua · * & veritas tua usque ad nubes ·*

*Justitia tua sicut montes Dei · ** [1] *& judicia tua abyssus multa ·*

Homines & jumenta salvos facies. DOMINE · * *Quemadmodum multiplicasti misericordias tuas. Deus!*

*Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt · * inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. & torrente* [2] * *voluptatis tuæ potabis eos ·*

*Quoniam apud te est fons vitæ · * & in lumine tuo videbimus lumen ·*

*Prætende misericordiam tuam scientibus te · * & justitiam tuam his qui recto sunt corde ·*

*Non veniat mihi pes superbiæ · * & manus peccatorum non moveat me ·*

*Ibi ceciderunt omnes. qui operantur iniquitatem · * expulsi sunt. nec potuerunt stare ·*

Verba oris ejus iniquitas & dolus · * noluit intelligere. ut bene ageret ·

Iniquitatem meditatus est in cubili suo · * [3] astitit ÷ omni : viæ non bonæ. * malitiam ÷ autem : non odivit ·

DOMINE. in cælo misericordia tua · * [4] ÷ & : veritas tua usque ad nubes ·

Justitia tua sicut montes Dei · * judicia tua abyssus multa ·

Homines & jumenta [5] salvabis. DOMINE · * Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam. Deus!

Filii autem hominum. * in tegmine alarum tuarum sperabunt ·

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. * & torrente [6] voluptatis tuæ potabis eos ·

Quoniam apud te [7] est fons vitæ · * ÷ & : in lumine tuo videbimus lumen ·

Prætende misericordiam tuam scientibus te · * & justitiam tuam his. qui recto sunt corde ·

Non veniat mihi pes superbiæ · * & manus peccatoris non moveat me ·

Ibi ceciderunt. qui operantur iniquitatem · * expulsi sunt. nec potuerunt stare ·

ORATIO.

Clarifica nos cælesti misericordia fons & origo luminis sempiterni. Deus. ut ubertate domus tuæ repleti omnem iniquitatem & dolum cum procacitate ferocis superbiæ renuamus. Per.

(1) *Eam copulam tacet Vat.* 84. *cum Aug. Cass. Ver. & Græc.* (2) *Idem Vat.* 84. voluntatis.

(3) *Omnes nostri MSS. hunc & proxime sequentem obelum prætermittunt, haud tamen bene juxta Heb. & Alex. Vers. ex eo. Fal. demum finito* ℣. *apponit* Diapsalma.

(4) *Vat. & hunc obelum nescit.*

(5) *Idem MS. heic Roman. similis excepta voce* quemadmodum, *cujus loco cum Gallicano habet* quoniam. ℣. *etiam proxime sequent. Rom. idem cum Vat. Alex. eodem habet* superabunt *pro* sperabunt.

(6) *Omnes MSS. nostri* voluntatis tuæ, *Vat. vero prosequitur*, potabis illos.

(7) *Alex. omittit vocem* est, *atque copulam ante* in lumine, *& quidem juxta Heb. hodiernum: unde vocem* est *non omittentes deberent eandem obelo notare. Prædictam copulam sine obelo Vat. relinquit: qui & Psal. ultimum versiculum legit cum Rom.*

PSALMUS XXXVI. F.II.N.

[1] Ipsi David.

[6] ÷ Psalmus ‡ ipsi David.

Vox Ecclesiæ monentis non imitandos malignantes. & de pœnis malorum. ac præmiis Beatorum.

*Noli æmulari inter malignantes. * neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.*

*Quoniam (tamquam fœnum) velociter arescent. * & (sicut olera herbarum) cito cadent.*

Spera in DOMINO. *& fac bonitatem. * & inhabita terram. & pasceris in divitiis ejus.*

Delectare in DOMINO. * *& dabit tibi* [2] *petitionem cordis tui.*

Revela [3] DOMINO *viam tuam. * & spera in eo. & ipse faciet.*

*Et educet (tamquam lumen) justitiam tuam. * & judicium tuum* [4] *sicut meridiem.*

Subditus esto [5] DOMINO. *& obsecra eum. Ne æmulatus fueris eum. qui prosperatur in via sua. * in homine faciente iniquitatem.*

*Desine ab ira. & derelinque furorem. * ne æmuleris ut nequiter facias.*

PSALT.R.G. *Quo-*

Noli æmulari [7] in malignantibus. * neque zelaveris facientes iniquitatem.

Quoniam (tamquam fœnum) velociter arescent. * & (quemadmodum olera herbarum) [8] cito decident.

Spera in DOMINO. & fac bonitatem. * [9] ÷ & ‡ inhabita terram. * & pasceris in divitiis ejus.

Delectare in DOMINO. * & dabit tibi petitiones cordis tui.

Revela DOMINO viam tuam. * [10] & spera in eo. * & ipse faciet.

Et educet [11] (quasi lumen) justitiam tuam. * & judicium tuum tamquam meridiem. * Subditus esto DOMINO. ÷ & ‡ ora eum.

Noli [12] æmulari in eo. qui prosperatur in via sua. * in homine faciente injustitias.

Desine ab ira. & derelinque furorem. * noli æmulari ut maligneris.

Quoniam qui [13] malignantur. extermina-

(1) *Nostro huic Titulo MSS. Archivi S. Petri, ut & alter a Thomasio notatus præmittunt vocem* Psalmus. *Et ab hoc Psalmo Hebraicum Alphabetum delendum esse notis suis nos monuit Thomasius idem. Eum tamen retinent Alex. MS. & recentiores Hieronymi Editiones quà Parisiensis, quà Veronensis. Vide quæ notavimus supra ad Psal. 24. pag.41. n.2.*

(2) *MSS. Archivi* petitiones, *ut & Aug. Bruno, Ver. Ambros. Græc.* τὰ αἰτήματα.

(3) *D.* 144. Revela in Domino.

(4) *Idem nescit vocem* sicut.

(5) *Alter D.* 145. *heic omittit vocem* Domino.

(6) *Alex. pro Titulo:* Ipsi David. *Vat.* Psalmus David: *uterque nulla apposita nota. Mart. & Vall.* ÷ Ipsi ‡ David.

(7) *Vat.* Ψ inter malignantes) neque æmulatus fueris &c. *juxta Rom. quod sequitur & subsequenti* ℣.

(8) *Hanc vocem* cito *obelo confodit Pal. Codex, nec temere quum in Hebræo desideretur.*

(9) *Nostri MSS. omnes obelum hunc nesciunt, nec reprehendendi si Alex. Heb. Vers. spectes.*

(10) *Voculam* &, *hoc loco tacet Vat.* spera in eum *habent deinde Alex. & Pal.*

(11) *Vat.* sicut lumen, *infra* sicut meridiem, *demum* & obsecra eum *obelo prætermisso. Alex.* quasi meridiem. *Ceterum hujus* ℣. *obelum, qui fortasse positus heic primo fuit suadente Alex. Heb. Vers. jure tum delevit Thomas. in altero Psalt. eoque carent Mart. & Val.*

(12) *Vat.* Ne æmulatus fueris Ψ eum) qui &c. *juxta Rom. ut & proxime sequenti* ℣. *adamussim idem sequitur.*

(13) *Idem*, nequiter agunt, exterminabuntur: nam qui expectant Dominum ipsi hæreditatem possidebunt terram.

Quoniam qui nequiter agunt . exterminabuntur • * *qui vero expectant* DOMINUM • [1] *ipsi hæreditate possidebunt terram* •

Pusillum adhuc . & non erit peccator • * [2] *& quæres locum ejus . nec invenies* •

Mansueti autem possidebunt terram.* *& delectabuntur in multitudine pacis* •

Observabit peccator justum .* *& fremet super eum dentibus suis* • * *Dominus autem irridebit eum* . * *quoniam prospicit . quod veniet dies ejus* •

Gladium evaginaverunt peccatores • * *tetenderunt arcum suum . ut dejiciant inopem & pauperem* . * *ut trucident rectos corde* •

Gladius eorum intret in cor ipsorum • * *& arcus eorum conteratur* •

Melius est modicum justo . * *super divitias peccatorum multas* •

Quoniam brachia peccatorum conterentur • * *confirmat autem justos* DOMINUS •

Novit DOMINUS *vias immaculatorum* • * *& hæreditas eorum in æternum erit* •

Non confundentur in tempore malo • * *& in diebus famis saturabuntur*.*

Quoniam peccatores peribunt •

Inimici autem DOMINI *mox ut* [3] *honorati*

minabuntur • * sustinentes autem DOMINUM . ipsi hæreditabunt terram •

Et adhuc pusillum . & non erit peccator • * & quæres locum ejus . & non invenies •

Mansueti autem [4] hæreditabunt terram • * & delectabuntur in multitudine pacis •

Observabit peccator justum . * [5] & stridebit super eum dentibus suis •

Dominus ÷ autem : irridebit eum.* [6] ÷ quoniam : prospicit quod veniet dies ejus •

Gladium evaginaverunt peccatores.* [7] intenderunt arcum suum •

Ut [8] dejiciant pauperem & inopem.* ut trucident rectos corde •

Gladius [9] eorum intret in corda ipsorum . * & arcus eorum confringatur •

Melius [10] est modicum justo.* super divitias peccatorum multas •

Quoniam brachia peccatorum conterentur • * confirmat autem justos DOMINUS •

Novit DOMINUS dies immaculatorum • * & hæreditas eorum [11] ÷ in : æternum erit •

Non confundentur in tempore malo • * & in diebus famis saturabuntur. *

[12] Quia peccatores peribunt •

Inimici [13] vero DOMINI mox ut honorifi-

(1) *Holst. ipsi hæreditatem possidebunt terram*, legunt Codd. MSS. & sic alibi notandum occurret: Ita quoque legitur ℣. 29. hujus Psalmi, & sic Psalm. 82. ℣. 9. nostræ Editionis.

(2) *Holst. & quæres locum ejus, & non invenies*. MSS. omnes, *nec invenies*, ut Faber, & Cajet. & Bruno, & Vatic..

(3) *Holst. Inimici autem Domini, mox honorati, & exaltati fuerint*, legunt MSS. omnes deleta particula *ut*: & sic Faber: LXX. ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς: Bruno, & Vatic. delent pariter eandem particulam *ut*.

Et noster Vat. 84. *eandem particulam delet*.

(4) *Vat.* possidebunt *cum Rom.*

(5) *Idem*, & fremet. *Pal. addit heic* Diapsalma.

(6) *Secundum hunc obelum delevit Thomas. in altero Psalt. Eodem destituuntur Mart. & Val. Cetera Alex.* quia prospicit quoniam veniet.

(7) *Vat.* ⊖ & ⸌ intenderunt &c.

(8) *Alex. Pal.* Ut decipiant. *Vat.* Ut dejiciant inopem &c. *cum Rom.*

(9) *Idem ml. Alex. in præsenti* intret in cor ipsorum, & arcus ipsorum &c. *Vat.* Framea eorum intret in cor ipsorum.

(10) *Abest heic verbum* est *a Pal.*

(11) *Hanc notam rejiciunt Vat. Mart. Val. constanter retinet Thomasius*.

(12) *Vat.* Quoniam &c.

(13) *Vat. idem*, Inimici autem Domini statim ut honorabuntur, & exaltabuntur &c. *voculam* ut *prætereunt Alex. & Pal. Et in fine ℣. Alex.* defecerunt.

norati & exaltati fuerint . * *deficientes (ut fumus) deficient* .

Mutuatur peccator . & non folvit . * *juftus autem miferetur . & commodat* .

Quoniam benedicentes eum poffidebunt terram . * *maledicentes autem illum difperient* .

A DOMINO *greffus hominis* [1] *diriguntur* . * *& viam ejus cupit nimis* .

Cum ceciderit juftus . non conturbabitur . * *quia* DOMINUS *firmat manum ejus* .

Juvenior [2] *fui* . * *& fenui . & non vidi juftum derelictum . nec femen ejus egens pane* .

Tota die miferetur . & commodat . * *& femen ejus in benedictione erit* .

Declina a malo . & fac bonum . * *& inhabita in fæculum fæculi* .

Quoniam DOMINUS *amat judicium . & non derelinquet Sanctos fuos* . * *in æternum confervabuntur* .

Injufti autem punientur . * *& femen impiorum peribit* .

Jufti vero [3] *hæreditatem poffidebunt terram* . * *& inhabitabunt in fæculum fæculi fuper eam* .

Os jufti meditabitur fapientiam . * *& lingua ejus loquetur judicium* .

Lex Dei ejus in corde ipfius . * *& non fupplantabuntur greffus ejus* .

Confi-

norificati fuerint & exaltati . * deficientes (quemadmodum fumus) deficient .

Mutuabitur peccator . [4] & nõ folvet . * juftus autem miferetur . & tribuet .

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram . * maledicentes autem ei difperibunt .

Apud DOMINUM greffus hominis [5] dirigentur . * & viam ejus volet .

Cum [6] ceciderit . non collidetur . * quia DOMINUS fupponit manum fuam .

Junior fui . [7] etenim fenui . & non vidi juftum derelictum . * nec femen ejus quærens panem .

Tota die miferetur . [8] & commodat . * & femen illius in benedictione ÷ erit ⁑

Declina a malo . & fac bonum . * [9] & inhabita in fæculum ÷ fæculi ⁑

Quia DOMINUS amat judicium . & non derelinquet [10] Sanctos fuos . * in æternum confervabuntur .

÷ Injufti punientur ⁑ * & femen impiorum peribit .

Jufti [11] ÷ autem ⁑ hæreditabunt terram . * & inhabitabunt in fæculum ÷ fæculi ⁑ fuper eam .

Os jufti meditabitur fapientiam . * & lingua ejus loquetur judicium .

Lex Dei ejus in corde ipfius . * ÷ & ⁑ non fupplantabuntur greffus ejus .

 Confi-

(1) *Vat.* 84. dirigetur *cum Ver.*

(2) *Holft. Junior fui* : MSS. omnes & Bruno & Vat. *juvenior* fui ut infra Pfal. 118. ℣. 9. notabitur , ubi eodem modo fcribitur in MSS. & editis Fabri , & Cajet. qui heic diffentiunt .

(3) *MSS. fæpe laudati Archivi , & Vat.* 84. hæreditate , *fic etiam Aug. Caff. Bruno Ambrofian. & Ver.*

(4) *Alex.* & non folvit , *tum vero* , & tribuit. *Pal.* & retribuet . *Vat.* & tribuit *in aliis Rom. refpondens , ficut & fubfequenti* ℣. *excepta voce* poffidebunt , *cujus loco cum Rom. habet* hæreditabunt .

(5) *Pal.* dirigetur ; *profequitur deinde Vat. dicens* & viam ejus cupiet valde .

(6) *Vat.* Cum ceciderit ÷ juftus ⁑ &c. *juxta Rom. Pal. addit* Diapfalma .

(7) *Pal.* ÷ & ⁑ enim: *Vat.* Junior fui & ☧ fenui &c. *Alex. quum dixerit* : junior fui & fenui &c. ℣. *claudit* quærens panes .

(8) *Vat.* & commodat juftus , & femen ejus &c. *omiffo deinde obelo* .

(9) *Idem Vat.* & inhabita Ψ in fæcula ÷ fæculorum ⁑) *Obelum hunc Pal. omittit , ut & Alex.*

(10) *Idem Vatic.* Sanctos fuos ☉ quoniam) in æternum &c. *Alex. fubfequenti* ℣. ÷ injuftus punietur ⁑ & femen impiorum difperibit . *Vat. eodem fequitur Rom. obelumque præterit* :

(11) *Vat.* Jufti hæreditatem poffidebunt terram & inhabitabunt Ψ in fæcula fæculorum) fuper eam .

*Conſiderat peccator juſtum . * & quærit perdere eum .* DOMINUS *autem non derelinquet eum in manibus ejus. * nec damnabit eum . cum judicabitur illi .*

Expecta DOMINUM. *& cuſtodi vias ejus . * & exaltabit te . ut inhabites terram . * [1] cum perient peccatores . videbis .*

*Vidi impium ſuperexaltatum . * & elevatum ſuper cedros Libani .*

*Tranſivi . & ecce non erat . quæſivi eum . * & non eſt inventus locus ejus .*

*Cuſtodi veritatem . & vide æquitatem . * quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico .*

*Injuſti [2] autem diſperient . * ſimul reliquiæ impiorum peribunt .*

Salus autem Juſtorum a DOMINO [3] *eſt . * & protector eorum eſt in tempore tribulationis .*

Et adjuvabit eos DOMINUS . *& liberabit eos . * & eripiet eos a peccatoribus . & ſalvos faciet eos . quoniam ſperaverunt [4] in eo .*

Conſiderat peccator juſtum . * & quærit , mortificare eum .

DOMINUS ÷ autem ⁝ non derelinquet eum in manibus ejus . * [6] nec damnabit eum cum judicabitur ÷ illi ⁝

[7] Expecta DOMINUM . & cuſtodi viam ejus . * & exaltabit te ut hæreditate capias terram . * cum perierint peccatores . videbis .

Vidi impium ſuperexaltatum . * [8] & elevatum ſicut cedros Libani .

Et tranſivi . & ecce non erat . * & quæſivi eum . & non eſt inventus ÷ locus ejus ⁝

Cuſtodi innocentiam . & vide æquitatem . * quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico .

Injuſti autem diſperibunt ſimul . * reliquiæ impiorum [9] interibunt .

[10] Salus autem Juſtorum a DOMINO . * ÷ & ⁝ protector eorum in tempore tribulationis .

Et adjuvabit eos DOMINUS . [11] & liberabit eos . * ÷ & ⁝ eruet eos a peccatoribus . * & ſalvabit eos . quia ſperaverunt in eo .

ORATIO.

BEatitudo omnium [12] non incerta juſtorum . Deus . (qui Sanctos tuos non derelinquis in fame . nec in ſtadio tribulationum ſuperari permittis .) precamur ut ea nos munias dextera . quam illis ne corruant velociter porrigis præparatam . Per .

PSAL-

(1) *MSS. Archivi* cum perierint . *Vat.* 84. in eo dum pereunt .

(2) *D.* 144. Injuſti vero diſperient .

(3) *Verbum* eſt *tacet heic Vat.* 84.

(4) *Uterque MS. Archivi S. Petri cum Caſt. Brun. & Ver.* in eum : *Græc.* ἐπ' αὐτόν .

(5) *Vat.* occidere eum .

(6) *Idem* , nec condemnabit eum &c. *ac ſequenti deinde obelo deſtituitur , nec fortaſſe immerito . Conſule Heb.*

(7) *Idem* , Suſtine Dominum , & cuſtodi vias ejus , & exaltabit te , ut hæredites terram ; in eo dum pereunt peccatores videbis .

(8) *Vat. hoc hemiſtichio* : & elevatum Ψ ſuper cedros) Libani . *Idem Vat. ſubſequentem verſiculum proſequitur* : ℑ tranſivi .... ℑ inquiſivi .

(9) *Alex. & Vat.* peribunt .

(10) *Pal.* ÷ Salus autem ⁝ juſtorum , *illi ſuffragatur Verſ. ex Heb. Alex. qui tum pro Gallic. habet* : protector eorum eſt in tempore &c. *Vat. utroque obelo neglecto Rom. prorſus æmulatur .*

(11) *Vat.* ÷ & liberabit eos ⁝ & eruet &c. *juxta Rom. ultima voce mutata in* eum . *Quoad obelum quo reſecantur voces* & liberabit eos , *eidem ſuffragatur Verſ. ex Heb. Alex. MS.*

(12) *Pal.* non incerta ſpes juſtorum , *& infra* nec tædio tribulationis ſuperare permittis &c.

PSALMUS XXXVII. F.I.N.

Psalmus David · In [1] rememoratione Sabbati ·

Vox Pœnitentis misericordiam benigni Judicis deprecantis. qui se corpore sauciatum & animo [2] amicorum exprobratione dicit esse confusum ·

*DOMINE. ne in ira tua arguas me · * neque in furore tuo corripias me ·*

*Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi · * & confirmasti super me manum tuam ·*

*Nec est sanitas in carne mea a vultu iræ tuæ · * & non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum ·*

*Quoniam iniquitates meæ superposuerunt caput meum · * (sicut onus grave) gravatæ sunt super me ·*

*Computruerunt & deterioraverunt cicatrices meæ. * a facie insipientiæ meæ ·*

*Miseriis afflictus sum [3] & curvatus sum usque in finem · * tota die contristatus ingrediebar ·*

*Quoniam anima mea completa est illusionibus · * & non est sanitas in carne mea ·*

*Incurvatus sum & humiliatus sum usq uequaque · * rugiebam a gemitu cordis mei · * & ante te est omne desiderium meum. * & gemitus meus a te non est absconditus ·*

*Cor meum conturbatum est in me · * & de-*

Psalmus David. In [4] rememorationem ÷ de Sabbato ⁝

DOMINE. ne [5] in furore tuo arguas me · * neque in ira tua corripias me ·

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi · * & confirmasti super me manum tuam ·

Non est sanitas [6] in carne mea a facie iræ tuæ · * non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum ·

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum · * [7] & (sicut onus grave) gravatæ sunt super me ·

Putruerunt [8] & corruptæ sunt cicatrices meæ. * a facie insipientiæ meæ ·

Miser factus sum & curvatus sum [9] usque in finem · * tota die contristatus ingrediebar ·

Quoniam [10] lumbi mei impleti sunt illusionibus · * & non est sanitas in carne mea ·

Afflictus sum & humiliatus sum nimis · * rugiebam a gemitu cordis mei ·

Domine ante te omne desiderium meum · * & gemitus meus [11] a te non est absconditus ·

Cor meum conturbatum est. * dereliquit me virtus mea. * & lumen oculo-

(1) *MSS. Archivi S. Petri*: In commemoratione de Sabbato. *Vat.* 84. diei Sabbati.

(2) *Vat.* inimicorum.

(3) *D.* 145. *&* *Vat.* 84. & turbatus sum.

(4) *Vat.* In commemoratione Sabbati. *Pal.* Die Sabbati, *uterque deinde obelo destituitur*.

(5) *Vat. Heic prorsus ut Rom. Versiculo absoluto Pal. addit* Diapsalma.

(6) *Alex.* Non est sanitas carni meæ &c. *Vat. ut Rom.*

(7) *Copulam hanc tollit Vat. cui præter Heb. Græc. & Pal. suffragantur & Alex. & Vat. qui hoc versiculo Rom. similis habet*: ⊝ &) sicut onus &c.

(8) *Alex.* Putriverunt. *Vat.* Computruerunt, & putriverunt livores mei a facie &c.

(9) *Alex.* usque ad finem. *Vat.* Miserus afflictus sum & curvatus sum usque in finem ⊝ valde) tota die &c.

(10) *Idem Vat.* Quoniam ⚹ anima mea completa est) illusionibus &c. *qui & sequenti versiculo idem prorsus cum Rom.*

(11) *Idem*, non est absconditus a te: ℣. *etiam subsequenti*: conturbatum est ⊝ in me) & dereliquit.

*& deseruit me fortitudo mea. * & lumen oculorum meorum non est mecum.*

*Amici mei & proximi mei adversus me [1] appropiaverunt. & steterunt. * & proximi mei a longe steterunt.*

*Et vim faciebant qui quærebant animam meam. * & qui inquirebant mala mihi. locuti sunt [2] vanitates. & dolos tota die meditabantur.*

*Ego autem (velut surdus) non audiebam. * & sicut mutus qui non [3] aperit os suum.*

*Et factus sum ut homo non audiens. * & non habens in ore suo increpationes.*

Quoniam in te. DOMINE. *speravi. * dixi. Tu exaudies [4] me.* DOMINE *Deus meus.*

*Quia dixi. Ne aliquando insultent in me inimici mei. & dum commoventur pedes mei. * in me magna locuti sunt.*

*Quoniam ego ad flagella paratus sum. * & dolor meus ante me est semper.*

*Quoniam iniquitatem meam ego pronuncio. * & cogitabo pro peccato meo.*

*Inimici mei autem vivent. & confortati sunt super me. * & multiplicati sunt qui oderunt me inique.*

*Qui retribuebant mihi mala pro bonis detrahebant mihi. * quoniam subsecutus sum justitiam.* *Ne*

oculorum meorum. & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei * adversũ me appropinquaverunt. & steterunt.

Et [5] qui juxta me erant. de longe steterunt. * & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi. locuti sunt vanitates. * & dolos tota die meditabantur.

Ego [6] autem (tamquam surdus) non audiebam. * & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens. * & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te. DOMINE. speravi. * tu exaudies [7] ÷ me ⁝ DOMINE Deus meus.

Quia [8] dixi. Ne quando supergaudeant mihi ÷ inimici mei ⁝ * & dum commoventur pedes mei. super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus [9] sum. * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniã iniquitatẽ meam annunciabo. * ÷ & ⁝ cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei [10] vivunt. & confirmati sunt ÷ super me ⁝ * & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi. * [11] quoniam sequebar bonitatem. Ne

(1) *MSS. Archivi* appropinquaverunt *cum Aug. Cass. Brun. & Ver.*

(2) Vanitatem *scribunt singulari numero D.145. & Vat.84.* (3) *Alter D.144.* aperuit.

(4) *In Vat. 84. post vocem* exaudies *hujus loci deest altera vox* me, *sicut & in August. Ver. & Græc.*

(5) *Vat.* Et proximi mei a longe steterunt, & vim faciebant &c. *cum Rom.*

(6) *Et heic Romano consonat Vat. qui proxime sequentem ℣. incipit* ℑ factus sum, *& prosequitur deinde cum eodem Rom. Eo versiculo absoluto Pal. addit* Diapsalma.

(7) Me *voculam & obelum simul nesciunt Pal. & Vat. ut & Mart. atque Val. retinet Alex. nec obelo notavit negligens Antiquarius, notandam sane ex ejusdem Vers. ex Heb.*

(8) *Vat.* Quoniam dixi: ne aliquando Ψ insultent in me) inimici mei.

(9) *Verbum* sum *præterit Pal. qui & subsequenti versu* ego adnuntiabo. *Vat. idem cum Rom. heic & subsequenti eodem, si obelum quem præfert, excipias.*

(10) Vivent *omnes nostri MSS. Alex. prosequitur:* & firmati sunt. *Vat. finit dicens:* qui me oderunt inique.

(11) *Idem Vat.* quia subsequebar justitiam. *Pal. rursus* Diapsalma *subjungit.*

Ne derelinquas me. DOMINE *Deus meus. ne discesseris a me. * intende in adjutorium meum. Domine Deus salutis meæ*.

Ne derelinquas me. DOMINE Deus meus. * ne discesseris a me.
Intende in adjutorium meum. * Domine [1] ÷ Deus ⁑ salutis meæ.

ORATIO.

EMitte Salutare tuum infirmitatibus nostris. vulnerum cicatricumque mortalium [2] potentissime medicator. ut omnem gemitum doloremque nostrum coram te deplorantes. valeamus evincere insultationes adversantium vitiorum. Per.

PSALMUS XXXVIII. F.III.N.

In [3] Finem. Pro Idithun. Canticum David.

In Finem. [6] Ipsi Idithun. Canticum David.

Vox Justi contra inimicos utiliter tacentis. & petentis vitæ suæ finem [4] cognoscere. si forte Incarnationem Domini intueri possit. petentisque sibi noxia delicta dimitti.

*DIxi. Custodiam vias meas. * ut non delinquam in lingua mea.*
*Posui ori meo custodiam. * dum [5] consistit peccator adversus me.*
*Obmutui. & humiliatus sum. & silui a bonis. * & dolor meus renovatus est.*
*Concaluit cor meum intra me. * & in meditatione mea exardescit ignis.*
*Locutus sum in lingua mea. * Notum mihi fac.* DOMINE. *finem meum. * & nu-*

DIxi. Custodiam vias meas. * ut non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam. * [7] cum consisteret peccator adversum me.
Obmutui. [8] & humiliatus sum. ÷ & ⁑ silui a bonis. * & dolor meus renovatus est.
Concaluit cor meũ intra me. * ÷ & ⁑ in meditatione mea [9] exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea. * Notum fac [10] mihi DOMINE. finem meum. Et nu-

(1) *Pal. & Vat. hanc notam omittunt, sed notante Vallarsio præstat eadem vocem* Deus *quæ in Hebræo non resonat, induci, si cum Alex. MS. non omittatur.*

(2) *Vocem* potentissime *tacet Vatic.*

(3) *Voces* In finem *nescit D. 145. tum ante postremam vocem* David *alteram* ipsi *adponit Vat. 84.*

(4) *Voce* cognoscere *destituitur Vatic.*

(5) *MSS. sæpe laudati Archivi S. Petri* dum consisteret.

(6) *Inter se dissoni nostri MSS. Titulum hunce varie præferunt. Alex. tacet vocem* ipsi. *Vat.* In finem, pro Idithun, Canticum ipsi David. *Pal.* In finem, pro Idithun.

(7) *Vat.* dum consisteret.

(8) *Thomasius in altero Psalt. & Mart.* Obmutui ÷ & humiliatus sum, & ⁑ silui &c. *Val.* ÷ & ⁑ humiliatus sum ÷ & ⁑ silui &c. *adjuncta notatiuncula monens comparando ipsum Hebræum textum cum Græco se monitum fuisse de vitandis Thomasii (quem, ut heic jacet, solum copulam ante vocem* silui *obelo notasse retur) & Martianæi erroribus. Oculata sane Vallarsii observatio, qua apertissime decipitur: illud enim,* & humiliatus sum, *ut & copula ante* silui *in Hebræo desideratur; quum vox* דומיה *nonnisi* silentium *exprimat. Sed quid mirum in propriis hallucinari eum qui alienis emendandis totus incumbit! Ad hæc Versiones ex Hebræo tum Alex. MS. tum ab ipso edita, & ab aliis, nobis & Martianæo tantum suffragantur, non eidem Vallarsio. Pal. & Vat. unice copulam* & *ante* silui *obelo confodiunt.*

(9) *Omnes MSS. nostri præferunt* exardescit.

(10) *Vat. Rom. sequens vocem* mihi *tacet.*

& numerum dierum meorum. quis est? ut sciam quid desit mihi.

Ecce veteres posuisti dies meos. & substantia mea. tamquam nihil ante te est.

Verumtamen universa vanitas. omnis homo vivens. Diapsalma. *Quamquam in imagine Dei ambulet homo. * tamen vane conturbabitur.*

*Thesaurizat. & ignorat cui congreget ea. * Et nunc quæ est expectatio mea? [1] nonne Dominus? * Et substantia mea tamquam nihil ante te est.*

*Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. * opprobrium insipienti dedisti me.*

Obmutui. & non aperui os meum. [2] *quoniam tu fecisti me. amove a me plagas tuas. * a fortitudine enim manus tuæ ego defeci in increpationibus.*

*Propter iniquitatem corripuisti hominem. * & tabescere fecisti (sicut araneam) animam ejus.*

Verumtamen universa vanitas. omnis homo vivens. Diapsalma. *Exaudi Deus orationem meam & deprecationem meam. * auribus percipe lacrymas meas. ne sileas a me.*

*Quoniam incola ego sum apud te in terra. * & peregrinus sicut omnes patres mei.*

Remit-

Et numerum dierum meorum. quis est? * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos.* & substantia mea [3] tamquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vanitas. * omnis homo vivens. *Diapsalma.*

Verumtamen in imagine [4] pertransit homo. * sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat. * & ignorat cui [5] congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? * ÷ & ‡ substantia mea [6] apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. * opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui ÷ & ‡ non aperui os meũ. quoniam tu fecisti. * amove a me plagas tuas.

A fortitudine [7] manus tuæ * ego defeci in increpationibus. * propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti (sicut araneam) animam ejus. * verumtamen vane ÷ cõturbatur ‡ omnis homo. *Diapsalma.*

Exaudi [8] orationem meam. DOMINE.* & deprecationem meam. * auribus percipe lacrymas meas.

Ne sileas. * quoniam advena ego sum apud te. * & peregrinus. sicut omnes patres mei.

Remit-

(1) *Holst.* MSS. & Faber, & Ambros. & Vatic. distinguunt ut Græca LXX. *Nonne Dominus? Et substantia mea tanquam nihilum ante te est.*

(2) *Holst. quoniam tu fecisti*: MSS. nostri, & Faber, & Cajet. & Bruno, & Vatic. *quoniam tu fecisti me*: atque ita Sixtina LXX. *ὅτι σὺ εἶ ὁ ποιήσας με, quoniam tu es qui fecisti me*, ut apud August. legitur. Noster Interpres olim legisse videtur: *ὅτι σὺ ἐποίησας με*, ut ex Versione apparet, quam etiam S. Gregorius agnoscit Moral. lib. 3. cap. 10.

(3) *Vat. & præsenti versu Romanum omnino spirans demum finit*: tanquam nihil ante te (Θ est). *Deinde proximum* Diapsalma *omittit*.

(4) *Et heic MS. idem ut Rom. legit excepto verbo* ambulet, *cujus loco sufficit alterum transeat.*

(5) *Idem*, congregavit.

(6) *Idem*, ante te est; *qui subsequenti ℣. juxta Rom. scribit non* erue me, *sed* eripe me.

(7) *Rursus idem MS.* A fortitudine enim manus tuæ ego defeci in increpationibus: super iniquitatem erudisti hominem. *Proximum deinde obelum præterit.*

(8) *Pal. Mart. & Val.* ÷ Ex ‡ audi &c. *Vat. voces* & depreeationem meam *cum subsequentibus statim jungit* auribus pereipe, *iisque versiculum absolvit: subsequentem vero incipit* Lacrymis meis ne sileas quia incola ego sum apud te, & peregrinus &c. *Ubi Alex. habet* advena sum *omisso pronomine* ego: *Pal. & ex eo Val.* ÷ & ‡ peregrinus &c. *Eam tamen copulam qua destituitur hodiernus Heb. in eodem antiquitus invenit auctor Vers. MS. Alex.*

*Remitte mibi ut refrigerer priusquam eam . * & amplius non ero .*

Remitte mihi ut refrigerer . * priusquam abeam . [1] & amplius non ero :

ORATIO .

CUstodi . Domine . viam nostram ne delinquamus in lingua . ut in meditationibus nostris spirituali igniculo ardescente . ea thesaurizemus in sæculo . [2] quæ (te tribuente) capiamus in cælo . Per :

PSALMUS XXXIX. F.III.N.

In Finem . Psalmus David .

In Finem . Psalmus [5] ipsi David .

Vox Ecclesiæ gratias agentis quia de mærore Mundi liberata est . ipseque Dominus sanctam Incarnationem & justitiam suæ prædicationis exponens . Patris auxilium deprecatur :

EXpectans expectavi DOMINUM . * *& respexit me . * & exaudivit deprecationem meam . * & eduxit me de lacu miseriæ . & de luto fæcis .*

*Et [3] * statuit supra petram pedes meos . & direxit gressus meos . * & immisit in os meum canticum novum . hymnum Deo nostro .*

*Videbunt multi . & timebunt . * & sperabunt in* DOMINO .

Beatus vir cujus est nomen DOMINI *spes ejus . * & non respexit [4] in vanitatem & insanias falsas .*

Multa fecisti tu DOMINE *Deus meus mirabilia tua . * & cogitationibus tuis non est quis similis tibi .*

*Annunciavi & locutus sum . multiplicati sunt super numerum . Sacrificium & oblationem noluisti . * corpus antem perfecisti mibi :*

PSALT.R.G. *Holo-*

EXpectans expectavi DOMINUM . * [6] & intendit mihi .

Et [7] exaudivit preces meas . * & eduxit me de lacu miseriæ . ÷ & ⁑ de luto fæcis .

Et [8] statuit super petram pedes meos . * ÷ & ⁑ direxit gressus meos .

Et [9] immisit in os meum canticum novum . * carmen Deo nostro .

Videbunt multi . & timebunt . * & sperabunt in DOMINO .

Beatus vir cujus est nomen DOMINI spes ejus . * & non respexit in vanitates & insanias falsas .

Multa fecisti tu [10] DOMINE Deus meus mirabilia tua . * & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi .

Annunciavi & locutus sum . * multiplicati sunt super numerum .

Sacrificium & oblationem noluisti . *

K aures

(1) *Vat.* & amplius jam non ero .

(2) *Idem Vat.* quæ te tribuente cælesti capiamus exordio . Per &c. *Pal.* te retribuente capiamus sine fine in cælo &c.

(3) *Vat.* 84. *copulam ante vocem* statuit *hoc loco silet .*

(4) *Vat.* 84. in vanitates *plurium numero , ut & Aug. Cass. Ver. Ambros. Grec.* εἰς ματαιότητας .

(5) *Nostri Codd. omnes heic tacent vocem* ipsi.

(6) *Vat.* & respexit me *ut Rom.*

(7) *Idem Vat. cum Pal. Mart. & Val.* Et ÷ ex ⁑ audivit .

(8) *Hoc loco copulam nesciunt ante* statuit *Vat. & Alex. qui postremus deinde cum Pal. proximum obelum præterit .*

(9) *Vat.* Et misit ; *versiculum deinde cum Rom. prosequitur .*

(10) *Idem ,* Domine Deus ☧ mirabilia tua .

*Holocausta etiam pro delicto non postulasti . * tunc dixi . Ecce venio .*

*In capite libri scriptum est de me . * ut faciam voluntatem tuam . Deus meus volui . * & legem tuam in medio cordis mei .*

*Bene nunciavi justitiam tuam in ecclesia magna . * ecce labia mea non prohibebo .*

DOMINE *tu cognovisti . * justitiam tuam non abscondi in corde meo . * veritatem tuam &* SALUTARE *tuum dixi .*

*Non celavi misericordiam tuam . * & veritatem tuam* [1] *a synagoga multa .*

Tu autem . DOMINE . *ne longe facias misericordias tuas a me . * misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me .*

*Quoniam circumdederunt me mala . quorum non est numerus . * comprehenderunt me iniquitates meæ . & non potui ut viderem .*

*Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei . * & cor meum dereliquit me .*

Complaceat tibi . DOMINE . *ut eripias me . ** DOMINE . *in auxilium meum respice .*

Confundantur [2] *& revereantur inimici mei . * qui quærunt animam meam . ut auferant eam .*

*Avertantur retrorsum . & erubescant . * qui cogitant mihi mala .*

Ferant

[3] aures ÷ autem ⁝ perfecisti mihi .

Holocaustum & pro peccato non postulasti . * tunc dixi . Ecce venio .

In capite libri scriptum est de me. * [4] ut facerem voluntatem tuam . Deus meus volui . * & legem tuam in medio cordis mei .

Annunciavi justitiam [5] ÷ tuam ⁝ in ecclesia magna . * ecce labia mea non prohibebo . DOMINE tu scisti .

Justitiam tuam non abscondi in corde meo . * veritatem tuam & SALUTARE tuum dixi .

Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam * [6] a concilio multo .

Tu ÷ autem ⁝ DOMINE . ne longe facias [7] miserationes tuas a me . * misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me .

Quoniam circumdederunt me mala . quorum non est numerus . * comprehenderunt me iniquitates meæ . * & non potui ut viderem .

Multiplicatæ [8] sunt super capillos capitis mei . * & cor meum dereliquit me .

Complaceat [9] tibi . DOMINE . ut eruas me . * DOMINE . ad adjuvandum me respice .

Confundantur & revereantur simul.* qui quærunt animam meam. ut auferant eam .

Convertantur [10] retrorsum & revereautur . * qui volunt mihi mala .

Fcrant

(1) *Vat.* 84. *cum Cass.* in Synagoga multa. *Græc.* ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς.

(2) *Vat.* 84. & revereantur simul qui quærunt *cum Aug. Cass. & Ver.*

(3) *Vat.* corpus autem *omisso obelo : etiam subsequenti* ℣. *Rom. consentit MS. ille solo discrimine vocis* etiam , *quæ in* & *copulam mutatur.*

(4) *Idem* , ut faciam , *& infra* in medio ventris mei .

(5) *Obelum & ipso notatam vocem Alex. MS. præterit. Vat. una excepta voce* annuntiavi *Romani verba retinet in præsenti , ut & subsequenti versiculo .*

(6) *Hucusque quod secutus fuerat Romanum heic deserit Vat. scribens* : a Synagoga multorum.

(7) *Vat. neglecto obelo superiori* : ℣ misericordias) tuas &c.

(8) *Pal.* multiplicati sunt ; *huic ms. consentit alter D.* 145. *S. Petri. Alex.* multiplicata sunt .

(9) *Idem Pal.* ÷ com ⁝ placeat . *Vat. idem cum. Rom.*

(10) *Vat. idem* , Avertantur retrorsum , & confundantur , qui &c.

Ferant confestim confusionem suam . qui dicunt mihi · Euge . euge ·*

*Exultent & lætentur qui quærunt te . Domine · * & dicant semper . Magnificetur* DOMINUS. * *qui diligunt* SALUTARE *tuum* ·

Ego vero egenus & pauper sum · [1] * *Dominus curam habet mei* ·

Adjutor meus & liberator meus [2] *es tu* · * *Domine . ne tardaveris* ·

Ferant confestim confusionẽ suam .* qui dicunt mihi · Euge . euge ·

Exultent & lætentur [3] super te omnes quærentes te · * ÷ & ‡ dicant semper · Magnificetur DOMINUS . * qui diligunt SALUTARE tuum ·

Ego [4] autem mendicus sum & pauper · * Dominus solicitus est mei ·

Adjutor meus . & protector meus tu es · * Deus meus ne tardaveris ·

ORATIO·

EXpectatio tuorum unica famulorum Deus . quem venturum in Mundum caput Libri Principalis edocuit . infere (precamur) legem tuam in medio cordis nostri . ut tuas justitias nunciantes ab imminentibus periculis eruamur · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum·

PSALMUS XL. F.III.N.

In Finem · Psalmus David ·

In Finem · Psalmus [5] ipsi David ·

Vox Prophetæ beatum prædicantis eleemosynæ largitorem · & de Passione ac Resurrectione Christi ·

B*Eatus qui intelligit super egenum & pauperem · * in die mala liberabit eum* DOMINUS ·

DOMINUS *conservet eum & vivificet eum . & beatum faciat eum . & emundet in terra animam ejus · * & non tradat eum in manus inimici ejus* ·

DOMINUS *opem ferat illi super lectum doloris ejus · * Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus* ·

BEeatus qui intelligit super egenum ÷ & pauperem ‡ * in die mala liberabit eum DOMINUS ·

DOMINUS conservet eum . & vivificet eum . * & beatum faciat eum [6] in terra · * & non tradat eum in animam inimicorum ejus ·

DOMINUS opem ferat illi super lectum doloris ÷ ejus ‡ * Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus ·

Ego

(1) *Vat.* 84. Deus adjuva me *legitur , non vero* Dominus curam habet mei .

(2) *Holst. es tu : Domine ne tardaveris* : MSS. omnes & Cajet. & Bruno , & Vatic. legunt *esto Domine ; ne tardaveris* : in distinctione conveniunt Græci apud quos habetur · *ὁ σὺ ὁ θεός μου , μὴ χρονίσῃς* . Sed illud contra LXX. & Hebræum textum est . Sic infra Psal. 69. variant .

(3) *Vat.* Ψ in te) ÷ omnes ‡ quærentes &c. *eandem vocem* omnes *obelo notatur & Pal. MS. qui deinde alterum obelum negligit . His notatis merito scribere possumus cum Val.* neutrum bene .

(4) *Vat.* Ego autem egenus &c. *cum Rom. Idem subsequenti versu :* Adjutor meus , & protector meus ÷ es ‡ tu ⊖ Domine) Deus meus ne tardaveris .

(5) *Alex. atque Pal. tollunt a præsenti titulo vocem* ipsi . *Titulum alterum Vat. incipit :* Vox Prophetiæ &c. *Idem & subsequenti proximo obelo destituitur* .

(6) *Idem Vat.* super terram : & non tradat eum in manus inimicorum ejus . *Græc. εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ . Idem adhuc V. subsequentem orditur :* Dominus adjuvet eum super lectum &c. *præteritque deinde obelum* .

Ego dixi. DOMINE. *miserere mei*. * *sana animam meam. quia peccavi tibi*.

Inimici mei dixerunt mala mihi. * *Quando morietur. & periet nomen ejus?*

Et ingrediebantur ut viderent. * *vana locutum est cor eorum*. * *congregaverunt iniquitatem sibi*.

Et [1] *egrediebantur foras. & loquebantur*. * *simul in unum susurrabant*.

Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi. * *verbum iniquum mandaverunt adversum me*.

Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo sperabam. qui edebat panes meos. * *ampliavit adversus me supplantationem*.

Tu autem. DOMINE. *miserere mei*. * *& resuscita me. & retribuam illis*.

In hoc rognovi quoniam voluisti me. * *quia non gaudebit inimicus meus super me*.

Propter innocentiam autem meam suscepisti me. * *& confirmasti me in conspectu tuo in æternum*.

Benedictus DOMINUS *Deus Israel a sæculo* * *& usque in sæculum. Fiat. Fiat*.

Ego dixi. DOMINE. miserere mei. * sana animam meam. [2] quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi. * Quando morietur. & peribit nomẽ ejus?

Et si ingrediebatur ut videret. vana loquebatur. [3] * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras. * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei. * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me. * [4] ÷ Numquid: qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ. [5] in quo speravi. * qui edebat panes meos. magnificavit super me supplantationẽ.

Tu autem. DOMINE. miserere mei. * & resuscita me. & retribuam [6] eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me. * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem ptopter [7] innocentiam suscepisti. * & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus DOMINUS Deus Israel. * a sæculo & usque in sæculum. * Fiat. Fiat.

ORATIO.

NOstrorum peccaminum mitis indultor [8] æterne Deus. qui dignanter insinuas effugere diem malum. si misericordia subsequatur egenum. fer opem (quæsumus) doloribus nostris. ut dum carnalia delicta clementer arguis. medicinam animæ placabiliter largiaris. Per.

PSAL.

(1) *Hust*. In MSS. nostris, & Cassin. & S. Brunone, & Vatic. sic legitur: *Et egrediebantur foras & loquebantur: simul in unum susurrabant*. neque aliter Faber, & Cajet. Distinctionem S. Augustinus, aliique, ut Nobilius notat, agnoscunt. Verum illud *in unum* pro *in me*, vel *adversum me*, nec Septuaginta, nec veterum quis Interpretum probat. Fabri Stapulensis editio, ut dixi, eandem lectionem præfert; & simili modo infra Psal. 48. ℣. 2. ἐπὶ τὸ αὐτὸ vertit, *simul in unum*.

(2) *Omnes MSS. nostri*, quoniam peccavi tibi: *tum Vat. subsequenti versu*: & periet nomen ejus *juxta Rom.*

(3) *Alex.* ut viderem, vane loquebatur. *Pal.* congregabit. *Vat. infra*: & ergediebatur foras & loquebatur in invicem.

(4) *Vat. hoc obelo destituitur*.

(5) *Idem*, in quem speravi ...... adampliavit adversum me supplantationem. *Pal.* in quo sperabam.

(6) *Vat.* illis *ut Rom.*

(7) *Idem*, innocentiam ⊖ meam) suscepisti ⊖ me) & confirmasti &c.

(8) *Hanc vocem* æterne *Vat. MS. omittit*: *tum a Pal.* si misericordia tua subsequatur &c.

PSALMUS XLI. F.III.N.

In Finem · [1] Pfalmus David. Intellectus. filiis Core ·	In Finem · Intellectus. filiis Core ·

Vox Fidelium Dominum defiderantium. animæque fuæ dicentium. ne (Deo adjutore) in hoc fæculo turbetur ·

*SIcut cervus defiderat ad fontes aquarum · * ita defiderat anima mea ad te Deus ·*	QUemadmodum [5] defiderat cervus ad fontes aquarum · * ita defiderat anima mea ad te Deus ·
*Sitivit anima mea ad Deum. Vivum · * quando veniam & apparebo ante faciem Dei ·*	Sitivit anima mea [6] ad Deum ※ Fortem ⁑ Vivum · * quando veniam. & apparebo ante faciem Dei?
*Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte · * dum dicitur mihi quotidie · Ubi eft Deus tuus?*	Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte · * dum dicitur mihi quotidie. Ubi eft Deus tuus?
*Hæc recordatus fum. & effudi in me animam meam · * [2] quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis ufque ad domum Dei ·*	Hæc [7] recordatus fum. & effudi in me animam meam · * quoniam tranfibo in locum tabernaculi admirabilis * ufque ad domum Dei ·
*In voce exultationis. * & confeffionis. fonus epulantis ·*	In voce exultationis & confeffionis. * fonus epulantis · [8]
*Quare triftis es anima mea? * & quare conturbas me?*	Quare triftis es anima mea? * & ÷ quare ⁑ conturbas me?
*Spera in Deo. quoniam confitebor illi · * SALUTARE vultus mei. [3] & Deus meus ·*	Spera in Deo. quoniam [9] ※ adhuc ⁑ confitebor illi · * SALUTARE vultus mei. ÷ & ⁑ Deus meus ·
*A me ipfo anima mea [4] turbata eft · * propterea memor ero tui. Domine. de terra Jordanis. * & Hermonis a monte modico ·*	Ad [10] me ipfum anima mea conturbata eft · * propterea memor ero tui. * de terra Jordanis. & Hermoniim a monte modico ·
Abyffus abyffum invocat in voce cataracta-	Abyffus [11] ※ abyffum ⁑ invocat. * in voce

(1) Pfalmus David *tacent in præfenti Titulo MSS. Archivi S. Petri.*

(2) *Holft. quoniam ingrediar locum*, MSS. omnes, & Faber, & Ambrof. & Cajet. & Bruno, & Vatic. *quoniam ingrediar in locum*, & fic LXX. διελεύσομαι ἐν τόπῳ·

(3) *Holft. Salutare vultus mei, Deus meus.* Melior MS. & Fabri editio cum S. Brunone, Cajet. & Vatic. *& Deus meus*, ficuti in fine Pfalmi; & fic antiquos Codd. τὸν ὁ legere teftatur Flaminius, atque ita Ambrof.

Noftrum Græc. exemplar: σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ θεός μου·

(4) *D.* 144. conturbata.

(5) *Vat.* Sicut cervus defiderat.

(6) *Vat. idem*, ad Deum ☧ vivum: *tum cum Alex. & Pal.* & parebo ante faciem Dei.

(7) *Idem*, memoratus fum, *qui & deinde profequitur juxta quod legitur in Rom.*

(8) *Hic Pal. addit* Diapfalma. *Vat. deftituitur proximo fubfequenti obelo.*

(9) *Alex. MS. figna hujus verficuli omittit & voces illis adjunctas. Vat. unicam adhuc tacet, alteram nullo afficit figno, quæ nec obelo configitur a Pal.*

(10) *Vat.* ♈ Ad me ipfum) anima mea, *& infra ut Rom.* memor ero tui, Domine de terra &c.

(11) *Mart. & Val.* Abyffus ※ ad ⁑ abyffum invocat &c. *Græc.* ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται.

taractarum suarum · * *omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt* ·

In die mandavit DOMINUS *misericordiam suam* · * *& nocte declaravit* ·

Apud me oratio Deo vitæ meæ · * *dicam Deo* . *Susceptor meus es* ·

Quare me oblitus es? & quare me repulisti? * *& quare tristis incedo* . *dum affligit me inimicus?*

Dum confringuntur omnia ossa mea . *exprobraverunt me* . *qui tribulant me.** *dum dicitur mihi per singulos dies* · *Ubi est Deus tuus?*

Quare tristis es anima mea? * *& quare conturbas me?*

Spera[1] *in Deo* . *quoniam confitebor illi* · * SALUTARE *vultus mei* . *& Deus meus* ·

in voce cataractarum tuarum ·

Omnia excelsa tua & fluctus tui . * super me transierunt ·

In die mandavit DOMINUS misericordiam suam · * & nocte canticum ejus ·

Apud me[2] oratio Deo vitæ meæ · * dicam Deo . Susceptor meus ÷ es ‡

Quare oblitus es mei? * [3] ÷ & ‡ quare contristatus incedo . * dum affligit me inimicus ·

Dum confringuntur ossa mea · * [4] exprobraverunt mihi . qui tribulant me inimici mei ·

Dum[5] dicunt mihi per singulos dies. Ubi est Deus tuus? * Quare tristis es anima mea? * & quare conturbas me?

Spera[6] in Deo . quoniam ※ adhue ‡ confitebor illi · * SALUTARE vults mei . ※ & ‡ Deus meus ·

ORATIO·

VUltus nostri mirificum Salutare . Deus . quem animæ fidelium ardenter sitiunt servulorum . [7] tribue . quæsumus . ut dum te (visibili lacrymarum imbre pasti) requirimus . invisibiliter te intra pectoris nostri tabernaculum collocemus · Per ·

(1) *Vat.* 84. *cum Ambrosian.* Spera in Deum . *Ver.* Spera in Dominum : *Græc.* Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν·

(2) *Vat.* ⊖ apud me) oratio Deo : *tum obelum cum Pal. & Alex. omittit* .

(3) *Hujus loci obelum & copulam tacent Alex. atque Pal. Vat. vero:* Quare me oblitus es, & quare contristatus incedo, dum affligit ÷ me ‡ inimicus? *Hod. Heb. ut & ex eo Vers. Alex. suadent illum Vat. obelum haud temere apponi* .

(4) *Vat. idem,* exprobraverunt me inimici mei, *omissis vocibus* qui tribulant me, *quæ & desiderantur in Hebræo, atque in ejus Versionibus Alex. ms. & editis a Mart. & Val. ut & in exemplaribus Græcis melioris notæ* . *Eas voces repetitione ejusdem rei irrepsisse occasionem præbente varia Hebræi apud Græcos interpretatione haud obscure colligi posse videtur: nam oppesuerant Hieronymo Sunnia, & Fretela in Græco legi ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, quemadmodum hodie legitur in Angliæ Alex. & aliis editis exemplaribus: Hieronymus reponit Septuaginta habere: οἱ θλίβοντές με,* qui tribulant me; *cui respondens Hebræus sonat* inimici mei . *Duplex igitur erat apud Græcos Codices ejusdem expressio οἱ θλίβοντές με, & οἱ ἐχθροί μου, & utraque simul juncta hodiernam exhibet Vulgata legendi rationem: quæ ab originis, & primævi textus veritate hoc loco magis distat quam Romanum Psalter. aut Vat. MS. aut Alex. alter MS. omittentes voces* inimici mei .

(5) *Vat.* Dum ipsi dicerent mihi per singulos dies &c.

(6) *Alex. & Vat.* Spera in Deum, *& Vat. prosequitur:* quoniam confitebor illi &c. *omisso* adhuc *una cum asterisco, sed minus recte contradicente Hier. laudata epist. ad Sunn. & Fretel.*

(7) *Voces* tribue, quæsumus, *amanuensis oscitantia præterit Vat.*

PSALMUS XLII.

F.III.M.

[1] Psalmus David.

[4] ÷ Psalmus David ⁝

Vox Ecclesiæ orantis ut in noviſſimo examine ab infidelibus dividatur. & de ſuo introitu ad Deum.

*JUdica me. Deus. & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. * ab homine iniquo & doloſo eripe me.*

*Quia tu es Deus meus & fortitudo mea. * quare me repuliſti? & quare triſtis incedo. dum affligit me inimicus?*

*Emitte lucem tuam & veritatem tuam. * ipſa me deduxerunt. & adduxerunt [2] in montem ſanctum tuum. & in tabernacula tua.*

*Introibo ad altare Dei. * ad Deum qui lætificat juventutem meam.*

*Confitebor tibi in cithara. Deus Deus meus. * Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?*

Spera [3] in Deo. quoniam confitebor illi. SALUTARE *vultus mei. & Deus meus.*

JUdica me. Deus. * & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. * ab homine iniquo & doloſo [5] erue me.

Quia tu [6] ÷ es ⁝ Deus fortitudo mea. * quare me repuliſti? * & quare triſtis incedo. dũ affligit me inimicus?

Emitte [7] lucem tuam & veritatem tuam. * ipſa me deduxerunt. & adduxerunt in montem ſanctum tuum. * & in tabernacula tua.

Et [8] introibo ad altare Dei. * ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara. Deus Deus meus. * Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera [9] in Deo. quoniam ※ adhuc ⁝ confitebor illi. * SALUTARE vultus mei. ※ & ⁝ Deus meus.

ORATIO.

TE fontem perpetui luminis omnipotens Deus invocamus & quæſumus. ut (emiſſa veritate tua cordibus noſtris) novæ nos lucis tuæ claritate perfundas. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

PSAL-

(1) *Huic Titulo in MSS. Archivi S. Petri præmittitur:* In Finem.

(2) *Holſt. in montem Sanctum tuum;* Caſſin. *in monte ſancto tuo, & in tabernaculo tuo.* Vetuſtior noſter; *in montem ſanctum tuum, & in tabernaculo tuo.* Alter MS. noſter, & Cajet. & Ambroſ. Sanctus Bruno, & Vatic. & Fabri editio nihil mutant: nam LXX. εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου.

Vat. 84. *cum Caſs.* & in tabernaculum tuum.

(3) *Vat.* 84. *cum Caſs. & Ambroſian.* Spera in Deum. *Aug.* Spera in Dominum. *Græc.* ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν.

(4) *Vat. præmittit:* In finem, *omiſſo deinde obelo cum Alex. & Palat.*

(5) *Vat.* eripe me *juxta Rom.*

(6) *Noſtri MSS. omnes eo obelo deſtituuntur, & quidem recte ſi veteres ex Hebræo Verſiones conſulas, ut illa Alex. MS. vocem es in eo textu legentes. Iidem MSS. copulam ante* quare triſtis incedo *neſciunt, & iſtud lucem præbente Hebraico fonte. Vatic.* Quia tu Deus fortitudo mea &c.

(7) *Pal.* ÷ E ⁝ mitte lucem tuam &c. *apponitque deinde abſoluto verſiculo* Diapſalma. *Vat.* & adduxerunt ℞ in montem &c.

(8) *Pal.* ÷ Et ⁝ introibo, *ſed minus ad rem: Vat.* Introibo &c. *eadem copula omiſſa: huic quoque repugnant Hebræorum exemplaria, & antiquæ Verſiones.*

(9) *Alex. & Vat.* ſpera in Deum, *proſequitur deinde Vat.* quoniam confitebor illi *omittendo* vocem adhuc, *inferius aſteriſcum: Vide quæ annotavimus ad ultimum verſum Pſalmi ſuperioris n. 6. pag. 78.*

F.III.N.

PSALMUS XLIII.

In Finem · Filiis Core . ad intellectum ·

Verba Martyrum sive Confessorum precantium ut in futuro Judicio de inimicis vindicentur ·

DEus auribus nostris audivimus · * *& Patres nostri annunciaverunt nobis* ·

Opus quod operatus es in diebus eorum . * *& in diebus antiquis* ·

Manus tua gentes disperdidit . *& plantasti eos* · * *afflixisti populos* . * *& expulisti eos* ·

Non enim in gladio suo possederunt terram · * *& brachium eorum non salvavit eos* ·

Sed dextera tua . *& brachium tuum* . * *& illuminatio vultus tui* · * *quoniam complacuit tibi in illis* ·

Tu es ipse Rex meus & Deus meus · * *qui mandas salutem Jacob* ·

In te inimicos nostros ventilabimus · * *& in nomine tuo spernemus insurgentes in nos* ·

Non enim in arcu meo sperabo · * *& gladius meus non salvabit me* ·

Liberasti enim nos ex affligentibus nos · * *& eos qui nos oderunt confudisti* ·

In

In Finem · Filiis Core [1] ÷ ad ‡ intellectum ·

DEus auribus nostris audivimus · * Patres nostri annunciaverunt nobis ·

Opus . quod operatus es in diebus eorum . [2] * ÷ & ‡ in diebus antiquis ·

Manus tua gentes [3] disperdidit . & & plantasti eos · * afflixisti populos . & expulisti eos ·

Nec [4] enim in gladio suo possederunt terram · * & brachium eorum non salvavit eos ·

Sed dextera tua . & brachium tuum . * & illuminatio vultus tui · * quoniam complacuisti ÷ in ‡ eis ·

Tu [5] es ipse Rex meus ÷ & ‡ Deus ÷ meus ‡ * qui mandas salutes Jacob ·

In te inimicos nostros [6] ventilabimus ÷ cornu · * & ‡ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis ·

Non enim in arcu meo sperabo · * & gladius meus [7] non salvabit me ·

Salvasti [8] enim nos de affligentibus nos · * & odientes nos confudisti ·

In Deo laudabimur tota die · * [9] & ÷ in

(1) *Titulum hujus loci sine obelo exhibent nostri MSS. omnes* .

(2) *Nostri MSS. omnes & copulam & obelum nesciunt* . *Græc.* Ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις ·

(3) *Alex* disperdit : *Vat.* Ψ disperdidit) &c.

(4) *Vat.* Non enim in gladio suo Ψ possederunt) terram, & brachium ipsorum Ψ non liberavit) eos . *Idem subsequentis versiculi obelum præterit* .

(5) *Idem Vatic.* Tu es ÷ ipse ‡ rex meus , & Deus ÷ meus ‡ qui mandas salutem Jacob : *Primo obelo hujus MS. suppetias ferret Versio ex Heb. MS Alex.*

(6) *Mart. & Val.* ventilabimus cornu ÷ & ‡ in nomine tuo &c. *Thomasio suffragatur Palat. & pro parte Alex. Vers. ex Heb. vocem* cornu *in eo non legente, licet copulam inde sequentem legas. Hinc sufficiens ratio haberi posset tacendi illud* haud tamen bene, *quo Vallarsius hunc Thomasii locum notavit* . *Vat. obelo hujus loci omisso sequitur prorsus Rom. Pal.* spernimus *habet pro* spernemus .

(7) *Vat.* non faciet me salvum .

(8) *Idem Vat.* Ψ Liberasti) enim nos ex affligentibus nos : & eos qui oderunt nos , confudisti : *juxta Rom.*

(9) *Voculam* in *atque obelum præterit hoc loco Alex. Vatic. vero omisso obelo infra scribit* : confitebimur Ψ in sæcula .

In Deo laudabimur tota die . * *& in nomine tuo confitebimur in sæcula* . Diapsalma .

Nunc autem repulisti & confudisti nos . * *& non egredieris Deus in Virtutibus nostris* ?

Avertisti nos retrorsum præ inimicis nostris . * [1] *& eos qui nos oderunt* . *diripiebant sibi* .

Dedisti nos tamquam oves escarum . * *& in Gentibus dispersisti nos* .

Vendidisti populum tuum sine pretio . * *& non fuit multitudo in commutationibus eorum* .

Posuisti [2] *nos in opprobrium vicinis nostris* . * *derisum & contemptum his* . *qui in circuitu nostro sunt* .

Posuisti nos in similitudinem Gentibus . * [3] *commotionẽ capitis in plebibus* .

Tota die verecundia mea contra me est . * *& confusio vultus mei operuit me* .

A voce exprobrantis & obloquentis . * *a facie inimici & persequentis* .

Hæc omnia venerunt super nos . *& obliti non sumus te* . * *& inique non egimus in testamento tuo* . *& non re-*

÷ in ‡ nomine tuo confitebimur in sæculum . *Diapsalma* .

Nunc autem repulisti & confudisti nos . * & non egredieris [4] ÷ Deus ‡ in virtutibus nostris ?

Avertisti nos retrorsum [5] post inimicos nostros . * & qui oderunt nos diripiebant sibi .

Dedisti nos tamquam oves escarum . * [6] & in Gentibus dispersisti nos .

Vendidisti populum tuum sine pretio . * & non fuit multitudo [7] in commutationibus eorum .

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris . * [8] subsannationem & derisum his . qui sunt in circuitu nostro .

Posuisti nos [9] in similitudinem Gentibus . * commotionem capitis in populis .

Tota die verecundia mea contra me ÷ est ‡ * & confusio faciei meæ cooperuit me .

A voce exprobrantis & obloquentis . * a facie inimici & persequentis .

Hæc omnia venerunt super nos . [10] nec obliti sumus te . * & inique non egimus in testamento tuo .

(1) *Holst. Et qui nos oderunt* : MSS. omnes & Cajet. & Vatic. *Et eos qui nos oderunt* : S. Bruno sic legit , & cum alia interpretatione confert . Sed male repetitum puto ex versu 7. nam LXX. ὲ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς . Faber cum edito nostro facit , & Ambros.

(2) *Holst. Posuisti nos in opprobrium inimicis nostris* : Hic manifesto errore laborant editiones nostræ ; nam MSS. omnes & Vatic. & Faber , atque Cajet. Bruno , & Ambros. ut LXX. & Hebræi legunt *vicinis nostris* , quod omnino restituendum . *Vat*. 84. *eodem versu paullo inferius* , derisu & contemptu his , qui in circuitu &c.

(3) *Holst. Commotionem in plebibus capitis* : Bandinus transponendum notavit , ut in omnibus MSS. & Fabri editione habetur *commotionem capitis in plebibus* , & sic Septuaginta : *κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς* . Sic & Cajet. Psalter. & Ambrosian. & Psalter. S. Brunonis , & Vatic. *Vat*.84. *pro* commotionẽ *habet* commutationem.

(4) *Heic & obelum & vocem* Deus , *quam abundare in græcis exemplaribus ad Sun. & Fretel. rescripserat Hieronymus , omittunt omnes MSS. nostri . Vat. insuper*, & non egredieris Ψ in virtutibus nostris .

(5) *Idem Vat*. pro inimicis nostris , & qui oderunt nos .

(6) *Idem* , & in Nationibus &c.

(7) *Alex. & Vat*. in commutationibus nostris .

(8) *Idem Alex*. Subsannatione & derisu his qui in circuitu nostro . *Vat*. ϴ inlusionem & derisum his &c.

(9) *Rursus Alex*. in similitudine Gentibus : *tum Vat*. commotionem capitis in plebibus *juxta Rom. quod & subsequenti versu imitatur* .

(10) Ne *pro* nec *scribit Alex. Vat*. ⋇ & ‡ ϴ nos) non obliti sumus te ÷ & ‡ inique non egimus &c. *copulam & asterisco a Vat. notatam in Hebræo olim invenit & Auctor Vers. ex eo MS. Alex*.

recessit retro cor nostrum •

*Et declinasti semitas nostras a via tua . quoniam humiliasti nos in loco afflictionis . * & operuit nos umbra mortis* •

*Si obliti sumus nomen Dei nostri . * & si expandimus manus nostras ad deum alienum* •

*Nonne Deus requiret ista ? * Ipse enim novit occulta cordis* •

*Quoniam propter te morte afficimur tota die . * [1] æstimati sumus ut oves occisionis* •

Exurge . quare obdormis . Domine? exurge . & ne repellas in finem* •

*Quare faciem tuam avertis ? * oblivisceris inopiam nostram & tribulationem nostram ?*

*Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra . * adhæsit in terra venter noster* •

*Exurge . Domine . adjuva nos . * & libera nos propter nomen tuum* •

÷ Et ‡ non recessit [2] retro cor nostrum • * & declinasti semitas nostras a via tua •

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis • * & cooperuit nos umbra mortis •

Si obliti sumus nomen Dei nostri • * & ÷ si ‡ expandimus manus nostras ad deum alienum •

Nonne Deus requiret ista ? * ipse enim novit abscondita cordis •

Quoniam propter te [3] mortificamur tota die • * æstimati sumus sicut oves occisionis •

Exurge. quare [4] obdormis Domine?* exurge ÷ & ‡ ne repellas in finem •

Quare faciem tuam avertis ? * obliviseris inopiæ [5] ÷ nostræ ‡ * & tribulationis nostræ ?

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra • * [6] conglutinatus est ÷ in ‡ terra venter noster •

Exurge ÷ Domine ‡ adjuva nos • * & redime nos propter nomen tuum •

ORATIO.

EXurge . Domine . in auxilium nostrum . & erue nos ab opprobriis vitiorum • & qui coram Patribus nostris inimicarum Gentium regna vicisti . a persequentibus inimicis vultus tui inluminatione nos eripe • Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus . in unitate Spiritus Sancti . per &c.

PSAL-

(1) *Holst. Et æstimati sumus :* Particulam copulativam & delent omnes MSS. & Fabri editio, & Cajet. & Ambros. & Bruno, & Vatic. eamque nec LXX. nec Hebræi agnoscunt, neque Apostolus ad Rom. cap. 8. ℣. 36. ubi hunc locum affert : omittit quoque Regula Magistri, quæ hac Versione utitur, & S. August. lib. 1. Retract. cap. 7. ubi de vera hujus versiculi Versione disserit, & quidem juxta Versionem LXX.

(2) *Alex.* retrorsum *pro* retro . *Vat. obelo confodit quoque copulam ante vocem* declinasti : *huic suffragaretur Alex. MS. Vers. ex Heb. Idem Vat. tribus proxime sequentibus versiculis Rom. prorsus sequitur, obelumque in illorum uno occurrentem negligit.*

(3) *Alex.* mortificamur omni die : *tum*, ut oves occisionis . *Vat.* morti afficimur tota die, *sequiturque deinde Rom. Pal. huic versiculo, non subsequenti, ut scribit Vallars. subjungit* Diapsalma .

(4) *Alex.* dormis *loco* obdormis . *Pal. deinde* ÷ ex ‡ surge & ‡ ne repellas &c. *Vat. omisso & nostro obelo scribit* : & ne repellas nos usque in finem .

(5) *Obelum hunc, quem astruunt Pal. & Vers. ex Heb. Alex. sustulit in altero Psalt. Thomasius: eodem carent Mart. atque Val.*

(6) Hæsit in terra &c. *Vat. omittit obelum tum præsentis cum subsequentis versiculi, ubi Pal. & Mart.* ÷ Ex ‡ surge : *Pal. deinde vocem* Domine *sine obelo relinquit contra Hieron. documentum in laudata sæpe epistola ad Sun. & Fretel.*

PSALMUS XLIV. F.III.N.

In Finem · Pro his. qui commutabuntur. filiis Core. ad intellectum · Canticum pro Dilecto ·

In Finem · Pro iis. [6] qui commutabuntur · Filiis Core. ad intellectum · Canticum pro Dilecto ·

Propheta Spiritu Sancto repletus Incarnationem Domini Chriſti ſe [1] *eructare promittit · & miſticis virtutibus ſponſam Chriſti deſcribit Eccleſiam ·*

*E Ructavit cor meum verbum bonum · * dico ego opera mea Regi ·*
*Lingua mea calamus ſcribæ. * velociter ſcribentis ·*
*Specioſus forma præ filiis hominum · * Diffuſa eſt gratia in labiis tuis ·*
*Propterea benedixit te Deus in æternum · ** [2] *Accingere gladio tuo circa femur potentiſſime ·*
*Specie tua & pulchritudine tua. * intende.* [3] *proſpere procede. & regna ·*
*Propter veritatem & manſuetudinem & juſtitiam · * & deducet te mirabiliter dextera tua ·*
*Sagittæ tuæ acutæ. potentiſſime. * (populi ſub te cadent)* [4] *in corde inimicorum Regis ·*
*Sedes tua. Deus. in ſæculum ſæculi · * virga recta eſt.* [5] *Virga Regni tui ·*
*Dilexiſti juſtitiam. & odiſti iniquitatem · **

E Ructavit cor meum verbum bonum · * dico ego opera mea Regi ·
Lingua mea calamus ſcribæ. * velociter [7] ÷ ſcribentis ‡
Specioſus forma præ filiis hominum. * Diffuſa eſt gratia in labiis tuis · * propterea benedixit te Deus in æternum ·
Accingere gladio tuo ſuper femur [8] ÷ tuum ‡ * potentiſſime ·
Specie tua & pulchritudine tua. * intende. proſpere procede [9] ÷ & ‡ regna ·
Propter veritatem & manſuetudinem [10] ÷ & ‡ juſtitiam · * ※ & ‡ deducet te mirabiliter dextera tua ·
Sagittæ tuæ [11] acutæ * (populi ſub te cadent) in corda inimicorum Regis ·
Sedes tua. Deus. in ſæculum ſæculi · * virga directionis. Virga Regni tui ·
Dilexiſti juſtitiam. & odiſti iniquitatem · *

(1) *Vat.* narrare *pro* eructare.

(2) *Vat.* 84. *cum Aug. & Ver. & Ambroſ.* accingere gladium tuum. *Græc. etiam* περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν ·

(3) *Noſtri MSS. S. Petri copulam præmittunt voci* intende *hujus loci; ſicut & Aug. Caſſ. & Ver. quibus aſſentitur Græc.* καὶ κατευόδου, καὶ βασίλευε ·

(4) *Holſt. in corde*, MS. melior noſter, & Cajet. *in corda*, ut Vulgata & Bruno: ſed LXX. *ἐν καρδίᾳ, in corde*, quod & Faber agnoſcit, & Vatic.

(5) *D.* 144. & virga regni tui. *addita copula.* (6) *Alex.* quæ.

(7) *Noſtri MSS. omnes hoc obelo carent, nec male fortaſſe, quum* ſcriba velox *juxta Hebræum, &* velociter ſcribens *in idem prorſus recidant.*

(8) *Denuo iidem MSS. omnes hujus loci obelum neſciunt. Vat.* Accingere gladium tuum Ψ circa) ſemur ☧ potentiſſime.

(9) *Et heic Alex. & Vat. MSS. obelum omittunt, quo juxta Verſ. ex Heb. Alex. una cum copula conſicienda eſſet & vox* regna. *Pal.* & intende, proſpera, procede ÷ & ‡ regna, *quæ Val. minus accurate recenſet. Vat.* intende, & proſpera, & regna: *tum ſubſequentis* ỳ. *utramque notam omittit.*

(10) *Pal.* ÷ & juſtitiam ‡ ※ & ‡ deducet &c. *Noſtrum exemplar* τῶν ό: καὶ ὁδηγήσει σε ·

(11) *Vat. heic omnino cum Rom. De hoc loco videndus Hieron. ad Sun. & Fretel.* In corde inimicorum regis. *legitur & in Alex.*

*tatem · * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ Consortibus tuis ·*

*Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis . a gradibus eburneis · * ex quibus te delectaverunt filiæ regum in honore tuo ·*

*Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato . * circumamicta varietate ·*

*Audi filia . & vide . & inclina aurem tuam . * & obliviscere populum tuum . & domum patris tui ·*

*Quoniam concupivit Rex speciem tuam · * quia ipse est Dominus Deus tuus . & adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus ·*

*Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis · * Omnis gloria ejus filiæ Regum ab intus ·*

*In fimbriis aureis . * circumamicta varietate ·*

*Adducentur Regi virgines post eam · * Proximæ ejus afferentur tibi in lætitia & exultatione . adducentur in templum Regis ·*

*Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii · * constitues eos principes super omnem terram ·*

*Memores erunt nominis tui . [1] Domine . **

tatem · * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ Consortibus tuis ·

Myrrha & gutta & casia [2] a vestimentis tuis . * a domibus eburneis · ÷ ex ‡ quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo ·

Astitit [3] Regina a dextris tuis . * in vestitu deaurato ÷ circumdata varietate ‡

Audi filia . & vide . & inclina aurem tuam · * & obliviscere populum tuum . & domum patris tui ·

Et [4] concupiscet Rex decorem tuū · * quoniam ipse ÷ est ‡ Dominus ÷ Deus ‡ tuus . ※ Et ‡ adorabunt eum · ※ Et ‡ [5] filiæ Tyri in muneribus · * Vultum tuum deprecabuntur ÷ omnes ‡ divites plebis ·

Omnis gloria ÷ ejus ‡ filiæ Regis ab intus · * in fimbriis aureis circumamicta [6] varietatibus ·

Adducentur Regi virgines post eam · * Proximæ ejus afferentur tibi ·

Afferentur in lætitia & exultatione · * adducentur in templum Regis ·

Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii · * constitues eos principes super omnem terram ·

Memores [7] erunt nominis tui . * in omni

(1) *Holst. memores erunt nominis tui :* Omnes MSS. & Faber , & Bruno addunt *Domine* , ut & Cajet. & Ambros. & sic in Responsoriis Tertiæ , & Sextæ de Communi Apostolorum .

(2) *Vat. omisso obelo* a vestimentis tuis Ψ a gradibus) eburneis, ex quibus te delectaverunt &c. *Videsis qua ducatur conjectura Vallarsius ad hunc locum Psalt. Rom. Voculam* te *Pal. delet .*

(3) *Vat. idem* ÷ Astitit regina a dextris tuis ‡ in vestitu deaurato ÷ circumamicta varietate ‡ *Pal.* ÷ circumdata ‡ varietate : *utrumque minus respondet cum hodierno Hebræorum textui , tum veteribus Versionibus . Idem Pal. finito versu adponit* Diapsalma .

(4) *Vat.* Ψ quoniam) concupivit rex speciem tuam : quia ipse est Dominus Deus tuus ※ & ‡ adorabunt eum , *aliis signis omissis . In Alex. vox* Deus , *quæ primo omissa fuerat recentiori atramento superscripta modo videtur .*

(5) *Alex.* Filia Tyri &c. *omissa præcedenti copula quæ recte nunc temporis adstruitur sub asterisco , sed eandem præfert nostrum Septuaginta exemplar ; atque in suis exemplaribus invenit auctor Psalterii MS. Vat. scribens :* 7 Filiæ Tyri . *Subsequentem vocem* omnes *obelo prænotatam nostri MSS. omnes prætereunt . Græc.* Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες τύρου ἐν δώροις . Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ .

(6) *Vat.* varietate . *Idem subsequentibus duobus versiculis in unum coactis , ut in Rom. factum visitur , legit :* Afferentur regi virgines Ψ postea , proximæ ejus afferentur tibi ※ in lætitia & exultatione .

(7) *Alex. & Pal.* Memor ero *: tum uterque* in omni generatione & generatione . *Vat. Rom. sequitur & proxime sequens obeli signum omittit .*

*mine . * in omni generatione & progenie ·*
*Propterea populi confitebuntur tibi in æternum . * & in sæculum sæculi ·*

omni generatione & generationem ·
* Propterea populi confitebuntur tibi . * in æternum & in sæculum ÷ sæculi ⁝

ORATIO.

CHRISTE Domine . Verbum Patris (per quem cuncta creata sunt & creantur) custodi . quæsumus . Ecclesiam tuam varietate Gentium congregatam . ut dum te ex ipsa credulitatis justitia corde puro diligimus , Principatum æterni sæculi cum Patribus mereamur : Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus . per &c.

PSALMUS XLV. F.III.N.

In Finem · Filiis Core ·
Pro arcanis . Psalmus ·

In Finem · Filiis Core ·
Pro arcanis . Psalmus .

Vox Fidelium in perturbatione sæculi Deo Protectore nihil timentium ·

*DEus noster refugium & virtus · * adjutor in tribulationibus . quæ invenerunt nos nimis ·*

*Propterea non timebimus [1] dum turbabitur terra · * & transferentur montes in cor maris ·*

*Sonuerunt [2] & turbatæ sunt aquæ ejus · * conturbati sunt montes in fortitudine ejus ·*

Diapsalma ·

*Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei · * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus · * Deus in medio ejus non commovebitur ·*

*Adjuvabit eam Deus vultu suo · * Conturbatæ sunt gentes . & inclinata sunt regna . * dedit vocem suam Altissimus . & mota est terra ·*

DOMINUS *Virtutum nobiscum · * susceptor noster Deus Jacob ·*

Diapsal-

DEus noster refugium & virtus · * adjutor in tribulationibus . quæ invenerunt nos nimis ·

Propterea non timebimus [3] dum turbabitur terra · * & transferentur montes in cor maris ·

Sonuerunt [4] & turbatæ sunt aquæ eorum · * conturbati sunt montes in fortitudine ejus · *Diapsalma* ·

Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei · * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus ·

Deus in medio ejus . non commovebitur · * adjuvabit [5] eam Deus mane diluculo ·

Conturbatæ sunt Gentes . [6] ÷ & ⁝ inclinata sunt regna · * dedit vocem suam . mota est terra ·

DOMINUS Virtutum nobiscum · * susceptor noster Deus Jacob ·

Diapsal-

(1) *D.* 145. dum conturbabitur *cum S. Brun. Aug. vero & Ver.* cum conturbabitur.

(2) *D.* 144. *Vatic.* 84. sonaverunt , *cum Cass.*

(3) *Vat.* dum conturbabitur . *Alex.* dum turbatur .

(4) *Alex.* sonaverunt : *tum Vat.* conturbati sunt montes Ψ a fortitudine ejus . *Pal. omissum hoc loco* Diapsalma *ad finem subsequentis versus subnectit .*

(5) *Vat.* eam Deus a matutino in matutinum.

(6) *Alex. obelum & copulam nescit , & quidem recte juxta Græc.* Ἐταράχθησαν ἔθνη , ἔκλιναν βασιλεῖαι · *tum idem MS.* dederunt vocem suam . *Vat.* dedit vocem suam Altissimus , Θ &) mota est terra.

Diapſalma ·

Venite . & videte opera DOMINI · * *quæ poſuit prodigia ſuper terram* ·

Auferens bella uſque ad fines terræ . arcum conteret . & confringet arma . * *& ſcuta comburet igni* ·

Vacate & videte . quoniam ego [3] *ſum Deus* · * *exaltabor in Gentibus . & exaltabor in terra* ·

DOMINUS *Virtutum nobiſcum* · * *ſuſceptor noſter Deus Jacob* ·

[1] *Diapſalma* ·

Venite . & videte opera DOMINI · * quæ poſuit prodigia ſuper terram · * auferens bella uſque ad finem terræ ·

Arcum conteret & confringet · * arma [2] ÷ & ‡ ſcuta comburet igni ·

Vacate & videte . quoniam ego [4] ÷ ſum ‡ Deus · * exaltabor in Gentibus . * ÷ & ‡ exaltabor in terra ·

DOMINUS Virtutum nobiſcum · * ſuſceptor noſter Deus Jacob ·

※ *Diapſalma* ‡

ORATIO ·

PErſpicuum in imminenti tribulatione refugium . miſericors Deus . ſanctifica impetu æterni fluminis habitaculum cordis noſtri . ut (te Deo Virtutum nobiſcum cooperante) terrena prælia confutemus · Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus in uunitate Spiritus Sancti . per &c.

F.III.N.

PSALMUS XLVI.

In Finem · Pro filiis Core . Pſalmus ·

Vox Eccleſiæ Deum laudantis . Aſcenſionemque ejus predicantis ·

OMnes Gentes plaudite manibus · * *jubilate Deo in voce exultationis* ·

Quoniam [5] DEUS *Summus terribilis* . * *& rex magnus ſuper omnes deos* ·

Subjecit populos nobis . * *& Gentes ſub pedibus noſtris* ·

Elegit

In Finem · Pro filiis Core . Pſalmus ·

OMnes Gentes plaudite manibus · * jubilate Deo in voce exultationis .

Quoniam DOMINUS Excelſus [6] terribilis . * rex magnus ſuper omnem terram ·

Subjecit populos nobis . * & Gentes ſub pedibus noſtris ·

Elegit

(1) *Vatic.* 84. *cum Ver.* ego ſum Dominus .

(2) *Hujus loci* Diapſalma *Vat. omittit . Pal. legit poſt verſum ſequentem , cujus initio ſcribit :* Venite ÷ & ‡ videte ; *& quidem bene . Cetera . Vat. in fine* ℣. *cum Rom.* uſque ad fines terræ .

(3) *Alex. eam copulam neſcit , tum ait :* comburet in igne . *Pal.* ÷ & ‡ ſcutum comburet .

(4) *Utrumque obelum hujuſce verſus Vat. neſcit . Alex. cum obelo una & copulam ante vocem* exaltabor . *Cetera Vat.* exaltabor inter gentes , & exaltabor in terra : *tum in fine Pſalmi ſine aſteriſco* Diapſalma *ponit : quod Alex. & Pal. omnino prætereunt .*

(5) *Holſt. quoniam Deus ſummus terribilis : & rex magnus :* Sic interpoſita copula hæc coconjungunt omnes MSS. & editio Fabri , & Cajet. & Vatic. Bruno , & Ambroſ. & paſſim in noſtra hac Verſione additur copula , ubi apud LXX. & Hebræos non habetur , quod jam ſupra monui . *pag.* 12. *num.* 5.

(6) *Vat.* terribilis ⊖ &) rex &c.

Elegit nos in hereditatem sibi. * *speciem Jacob. quam dilexit.*
Diapsalma.
Ascendit Deus in jubilatione. * *&* DOMINUS *in voce tubæ.*
Psallite Deo nostro. psallite. * *psallite Regi nostro. psallite.*
Quoniam rex omnis terræ Deus. * *psallite sapienter.*
Regnavit Dominus super omnes Gentes. * *Deus sedet super sedem sanctam suam.*
Principes [1] *populi convenerunt cum Deo Abraham.* * *quoniam dii. fortes terræ. nimium elevati sunt.*

Elegit [2] nobis hereditatem suam. * speciem Jacob. quam dilexit.
Diapsalma.
Ascendit Deus [3] in jubilo. * ÷ & : DOMINUS in voce tubæ.
Psallite Deo ÷ nostro : psallite. * psallite Regi nostro. psallite.
Quoniam rex omnis terræ Deus. * psallite sapienter.
Regnabit [4] Deus super Gentes. * Deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. quoniam dii. fortes terræ. vehementer elevati sunt.

ORATIO.

REX omnium sæculorum Deus (cujus Regnum super omnes populos dilatatur) subjice. quæsumus. gentes vitiorum sub pedibus nostris. ut dum tibi sapienter Deo nostro psallimus. tuo eas auxilio superemus. Per.

PSALMUS XLVII. F.III.N.

Psalmus Cantici. Filiis Core. Secunda Sabbati.

Psalmus [6] Cantici. Filiis Core. ÷ Secunda Sabbati :

Vox [5] *Prophetæ laudantis Deum quod Ecclesiam suam dilataverit.*

MAgnus DOMINUS. *& laudabilis nimis.* * *in civitate Dei nostri. in monte sancto ejus.*
Dilatans exultationes universæ terræ. * *mons Sion. latera Aquilonis. Civitas Regis Magni.*
Deus in gradibus ejus cognoscetur. * *dum suscipiet eam.*

Quo-

MAgnus DOMINUS. & laudabilis nimis. * in civitate Dei nostri. [7] in monte sancto ejus.
Fundatur [8] exultatione universæ terræ. * mons Sioo. latera Aquilonis. Civitas Regis Magni.
Deus [9] in domibus ejus cognoscetur. * cum suscipiet eam.

Quo-

(1) *Vat.* 84. Principes populorum.
(2) *Vat.* Elegit Ψ nos) Dominus hereditatem suam. *Alex. prosequitur:* specie Jacob &c.
(3) *Vat.* in jubilatione, *deinde cum Alex. & Pal. atque Mart. & Val. copulam cum obelo tacet, nec temere si potiora Græcorum exemplaria consulas.*
(4) *Alex.* Regnavit Deus. *Vat.* regnavit Dominus super Θ omnes) gentes. *Tum subsequenti versu Alex.* Quoniam Die fortis terræ, *fortasse Amanuensis errore familiari mutantis i in e, & e in i. Vat. eodem versu a Romano solum discrepat ob vocem* populi, *quam ceu falsam notat scribens* Ψ populi).
(5) *Vat.* Vox Ecclesiæ laudantis.
(6) *Alex. ut & Mart. atque Val. hoc Titulo.* Canticum Psalmi filiis &c.
(7) *Pal. & ex eo Val.* ÷ in : monte sancto ejus.
(8) *Vat. hoc versu Rom. prorsus similis. Alex. infra,* montes Sion.
(9) *Idem Vat.* Deus Ψ in gradibus) ejus dignoscetur. *Alex.* cognoscitur cum suscipiet.

*Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt. * & convenerunt in unum.*
*Ipsi videntes tunc admirati sunt. * conturbati sunt. & commoti sunt. * tremor apprehendit eos.*
*Ibi dolores sicut parturientis. * In spiritu vehementi* [1] *conteres naves Tharsis.*
Sicut audivimus. ita & vidimus in civitate DOMINI *Virtutum. * in civitate Dei nostri. Deus fundavit eam in æternum.* Diapsalma.
*Suscepimus. Deus. misericordiam tuam * in medio templi tui.*
*Secundum nomen tuum. Deus. ita & laus tua in fines terræ. * justitia plena est dextera tua.*
*Lætetur mons Sion. & exultent filiæ Judæ. * propter judicia tua. Domine.*
*Circumdate Sion. & complectimini eam. * narrate in turribus ejus. ponite corda vestra in Virtute ejus. * & distribuite gradus ejus. * ut enarretis in progenie altera.*
*Quoniam hic est Deus noster in æternum. & in sæculum sæculi. * & ipse reget nos in sæcula.*

Quoniam [2] ecce Reges terræ congregati sunt. * convenerunt in unum.
Ipsi videntes [3] sic admirati sunt. * conturbati sunt. commoti sunt. * tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis. * In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.
Sicut audivimus. * [4] sic vidimus in civitate DOMINI Virtutum. * in civitate Dei nostri. * Deus fundavit eam in æternum. *Diapsalma.*
Suscepimus. [5] Deus. misericordiam tuam. * in medio templi tui.
Secundum nomen tuum. Deus. * sic [6] ÷ & : laus tua in fines terræ. * justitia plena est dextera tua.
Lætetur mons Sion * [7] ÷ & : exultent filiæ Judæ. * propter judicia tua ÷ Domine :
Circumdate Sion. & complectimini [8] eam. * narrate in turribus ejus.
Ponite corda vestra. in virtute ejus. * ÷ & : distribuite domos ejus. * ut enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est Deus. Deus noster * in æternum. & in sæculum ÷ sæculi : * [9] ipse reget nos in sæcula.

ORATIO.

Laudabilis atque terribilis. Deus. qui in cælesti Jerusalem Princeps magnificus inveniris. dilata mentem nostram spirituali intelligentia. ut (misericordia tua in nostri pectoris templo suscepta) digni narratione tui Nominis habeamur. Per.

PSAL.

(1) *Vat.* 84. conterens.
(2) *Alex. & Pal.* Quoniam ecce reges congregati sunt. *Vocem* terræ, *quam delendam hoc loco docet Hieron. ad Sun. & Fretel. omittunt Mart. & Val. quibus institutum est Hieronymum sequi, non Vulgatam quam unice Thomasius respicit. Vat. hoc eodem versu:* Quoniam ecce reges ejus congregati sunt Θ &) convenerunt &c.
(3) *Vat.* Ita admirati sunt, conturbati sunt Θ &) commoti &c. *cum versu subsequenti adamussim Rom. sequitur.*
(4) *Vat.* ita & vidimus: *cum Rom. tum* Diapsalma *tacet.*
(5) *Alex.* suscipimus. *Vat. finit versum dicens:* in medio plebis tuæ.
(6) *Nostri MSS. omnes hac nota destituuntur repugnantibus iisdem antiquis Versionibus. Vat. juxta Rom.* ita & laus tua.
(7) *Et obelum & copulam Alex. heic tacet. Pal. secundum hujus versiculi obelum in asteriscum mutat, quod minus attente a Vallarsio notatur. Vat. utrumque signum negligens, ait:* & exultaverunt filiæ Judæ.
(8) *Vat. idem* ea *pro* eam *heic legit; tum subsequenti versu cum Romano* & distribuite gradus ejus *obelo neglecto.*
(9) *Vat. Rom. & hoc versiculo sequitur, copulamque in eo ultimam reprobationis signo notat;* Θ &) ipse reget &c.

PSALMUS XLVIII. F.III.N.

In Finem · Filiis Core. Psalmus ·

Vox Christi de meritis Justorum pœnisque Impiorum · & ne divites in hoc sæculo timeantur :

*AUdite hæc omnes Gentes · * auribus percipite qui habitatis Orbem ·*

*Quique terrigenæ. * & filii hominum. simul in unum dives & pauper ·*

*Os meum loquetur sapientiam · * & meditatio cordis mei prudentiam ·*

*Inclinabo ad similitudinem aurem meam · * aperiam in psalterio propositionem meam ·*

*Ut quid timebo in die mala? * Iniquitas calcanei mei circumdedit me ·*

*Qui confidunt in virtute sua · * quique in abundantia divitiarum suarum gloriantur ·*

Frater [1] *non redimit. redimet homo? * Non dabit Deo placationem suam. * nec pretium redemptionis animæ suæ · * laboravit in æternum. & vivet in finem ·*

Quoniam non videbit interitum. [2] *cum viderit sapientes morientes · * simul insipiens & stultus peribunt ·*

*Et relinquent alienis divitias suas · * & sepulchra eorum domus eorum in æternum ·*

Tabernacula eorum in omni generatione

In Finem · Filiis Core. Psalmus ·

AUdite hæc omnes Gentes · * auribus percipite omnes. qui habitatis Orbem ·

Quique terrigenæ. & filii hominum. * [3] simul in unum dives & pauper ·

Os meum loquetur sapientiam · * & meditatio cordis mei prudentiam ·

Inclinabo [4] in parabolam aurem meam · * aperiam in psalterio propositionem meam ·

Cur timebo in die mala? * Iniquitas calcanei mei circumdabit me ·

Qui confidunt in virtute sua. * [5] & in multitudine divitiarum suarum gloriantur ·

Frater [6] non redimit. redimet homo · * non dabit Deo placationē suam.

Et pretium redemptionis animæ suæ · * [7] & laborabit in æternum. & vivet ※ adhuc ⁑ in finem ·

Non videbit interitum. cum viderit sapientes morientes · * simul insipiens & stultus peribunt ·

Et relinquent alienis divitias suas · * [8] ÷ & ⁑ sepulchra eorum domus illorum in æternum ·

(1) *Uterque Archivi MS. cum S. Brun. & Ver.* Frater non redimet, redimet homo?

Holst. redimet homo? per interrogationem legit melior Codex noster, & sic LXX. in Sixtina, & Complutensi, & sic Ambros.

Insuper iidem MSS. Archivi cum Brun. non dabit Deo petitionem suam. *Aug. cum Ver.* depropitiationem suam. *Ambrosian.* repropitiationem suam. *Græc.* ἐξίλασμα αὐτῦ ·

(2) *D. 145.* cum videris sapientes.

(3) *Vocem* simul, *quam nec Græca, nec Hebraica exemplaria resonant, recte omittunt Alex. atque Pal. quibus suffragatur Vat. scribens*; ⊖ simul) in unum.

(4) *Alex. in* parabola. *Vat.* Ψ ad) similitudinem : *qui & subsequenti versu cum Rom.* ut quid timebo &c.

(5) *Idem Vat.* & in abundantia.

(6) *Alex.* non redimit, redimit homo? *Pal.* non redimet, redimet &c. *cum Vat.* non dabit Deo propitiationem suam.

(7) *Vat. idem*, ד laboravit .... & vivet in finem.

(8) *Vat. copulam & obelum tacet. Alex. infra*, domus eorum in æternum. *Cetera Pal. pro obelo* ※ & ⁑ sepulchra.

*tione & progenie. * invocabunt nomina eorum in terris ipsorum.*

*Et homo cum in honore esset. non intellexit. comparatus est jumentis insipientibus. * & similis factus est illis.*

*Hæc via eorum scandalum ipsis. * & postea in ore suo benedicent.*

Diapsalma.

*Sicut oves in inferno positi sunt. * & mors depascet eos.*

*Et obtinebunt eos Justi in matutino. * & auxilium eorum veterascet in inferno. * & a gloria sua expulsi sunt.*

*Verumtamen Deus liberabit animam meam de manu inferi. * dum acceperit me.*

Diapsalma.

*Ne timueris cum dives factus fuerit homo. * & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.*

*Quoniam non (cum morietur) accipiet hæc omnia. * neque simul descendet cum eo gloria domus ejus.*

*Quoniam anima ejus in vita ipsius benedicetur. * & confitebitur tibi dum benefeceris ei.*

Et introibit usque [1] *in progenies patrum suorum. * & usque in æternum non videbit lumen.*

Et

Tabernacula eorum [2] in progenie & progenie. * vocaverunt nomina sua ÷ in ⁝ terris suis.

Et homo [3] cum in honore esset ⁝ non intellexit. * comparatus est jumentis ÷ insipientibus ⁝ * & similis factus est ÷ illis ⁝

Hæc [4] via illorum scandalum ipsis. * & postea in ore suo complacebunt.

Diapsalma.

Sicut oves [5] in inferno positi sunt. * mors depascet eos.

Et [6] dominabuntur eorum Justi in matutino. * & auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam * de manu inferi. cum acceperit me. *Diapsalma.*

Ne timueris cum dives factus fuerit homo. * [7] & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.

Quoniam cum interierit ⁝ non sumet omnia. * neque descendet [8] cum eo gloria ejus.

Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur. * confitebitur tibi [9] cum benefeceris ei.

Introibit usque in progenies patrum suorum. * [10] & usque in æternum non videbit lumen.

Homo

(1) *Holst. In progenies Patrum:* Sic Ambros. Sed MSS. nostri *in progenie:* Cassinens. vero & Florent. & Faber, & Cajet. & Bruno: *in progeniem:* LXX. ἕως γενεᾶς, ubi noster interpres olim legisse videtur εἰς γενεάς.

MSS. Archivi cum Cass. habent: in progeniem.

(2) *Vat.* in generatione & progenie: invocaverunt nomina eorum in terris ipsorum. *Cetera vocem in fine obelo scribunt Mart. & Val. quo obelo confodiunt alteram postremam* ÷ suis ⁝. *Thomasius in altero Psalter.* ÷ in ⁝ terris ÷ suis ⁝.

(3) *Alex. & Vat.* in honore cum esset. *tum Vat.* comparatus jumentis &c. *omissa vocula* est, *& utroque subsequenti obelo.*

(4) *Vat.* Hæc via eorum; *tum*, in ore suo bene prosperabantur; *prateritque insuper* Diapsalma.

(5) *Idem Vat.* in inferno positæ, mors &c. *Pal.* ÷ de ⁝ pascet eos.

(6) *Denuo Vat.* Et dominabuntur ※ super) eos, qui recto sunt corde a matutino: & auxilium eorum veterescet in inferno ⊖ &) a gloria sua expulsi sunt. *Alex.* veterificet in inferno a gloria sua.

(7) *Val.* ÷ & ⁝ quum multiplicata, *& quidem jure. Vat.* aut quum multiplicata.

(8) *Alex.* cum eo ※ pene ⁝ gloria ejus. *Hebraum sonat* post eum, *quod græce minus accurate redditum videtur:* συγκαταβήσεται αὐτῷ. *Vat.* Quoniam non, dum morietur, accipiet omnia, neque simul descendet cum eo gloria ⊖ domus) ejus.

(9) *Idem Vat.* quum benedixeris ※ ipsi).

(10) *Ex nostris MSS. abundat hoc loco copula* &, *quam & Val. expungit. Cetera Vat. legit hoc versu:* usque in progenies patrum ejus.

*Et homo cum in honore esset . non intellexit . * comparatus est jumentis insipientibus . * & similis factus est illis :*

Homo [1] cum in honore esset. non intellexit . * comparatus est jumentis ÷ insipientibus ‡ * & similis factus est illis :

ORATIO.

REple . Domine . os nostrum sapientia tua . ut memores te hominem factum . nosque redemisse de tartaro . mereamur vultus tui lumine decorari . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus . per &c.

PSALMUS XLIX. F.III.N.

Psalmus Asaph .

Psalmus Asaph .

Vox Synagogæ de primo & secundo adventu Christi . ipsiusque admonitio . ut ei sacrificium laudis Fideles offerant .

DEus deorum DOMINUS *locutus est . * & vocavit terram .*

*A solis ortu usque ad occasum . * Ex Sion species decoris ejus .*

*Deus manifestus veniet . * Deus noster . & non silebit .*

*Ignis in conspectu ejus ardebit . * & in circuitu ejus tempestas valida .*

Advocabit [2] *cælum sursum . & terram . * ut discerneret populum suum .*

*Congregate illi Sanctos ejus . * qui ordinaverunt testamentum ejus super sacrificia .*

*Annunciaverunt cæli justitiã ejus . * quoniam Deus judex est .*

Diapsalma .

*Audi populus meus . & loquar . Israel . * & testificabor tibi . quoniam Deus Deus tuus ego sum :*

Non

DEus deorum DOMINUS locutus est . * & vocavit terram .

A solis ortu usque ad occasum . * Ex Sion species decoris [3] ÷ ejus ‡

Deus manifeste veniet . * Deus noster . & non silebit .

Ignis [4] in conspectu ejus exardescet . * & in circuitu ejus tempestas valida .

Advocabit cælum desursum . * & terram discernere populum suum .

Congregate [5] illi Sanctos ejus . * qui ordinant testamentum ejus super sacrificia .

Et annunciabũt cæli justitiam ejus . * quoniam Deus judex est . *Diapsalma.*

Audi populus meus . [6] & loquar . Israel . * & testificabor tibi . * Deus Deus tuus ego sum :

M 2

Non

(1) *Alex.* Homo in honore quum esset . *Vat.* Et homo in honore quum esset , non intellexit : comparatus jumentis &c. *omisso deinde obelo : cui Thomasius , Mart. & Val. alterum addunt , quo postremam vocem* ÷ illis ‡ *confodiunt .*

(2) *Holst. Advocabit cælum .* MSS. omnes & Vatic. & Fabri editio , & Cajet. & Bruno legunt *advocavit* ; & S. Gregorius Magnus quinquies hunc locum ita citat , ut notavit Bandinus . Sed LXX. παρακαλέσει , nec aliter Hebræi. Vetus hæc confusio aut permutatio literarum *V*, *& B.*

(3) *Vat. hoc signo destituitur .*

(4) *Idem MS. heic & sequenti proximo versu Rom. sequitur . Alex. tollit copulam præpositam vocibus* in circuitu. *Demum Pal. orditur subsequentem versum* ÷ ad ‡ vocavit : advocavit *legit ex Alex. quod in veteribus MSS. vitium haud rarum esse constat .*

(5) *Alex.* illis .

(6) *Alex.* & loquar tibi : *tum cum Vat.* Deus Deus tuus sum ego . *Vat. idem versu subsequenti a Rom. nec hilum differt .*

*Non super sacrificia tua arguam te. * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.*

*Non accipiam de domo tua vitulos. * neque de gregibus tuis hircos.*

*Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum. * jumenta in montibus & boves.*

*Cognovi omnia volatilia cæli. * & species agri mecum est.*

*Si esuriero. non dicam tibi. * meus est enim Orbis terræ. & plenitudo ejus.*

*Numquid manducabò carnes taurorum? * aut sanguinem hircorum potabo?*

*Immola Deo sacrificium laudis. * & redde Altissimo vota tua.*

*Invoca me in die tribulationis tuæ. * eripiam te. & magnificabis me.*

Diapsalma.

*Peccatori autem dixit Deus. * Quare tu enarras justitias meas? * & assumis testamentum meum per os tuum.*

*Tu vero odisti disciplinam. * & projecisti sermones meos post te.*

*Si videbas furem. simul currebas cum eo. * & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

*Os tuum abundavit nequitia. * & lingua tua concinnavit dolum.*

*Sedens adversum fratrem tuum detrahebas. * & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum.*

*Hæc fecisti. & tacui. * existimasti iniquitatem. quod ero tibi similis.*

Ar-

Non in sacrificiis tuis arguam te. * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos.* neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum. * jumenta in montibus ⁝ ÷ & ‡ boves.

Cognovi omnia volatilia cæli. * & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero. non dicam tibi. * meus est enim Orbis [1] ÷ terræ ‡ & plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum?* aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo ÷ sacrificium ‡ laudis. * & redde Altissimo vota tua.

※ Et ‡ [2] invoca me in die tribulationis. * eruam te. & honorificabis me. *Diapsalma.*

Peccatori autem dixit Deus. * Quare tu enarras justitias meas? * [4] & assumis testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam. * & projecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem. currebas cum eo. * & cum adulteris portionem tuam [5] ponebas.

Os tuum abundavit malitia. * & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum [6] loquebaris. * & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. * Hæc fecisti. & tacui.

Existimasti inique quod ero [7] tui simi-

(1) *Vat. qui præsentem obelum deserit, paulo inferius scribit:* volatilia cæli ⁊ species agri.

(2) *Vat. idem & hoc obelo destituitur, sicut & proxime inferiori.*

(3) *Alex. copulam tacet simul cum asterisco: tum cum Pal. MS. & Val.* ÷ & ‡ eruam te. *Pal. sine asterisco relinquit primam copulam:* Et invoca: haud tamen bene *subjungit Val. quem retunderet noster Vat. scribens* ⁊ invoca me in die tribulationis tuæ: & eripiam te, & Ψ magnificabis) me.

(4) *Vat.* sumis; *idem sequenti versu se habet ut Rom.*

(5) *Obelo hæc vox* ponebas *confoditur a Thomas. Mart. Val. & MS. Paulo inferius Alex. scribit:* Os tuum abundavit malitiam.

(6) *Vat.* detrahebas *ut Rom.*

(7) *Alex. & Vat.* tibi similis: *tum Vat.* arguam te, & statuam contra faciem tuam peccata tua: *quæ postrema verba & in Græco resonant.*

*Arguam te . * [1] & statuam illam contra faciem tuam · * Intelligite hæc omnes qui obliviscimini Dominum · * ne quando rapiat . & non sit qui eripiat ·*

*Sacrificium laudis honorificabit me · * & illic iter est . in quo ostendam illi* SALUTARE *Dei ·*

similis · * arguam te . & statuam contra faciem tuam ·

Intelligite [2] hæc qui obliviscimini Deum · * ne quando rapiat . & non sit qui eripiat ·

Sacrificium laudis honorificabit me · * & illic iter . [3] quo ostendam illi SALUTARE Dei ·

ORATIO ·

DEorum Domine . te rogamus . uti nos suscipias in sacrificium laudis : quo sine onere peccati tuas justitias enarrantes . iter illud . quo Salutare tuum ostenditur . gradiamur · Per eumdem Dominum &c.

PSALMUS L.

F.M.

In [4] Finem · Psalmus David · Cum venit ad eum Nathan Propheta . cum intravit ad Bersabee ·

In Finem · Psalmus David · Cum venit ad eum Nathan Propheta . quando intravit ad Bethsabee ·

Vox pœnitentiam agentis ·

*MIserere mei . Deus : * secundum magnam misericordiam tuam ·*

*Et secundum multitudinem miserationum tuarum . * dele iniquitatem meam ·*

*Amplius lava me ab injustitia mea · * & a delicto meo munda me ·*

*Quoniam iniquitatem meam ego [5] agnosco · * & delictum meum coram me est semper ·*

Tibi

MIserere mei . Deus : * secundum [6] ÷ magnā : misericordiā tuam · ÷ Et : secundum multitudinem miserationum tuarum . * dele iniquitatem meam ·

Amplius [7] lava me ab iniquitate mea · * & a peccato meo munda me ·

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco · * & peccatum meum contra me est semper ·

Tibi

(1) *D.145. S.Bruno , & Sabat.* & statuam illa.

(2) *Alex.* Intelligite nunc hæc qui obliviscimini Dominum .

(3) *Nostri MSS. omnes legunt* , quod ostendam illi . *In subsequenti etiam Oratione quum hæc eadem verba in ea inferuntur , Vat. habet* , quod salutare tuum ostenditur .

(4) *Sibi notaverat ad hunc locum Thomasius MS. Codicem præterire voces* In Finem , *& infra habere* ; quando intravit ad Bersabee . *Primum comprobatur Vat. nostro: secundum similiter & altero Vatic. 84. & utroque MS. Archivi , atque Alex.*

(5) *Holst. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco* : MSS. Codd. uno consensu legunt , *agnosco* ; quod & Fabri editio habet , & Ambros. & Bruno , & Vatic. & S. August. in Expositione hujus Psalmi ; & Gregor. Libro Moral. 12. c. 12. & alibi non semel : ita quoque Alcuinus in expositione 7. Psal. pœnitent .

(6) *Pal. hujus loci obelum deferit . Animadvertit Vallarsius suum hunce Codicem* tantæ emendationis ut vix ei parem invenias , *hoc Psal. sæpe obeli omissione manifesto peccare . Vatic. & cum præsenti obelo alterum subsequentis versus omittit .*

(7) *Vat. pro voce* amplius *scribit* ; ⊖ &) multum lava me & a delicto meo . *Et subsequenti versu idem MS.* Quoniam iniquitatem meam ÷ ego : agnosco , & delictum meum &c. *Et antiquissima Alex. nostri Versio ex Heb. pronomen* ego *nescit .*

*Tibi soli peccavi . & malum coram te feci . * Ut justificeris in sermonibus tuis . * & vincas dum judicaris .*

*Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum . * & in delictis peperit me mater mea .*

*Ecce enim veritatem dilexisti . * incerta & occulta sapientiæ tuæ * manifestasti mihi .*

*Asperges me [1] . Domine . hyssopo . & mundabor . * lavabis me . & (super nivem) dealbabor .*

*Auditui meo dabis gaudium & lætitiam . * & exultabunt ossa humiliata .*

*Averte faciem tuam a peccatis meis . * & omnes iniquitates meas dele .*

*Cor mundum crea in me . Deus . * & spiritum rectum innova in visceribus meis .*

*Ne projicias me a facie tua . * & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me .*

Redde mihi lætitiam SALUTARIS *tui . * & spiritu principali confirma me .*

*Docebo [2] iniquos vias tuas . * & impii ad te convertentur .*

*Libera me de sanguinibus . Deus . Deus salutis meæ . * & exultabit lingua mea justitiam tuam .*

*Domine labia mea aperies . * & os meum annunciabit laudem tuam .*

*Quoniam si voluisses sacrificium . dedissem . **

Tibi soli peccavi . & malum coram te feci . * ut justificeris in sermonibus tuis . * & vincas [3] cum judicaris .

Ecce ÷ enim ∶ in iniquitatibus conceptus sum . * & in peccatis concepit me mater mea .

Ecce enim veritatem dilexisti . * incerta & occulta sapientiæ ÷ tuæ ∶ manifestasti mihi .

Asperges me hyssopo . & mundabor . * lavabis me . & (super nivem) dealbabor .

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam . * [4] & exultabunt ossa humiliata .

Averte faciem tuã a peccatis meis . * & omnes iniquitates meas dele .

Cor mundum crea in me Deus . * [5] & spiritum rectum innova in visceribus meis .

Ne projicias me a facie tua . * & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me .

Redde mihi lætitiam SALUTARIS tui . * [6] & spiritu principali confirma me .

Docebo iniquos vias tuas . * & impii ad te convertentur .

Libera me de sanguinibus . Deus . Deus salutis meæ . * [7] ÷ & ∶ exultabit lingua mea justitiam tuam .

Domine labia mea [8] aperies . * & os meum annunciabit laudem tuam .

Quoniam si voluisses sacrificium . dedis-

(1) *Holst. Asperges me, Domine, hyssopo* : Vocem *Domine* omittunt omnes MSS. & Vatic. neque in LXX. editione Complut. & Sixtina habetur ; nec Faber , nec S. Bruno eam agnoscunt , neque Ambros.

Et nobis notatum erat MSS. & Græcæ Versionis exemplar , quibus utimur , ex voce destitui .

(2) *MSS. Archivi , & Vat.* 84. *cum Cass. & Aug.* Doceam iniquos .

(3) *Alex.* cum judicaberis . *Versu subsequenti Pal. cum Vat. obelum tacet : Vat. vero eo versu Rom. imitatur , deserit & illum obelum qui hunc proxime sequitur .*

(4) *Hanc copulam nec in Heb. nec Græc. nostro resonantem Alex. MS. omittit : quæ aliàs esset obelo notanda .*

(5) *Vat.* ⁊ spiritum rectum.

(6) *Vat.* ⁊ spiritu principali ; *tum heic , tum supra loco mox notato in eodem MS. apparet copula latinis literis exarata & superposita recentiori manu . Utroque loco eadem visitur tum in Heb. cum in Græc.*

(7) *Copulam, quam nec Græc. nostrum exhibet, unà cum obelo Alex. nescit ; In Vat. eadem recentiori cura adsuitur : ea posita cum Pal. omisso obelo legit :* exaltabit lingua mea .

(8) *Alex.* aperias .

dissem • * *utique holocaustis non delectaberis* •

Sacrificium Deo spiritus contribulatus • * *cor contritum & humiliatum Deus non spernit* •

Benigne fac. Domine. in bona voluntate tua Sion • * *ut ædificentur muri Jerusalem* •

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ. * *oblationes & holocausta* • * *tunc imponent super altare tuum vitulos* •

dedissem utique • * holocaustis non delectaberis •

Sacrificium Deo spiritus contribulatus • * Cor contritum & humiliatum ⁚ Deus [1] non despicies •

Benigne fac ÷ Domine ⁚ in ÷ bona ⁚ voluntate tua Sion • * ut ædificentur muri Jerusalem •

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ. * oblationes & holocausta • * tunc imponent super altare tuum vitulos •

ORATIO•

PRofluæ miserationis ineffabile nomen. [2] Trinitas Deus. qui humani pectoris antrum emundans vitiis super candorem efficis nivis. innova (quæsumus) in visceribus nostris Spiritum Sanctum tuum. quo laudem tuam adnunciare possimus. ut recto principalique Spiritu confirmati. mereamur æternis sedibus in Jerusalem cælesti componi • Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum • Amen •

PSALMUS LI. F.III.N.

In Finem • Intellectus [3] David. Cum venit Doeg Idumæus. & annunciavit Saul. & dixit illi. Ecce venit David in domum Achimelech •

In Finem. Intellectus David. Cum venit Doeg Idumæus. & nunciavit Sauli. Venit David in domum Achimelech •

Vox Prophetæ de Juda vel Antichristo •

QUid gloriaris in malitia. * [4] *qui potens es in iniquitate?* *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua* • *

QUid [5] gloriaris in malitia. * ÷ qui ⁚ potens ÷ es ⁚ in iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua

(1) *Idem Alex.* non spernet. *Vat. ut Rom.* non spernit. *Deinde utrumque obelum versus subsequentis omittit. Quoad primum olim in Hebræo vocem* Domine *fuisse argumento sunt tum Versio antiqua Alex. MS. tum alter Vat. eandem sub asterisco exhibens. De secundo alibi jam notavimus Hebraicum &* bonam voluntatem *sonare, quod & Vallarsius agnovit. Cetera voculam* ut ante ædificentur *Mart. & Val. obelo jugulant: Nostri MSS. omnes ejus loco habent cum Græc. copulam* &, *quam obelo notat Pal. repugnante veteri Versione Hieronymiana Alex. dum eandem in Heb. textu deprehendit.*

(2) *Pal.* Trinitatis Deus.

(3) Ipsi, *hoc loci interserit Vat. 84. & Pal. quod in altero MS. observari Thomasius notaverat.*

(4) *MSS. Archivi*: quid potens es in iniquitate?

(5) *Alex.* Quid gloriatur: *tum Pal.* qui potens es iniquitate: *uterque una cum Vat. obelos hos nesciunt.*

*tua. * ſicut novacula acuta feciſti dolum.*

*Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem. * iniquitatem magis. quàm loqui æquitatem.*

Diapſalma.

*Dilexiſti omnia verba præcipitationis. * in lingua doloſa.*

*Propterea deſtruet te Deus in finem. * evellet te. & emigrabit te de tabernaculo tuo. * & radicem tuam de terra viventium.*

Diapſalma.

*Videbunt juſti & timebunt. * & ſuper eum ridebunt. & dicent.*

*Ecce homo. qui non poſuit Deum adjutorem ſibi. * ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum. * & prævaluit in vanitate ſua.*

*Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Domini. * ſperavi in miſericordia Dei mei in æternum. & in ſæculum ſæculi.*

Confitebor [1] *tibi. Domine. in ſæculo. quia feciſti. * & expectabo nomen tuum. quoniam bonum eſt ante conſpectum Sanctorum tuorum.*

gua tua. * [2] ſicut novacula acuta feciſti dolum.

Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem. * iniquitatem magis. quam loqui æquitatem. *Diapſalma.*

Dilexiſti omnia verba præcipitationis. * [3] lingua doloſa.

Propterea [4] Deus deſtruet te in finem. * evellet te. & emigrabit te de tabernaculo tuo. * & radicem tuam de terra viventium.

Diapſalma.

Videbunt juſti & timebunt : * & ſuper eum ridebunt. ÷ & dicent ‡ * Ecce homo. qui non poſuit Deum [5] adjutorem ſuum.

Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum. * [6] ÷ & ‡ prævaluit in vanitate ſua.

Ego [7] autem ſicut oliva fructifera in domo Dei. * ſperavi in miſericordia Dei in æternum. & in ſæculum ÷ ſæculi ‡.

Confitebor tibi [8] in ſæculum. quia feciſti. * & expectabo nomen tuum. quoniam bonum eſt * in conſpectu Sanctorum tuorum.

ORATIO.

Totius mundanæ vanitatis deſtructor. omnipotens Deus. fac nos in domo tua ſicut olivam florere fructiferam. ut in tua miſericordia ſperantes. ab iniquitatis maledicto ſalvemur. Per.

(1) *Holſt. Confitebor tibi, Domine, in ſæculo.* Sic melior & vetuſtior MS. noſter, & Fabri editio. Alter MS. noſtræ Baſilicæ, & Florent. & Cajet. & Ambroſ. *in ſæculum*, ut apud LXX. S. Bruno *in ſæcula*, & ſic Vatic.

(2) *Vat.* ſicut raſorium acutum.

(3) *Alex.* linguam doloſam. *Vat.* ʘ &) linguam doloſam. *Græc.* γλῶσσαν δολίαν. *Pal. omiſſum paulò ſupra* Diapſalma *hoc loco adponit.*

(4) *Vat.* Propterea deſtruet te Deus in finem ʘ &) evellet te, & Ψ emigret) te de tabernaculo tuo &c. *Alex.* & emigravit te de tabernaculo, & radicem &c.

(5) *Alex.* adjutorium.

(6) *Noſtri MSS. omnes in præſentia obelo carent. Pal. finito verſiculo adponit* Diapſalma.

(7) *Vat.* Ego ÷ autem ‡ *deinde in fine verſiculi omiſſis*, in ſæculum ÷ ſæculi ‡ *pone vocem* æternum *illico ponit* ℞, *quo idem verſiculus terminatur.*

(8) *Alex.* in ſæculo, *& infra cum Pal.* quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum, *omiſſa voce* eſt, *& quidem merito. Vat. etiam:* quoniam bonum ʘ eſt) ante conſpectum &c.

PSALMUS LII. F.IV.N.

In Finem · Pro Amalech · Intellectus David ·

In Finem · Pro Maeleth · Intelligentiæ David ·

Ecclesia increpat eos . qui corde & opere corrumpuntur · & Fideles monet ut æquanimiter sæculi molestias sufferant ·

*Dixit insipiens in corde suo · Non est Deus · * Corrupti sunt . & abominabiles facti sunt in [1] voluntatibus suis ·*

*Non est qui faciat bonum . * non est usque ad unum ·*

*Dominus de cælo prospexit super filios hominum . * ut videat si est intelligens . aut requirens Deum ·*

*Omnes declinaverunt . simul inutiles facti sunt · * non est qui faciat bonum . non est usque ad unum ·*

*Nonne cognoscent omnes . qui operantur iniquitatem. * qui devorant plebem meam * sicut escam panis ? * Deum non invocaverunt · illic trepidaverunt timore . ubi non erat timor ·*

*Quoniam [2] Deus dissipat ossa hominum sibi placentium · * confusi sunt . quoniam Deus sprevit eos ·*

Quis dabit ex Sion SALUTARE *Israel?* Dum [3] avertet Dominus captivitatem plebis suæ ·*

*Exultabit Jacob . * & lætabitur Israel ·*

Dixit insipiens in corde suo · * Non est Deus ·

Corrupti sunt . & abominabiles facti sunt in iniquitatibus · * [4] non est qui faciat bonum ·

Deus de cælo prospexit super filios hominum. * ut videat si est intelligens. ÷ aut ‡ requirens Deum ·

Omnes declinaverunt . simul inutiles facti sunt · * non est qui faciat bonum . non est usque ad unum · [5]

Nonne [6] scient ÷ omnes ‡ qui operantur iniquitatem . * qui devorant plebem meam ut cibum panis ?

Deum non invocaverunt · * [7] illic trepidaverunt timore . ubi non erat timor ·

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum . qui hominibus placent · * confusi sunt . quoniam Deus sprevit eos ·

Quis dabit ex Sion SALUTARE Israel? * [8] Cum converterit Deus captivitatem plebis suæ . * exultabit Jacob . ÷ & ‡ lætabitur Israel ·

ORATIO.

Respiciens [9] de cælo sancto tuo . Deus piissime . pone terminum insipientiæ nostræ . ut a terroribus vanis eruti . tibi soli de puritate cordis integra placeamus · Per ·

(1) *Vat.* 84. in voluptatibus suis .

(2) *Vocem* Deus *taces D.* 144.

(3) *Vat.* 84. averterit Dominus .

(4) *Alter Vat. heic Rom. imitatur , qui & subsequenti versu exhibet , sed recentiori emendatione ,* respexit *loco* prospexit : *deinde Alex.* in filios hominum .

(5) Diapsalma *heic adponit Pal.*

(6) *Vat.* Nonne timor Dei ante oculos eorum ; nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem , qui devorant plebem meam tanquam cibum panis?

(7) *Vat.* ibi Ψ timebunt) timore ubi non erat timor . *Alex.* ubi non fuit timor . *Vat. idem subsequenti versu prorsus cum Rom.*

(8) *Alex.* dum converterit . *Vat.* in convertendo Dominus captivitatem plebis suæ , exultet Jacob , & lætetur Israel .

(9) *Pal.* Respiciens .... Deus , insipientiam nostram , præsta ut a terroribus &c.

Q.H.L.

PSALMUS LIII.

In Finem· In carminibus· Intellectus David. Cum veniſſent Ziphæi. & dixiſſent ad Saul· Nonne ecce David abſconditus eſt apud nos?

Vox Eccleſiæ de Hæreticis ad Chriſtum·

DEus. *in nomine tuo ſalvum me fac·* * *& in virtute tua libera me·*

Deus exaudi orationem meam· * *auribus percipe verba oris mei·*

Quoniam alieni inſurrexerunt in me. * *& fortes quæſierunt animam meam·* * *& non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum·*

Diapſalma·

Ecce enim Deus adjuvat me· * *& Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ·*

Averte mala inimicis meis· * *in veritate tua diſperde illos·*

Voluntarie ſacrificabo tibi. * *& confitebor nomini tuo.* DOMINE· * *quoniam bonum eſt·*

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me· * *& ſuper inimicos meos*[1] *reſpexit oculus meus·*

In Finem· In carminibus· Intellectus David. [2] Cum veniſſent Ziphæi. & dixiſſent ad Saul· Nonne David abſconditus eſt apud nos?

DEus. in nomine tuo ſalvum me fac·* & in virtute tua judica me·

Deus [3] exaudi orationem meam· * auribus percipe verba oris mei·

Quoniam alieni [4] inſurrexerunt adverſum me. * & fortes quæſierunt animam meam·* & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum·

Diapſalma·

Ecce ÷ enim ⁑ Deus adjuvat me·* [5] ÷ & ⁑ Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ·

Averte mala inimicis meis· * ÷ & ⁑ in veritate tua diſperde illos·

Voluntarie ſacrificabo tibi. * [6] ÷ & ⁑ confitebor nomini tuo. DOMINE· * quoniam bonum eſt·

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me· * & [7] ÷ ſuper ⁑ inimicos meos deſpexit oculus meus·

ORATIO·

SAlvifica. Domine. Eccleſiam tuam in tui nominis protectione fidentem. ut deſpectis inimicis voluntaria te confeſſione magnificet· Per·

PSAL-

(1) *Holſt. Et ſuper inimicos meos reſpexit oculus tuus:* ſic pro *meus* legit uterque Vatic. & Caſſin. & Pſalter. Cajet. & Bruno, & Vat. contra LXX. & Hebr.

(2) *Vat.* Cum venerunt Ziphæi, & dixerunt ad Saul: Nonne ecce David &c. *Idem MS. in textu primum verſum exhibet Rom. omnino ſimilem.*

(3) *Pal. de more* ÷ ex ⁑ audi: *ſicut & ſubſequenti verſu,* & non ÷ pro ⁑ poſuerunt.

(4) *Vat.* inſurrexerunt ſuper me: *deinde cum Alex. tollit copulam præmiſſam vocibus* non propoſuerunt. *Cetera ſubſequens* Diapſalma *Pal. repreſentat ad finem verſus proxime ſequentis.*

(5) *Obelo atque copula hunc & ſubſequentem verſum Pal. exuit. Vat. obelo tantum præſentem: in altero verò ſcribit;* ⊖ &) in veritate tua.

(6) *Et heic copulam & obelum tollit Alex. tum vocem* Domine *primo omiſſam ſequiori cura additam exhibet: demum poſtrema vocula* eſt *deſtituitur. Vat.* ⊖ &) confitebor.

(7) *Minus bene fortaſſe hunc obelum deferunt Mart. & Val. propoſitio enim* in, *aut adverbium* ſuper, *quod Hebræum reſonat, ſufficienter exprimitur in verbo* deſpexit, *cujus loco Hebræum habet* vidit: *unde ſi retineas* deſpexit *abundat* ſuper, *vel* in, *aut omittenda cum Hieron. Verſione Alex. aut cum Thomaſio obelo notanda.*

PSALMUS LIV. F.IV.N.

In Finem · In carminibus · Intellectus David ·

Chriſtus Patrem petit ne ejus diſpiciatur oratio · ([1] *quod ex infirmitate carnis probatur expetere*) *& quid obſtinatis Judæis in ſuis ſceleribus perſiſtentibus debeat evenire oſtendit* ·

EXaudi . Deus . orationem meam . & ne deſpexeris deprecationem meam · * intende in me . & exaudi me ·*

*Contriſtatus ſum in exercitatione mea · * & conturbatus ſum a voce inimici . *. & a tribulatione peccatoris ·*

*Quoniam declinaverunt in me iniquitates · * & in ira moleſti erant mihi ·*

*Cor meum conturbatum eſt in me . * & formido mortis cecidit ſuper me ·*

Timor & tremor venerunt ſuper me. & contexerunt me tenebræ ·*

*Et dixi · Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ ? * & volabo . & requieſcam ·*

Ecce elongavi fugiens . & manſi in ſolitudine · Diapſalma · *Expectabam eum . qui me ſalvum faceret . ** [2] *a puſillo animo & tempeſtate ·*

*Præcipita (Domine) & divide linguas eorum · * quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate die ac nocte ·*

Circumdabit eam ſuper muros ejus ini-

In Finem · In carminibus · Intellectus David ·

EXaudi . Deus . orationem meam. * & ne deſpexeris deprecationem meam · * intende mihi . & exaudi me ·

Contriſtstus ſum in exercitatione mea · * [3] & conturbatus ſum a voce inimici . * ÷ & ‡ a tribulatione peccatoris ·

Quoniam declinaverunt in me [4] iniquitates · * & in ira moleſti erant mihi·

Cor meum conturbatum eſt in me. * & formido mortis cecidit ſuper me ·

Timor & tremor [5] venerunt ſuper me . * & contexerunt me tenebræ · ·

Et dixi · Quis dabit mihi pennas [6] ÷ ſicut ‡ columbæ ? * & volabo . & requieſcam ·

Ecce [7] elongavi fugiens . * & manſi in ſolitudine · *Diapſalma* ·

Expectabam [8] eum . qui ſalvum me fecit * a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate ·

Præcipita (Domine) divide linguas eorum · * quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate ·

Die [9] ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus · * iniquitas & labor in

(1) *Vat.* quam ex infirmitate carnis &c.

(2) *Vat.* 84. a puſillanimo & tempeſtate .

(3) *Pal. eam copulam tacet : Vat. vero paulò inferiorem obelum prateris : qui & verſu ſuperiori , hujus Pſalmi primo , cum Rom. ſcripſerat :* intende in me & exaudi me .

(4) *Alex.* iniquitatem : *Grac. ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν* ·

(5) *Noſtri MSS. omnes* : venit ſuper me . *Pal. & Alex. proſequuntur :* & contexit me tenebra : *uod Graco magis affine* .

(6) *Iidem MSS. omnes ut & Mart. atque Val. vocem* ſicut *ſine obelo legunt , quem exigit Hieron. Verſio ex Heb. juxta Alex. reſonans :* quis dabit mihi pennas columbæ &c.

(7) *Alex.* Ecce longavi ; *tum Pal omittit* Diapſ.

(8) *Vat.* Expectabam Deum , qui ſalvaret me a puſillanimo , *tum Alex.* & a tempeſtate . *Idem Vat. ſubſequenti verſu prorſus cum Rom.*

(9) *Alex.* Die & nocte ; *tum* & *copulam praponit voci* iniquitas . *Vat. verſiculum concludit ſcribens :* & injuſtitia ⊖ in medio ejus.)

*iniquitas . * & labor in medio ejus . & injustitia .*

*Et non defecit de plateis ejus usura & dolus . * Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi . supportassem utique .*

*Et si is qui oderat me . super me magna locutus fuisset . * absconderem me utique ab eo .*

*Tu vero homo unanimis . dux meus & notus meus . * qui simul mecum dulces capiebas cibos . * in domo Domini ambulavimus cum consensu .*

*Veniat mors super illos . * & descendant in infernum viventes .*

*Quoniam nequitia in hospitiis eorum . * in medio ipsorum .*

*Ego autem ad Dominum clamavi . * &* DOMINUS *exaudivit me .*

Vespere [1] *& mane & meridie . * narrabo & annunciabo . & exaudiet vocem meam .*

Liberabit [2] *in pace animam meam * ab his qui appropiant mihi . * quoniam inter multos erant mecum .*

*Exaudiet Deus . & humiliabit eos . * qui est ante sæcula . & manet in æternum .*

Diapsalma .

*Non est enim illis commutatio . & non timuerunt Deum . ** [3] *extendit manum suam in retribuendo illis .*

Con-

in medio ejus . & injustitia .

Et non defecit de plateis ejus * usura & dolus .

Quoniam si inimicus * ÷ meus ‡ maledixisset mihi . * sustinuissem ÷ utique ‡

Et si is qui oderat me . super me magna locutus fuisset . * abscondissem me forsitan ab eo .

Tu vero homo [5] unanimis . * dux meus & notus meus .

Qui simul mecum dulces capiebas cibos . * in domo Dei ambulavimus cum consensu .

Veniat mors super illos . * ÷ & ‡ descendant in infernum viventes .

Quoniam nequitiæ [6] in habitaculis eorum . * in medio eorum .

Ego ÷ autem ‡ ad Deum clamavi . * & DOMINUS salvabit me .

Vespere [7] & mane & meridie . narrabo & annunciabo . * & exaudiet vocem meam .

Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi . * quoniam [8] inter multos erant mecum .

Exaudiet Deus . & humiliabit illos . * qui est ante sæcula .

Diapsalma .

Non enim est illis commutatio . & non timuerunt Deum . * extendit manum suam in retribuendo .

Con-

(1) *Ejus loci copulam nescit D.* 144. *ut & Ver.*

(2) *Vat.* 84. *cum Cass.* liberavit in pace : *tum MSS. Archivi S. Petri cum eodem Cass. & Brun.* appropinquant mihi .

(3) *Holst. Et extendit manum .* MSS. omnes , & Faber , & Ambros. delent copulativam & , quam nec Hebr. nec LXX. agnoscunt .

Eam tamen agnoscit Vat. 84. *tum D.* 145. extendit Dominus manum suam in tribuendo illis ; *de voce* tribuendo *in eodem MS. factum visitur sequioribus curis* retribuendo .

(4) *Abest ab Alex. & Pal. vox* meus , *ut & a moboris notæ Græcis exemplaribus . Vat.* si inimicus ⊖ meus) maledixisset mihi , supportassem utique ; *omisso & hoc posteriori obelo . Idem MS. versu subsequenti prorsus cum Rom.*

(5) *Alex.* unianimes , *Vat.* unianimis : *Idem & proximiore sequenti obelo destituitur .*

(6) *Idem Vat.* in hospiciis *cum Rom. qui & subsequenti versu prætermissa unâ cum obelo & voce* autem , *prorsus eidem Rom. consentiens .*

(7) *Vat.* Vespere ⁊ mane , & meridie enarrabo , & annuntiabo , & exaudiet ⊖ Deus) vocem &c.

(8) *Qui hucusque cum Rom. præsentem versiculum descripserat Vat. eundem concludit ;* quoniam in multis erant mecum . *Idem subsequenti ℣. denuo cum Rom.* humiliabit eos ; *ubi Alex. habet ,* humiliavit . *tum adjunctum paullo inferius* Diapsalma *Pal. nescit .*

Contaminaverunt testamentum ejus. *divisi sunt ab ira vultus ejus.* * *& appropiavit cor ejus.*
Mollierũt sermones suos super oleũ. * *& ipsi sunt jacula.*
Jacta in DEUM *cogitatum tuum.* * *& ipse te enutriet.*
Non dabit in æternum fluctuationem Justo. * *Tu vero. Deus. deduces eos in puteum interitus.*
Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. * *ego vero. in te sperabo. Domine.*

Contaminaverunt testamentũ ejus.* divisi sunt ab ira vultus ejus. * [1] & appropinquavit cor illius.
Molliti sunt sermones ejus super oleum. * & ipsi sunt jacula.
Jacta [2] super DOMINUM curam tuam. & ipse te enutriet. * non dabit in æternum fluctuationem Justo.
Tu vero Deus deduces eos * in puteum interitus.
Viri sanguinum [3] & dolosi non dimidiabunt dies suos. * ego autem sperabo in te ÷ Domine ⁑

ORATIO.

JEsu [4] Domine. qui ante sæcula cum Patre & Spiritu Sancto manens. conditionemque humanam suscipiens. ab unanimo discipulo proditus mortem subisti pro perditis. exaudi orationem supplicum. & præsta. ut te vespere mane meridieque laudantes. mereamur ab hujus sæculi tempestatibus defensari. Qui vivis & regnas cum eodem Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus. per &c.

PSALMUS LV. F.IV.N.

In Finem. Pro [5] populo. qui a Sanctis longe factus est. David in tituli inscriptione. Cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

In Finem. Pro populo. qui a Sanctis longe factus est. David in tituli inscriptione. Cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

Vox Ecclesiæ in persecutione positæ.

MIserere mihi. Domine. quoniam conculcavit me homo. * *tota die bellans tribulavit me.*
Conculcaverunt me inimici mei tota die. * *ab altitudine diei.*
Quoniam multi qui debellant me time-

MIserere mei. Deus. quoniam conculcavit me homo. * tota die [6] impugnans tribulavit me.
Conculcaverunt me inimici mei [7] tota die. * quoniam multi bellantes adversum me.

Ab

(1) *Heic & subsequenti versu Vat. idem cum Rom.* (2) *Idem* Jacta Ψ in Deum cogitatum tuum) & ipse &c. *Alex.* te nutriet: *qui & infra*: deduces illos.
(3) *Alex. idem*: & doli non dimidiabunt &c. *Vat. omisso obelo* ego autem Domine ⊖ semper) in te sperabo.
(4) *Vat.* Jesu Christe qui ante sæcula &c.
(5) *D.* 144. In finem. Populo, *omissa vocula* pro: *tum*: David inscriptione Tituli &c. *Ex altero MS. sibi notaverat Thomasius huncce titulum ita se habere*: In finem. Pro populi restitutione, qui longe factus est a Sanctis. In Tituli inscriptione ipsi David &c.
(6) *Vat.* bellans *juxta Rom. Pal. vero cum Mart. & Vall.* ÷ im ⁑ pugnans.
(7) *Vat.* toti die, ⊖ ab altitudine diei non timebo) *deinde cum Romano novo inito versiculo*: Quoniam multi qui debellabant me: *tum vero a Rom. recedens eundem versiculum prosequitur scribens*: Ab altitudine ⊖ dierum) diei non timebo ⊖ quia) ego ℟ in te sperabo.

timebunt · * *ego vero* [1] *in te sperabo. Domine* ·

In Deo laudabo sermones meos tota die . in Deo sperabo · * *non timebo quid faciat mihi homo* ·

Tota die verba mea execrabantur · * *adversus me omnia consilia eorum in malum* ·

Inhabitabunt & abscondent · *ipsi calcaneum meum observabunt* · * *sicut expectavit anima mea* . * *pro nihilo salvos* [2] *facies eos* . *in ira populos confringes* ·

Deus vitam meam [3] *annunciavi tibi* · * *posui lacrymas meas in conspectu tuo* . * *sicut* [4] *in repromissione tua* ·

Convertantur inimici mei retrorsum · * *in quacumque die invocavero te* . * *ecce agnovi quoniam Deus meus es tu* ·

In Deo laudabo verbum . *& in* DOMINO *laudabo* [5] *sermonem* · *in Deo sperabo* . * *non timebo quid faciat mihi homo* ·

In me sunt (Deus) vota . * *quæ reddam* [6] *laudationis tibi* ·

Quoniam eripuisti animam meam de morte . *oculos meos a lacrymis* . * *pedes*

Ab altitudine diei timebo · * ego vero in te sperabo ·

In Deo laudabo sermones meos . * [7] in Deo speravi . non timebo quid faciat mihi caro ·

Tota die verba mea execrabantur · * adversum me [8] omnes cogitationes eorum in malum ·

Inhabitabunt & abscondent · * [9] ÷ ipsi ⁒ calcaneum meū observabunt ·

Sicut [10] sustinuerunt animā meam . * pro nihilo salvos facies illos · * in ira populos confringes ·

Deus . vitam meam annunciavi tibi · * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo ·

Sicut & [11] in promissione tua · * tunc convertentur inimici mei retrorsum ·

In quacumque die invocavero ÷ te ⁒ * ecce cognovi quoniam Deus meus es ·

In Deo [12] laudabo verbum . * in DOMINO laudabo sermonem · * in Deo speravi. nō timebo quid faciat mihi homo ·

In me sunt (Deus) [13] vota ※ tua ⁒ * ÷ quæ ⁒ reddam laudationes tibi ·

Quoniam eripuisti [14] animam meam de morte . * & pedes meos de lapsu · * ut

(1) *Vat.* 84. in te speravi .

(2) *D.* 144. faciet .

(3) *Holst. Deus vitam meam annuntiavi tibi.* Sic MS. melior , Ambros. & Florent. Ceteri cum Fabro , Brunone , & Cajet. *nuntiavi* . LXX. ἐξήγγειλάσοι · *enuntiavi tibi* .

E nostris MSS. Vat. 84. *&* *D.* 144. *scribunt* nuntiavi .

(4) *Vat.* 84. sieut in promissione .

(5) *Vat.* 84. sermones .

(6) *Idem Vat.* 84. laudationes *cum Cass. & Brun.*

(7) *Vatic.* in Deo ♆ sperabo) non timebo &c. *cum finito versiculo præsenti , non subsequenti , ut retur Val. Pal. MS. addit* Diapsalma.

(8) *Alex. & Vat.* omnia consilia eorum in malum *ut Rom.*

(9) *Hunc obelum quem fortasse adoptaverat Thomas. ob Heb. Vers. Alex. qua vocem ipsi ex Hebræo non exprimit , & ob Pal. eundem obelum exhibentem , sustulit deinde in altero Psalt. sæpe laudato* .

(10) *Vat.* sieut exspectaverunt animam meam : pro nihilo salvos facies eos &c.

(11) *Vat.* sicut in promissione *omissa copula : qui & subsequenti versu omisso obelo se habet ut Rom.*

(12) *Vat.* Laudabo verbum ʘ &) in Domino laudabo) sermonem : in Deo ♆ sperabo non timebo quid &c. *Alex.* & in Deo speravi non timebo &c. *Pal. addit in fine* Diaps.

(13) *Vat. omisso & obelo idem omnino resonat cum Rom.* Laudationis , *& Alex. scribit . Pal. obelum præterit , sed minus bene ut Val. notavit* .

(14) *Vat. quoad verba hoc postremo versiculo idem cum Rom. quæ tamen adstruit peculiaria signa ita disponit :* animam meam de morte ʘ oculos meos a lacrymis) 7 pedes meos a lapsu , ut placeam coram Domino &c.

des meos a lapsu · ut placeam coram Domino in lumine viventium ·

ut placeam coram Deo in lumine viventium ·

ORATIO ·

Bellorum invisibilium optime propugnator æterne Deus . qui in te fidentes ab inimicis obrui non permittis · exterge (precamur) ab oculis nostris peccati lacrymas . ut dum carnalia bella (te adjuvante) comprimimus . placere tibi in lumine viventium mercamur · Per ·

PSALMUS LVI. F.IV.N.

In Finem · [1] Ne disperdas · David in tituli inscriptione . Cum fugeret a facie Saul in speluncam ·

In Finem · Ne pisperdas · David in tituli [5] inscriptionem . Cum fugeret a facie Saul in speluncam ·

Christus (secundum humanitatem . qua passus est) [2] *orat . & Resurrectionis suæ gloriam commemorat . Patrique laudes decantat ·*

*Miserere mei . Deus . miserere mei · * quoniam in te confidit anima mea ·*

Et in umbra alarum tuarum [3] *sperabo . * donec transeat iniquitas ·*

*Clamabo ad Deum Altissimum · * * [4] & ad Dominum . qui benefecit mihi ·*

*Misit de cælo . & liberavit me · * dedit in opprobrium conculcantes me ·*

Diapsalma ·

*Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam · * animam meam eripuit*

Miserere mei . Deus . miserere mei · * quoniam in te [6] confidit anima mea ·

÷ Et ‡ [7] in umbra alarum tuarum sperabo . * donec transeat iniquitas ·

Clamabo ad Deum Altissimum . * Deum qui benefecit mihi ·

Misit de cælo . & liberavit me · * dedit in opprobrium [8] conculcantes me ·

Diapsalma ·

Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam . * [9] ÷ & ‡ eripuit ani-

(1) *Alter MS. apud Thomas. titulum hunc orditur* : In finem . Ne corrumpas in Tituli inscriptione &c.

(2) *Vat.* orat ut Resurrectionis ..... commemorat , pariterque laudes decantat .

(3) *Holst. Et in umbra alarum tuarum sperabo .* MSS. nostri & Cajet. Psalt. & S. Bruno , & Faber legunt , *spero* , & sic Vatic. LXX. ἐλπιῶ futurum , & sic Ambros.

Et nobis notatum erat Vatic.84.præferre spero .

(4) *Hujus loci copulam nesciunt Vat.84. Aug. Cass. Ver. & Græc.*

(5) *Omnes nostri MSS. legunt* : in Tituli inscriptione .

(6) *Alex.* in te confidet .

(7) *Hunc obelum , quem in nullo e nostris MSS. deprehendimus Val. rejicit : in Hebræo tamen eam copulam non invenit auctor Versionis MS. Alex.*

(8) *Alex.* conculcantis me .

(9) *Val.* ÷ & eripuit ‡ *& quidem minime dissimulandum vocem* eripuit *non reperiri in hodierno Hebraico Textu , nec etiam in veteri si manu exaratas Versiones , ut Alex. nostri MS. respicias . At si ad illum textum hic Vulgatæ locus exigendus non sola vox* eripuit *expungenda , qua sublata aut biulca remanet oratio contra interpretandi leges , & Hieronymi mentem , aut sensum præfert ab Hebraico longe dissonum . Hic juxta Alex. a quo non longe distant editæ Versiones , resonat* : Anima mea in medio leonum dormivit ferocientium . *Quare si totus loci contextus non mutandus , melius fortasse cum Mart. & nostris MSS. omnibus sine obelo vox* eripuit *relinquitur . Vat. nec copulam præcedentem obelo jugulat .*

puit de medio catulorum leonum. dormivi conturbatus.

*Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ. * & lingua eorum machaera acuta.*

*Exaltare super cælos. Deus. * & super omnem terram gloria tua.*

*Laqueos paraverunt pedibus meis. * & incurvaverunt animam meam.*

*Foderunt ante faciem meam foveam. * & ipsi inciderunt in eam.*

Diapsalma.

*Paratum cor meum. Deus. paratum cor meum. * cantabo & psalmum dicam Domino.*

*Exurge gloria mea. * exurge psalterium & cithara. [1] exurgam diluculo.*

*Confitebor tibi in populis. Domine. * & psalmum dicam tibi inter gentes.*

*Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua. * & usque ad nubes veritas tua.*

*Exaltare super cælos. Deus. * & super omnem terram gloria tua.*

animam meam de medio catulorum leonum. * dormivi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ. * [2] & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos. Deus. * ÷ & ‡ [3] in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis. * ÷ & ‡ incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam. * [4] ÷ & ‡ inciderunt in eam.

Diapsalma.

Paratum cor meum. Deus. paratum cor meum. * cantabo [5] & psalmum dicam.

Exurge gloria mea. exurge psalterium & cithara. exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis. [6] Domine. * ÷ & ‡ psalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua. * & usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos. Deus. * [7] ÷ & ‡ super omnem terram gloria tua.

ORATIO.

TRansfer. Domine. iniquitatem familiæ humilis sub tuarum alarum umbra sperantis. ut (missa de cælo misericordia tua) a nequissimis insidiarum [8] foveis & laqueis eruamur. Per.

PSAL-

(1) *D.* 144. & surgam diluculo.

(2) *Alex.* & linguæ eorum: *prosequitur Vat.* machæra acuta *juxta Rom.*

(3) *Vat.* ÷ & ‡ super omnem terram gloriam tuam. *Idem MS. Vat. proxime sequentem obelum nescit.*

(4) *Vat.* ÷ & ‡ Θ ipsi) inciderunt in eam.

(5) *Idem Vat.* & psalmum dicam Θ Domino).

(6) *Heic vocem* Domine *Alex. omittit, quæ sub asterisco restituenda ipsi esset juxta aliam ejusdem MS. Versionem. Vat. obelum atque copulam tacet ante vocem* psalmum. *Vat. cum Rom. concludit*; inter gentes.

(7) *Vat. obelo omisso*, & super omnem terram gloriam tuam.

(8) Insidiarum foveis eruamur, *aliis missis Vat.*

PSALMUS LVII.

F. IV. N.

In Finem · Ne disperdas · David in tituli inscriptione ·

In Finem · Ne disperdas · David in tituli [7] inscriptionem ·

Christus exprobat nequitiam Judæorum . & eorum retributiones declarat · ac de lætitia Justorum . [1] cum ultionem viderins Peccatorum ·

*SI vere utique justitiam loquimini · * [2] justa judicate filii hominum ·*

*Etenim in corde iniquitates operamini in terra · * [3] iniquitates manus vestræ concinnant ·*

*Alienati sunt peccatores ab utero . * erraverunt a ventre · locuti sunt falsa ·*

*Ira illis secundum similitudinem serpentis · * sicut aspidis surdæ . & obturantis aures suas · * quæ non exaudiet [4] vocem incantantium . [5] * & veneficia . quæ incantantur a sapiente ·*

*Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum · * molas leonum confringet* DOMINUS ·

*Ad nihilum [6] devenient velut aqua decurrens · * intendit arcum suum donec infirmentur ·*

*Sicut cera liquefacta auferentur · * super eos cecidit ignis . * & non viderunt solem ·*

SI vere utique justitiam loquimini · * [8] recta judicate filii hominum ·

Etenim in corde iniquitates operamini in terra · * [9] injustitias manus vestræ concinnant ·

Alienati sunt [10] peccatores a vulva · * erraverunt ab utero · locuti sunt falsa ·

Furor illis secundum similitudinem serpentis · * sicut aspidis surdæ . & [11] obturantis aures suas ·

Quæ non [12] exaudiet vocem incantantium . * & venefici incantantis sapienter ·

Deus [13] conteret dentes eorum in ore ipsorum · * molas leonum confringet DOMINUS ·

Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens · * intendit arcum suum donec infirmentur ·

Sicut cera . quæ fluit . auferentur · * [14] ÷ super ∶ cecidit ignis . & non viderunt solem ·

(1) *Vat.* quod comminationem viderint .

(2) *MSS. Archivi S. Petri* justè judicate : *sic etiam Bruno . Ver.* rectè *cum Ambrosian.*

(3) *Vat.* 84. *& Cass.* iniquitatem . *Græc. etiam* ἀδικίαν ·

(4) *Vat.* 84. voces *cum Ambrosian.*

(5) *Holst. Et veneficia , quæ incantantur .* Codd. nostri , & Cajet. & Bruno , & Vatic. nihil hic mutant ; sed Fabri editio habet *venefici , quæ incantantur* ; eandemque Romani Psalterii lectionem laudat Nobilius ad Sixtinam . Bandinus quoque ita legendum esse notavit in suo Codice : sed LXX. habent φαρμακῶ τε φαρμακευομένη παρὰ σοφῶ : *& venefici quod incantatur a sapiente . Ambros. venefici qui incantantur .*

(6) *D.* 144. deveniet .

(7) *Nostri MSS. omnes* : in tituli inscriptione .

(8) *Vat.* rectè judicate .

(9) *Alex.* injustitiam : *Vat. juxta Rom.* iniquitates .

(10) *Vat.* peccatores Ψ ab utero) erraverunt Ψ a ventre) loquuti &c.

(11) *Alex.* obdurantes : *facile* obdurantis *cum Pal.*

(12) *Vat.* Quæ non exaudit voces incantantium : venefici qui incantantur a sapiente . *Pal. heic addit* Dipsl.

(13) *Vat.* contrivit , *& infra* confringit : *subsequenti autem versu cum Rom.*

(14) *Vat. omisso obelo se habet in præsenti ut Rom. solum ordine paullo mutato ait* : cecidit ignis super eos .

*Priusquam [1] producat spinas vestra rhamnus. * sicut viventes. sic in ira [2] absorbet eos.*

*Lætabitur justus cum viderit vindictam impiorum. * manus suas lavabit in sanguine Peccatorum.*

*Et dicet homo. Si utique est fructus Justo. * utique est Deus judicans eos in terra.*

Priusquam [3] intelligerent spinæ vestræ rhamnum. * sicut viventes. sic in ira absorbet eos.

Lætabitur justus. cum viderit vindictam. * manus suas lavabit in sanguine [4] peccatoris.

Et dicet homo. Si utique est fructus Justo. * utique est Deus judicans ÷ eos ⁝ in terra.

ORATIO.

JUstissime Domine concede populo tuo sequi justitiam & diligere recta. ne a veritate tua auditum avertens. a venefici serpentis morsibus sauciетur. Per.

F.IV.N.

PSALMUS LVIII.

In Finem. [5] Ne disperdas. David in tituli inscriptione. quando misit Saul. & custodivit domum ejus. ut eum interficeret.

In Finem. Ne disperdas. David in tituli [7] inscriptionem. quando misit Saul. & custodivit domum ejus. ut eum interficeret.

Christus orat ne ei inimici nocere prævaleant. dicitque quemadmodum in fine sæculi convertendi sint Judæi. pro quibus & oratio mirabili pietate depromitur.

*ERipe me de inimicis meis. Deus meus. * & ab insurgentibus in me libera me.*

*Eripe me de operantibus iniquitatem. * & de viris sanguinum salva me.*

Quia [6] ecce aucupaverunt animam meam.

Eripe me de inimicis meis. Deus [8] meus. * & ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem. * & [9] de viris sanguinum salva me.

Quia ecce [10] ceperunt animam meam. *

(1) *Holst. Priusquam producas spinas vestras rhamnus.* Vat. *Priusquam producant spinæ vestræ rhamnos.* Ambros. *Spinæ vestræ rhamnum*, quod Hebræo respondet. Ceteri Codd. hic dissentiunt. Melior MS. noster, & Faber, & Cajet. & S. Bruno: *vester rhamnus*, alter MS. *vestra rhamnus*, quod Græco LXX. respondet *ὑμῶν τὴν ῥάμνον* atque ita pro *vestras* omnino restituendum existimo. Sed vox *ὑμῶν* in testu allato LXX. referenda ad antecedentem vocem *ἀκάνθας*, ut ex Hebræo apparet.

Hanc Clarif. Viri sententiam, quam sequutos non esse constat Editores Psalt. hujus, an. 1663. Augustini Psalt. & Codex Ver. confirmant.

(2) *Holst. absorbet eos.* MSS. nostri, & S. Bruno, & Vatic. *absorbet*, quod verissimum; sic enim Psal. 68. *neque obsorbeat me profundum:* sic supra Psal. 34. ℣. 23. pag. 63.

(3) *Vat.* producant spinæ vestræ rhamnum, *tum una cum Alex.* sicut viventes, sicut in ira: *concludit demum Alex.* absorbet vos.

(4) *Vat. idem* peccatorum *cum Rom. Eadem ratione legebat & Alex. ni secunda manus fecisses* peccatoris.

(5) *D.* 145. Et disperdas in tituli inscriptione &c.

(6) *Holst. Quia ecce aucupaverunt.* MSS. nostri, & Florent. & Fabri editio, Cajet. & Bruno, & Vatic. *occupaverunt.* Sed illud melius respondet voci LXX. *ἐθήρευσαν*. S. Gregor. M. 7. Moral. cap. 8. legit, *occupaverunt*, cum MSS. nostris, & aliis supra relatis.

Eodem versu Vat. 84. *copulam* & *legit ante* irruerunt.

(7) *Nostri MSS. omnes pro* inscriptionem *heic legunt* inscriptione.

(8) *Pal.* Deus ÷ meus ⁝ *Alex. & Vat. vocem* meus *nesciunt juxta Græc.*

(9) *Vat.* & de viris sanguinum Ψ libera) me.

(10) *Vat.* captaverunt.

meam • *irruerunt in me fortes* . * *Neque iniquitas mea* . *neque peccatum meum* . DOMINE •

Sine iniquitate cucurri . *&* *dirigebar* • * *Exurge in occursum mihi* . *&* *vide* . * *&* *tu* DOMINE *Deus Virtutum* . *Deus Israel* •

Intende ad visitandas omnes Gentes • * *non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem* •

Diapsalma •

Convertentur [1] *ad vesperum* . * *&* *famem patientur ut canes* • * *&* *circuibunt civitatem* •

Ecce ipsi loquentur in ore suo • * *&* *gladius est in labiis eorum* •

Quoniam quis audivit? Et tu . DOMINE . *deridebis eos* • * [2] *&* *pro nihilo habebis omnes Gentes* •

Fortitudinem meam ad te custodiam . *quia tu Deus susceptor meus es* • * *Deus meus* . *misericordia ejus præveniet me* •

Deus meus ostende mihi bona inter inimicos meos . *ne occideris eos* • * *ne quando obliviscantur legis tuæ* •

Disperge illos in virtute tua • * *&* *destrue eos protector meus* . *Domine* •

Delicta oris eorum sermo labiorum ipsorum • * *&* *comprehendantur in superbia sua* • *&* *de execratione &* *mendacio compellantur in ira consummationis*

meam • * irruerunt in me fortes •

Neque iniquitas mea .. neque peccatum meum . * DOMINE sine iniquitate cucurri . & direxi •

Exurge [3] in occursum meum . & vide • * & tu DOMINE . Deus Virtutum . Deus Israel •

Intende ad visitandas omnes Gentes • * non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem •

Diapsalma •

Convertentur ad vesperam . [4] & famem patientur ut canes • * & circuibunt civitatem •

Ecce loquentur in ore suo . * ÷ & ⁑ gladius in labiis eorum • Quoniam quis audivit?

Et tu . DOMINE . deribebis eos • * [5] ad nihilum deduces omnes Gentes •

Fortitudinem meam [6] ad te custodiam . * quia . Deus . susceptor meus es • * Deus meus . misericordia ejus præveniet me •

Deus [7] ostendet mihi super inimicos meos • * ne occidas eos . ne quando obliviscantur populi mei •

Disperge illos in virtute tua • * & depone eos protector meus . Domine •

Delictum [8] oris eorum sermonem labiorum ipsorum • * & comprehendantur in superbia sua •

Et de execratione & mendacio . * [9]

(1) *Holst. convertentur ad vesperum* . MSS. nostri *convertantur* : & sic iterum versu 14. sed Bruno *convertentur* , & sic Vatic.

Et Aug. convertantur .

(2) *Holst. pro nihilo habebis* . MSS. omnes & Faber addunt copulam *&* *pro nihilo* , ut & Cajet. & Ambros. & Bruno , & sic Vatic.

(3) *Pal.* ÷ ex ⁑ surge : *tum* ÷ & tu ⁑ Domine , *utrumque minus ad rem* . *Vatic.* Exsurge in occursum Ψ mihi .)

(4) *Pal. & ex eo Val.* ÷ & ⁑ famem , *cui si respondet hodiernus Heb. textus* , *contradicit Versio ex Heb. MS. Alex. Vat. supra* : Convertentur ad vesperum ; *tum subsequenti versu juxta Rom.* Ecce ipsi loquentur .

(5) *Denuo Vat. cum Rom.* pro nihilo habebis omnes gentes , *omissa tamen* & *copula* ,

(6) *Vatic.* apud te custodiam , quia ⊖ tu) Deus &c. *Dein Alex. & Pal.* susceptor meus Deus, *omissa vocula* es : *insuper idem Pal. proxime sequentem vocem* meus *obelo confodit* , *& Alex. prosequitur* ; voluntas ejus præveniet me , *contradicentibus fontibus qua Hebraicis* , *qua Græcis* . *Consule Hieron. ad Sunn. & Fretel.*

(7) *Pal.* ostendit. *Vat.* Deus meus ostende mihi inter inimicos meos , *tum prosequitur juxta Rom. sicut & subsequenti versu* .

(8) *Vat.* Delicta oris eorum , & sermones &c.

(9) *Idem*, compellentur in consummatione. *Cetera obelum prætermisit Thomasius in altero Psalt.*

*tionis. * & non erunt.*

*Et scient. quia Deus dominabitur Jacob. * [1] & finium terræ.*

Diapsalma.

*Convertentur ad vesperum. & famem patientur ut canes. * & circuibunt civitatem.*

*Ecce ipsi dispergentur ad manducandum. si vero non fuerint saturati. * [2] murmurabunt.*

*Ego autem cantabo virtutem tuam. * [3] & exultabo mane misericordiam tuam.*

*Quia factus es susceptor meus & refugium meum. in die tribulationis meæ. * adjutor meus tibi psallam.*

*Quia tu Deus susceptor meus es. * Deus meus misericordia mea.*

annunciabuntur ÷ in consummatione:* in ira consũmationis. & non erũt.

Et sciẽt. quia Deus [4] dominabitur Jacob.* ÷ & : finium terræ. *Diapsalma.*

Convertentur ad vesperam. [5] & famem patientur ut canes. * & circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandũ. * [6] si vero non fuerint saturati. & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam. * [7] & exultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus. * & refugium ÷ meum : in die tribulationis meæ.

÷ Adjutor meus : tibi psallam. * [8] quia Deus susceptor meus es. * Deus ÷ meus : misericordia mea.

O R A T I O.

Omnipotens Domine. cujus virtutem atque misericordiam [a] matutino laudamus in tempore. te Fortitudinem nostram oramus & quæsumus. ut ab omni obscuritate tenebrarum eruti. [b] matutino lumine [c] decoremur. Per.

PSAL-

a õmni. b sempiterno. c fulgẽamus.

prætermittunt Mart. & Val. atque MSS. nostri omnes: & prætermittendi, præ illa consensione, quum Hebræus fons sermonis circuitum exhibeat a nostro longe dissito, vix major occurrit ratio.

(1) *Var.* 84. & omnium finium terræ: *tum subsequenti versu* ad vesperam.

(2) *Vat.* 84. *Aug. Cass. Ver. juxta Græc. & Heb.* & murmurabunt, *addita copula.*

(3) *Holst. Exsultabo mane misericordiam tuam.* Uterque MS. *misericordia tua.* Sed LXX. ἀγαλλία σομαι τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου. S. Bruno; *& exaltabo mane misericordiam tuam.*

(4) *Alex.* dominatur Jacob, finium terræ, *omissis copula & obelo.*

(5) *Pal.* ÷ & : famem patientur.

(6) *Vat.* si vero non saturabuntur &c.

(7) *Pal.* & exaltabo mane. *Alex. prosequitur;* in misericordia tua. *Vat.* Cantabo virtutem tuam; Ψ & exaltabo) mane &c. *Idem MS. Vat. sequentes tres obelos omittit.*

(8) quia Θ tu) Deus &c.

PSALMUS LIX. F.IV.N.

In Finem · Pro his [1] qui commutabuntur. in tituli inſcriptione · David in doctrinam. cum ſuccendit Syriam Meſopotamiæ. & Syriam Sobal. & convertit Joab. & percuſſit vallem Salinarum duodecim millia ·

In Finem · Pro his qui immutabuntur. in tituli inſcriptionem · Ipſi David in doctrinam. cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ. & Sobal. & convertit Joab. & percuſſit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia ·

Populus converſus ad Chriſtum orat [2] ut poſt tribulationes. quas pertulit. deducatur ad ipſum ·

*DEus. repuliſti nos. & deſtruxiſti nos · * iratus es. & miſertus es nobis ·*

*Commoviſti terram. & conturbaſti eam · * ſana contritiones ejus. quia mota eſt ·*

*Oſtendiſti populo tuo dura · * potaſti nos vino compunctionis ·*

*Dediſti metuentibus te ſignificationem · * ut fugiant a facie arcus ·* Diapſalma · *ut liberentur Electi tui ·*

*Salvum me fac dextera tua. & exaudi me · * Deus locutus eſt in ſancto ſuo · Lætabor & dividam Sichimam. * & convallem Tabernaculorum metibor ·*

*Meus eſt Galaad. * & meus eſt Manaſſes · * & Ephrem fortitudo capitis mei ·*

Juda

DEus. repuliſti nos [3] ÷ & : deſtruxiſti ÷ nos : * iratus es. ÷ & : miſertus es nobis ·

Commoviſti terram. & conturbaſti eam · * ſana contritiones ejus. [4] quia commota eſt ·

Oſtendiſti populo tuo dura · * potaſti nos vino compunctionis ·

Dediſti metuentibus te [5] ſignificationem · * ut fugiant a facie arcus ·

Diapſalma ·

Ut liberentur Dilecti tui · * [6] Salvum fac dextera tua. & exaudi me ·

Deus locutus eſt in ſancto ſuo · * Lætabor [7] ÷ & : partibor Sichimam. * & convallem Tabernaculorum metibor ·

Meus eſt Galaad. & meus [8] ÷ eſt :

Ma-

(1) *Variant* hoc *Titulo noſtri Codd. Variantias alias alterius MS. ad marginem ſui exemplaris notaverat Thomaſius ipſe. Primo illi Archivi S. Petri, & alter a Thomaſio notatus habent*; qui immutabuntur. *Vat.* 84. qui commutabuntur, teſtimonium in Tituli inſcriptione; *tum ille Thomaſ.* ipſi David; *deinde omnes*, in doctrina ...... Meſopotamiam Syriæ, & Syriam ..... *Vat.* 84. *& Thomaſ.* percuſſit Edom in valle, *D.* 144. in vallis Salinarum &c. *Et MSS. ſpectantes ad Gallic. editionem paullò diverſi eodem Titulo inveniuntur. Alex.* In finem. In his qui immutabuntur; *tum cum Vat. habet* inſcriptione *pro* inſcriptionem : *Vat.* in doctrina. *Alex.* Syriam Meſopotamiam, & Syriam Soba : *tum* & percuſſit vallem Salinarum. *Vat.* percuſſit Edom in valle &c.

(2) *Vat.* ut propter tribulationes &c.

(3) *Primum hunc obelum recte omittunt noſtri MSS. omnes ſi antiquam ſpectes Verſ. ex Heb. Cod. Alex. qua copulam ex illo fonte exprimit. Idem tamen non eſt affirmandum de Pal. ſcribente* : iratus ÷ es & : miſertus; *qui & male juxta eandem Verſionem ſubſequenti verſu & copulam ante vocem* conturbaſti *obelo reſecat.*

(4) *Vat.* quoniam mota eſt.

(5) *Idem Vat.* ſignificationes : *tum Pal. MS : tacet* Diapſ.

(6) *Vat.* Salva dextera tua.

(7) *Minus recte MSS. noſtri ejus loci obelum tacent.*

(8) *Obelum iſtum delevit deinde Thomaſius altero Pſalt. æquo tamen jure ſpectato Hebraico fonte aut retinetur cum MSS. Alex. & Pal.*

aut

*Juda rex meus · Moab olla spei meæ · · * In Idumæam extendam calceamentum meum · mibi [1] allophyli subditi sunt ·*

*Quis deducet me in civitatem munitam ? * aut quis deducet me usque in Idumæam ?*

*Nonne tu . Deus . qui repulisti nos ? * & non egredieris . Deus . in Virtutibus nostris ?*

*Da nobis auxilium de tribulatione · * & vana salus hominis ·*

*In Deo faciemus virtutem · * & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos ·*

Manasses · * & Ephraim fortitudo capitis mei ·

Juda rex meus · * Moab ÷ olla ⁑ spei meæ ·

In Idumæam extendam calceamentũ meum · * mihi alienigenæ subdlti sunt · [2]

Quis deducet me [3] in civitatẽ munitã? * quis deducet me usque in Idumæã?

Nonne tu . Deus. qui repulisti nos? *

[4] & non egredieris Deus in Virtutibus nostris ?

Da nobis auxilium de tribulatione · *

[5] quia vana salus hominis ·

In Deo faciemus virtutem · * & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos ·

ORATIO·

Clementissime Domine . salva supplicem populum auxilio dexteræ tuæ . ut dum ad fructum boni operis in tribulationibus excitatur . tua semper gratia consoletur · Per ·

ALIA·

Omnipotens mitissime Deus . humani generis restaurator & rector . qui Fideles tuos sic deponis . ut erigas . sic humilias . ut ad Cælorum Regnum perducas . in te credentium corda pia miseratione custodi . ut ad confessionis tuæ remedia fugientes . sanati contritionibus æterna felicitate (te largiente) perfrui mereamur · Per ·

F.IV.N.

PSALMUS LX.

In Finem · · [6] In hymnis David ·

In Finem · in hymnis [7] David ·

Vox Ecclesiæ petentis ut sub alarum Christi velamine protegatur ·

*Exaudi . Deus . deprecationem meam · * intende orationi meæ · * a finibus terræ ad te clamavi ·*

Dum

Exaudi . [8] Deus . deprecationem meam · * intende orationi meæ · A finibus terræ ad te clamavi · *

· dum

aut cum Vat. MS. Mart. & Val. omittitur Quodcumque tamen fiat, eadem esse deberet & conditio proxime superioris alterius verbi, est, *ante vocem* Galaad , *quandoquidem eadem est Heb. textus ratio . Et proximè inferiorem obelum omissum videmus a Thomas. a nostris MSS. omnibus , a Mart. & Val. & quidem majori jure quàm in præsenti factum sit .*

(1) *MSS. Archivi cum Psalt. Ambros.* alienigenæ .

(2) *Heic Pal. addit* Diapsalma .

(3) *Vat.* in civitate circumstantiæ; aut quis &c.

(4) *Idem ,* & non egredieris ☧ in virtutibus nostris? (5) *Omnes MSS. nostri recte ad Heb. & Græc. textum :* & vana *pro* quia vana .

(6) *Vat.* 84 . In finem . In carminibus intellectus David . *Alter MS. apud Thomas. præfert ante vocem* David *alias voces* Psalmus ipsi .

(7) *Vat.* ipsi David .

(8) *De more Pal.* ÷ Ex ⁑ audi .

*Dum anxiaretur cor meum . * in petra exaltasti me ·*

*Deduxisti me . quia factus es spes mea · * turris fortitudinis a facie inimici ·*

*Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula · * protegar in velamento alarum tuarum ·*

Diapsalma ·

*Quoniam tu . Deus . exaudisti orationem meam · * dedisti hereditatem timentibus nomen tuum ·*

*Dies super dies Regis adjicies · * annos ejus usque in diem sæculi & sæcula · * permanebit in æternum in conspectu Dei ·*

*Misericordiam & veritatem quis requiret eorum ? Sic psallam nomini tuo . Deus . in sæculum sæculi · * ut reddam vota mea de die in diem ·*

dum anxiaretur cor meum . in petra exaltasti me ·

Deduxisti me . quia factus es spes mea · * turris fortitudinis a facie inimici ·

Inhabitabo [1] in tabernaculo tuo in sæcula · * protegar in velamento alarum tuarum · *Diapsalma* ·

Quoniam tu . Deus ÷ meus ⁒ exaudisti orationem meam · * dedisti hereditatem timentibus nomen tuum ·

Dies super dies Regis adjicies . annos ejus * usque in [2] diem generationis . & generationis ·

Permanet [3] in æternum in conspectu Dei · * misericordiam & veritatem ejus quis requiret?

Sic psalmum dicam nomini tuo [4] in sæculum ÷ sæculi ⁒ * ut reddam vota mea de die in diem ·

ORATIO.

ANxietatum nostrarum misericordissime consolator. Deus . protege familiam tuam a facie inimici . ut a te turre fortitudinis præmunita inhabitare tabernacula mereatur æterna · Per ·

PSALMUS LXI. F.IV.N.

In Finem · Pro Idithun · Psalmus David ·

In Finem · Pro Idithun · Psalmus David ·

Vox conversi [5] dicentis animam suam Deo esse subjectam . monentisque errantes . ut magis in Domino quàm in caduca hujus Mundi felicitate confidant ·

N*Onne Deo subdita erit anima mea ? * ab [6] ipso enim* SALUTARE *meum ·*

Etenim

NOnne Deo [7] subjecta erit anima mea ? * ab ipso enim SALUTARE meum ·

Nam

(1) *Vat.* ÷ In ⁒ habitabo in tabernaculo tuo in æternum . *Idem versu subsequenti ;* Quia tu Deus exaudisti, *omissa voce meus , qua destituitur & Græc. quo utimur exemplar . Pal. dormitante fortasse Librario* : Quoniam tu Deus meus ÷ ex ⁒ audisti .

(2) *Vat.* usque in diem generationis , & progeniæ .

(3) *Vat. idem ,* Permanet in conspectu : *illud in* æternum *sequiori cura superadditum in eodem legitur . Cetera inferiorem vocem ejus Vat. cum Pal. obelo confodit . Alex.* veritatem quis requiret ejus ?

(4) *Idem Pal. MS.* ÷ in sæculum sæculi ⁒ *manifesto Antiquarii errore , qui unicam vocem* sæculi *expungere debebat . Vat.* nomini tuo in æternum ut reddam, *prosequitur Alex.* vota mea de die in die .

(5) *Vat.* Vox conversi populi dicentis.

(6) *Vat.84.* ab ipso est enim, *addito verbo* est , *quod & in Ver. deprehenditur .*

(7) *Vat.* subdita , *ut Rom. sicut & subsequenti versu* : Etenim ipse est Deus meus .

Etenim ipse est Deus meus [1] *&* SALUTARIS *meus*. * *adjutor meus*. *non movebor amplius*.

Quousque irruitis [2] *in homines? interficitis universos*. * *tamquam parieti inclinato*. *& maceriæ impulsæ?*

Verumtamen honorem meum cogitaverunt repellere. * *cucurri in siti*. *ore suo benedicebant*. * *& in corde suo maledicebant*.

Diapsalma.

Verumtamen Deo subdita erit anima mea. * *quoniam ab ipso est patientia mea*.

Etenim ipse est Deus meus & SALUTARIS *meus*. * *adjutor meus*. *non emigrabo*.

In Deo SALUTARE *meum & gloria mea*. * *Deus auxilii mei*, *& spes mea in Deo est*.

Sperate in eo omnis conventus plebis. * *& effundite coram illo corda vestra*. * *quia Deus adjutor noster est*.

Diapsalma.

Verumtamen vani filii hominum. *mendaces filii hominum in stateris*. * *ut decipiant ipsi* [3] *de vanitate sua in idipsum*.

Nolite [4] *sperare in iniquitate*. * *& in rapinis*

Nam & ipse Deus meus & SALUTARIS meus. * susceptor meus. non movebor amplius.

Quousque irruitis in hominem? [5] interficitis universi vos. * tamquam parieti inclinato. & maceriæ depulsæ?

Verumtamen [6] pretium meum cogitaverunt repellere. * cucurri in siti. * ore suo benedicebant. & corde suo maledicebant.

Diapsalma.

Verumtamen Deo [7] subjecta esto anima mea. * quoniam ab ipso patientia mea.

÷ [8] Quia ⁝ ipse ÷ Deus meus ⁝ & SALVATOR meus. * adjutor meus. non emigrabo.

In Deo SALUTARE meum & gloria mea. * Deus auxilii mei. [9] & spes mea in Deo ÷ est ⁝

Sperate in eo omnis congregatio populi. * effundite coram illo corda vestra. * Deus adjutor noster ÷ in æternum ⁝

Diapsalma.

Verumtamen vani filii hominum. * mendaces filii hominum in stateris. * ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate. * [10] & rapinis

(1) *Holst. Etenim ipse est Deus meus, salutaris meus*; MSS. nostri, Cajet. Ambros. Bruno, & Vatic. & Faber addita copula legunt; *& salutaris meus*; atque ita LXX. & Hebræorum fontes, & Arabicum Psalter.

(2) *Vat.* 84. in hominem. *Aug.* apponitis super hominem. *Græc.* ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον.

(3) *Holst. de vanitate in idipsum*: omnes. MSS. & Faber, & Cajet. & Bruno, & Vatic. legunt: *de vanitate sua in idipsum*: LXX. vocem, *sua*, non agnoscunt, nec Ambros.

(4) *Holst. nolite sperare in iniquitate*. MS. noster melioris notæ legit *iniquitatem*. Ita passim Interpres noster reddidit græca non ad verbum. sed ad apicem; ἐπ' ἀδικίαν.

(5) *Alex.* interficitis universos, tanquam. *Vat.* interficitis omnes vos; sicut parieti inclinato, & maceriæ impulsæ. *Pal.* ÷ & ⁝ maceriæ, *& quidem bene obelus ille apponeretur*.

(6) *Vat.* honorem meum cogitaverunt repellere Ψ cucurrerunt) in siti. *Tum Alex. copulam tacet ante vocem* corde. *Vat. vero subsequens proximum* Diapsalma *omittit*.

(7) *Vat.* Subdita esto: *tum* ab ipso Θ est) patientia mea.

(8) *Mutata sententia hujus versiculi, obelos, quos fortasse ex Pal. MS. adoptaverat Thomasius sustulit in eo Psalterio, quod si Vallarsio notum fuisset operis non exiguum compendium fieri potuisset in Veronensi Hieronymiana editione. Vat. sine ullo obelo*: Quia ipse Θ est, Deus meus & salutaris meus; susceptor meus, non emigrabo.

(9) *Pal. atque ex eo Vat. apposite ad hodiernum Heb. textum, non ad Vers. ex illo MS. Alex.* ÷ & ⁝ spes mea &c. *Vat. subsequenti versu Rom. sequitur omittitque, deinde* Diapsalma.

(10) *Vat.* & in rapinis, *tum*, divitiæ si fluant.

rapinis nolite concupiscere ·

*Divitiæ si affluant . nolite cor apponere · * Semel locutus est Deus . duo hæc audivi ·*

*Quia Potestas Dei est . & tibi . Domine . Misericordia · * quia tu reddes singulis secundum opera eorum ·*[1]

rapinas nolite concupiscere · * divitiæ si affluant . nolite cor apponere ·

Semel locutus est Deus . * duo hæc audivi . * quia Potestas Dei [1] est . & tibi . Domine . Misericordia · * quia tu reddes unicuique juxta opera sua ·

ORATIO ·

SUbde tibi . Domine . animas nostras . quoniam tu es [2] Patientia vera . ut renuentes incerta divitiarum te solum (contempta omni Mundana vanitate) sequamur · Per ·

PSALMUS LXII. Q. M.

Psalmus David . Cum esset in deserto Idumaeæ ·

Psalmus [4] David . Cum esset in deserto Idumaeæ ·

Ecclesia desiderans Domini videre virtutem agit gratias . quia sub protectione Domini Mundi procellas evaserit ·

*DEus . Deus meus . * ad te de luce vigilo ·*

*Sitivit in te anima mea · * quàm multipliciter [3] tibi & caro mea !*

*In deserto & in invio & inaquoso · * sic in Sancto apparui tibi . * ut viderem virtutem tuam . & gloriam tuam ·*

*Quia melior est Misericordia tua super vitas · * labia mea laudabunt te ·*

*Sic benedicam te in vita mea · * & in nomine tuo levabo manus meas ·*

DEus . Deus meus . * ad te de luce vigilo .

Sitivit [5] ÷ in ‡ te anima mea . * quàm multipliciter tibi caro mea !

In ※ terra ‡ [6] ÷ deserta ‡ & invia & inaquosa · * sic in Sancto apparui tibi . * ut viderem virtutem tuam . & gloriam tuam ·

Quoniã melior est Misericordia tua super vitas · * labia mea laudabunt te ·

Sic benedicam te in vita mea · * [7] ÷ & ‡ in nomine tuo levabo manus meas·

(1) *Alex.* verbum est *heic omittit , versum concludens deinde* , secundum opera sua ; *sed* opera ejus *habet Vat.*

(2) *Vat.* Patientia nostra , ut renuentes incerta divitiarum delectamenta , atque contempta mundi vanitate te solum sequamur &c.

(3) *MSS. Archivi , ut & Vatic.* 84. *hoc loci nesciunt vocem* tibi . *Tum subsequenti versu D.* 145. *legit:* in invio , & in inaquoso .

(4) *Vatic.* ipsi David ; *tum Alex.* in deserto Judeæ .

(5) *Rectius ad Hieronymi mentem epistola ad Sun. & Fretel. nostri MSS. omnes obelum hunc prætereunt. Vat. infra cum Rom.* tibi & caro mea.

(6) *Secundum hocce signum , juxta Thom. Mart. Val. e medio tollendum . Alex.* & in invia ..... , sic in Sancto apparuit tibi . *Vat.* in invio , & inaquoso &c. *qui & subsequentis versus verbum* est *omittit .*

(7) *Alex. copulam ipsam tollit , quæ nec in Græco legitur . Vat. obelo eodem omisso :* & in nomine tuo laudabo manus meas .

*Sicut [1] adipe & pinguedine repleatur anima mea · * & labia exultationis laudabunt nomen tuum ·*

*Si [2] memor fui tui super stratum meum . * in matutinis meditabor in te · * quia [3] fuisti adjutor meus ·*

*Et in velamento alarum tuarum exultabo . adhaesit anima mea post te · * me suscepit dextera tua ·*

*Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam . * introibunt in inferiora terræ · * tradentur in manus gladii . * partes vulpium erunt ·*

*Rex vero lætabitur in Domino . * laudabuntur omnes . qui jurant in eo · * quia obstructum est os loquentium iniqua ·*

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea · * & [4] labiis exultationis laudabit os meum ·

Si memor fui tui [5] super stratum meum . * in matutinis meditabor in te · * quia fuisti adjutor meus ·

Et in velamento alarum tuarum exultabo . * adhaesit anima mea [6] post te · * me suscepit dextera tua ·

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam · * introibunt in inferiora terræ · * tradentur in manus gladii . partes vulpium erunt ·

Rex vero lætabitur in Deo . * [7] laudabuntur omnes qui jurant in eo · * quia obstructum est os loquentium iniqua ·

ORATIO·

AD te diluculo vigilantibus lumen largire perpetuum Auctor lucis æternæ Deus . ut Te labia nostra laudent . Te vita benedicat . Te meditatio matutina glorificet · Per ·

F.IV.N.

PSALMUS LXIII.

In Finem · Psalmus David ·

Christus per totum hunc Psalmum de sua Passione loquitur ·

*EXaudi . [8] Deus . orationem meam . cum deprecor · * a timore inimici eripe animam meam ·*

Pro-

In Finem · Psalmus David ·

EXaudi . Deus . [9] orationem meam. cum deprecor · * a timore inimici eripe animam meam ·

Pro-

(1) *Holst. Sicut adipe & pinguedine*, legit uterque Vatic. & Cassin. item Faber, & Bruno, & Cajet. & Ambros. & Vatic. & sic LXX. deleta particula *in*, quæ redundat : mox copulativam addunt : *& labia exultationis*, ut Græca LXX. & Hebr. Codd. habent, atque ita Faber edidit, & sic Bruno.

(2) *D.* 145. *& Vat.* 84. Sic memor fui, *tum paullo inferius addita copula*, & in matutinis *scribit uterque MS. Archivi*.

(3) *D.* 145. *Aug. Cass. Veron.* quia factus es adjutor meus.

(4) *Alex. cum Pal.* & labia exultationis laudabit os meum. *Vat. omnino ut Rom. Subjungit demum Pal.* Diapsalma.

(5) *Alex.* Supra stratum meum, in matutinis meditabor in te ; *prosequitur Vat.* quia factus es adjutor meus.

(6) *Vat.* post te autem suscepit dextera tua.

(7) *Vat.* Θ &) laudabuntur . *Alex.* laudabitur omnis qui jurat in eo.

(8) *Holst. Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor.* MSS. omnes, & Faber, Bruno, & Cajet. & Vatic. *cum tribulor* : & sic Hilarius in Expositione : sed LXX. *ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ*

Et a nobis observatum est utramque MS. Archivi cum Vat. 84. exhibere, cum tribulor, *quod Cass. commune est, atque Ver. Aug. autem & Sabat.* dum tribulor.

(9) *Vat.* vocem meam . *Græc. Φωνῆς μου. Idem MS. subsequenti versu* : Protege me a conversatione malignantium, Θ &) a multitudine &c.

*Protexisti me a conventu malignantium. * [1] & a multitudine operantium iniquitatem.*

*Quia exacuerunt (ut gladium) linguas suas. * intenderunt arcum rem amaram. * ut sagittent in occultis immaculatum.*

*Subito sagittabunt eum. & non timebunt. * firmaverunt sibi verbum malum. * disputaverunt [2] ut absconderent laqueos. dixerunt. Quis videbit eos?*

*Scrutati sunt [3] iniquitatem. * defecerunt scrutantes scrutinium.*

*Accedet homo [4] ad cor altum. * & exaltabitur Deus.*

*Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. * & pro nihilo habuerunt contra eos linguæ ipsorum.*

*Conturbati sunt omnes. qui videbant eos. * & timuit omnis homo.*

*Annunciaverunt [5] opera Dei. * & facta ejus intellexerunt.*

Lætabitur justus in DOMINO. *& sperabit in eo. * & laudabuntur omnes recti corde.*

Protexisti me a conventu malignantium. * a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt (ut gladium) linguas suas. * intenderunt [6] arcum rem amaram. * ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum. & non timebunt. * firmaverunt sibi [7] sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos. * dixerunt. Quis videbit eos?

Scrutati [8] sunt iniquitates. * defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet [9] homo ad cor altum. * & exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. * & infirmatæ sunt [10] contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes. qui videbant eos. * & timuit omnis homo.

Et annunciaverunt opera Dei. * & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in DOMINO. [11] & sperabit in eo. * & laudabuntur omnes recti corde.

ORATIO.

Tutela omnium credentium. Deus. custodi Ecclesiam tuam a conventu malignantium. qui eam occultis jaculis impugnare nituntur. ut te salubri rectoque retinens intellectu. Justorum meritis perpetualiter conlætetur. Per.

(1) *Copulam Vatic.* 84. *heic nescit.*

(2) *Voculam* ut *tacet D.* 145.

(3) *Holst. scrutati sunt iniquitates*: MS. noster probioris notæ legit *iniquitatem*; atque ita LXX. & Bruno, Cajet. quoque, & Fabri editio eo modo habet.

Eodem versiculo MSS. Archivi: & defecerunt, *tum D.* 145. *cum Vat.* 84. scrutantes scrutinio.

(4) *Holst. Accedet homo.* MSS. nostri, & Florent. & Cajet. *accedit*: sed LXX. in futuro *προσελεύσεται*, & Ambros. & Bruno. & *Vat.*

Eodem versu D. 145. Accedet homo, & cor altum, *juxta Græc.* *καὶ καρδία βαθεῖα*, *& Ver. Videsis hoc loco Clariss. Blanchinum.*

(5) *Holst: Annuntiaverunt*: MSS. omnes, & Faber, & Cajet. & Ambros. & Bruno, & Vatic. *& annuntiaverunt*, præmissa copula, ut LXX. & Hebræi.

Vat. 84. *& uterque Archivi MS. eandem lectionem retinere addita copula nobis observatum est, quod commune est Aug. Cas. Ambros. & Ver.*

(6) *Vat.*, arcum suum rem amaram, ut sagittent in occultis in maculato.

(7) *Vat. ut Rom.* verbum malum, *tum prosequitur*: Disposuerunt ut absconderent &c.

(8) *Vat.* Perscrutati sunt: *deinde in fine versus* scrutinium.

(9) *Pal.* & *Vat.* Accedit homo: *prosequitur idem Pal. cum Alex. dicens*: & cor altum: *tum Pal. absoluto versiculo apponit* Diapsalma.

(10 *Vat.* in ipsis linguæ eorum.

(11) *Alex.* & speravit in eo.

F.IV.M.

PSALMUS LXIV.

In Finem · Pſalmus David · Canticum [1] Jeremiæ & Aggaei de verbo peregrinationis. quando incipiebant proficiſci ·

In Finem · Pſalmus David · [4] Canticum ÷ Jeremiæ & Ezechielis Populo tranſmigrationis. cum inciperent exire ⁝

Populus a peccato liberatus orationem ſuam poſtulat exaudiri diverſas laudes Domini. potentiamque enuncians ·

TE decet hymnus (Deus) in Sion· & tibi reddetur votum in Jeruſalem·*

*Exaudi orationem meam. * ad te omnis caro veniet·*

*Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos· * & impietatibus noſtris tu propitiaberis·*

*Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti· * inhabitabit in tabernaculis tuis·*

*Replebimur in bonis domus tuæ. * [2] ſanctum eſt templum tuum. mirabile in æquitate·*

Exaudi nos. Deus. SALUTARIS *noſter. * ſpes omnium finium terræ. & in mari longe·*

*Præparans montes in virtute tua· * accinctus potentia. qui conturbas fundum maris. * ſonum [3] autem fluctuum ejus quis ſuſtinebit?*

*Turbabuntur Gentes. * & timebunt omnes*

TE decet hymnus (Deus) in Sion·* & tibi reddetur votum ÷ in Jeruſalem ⁝

Exaudi [5] orationem ÷ meam ⁝ * ad te omnis caro veniet·

Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos· * [6] & impietatibus noſtris tu propitiaberis·

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti· * [7] inhabitabit in atriis tuis·

Replebimur [8] ÷ in ⁝ bonis domus tuæ· * ſanctum eſt templum tuum. * mirabile in æquitate·

Exaudi nos. Deus. SALUTARIS noſter. * ſpes omnium finium terræ. [9] & in mari longe·

Præparans [10] montes in virtute tua⁚ accinctus potentia· * qui conturbas profundum maris. * ſonum fluctuum ejus·

Turbabuntur Gentes. & timebunt * qui

(1) *MS. Archivi uterque cum Aug. & Ver.* Hieremiæ, & Hezechielis.

(2) *Holſt. & ſanctum eſt* : MSS. omnes, & Faber, Ambroſ. & Cajet. & Bruno, & Vatic. delent copulam &, quam nec Hebræi, nec LXX. agnoſcunt, nec Arabica Verſio.

(3) *Vocem* autem *hoc loci non exhibet Vat.*84. *cum Aug. Caſ. & Ver.*

(4) *Alex.* ※ Canticum Hieremiæ, & Aggæi de verbo Peregrinationis quando incipiebat proficiſci : *grandiora puncta quæ aſteriſco reſpondeant idem MS. non exhibet. Vat. omiſſo ſigno quovis ait* ...... de populi tranſmigratione cum inciperent proficiſci. *Idem Vat. contextus verſu primo & ſecundo obelos neſcit.*

(5) *Pal. de more* ÷ Ex ⁝ audi : *tum Alex.* ad te omnes caro veniat.

(6) *Pal. & ex eo Val. optimo jure* ÷ & ⁝ impietatibus noſtris. *Alex.* tu propitiaveris.

(7) *Pal.* ÷ in ⁝ habitabit ; *deinde Mart. atque Val.* ÷ in ⁝ atriis tuis, *ipſis contradicente, & quidem bene, Thomaſio cum Hieronymiana Verſione ex Heb. Alex. & illis recens editis a Mart. & Val. iiſdem ; quandoquidem ſi tollenda præpoſitio* in, *dicendum etiam* inhabitabit atria tua, *non* atriis tuis.

(8) *Vat. Mart. & Val. obelum hoc loco deferunt.* (9) *Pal.* & ÷ in ⁝ mari longe.

(10) *Vat.* Præpara montes, *deinde Rom. adamuſſim reſpondet.*

omnes[1] *qui habitant fines terræ a signis tuis* ·

Exitus[2] *matutini & vesperi delectaberis* · * *visitasti terram* . *& inebriasti eam* . *multiplicasti locupletare eam* ·

Flumen Dei repletum est aqua. * *parasti cibum illorum* · * *quia ita est præparatio tua* ·

Rivos ejus inebrians . [3]*multiplicans generationes ejus* · * *in stillicidiis suis lætabitur* . *dum exorietur* ·

Benedices coronam anni benignitatis tuæ · * *& campi tui replebuntur ubertate*.

Pinguescent fines deserti · * *& exultatione colles accingentur* ·

Induti sunt arietes ovium . *& convalles abundabunt frumento* · * *etenim clamabunt* . *& hymnum dicent* ·

[4]qui habitant terminos a signis tuis · * exitus matutini & vespere delectabis ·

Visitasti terram . & inebriasti eam · * multiplicasti locupletare eam ·

Flumen Dei repletum est [5] aquis . * parasti cibum illorum · * quoniam ita est præparatio ejus ·

Rivos ejus[6] inebria . * multiplica genimina ejus · * in stillicidiis ejus lætabitur germinans ·

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ · * & campi tui replebuntur ubertate .

Pinguescent [7] speciosa deserti · * & exultatione colles accingentur ·

Induti sunt arietes ovium . * & valles abundabunt frumento · * clamabunt . etenim hymnum dicent

ORATIO·

SPes omnium finium terræ . Deus . exaudi orationem supplicem familiæ tuæ . ut dum te plausu consono . hymno modulante persultat . infusione Paracliti decorata . multiplici fructu pinguescat · Per &c. ejusdem Spiritus Sancti &c.

ALIA.

TRibue Rex cælestis ut nos erepti ab ariditate peccati . flumine misericordiæ tuæ copiosius inrigati . pinguescere mereamur . vel hymnum cum Sanctis tuis decantare possimus · Per ·

PSAL.

(1) *Vat.* 84. *cum Aug.* inhabitant .

(2) *Holst. Exitus matutini* . Sic Bruno , & Vaticanus . MSS. nostri, & Cajet: *Exitu matutini, & vespere delectaberis*; quod sensum satis commodum reddit : & sic Arab. *Ab exitu noctis & diei* : Nam si *exitus* retineamus, pro *delectaberis* legendum videtur *delectabis* , ut habet Vulgata & Ambrosian. , nam apud LXX. habetur ἐξόδους πρωΐας.

(3) *Vat.* 84. multiplica : inebria . multiplica *Aug. Cas. & Ver.*

(4) *Pal. & Alex.* qui inhabitant , *tum Vat.* fines terræ a signis tuis ; exitus matutini , & vespere delectaberis . (5) *Vat.* aqua , *ut Rom.*

(6 *Vat.* inebrians multiplica : *sum pro* lætabitur germinans , lætabitur cum exoritur . *Versu subsequenti idem MS. se habet ut Rom.*

(7 *Vat.* Pinguescent Ψ fines) deserti . *Idem infra* : & convalles abundabunt frumento : ⊖ etenim) clamabunt ☧ hymnum dicent .

F.IV.N.

PSALMUS LXV.

In Finem · [1] Psalmus David · Canticum Resurrectionis ·

In Finem · Canticum Psalmi ÷ Resurrectionis ⁑

Vox Ecclesiæ Universitatem hortantis ut de Domini Resurrectione congaudeat ·

*Jubilate Deo omnis terra . * psalmum dicite nomini ejus · * date gloriam laudi ejus ·*

*Dicite Deo · Quàm terribilia sunt opera tua ! * in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui ·*

*Omnis terra adoret te . & psallat tibi · * psalmum dicat nomini tuo . Altissime ·* Diapsalma ·

*Venite . & videte opera Domini · * quàm terribilis in consiliis super filios hominum !*

*Qui convertit mare in aridam . * & flumina pertransibunt pede · * ibi lætabimur in idipsum ·*

*Qui dominatur in virtute sua in æternum . * oculi ejus super Gentes respiciunt · * [2] Qui in iram provocant. non exaltentur in semetipsis ·* Diapsalma ·

*Benedicite [3] Gentes Deum nostrum · * & obaudite vocem laudis ejus ·*

*Qui posuit animam meam ad vitam · * & non dedit commoveri pedes meos ·*

*Quoniam probasti nos Deus . igne nos examinasti . * sicut igne examinatur argentum ·*

*Induxisti nos in laqueum . * posuisti tri-*

Jubilate Deo omnis terra . * psalmum dicite nomini ejus · * date gloriam laudi ejus .

Dicite Deo · Quàm terribilia sunt opera tua [4] ÷ Domine ⁑ ! * in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui ·

Omnis terra adoret te . & psallat tibi · * psalmum dicat nomini tuo ·

Diapsalma ·

Venite . & videte opera Dei · * [5] terribilis ÷ in ⁑ consiliis super filios hominum ·

÷ Qui ⁑ convertit mare in aridam. * [6] in flumine pertransibunt pede · * ibi lætabimur in ipso ·

Qui dominatur in virtute sua [7] ※ in æternum ⁑ * oculi ejus super Gentes respiciunt · * qui exasperant non exaltentur in semetipsis · *Diapsalma ·*

Benedicite Gentes [8] Deum nostrum · * & auditam facite vocem laudis ejus ·

Qui posuit animā meam ad vitam · * & non dedit in cōmotionē pedes meos ·

Quoniam probasti nos. Deus · * igne nos examinasti . * sicut examinatur argentum ·

Induxisti nos in laqueum . * posuisti tri-

(1) *Vat.* 84. *pro Titulo heic habet :* Psalmus Cantici Resurrectionis , *aliis omisis . In altero MS. invenit Thomasius :* In finem . Canticum Psalmi Resurrectionis .

(2) *Vat.* 84. *cum Caff. & Brun.* qui in ira .

(3) *Holst. Benedicite gentes Dominum Deum nostrum .* MSS. omnes , & Faber , & Cajet. & Ambros. & Bruno , & Vatic. omittunt hic vocem *Dominum ,* neque eam agnoscunt LXX. neque Hebræi , neque Arabic.

4 *Vat. obelum & vocem* Domine *omittit juxta Rom. quod subsequenti versu prorsus sequitur.*

(5) *Vat. idem ,* quoniam terribilis in consiliis, *prætermisso obelo .*

(6) *Alex.* & flumine , *posita copula & pro vocula* in . *Vat.* mare in aridam ☧ flumina &c.

(7) *Quod heic scribitur* ※ in æternum ⁑ *Thomas. deinde cum Mart. quem & Vallars. sequitur fecit* ÷ in ⁑ æternum &c. *Paullo inferius Vat.* Qui in ira provocant , non exaltentur : *Et proximius* Diapsalma *a Pal. negligitur .*

(8) *Psal.* Deo ÷ nostro ⁑ *cum Vat.* & obaudite voci laudis ejus : *idem Vat. duobus subsequentibus versibus Rom. imitatur .*

tribulationes in dorso nostro. * [1] *imposuisti hominem super capita nostra.*

Transivimus per ignem & aquam. * *& induxisti nos in refrigerium.*

Introibo in domum tuam in holocaustis. * *reddam tibi vota mea.* * *quæ distinxerunt labia mea.*

Et [2] *locutum est os meum in tribulatione mea.* * *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso* [3] *& arietibus.* * *offeram tibi boves cum hircis.*

Diapsalma.

Venite. & audite me. & narrabo vobis omnes qui timetis Deum. * *quanta fecit animæ meæ.*

Ad ipsum ore meo clamavi. * *&* [4] *exaltavi sub lingua mea.*

Iniquitatem [5] *si conspexi in corde meo.* * *non exaudiet Deus.*

Propterea exaudivit me Deus. * *& intendit voci deprecationis meæ.*

Benedictus Dominus. qui non amovit deprecationem meam. * *& misericordiam suam a me.*

tribulationes [6] in dorso nostro. * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem & aquam. * & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis. * reddam tibi vota mea. quæ distinxerunt labia mea.

Et [7] locutum est os meum. * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. * offeram ÷ tibi : boves cum hircis. *Diapsalma.*

Venite. [8] audite. & narrabo omnes qui timetis Deum. * quanta fecit animæ meæ.

÷ [9] Ad : ipsum ore meo clamavi. * & exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si [10] aspexi in corde meo. * non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit [11] Deus. * & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus. * qui non amovit orationem meam. * & misericordiam suam a me.

ORATIO.

INsinua. Domine. menti nostræ gloriam laudis tuæ. ut dum hujus sæculi incendia vitamus. in æterna refrigeria te præsule transferamur. Per.

PSAL-

(1) *Holst. Posuisti tribulationes in dorsa nostra.* Unus Manuscriptorum nostrorum, & Bruno, & Cassin. & Faber, & Vatic. legunt: *in dorso nostro*, ut Vulgatus, atque ita citatur hic locus in Regula Magistri. Concord. pag. 239. atque ita LXX. ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν, quod Ambrosian. *super dorsum nostrum*. Videtur legisse noster ἐπὶ τῶν νωτῶν, & sic Arabica, *super terga nostra*.

Imposuisti hominem. MS. Cassio. & Ambros. & Vatic. *homines*, ut LXX. atque ita etiam legitur in Regula Magistri; & sic Arabica Versio.

(2) *Holst. Et locutum est*. MSS. Codd. & Cajet. & Bruno. *Hæc locutum est*; sed contra LXX. & Hebræum fontem.

(3) *Vat. 84. omissa copula*, cum incenso, arietibus.

(4) Et exultavi *MSS. Archivi & Vat. 84. ut & Bruno. Ver. & Ambros.*

(5) Si aspexi *iidem MSS. Archivi, & Sanctus Bruno.*

(6) *Vat.* super dorsum nostrum: *idem sub sequenti versu cum Rom.* & induxisti nos.

(7) *Vat.* ⁊ locutum est &c. *& infra neglecto obelo ut Rom.* cum incenso & arietibus.

(8) *Idem Vat.* Venite ⊖ &) audite, & enarrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecerit &c.

(9) *Obelum hunc expungit Vallars. & Vat. Codex, qui cum Alex. paulò inferius scribit:* & exultavi sub lingua mea. (10) *Vat.* Si conspexi, *tum* non exaudiet me Dominus. *Alex.* non exaudiat. *Pal.* ÷ ex : audiet.

(11) *Pal.* ÷ ex : audivit Deus ÷ & : attendit. *Vat.* exaudivit me Deus: intendit voci orationis meæ; *omissa copula, quam & Alex. Vers. Gallic. omittit, nec hodiernus Hebræus resonat.*

Q.M.

PSALMUS LXVI.

In Finem · In hymnis · Psalmus Cantici David ·

Propheta supplicat ut cum Fidelibus mereatur benedici . illique confitendum dicit . qui populos judicat in æquitate .

*Deus [1] misereatur nobis . & benedicat nos · * illuminet vultum suum super nos . * & misereatur nobis ·*

Ut cognoscamus in terra viam tuam. in omnibus gentibus salutare tuum ·*

*Confiteantur tibi populi . Deus · * confiteantur tibi populi omnes ·*

*Lætentur. & exultent gentes· * quoniam judicas populos in æquitate . & gentes in terra dirigis ·*

Diapsalma .

*Confiteantur tibi populi . Deus . * confiteantur tibi populi omnes · terra dedit fructum suum·*

*Benedicat nos Deus . Deus noster . * benedicat nos Deus · & metuant eum omnes fines terræ ·*

In Finem · In hymnis · Psalmus Cantici [2] ÷ David ⁑

Deus misereatur nostri . [3] & benedicat nobis · * illuminet vultum suum super nos . * ÷ & misereatur nostri ⁑ *Diapsalma* ·

Ut cognoscamus [4] in terra viã tuam.* in omnibus gentibus salutare tuum ·

Confiteantur tibi populi . Deus · * confiteantur tibi populi omnes ·

Lætentur. & exultent gentes · * quoniam judicas populos in æquitate . * & gentes in terra [5] dirigis ·

Diapsalma ·

Confiteantur tibi populi . Deus . * confiteantur tibi populi omnes · * terra dedit fructum suum ·

Benedicat nos Deus . Deus noster . benedicat nos Deus · * & metuant eum omnes fines terræ ·

ORATIO·

INluminа . Domine . vultum tuum super nos . & misericordiam nobis uberem . benedictionemque largire . [6] ut confitentes tibi in timore sancto fructum justitiæ coram facie Majestatis tuæ reportare mereamur · Per ·

(1) *Holst. Deus misereatur nobis , & benedicat nos .* Uterque Cod. Basilicæ nostræ legit pro *nostri* , atque ita Fabri editio habet , & Ambros. & S. Bruno , & Vatic. & vix verisimile videtur Interpretem eodem versu unum eundemque modum diversa ratione transtulisse .

(2) *Alex. & Vat. obelum & vocem illo notatam heic omittunt .*

(3) *Alex.* & benedicat nos; *& in fine versiculi* nobis *pro* nostri . *Vat.* ÷ & ⁑ misereatur nostri , *omisso deinde* Diapsalma *cum Pal. a quo subsequenti versui subjungitur .*

(4) *Vat.* in terram : *qui & subsequenti versu* : confiteantur ÷ tibi ⁑ populi omnes .

(5) *Nostri MSS. omnes heic legunt* diriges . *Vat. paullo ante* : quoniam judicabis populos . *Alex. præterit* Diapsalma . (6) *Quæ hinc sequuntur omittunt Codd. Pal. atque Vat.*

PSALMUS LXVII.

F.IV.N.

In Finem · Pſalmus Cantici David ·

Propheta Chriſti [1] *adventum exorans adnunciat inimicorum ejus ſuperbiam comprimendam · & de ejus Aſſumptione in cælos ·*

EXurgat Deus · & diſſipentur inimici ejus · * [2] *& fugiont a facie ejus · qui oderunt eum ·*

Sicut deficit fumus deficiant · * *ſicut fluit cera a facie ignis ·* * *ſic pereant peccatores a facie Dei · & Juſti epulentur ·*

Exultent in conſpectu Dei · * *& delectentur in lætitia ·*

Cantate Deo · pſalmum dicite nomini ejus · * *iter facite ei · qui aſcendit ſuper occaſum · Dominus nomen eſt ei ·*

Gaudete in conſpectu ejus · Turbabuntur a facie ejus · [3] *Patris orphanorum ·* * *& Judicis viduarum ·*

Deus in loco ſancto ſuo · * *Deus qui ha bitare facit unanimes in domo ·*

Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter & eos qui [4] *in iram provocant ·* * *qui habitant in ſepulcbris ·*

In Finem · [5] Pſalmus Cantici ipſi David ·

EXurgat Deus · [6] & diſſipentur inimici ejus · * & fugiant · qui oderunt eum · a facie ejus ·

· Sicut deficit fumus deficiant · * ſicut [7] fluit cera a facie ignis · * ÷ ſic ⁝ pereant peccatores a facie Dei ·

Et Juſti epulentur · * [8] & exultent in conſpectu Dei · * & delectentur in lætitia · *Diapſalma* ·

Cantate Deo · pſalmum dicite nomini ejus · * iter facite ei · qui aſcendit ſuper occaſum · * Dominus [9] nomen illi ·

Exultate [10] in conſpectu ejus · * ÷ Turbabuntur a facie ejus ⁝ * Patris orphanorum · & Judicis viduarum ·

Deus in loco ſancto ſuo · * [11] Deus qui inhabitare facit unius moris in domo ·

÷ Qui ⁝ educit vinctos in fortitudine · * [12] ſimiliter eos qui exaſperant · * qui habitant in ſepulchris ·

(1) *Vat.* adventum annuntiat , inimicorumque ſuperbiam comprimendam : & de aſſumptione in cælum .

(2) *D.* 145. ut fugiant .

(3) *Holſt. Patris orphanorum , & judicis viduarum* . Sic Bruno ; ſed MSS. Caſſin. & vetuſtior noſter : *Patres orphanorum , & judices* ; atque ita legitur apud S. Gregorium lib. 34. Moral. ſed reclamant LXX.

(4) *MSS. Archivi , & Vatic.* 84. in ira .

(5) *Alex.* In Finem . David Pſalmus Cantici .

(6) *Vallarſ.* ÷ & ⁝ diſſipentur : *tum Mart.* ÷ & ⁝ fugiant : *neutrum ſequitur Thomaſius : non primum , quia copulam illam in Heb. fonte invenit Hieron. juxta Alex. MS. & editis Hieronymianis Pſalteriis tum ab aliis , tum ab ipſis Vallarſ. & Mart. Neque ſecundum , cui cum eiſdem cauſſis repugnat & hodiernus Heb. textus . Cetera Pal. MS.* ÷ Ex ⁝ ſurgat Deus . *Vat.* ⊖ & fugiant) a facie ejus qui oderunt eum ,

(7) *Vat.* defluit; *prateritque deinde obelum .*

(8) *Noſtri MSS. omnes copulam hoc loci omiſtunt : Mart. & Vallarſ. eandem obelo jugulant: retinet Thomaſius cum Verſ. ex Heb. Alex. MS. & editis aliis in recentioribus præſertim Hieronymi Operibus . Alex. & Vat. & alteram copulam ante vocem* delectentur *expungunt , ſed minus appoſitè ad Heb. fontes . Vat.* exultent in conſpectu Dei ⊖ gentes): *tum ſubſequens* Diapſalma *neſciunt iidem noſtri MSS.*

(9) *Vat.* nomen ⊖ eſt) ei .

(10) *Teſtatur Hieronymus ipſe ad Sun. & Fretel. ſe hujus loci Hebræum textum latine reddidiſſe* & exultate . *Vat. ſubſequenti proximo obelo minus bene deſtituitur .*

(11) *Noſtri MSS. omnes :* Deus inhabitare facit , *omiſſo relativo* qui .

(12) *Vat. poſtquam obelum omiſerat , nec male*: ſimiliter ⊖ &) eos , qui in ira provocant , qui habitant . *Alex.* qui exaſperans .

Deus dum egredereris coram populo tuo. * [1] *dum transgredereris per desertum.* (Diapsalma.) *terra mota est.*

Etenim cæli distillaverunt a facie Dei. * *mons Sina a facie Dei Israel.*

Pluviam voluntariam segregans Deus hereditati tuæ. * *etenim infirmata est. tu vero perfecisti eam.*

Animalia tua inhabitabunt in ea. * *parasti* [2] *in dulcedine tua pauperes Deus.*

Dominus dabit verbum Evangelizantibus [3] *virtute multa.* * *Rex virtutum Dilecti.* * *& speciei domus dividere spolia.*

Si dormiatis inter medios cleros. pennæ columbæ deargentatæ. * *& posteriora dorsi ejus in specie auri.*

Diapsalma.

Dum discernit [4] *Cælestis reges super eam.* * *nive dealbabuntur in Selmon.*

Montem Dei. montem uberem. * *mons coagulatus. mons pinguis.*

Ut [5] *quid suspicitis montem uberem? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* * *etenim* DOMINUS *habitabit usque in finem.*

Currus

Deus cum egredereris in conspectu populi tui. * [6] cum pertransires in deserto. *Diapsalma.*

Terra mota est. [7] ÷ etenim ‡ cæli distillaverunt * a facie Dei Sinai. ※ a facie Dei Israel ‡

Pluviam [8] voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ. * ÷ & ‡ infirmata est. tu ÷ vero ‡ perfecisti ÷ eam ‡

Animalia tua [9] habitabunt in ea. * parasti in dulcedine tua pauperi. Deus.

Dominus dabit verbum [10] Evangelizantibus. * virtute multa.

Rex virtutum [11] Dilecti ※ Dilecti ‡ * & speciei domus dividere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros. * [12] pennæ columbæ deargentatæ. * & posteriora ÷ dorsi ‡ ejus in pallore auri. *Diapsalma.*

Dum discernit [13] cælestis reges super eam. * nive dealbabuntur in Selmon. * mons Dei. mons pinguis.

Mons [14] coagulatus. mons pinguis. * Ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. * etenim DOMINUS [15] habi-

(1) *Uterque MSS. Archivi, & Vat. 84. & S. Bruno addita copula legunt* : & dum transgredereris.

(2) *Holst. Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus* : sic Arab. *operatus es pauperibus in bonitate tua* : MSS. omnes, & Vatic. & Bruno, & Cajet. & Faber *pauperes* : sed LXX. τῷ πτωχῷ, & sic Ambros.

(3) *Vat.* 84. virtutes multas, *tum* & species domus.

(4) *Vat.* 84. cælestes reges.

(5) *Holst. Ut quid suspicitis montem uberem?* Nostri MSS. Bruno, & Faber, & Ambros. ut & Græca Complut. & Sixtina per interrogationem; sed Faber & MS. Vatican. & Cass. legunt, *montes uberes* in plurali, ut Hebræi, & LXX.

(6) *Pal.* cum pertransieris. *Vat. Rom. sequitur.*

(7) *Mart. Thomas. & Val. cum Pal.* et ÷ enim ‡ *Vat. obelum & asteriscum præteriens habet* : a facie Dei quæ est in Sina, a facie Dei Israel.

(8) *Vat.* Pluviam voluntariam Ψ segregans) Deus. *Cetera si hodiernum Hebræorum textum sequaris cum Pal. MS. Mart. & Val. hoc versiculo unico obelo unicam vocem vero resecet oportet. At si Hieronymianam interpretationem sive in editis libris, sive in Alex. MS. illis rejectis Thomasio subscribes.*

(9) *Alex.* habitant; *Vat. juxta Rom.* inhabitabunt.

(10) *Vat.* evangelizantibus virtutes multas.

(11) *Vat.* Rex virtutum dilecti: species domus &c. *omissa cum signo & voce eo affecta.*

(12) *Idem*, Θ ibi) pennæ; *deinde omistis obelum, & una cum Alex. etiam* Diapsalma.

(13) *Pal.* cælestis regis : *tum Alex.* super terram. *Vat. vero se habet prorsus ut Rom.*

(14) *Vat.* Mons coagulatus, mons uber: ut quid Ψ suspicitis montes uberes?)

(15) *Pal.* habitabit ÷ in finem ‡ *nec perperam, ut scribit Val. si Alex. Vers. ex Hebræo respicias. Vat.* habitabit Θ usque) in finem.

*Currus Dei decem millium multiplex. * millia lætantium.*

Dominus in illis in Sina in Sancto. [1] ascendens in altum: captivam duxit captivitatem. * dedit dona hominibus.*

*Etenim qui non credunt inhabitare. Dominus Deus benedictus. * Benedictus Dominus de die in diem.*

Prosperum iter faciet nobis Deus salutaris noster. * Diapsalma. *Deus noster. Deus salvos faciendi. & DOMINI exitus mortis.*

*Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum. * verticem capilli perambulantium in delictis suis.*

*Dixit Dominus. [2] Ex Basan convertar. convertar in profundum maris. * donec intingatur pes tuus in sanguine.*

*Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. * Visi sunt gressus tui Deus. * ingressus Dei mei. Regis qui est in Sancto ipsius.*

*Prævenerunt principes conjuncti psallentibus. * in medio juvenum tympanistriarum.*

Diapsalma.

*In ecclesiis benedicite Dominum Deum. * de fontibus Israel.*

Ibi

habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex. millia lætantium. * Dominus [3] in eis in Sina in Sancto.

Ascendisti in altũ: cepisti captivitatem. * accepisti [4] dona in hominibus.

Etenim non credentes. * [5] inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie. * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. [6] *Diapsalma.*

Deus noster. Deus salvos ÷ faciendi ‡ * & DOMINI ※ Domini ‡ exitus mortis.

Verumtamen Deus [7] confringet capita inimicorum suorum. * verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus. Ex Basan [8] convertam. * convertam in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine. * lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt [9] ingressus tuos Deus. * ingressus Dei mei. Regis mei ÷ qui est ‡ in sancto.

Prævenerunt principes conjuncti psallentibus. * in medio juvencularum tympanistriarum. *Diapsalma.*

In Ecclesiis benedicite [10] Deo * Domino. de fontibus Israel.

Ibi

(1) *Holst.* Distinctio sine pausa ponenda est ante vocem *ascendens*, ita enim MSS. nostri, & Faber, & Cajet. & Bruno, & Vatic. tum etiam LXX. & Hebræi.

(2) *Holst. Ex Basan convertam, convertam in profundum maris.* MSS. nostri, & Cajet. & Bruno, & Vatic. & Faber legunt: *ex Basan convertar, convertar in profundum maris*; atque ita S. Hilarius: Augustinus quoque se in quibusdam Codd. sic reperisse testatur, & sic Arab. *revertar ex profunditate maris*. Ab hoc versu male avulsa est particula extrema, & cum sequenti conjuncta contra perspicuam loci sententiam & distinctionem: itaque retrahenda sunt verba illa: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Deinde alio versu: *Visi sunt gressus tui Deus: ingressus &c.* atquè ita Ambrosianum optime distinguit, & Arabica Versio.

(3) *Vat. juxta Roman.* in illis. *Val.* cum *Pal.* ÷ in ‡ Sina &c. *sed repugnante Heb. Verso Alex.* (4) *Vat.* doni Ψ ·n homines).

(5) *Alex.* habitare Dominum, *omissa altera voce* Deum. *Pal. de more* ÷ in ‡ habitare. *Vat. in præsenti sicut & subsequenti versiculo Rom. sequitur: & alterius deinde versus signa obeli, & asterisci prorsus negligit.*

(6) Diapsalma *hoc loco caret Pal.*

(7) *Vat.* conquassabit: *tum paullo inferius Pal. Mart. & Val.* ÷ per ‡ ambulantium.

(8) *Vat.* convertar, convertar, *tum Alex.* in profundis maris.

(9) *Alex.* Visi sunt ingressus tui Deus. *Vat.* Visi sunt gressus tui Deus, gressus Dei mei; *omittitque deinde obeli notam: Idem Vat. subsequenti versu Romanum prorsus imitatur; tum Alex. proximum tacet* Diapsalma.

(10) *Alex. & Vat.* Deum Dominum: *Idem Vat. versu subsequenti Rom. respondet.*

*Ibi Benjamin adolescentior in pavore. Principes Juda. duces eorum. * principes Zabulon. & principes Nephthalim.*

Manda Deus [1] *virtutem tuam. * confirma hoc Deus (quod operatus es in nobis) a Templo sancto tuo. quod est in Jerusalem. * tibi* [2] *offerent reges munera.*

*Increpa feras silvarum. * concilium taurorum inter vaccas populorum. * ut excludantur hi. qui probati sunt argento.*

*Dissipa gentes quæ bella volunt. * Venient legati ex Ægypto. * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.*

Regna terræ cantate Deo. psallite Domino. * Diapsalma. *psallite Deo qui ascendit super cælos cælorum* [3] *ad Orientem.*

*Ecce dabit vocem suam. vocem virtutis suæ. * date honorem Deo.*

*Super Israel magnificentia ejus. * & virtus ejus in nubibus.*

*Mirabilis Deus in Sanctis suis. * Deus Israel. ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ. Benedictus Deus.*

Ibi Benjamin adolescentulus ; * in mentis excessu.

Principes Juda. duces eorum. * principes Zabulon. principes Nephthali.

Manda [4] Deus virtuti tuæ. * confirma hoc Deus. quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem. * tibi [5] offerent reges munera.

Increpa [6] feras arundinis. * congregatio taurorum in vaccis populorum. * ÷ ut ‡ excludant eos. qui probati sunt argento.

Dissipa gentes quæ bella volunt. * Venient legati ex Ægypto. * Æthiopia præveniet [7] manus ejus Deo.

Regna terræ cantate Deo. * psallilite Domino. *Diapsalma.*

÷ Psallite Deo [8] ‡ qui ascendit super cælum cæli * ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. * date gloriam Deo. * super Israel magnificentia ejus. & virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in Sanctis suis. * Deus Israel. ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi [9] ÷ suæ ‡ * Benedictus Deus.

ORATIO.

DOminator Domine. qui Justis spiritale epulum tribuens facis eos in lætitia delectari. concede Gregi tuo mortem tuam intelligere. teque Triumphatorem mortis sedentem ad Patris dexteram confiteri. Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

PSAL-

(1) *Vat.* 84. *cum Cass. & Ver.* virtuti tuæ: *Græc.* τῇ δυνάμει σου.

(2) *Idem Vat.* 84. *ut & Ver.* offerunt.

(3) *Vat.* 84. *cum Cass.* ab Oriente.

(4) *Alex.* Mandat Deus virtutem tuam: *tum cum Pal.* confirma Deus hoc, quod &c. virtutem tuam *legitur & in Vat. MS.* (5) *Alex. & Pal.* afferent.

(6) *Vat.* Increpa feras Ψ silvæ) consilia taurorum inter vaccas populorum, ut Θ non) excludantur hi, qui probati sunt argento.

(7) *Vat. idem*, manus Ψ suas) Deus. *Proximum subsequens* Diapsalma *Pal. omittit.*

(8) *Vat.* ÷ Cantate Deo ‡ qui ascendit super Ψ cælos cælorum) ad Orientem: *tum subsequenti versu juxta Rom.* vocem suam, vocem virtutis.

(9) *Hoc signum Vat. MS. præterit.*

PSALMUS LXVIII.

F.V.N.

In Finem · Pro his qui commutabuntur · Psalmus David ·

Christus deprecatur ut salvus fiat a Patre. quoniam gratis est a Judæis odio habitus. postulatque ne decipiatur spes Fidelium in ejus Resurrectione confisa· petensque se a luto hujus sæculi liberari prænunciat. quæ inimicis contingere noverat·

*Salvum me fac. Deus· quoniam [1] intraverunt aquæ usque ad animam meam· infixus sum in limo profundi. * & non est substantia·*

*Veni in altitudinem maris · * & tempestas demersit me·*

*Laboravi clamans. raueæ factæ sunt fauces meæ· * defecerunt oculi mei dum spero [2] in Deum meum·*

*Multiplicati sunt super capillos capitis mei. * qui oderunt me gratis·*

*Confortati sunt super me. qui [3] persequuntur me inimici mei· * injuste quæ non rapui tunc exolvebam·*

*Deus tu scis insipientiam meam· * & delicta mea a te non sunt abscondita·*

*Non erubescant in me. * qui te expectant. Domine* DEUS *Virtutum·* non revereantur super me qui requirunt te. Deus Israel·*

*Quoniam propter te supportavi improperium. operuit reverentia faciem meam · * exter factus sum fratribus meis. * & hospes filiis matris meæ·*

Quoniam

In Finem · Pro iis [4] qui commutabuntur · David ·

Salvum me fac. Deus· * quoniam intraverunt aquæ [5] usque ad animam meam·

Infixus sum [6] in limo profundi· * & non est substantia·

Veni in altitudinem maris·* & tempestas demersit me·

Laboravi clamans. raucæ factæ sunt fauces meæ· * defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum ·

Multiplicati sunt super capillos capitis mei. * qui oderunt me gratis·

Confortati sunt [7] qui persecuti sunt me inimici mei injuste· * quæ non rapui tunc exolvebam·

Deus tu scis insipientiam meam·* & delicta mea a te non sunt abscondita·

Non erubescant in me [8] qui expectant te. Domine.* DOMINE Virtutum·

Non confundantur super me. * qui quærunt te. Deus Israel·

Quoniam propter te sustinui opprobrium·* operuit confusio faciem meam·

Extraneus factus sũ fratribus meis.* & peregrinus [9] filiis matris meæ·

Quoniam

(1) *Holst. Quoniam intraverunt.* MSS. nostri, & Faber, Ambros. & Cajet. *introjerunt*, quod restituendum.

(2) *D.* 114. in Deo meo.

(3) *Holst. qui persequuntur me.* MSS. nostri, & ceteri, ut & Bruno, Faber, & Cajet. & Ambros. *qui me persequuntur*, transpositis vocibus.

Idem observare licet & in utroque Archivi MS. a nobis adhibito, atque in Vat. 84.

(4) *Alex.* quæ. *Vat. e regione oppositum pro Romano Titulum exprimit.*

(5) *Mart. & ex ipso fortasse Vallars.* ÷ usque ‡ ad animam meam. *Sed latet profectò quo jure astrui possit obelus ille adversus MSS. nostros, hodiernum Hebræum textum, veteresque ex eo Hieronymi Versiones qua editas, qua ineditas: omnia enim hæc monimenta vocem* usque *resonant.. Vat.* Salva me Deus, quoniam introjerunt aquæ. *Vide oppositam Holst. notam.*

(6) *Alex.* in limum, *qui & subsequenti proxime versu:* Veni in altitudinis maris, *Antiquarii fortasse incuria.*

(7) *Vat.* qui me persequuntur inimici mei &c. *tum finito versiculo Pal. subjungit* Diapsalma.

(8) *Vat.* qui te expectant: *& infra* non revereantur super me, *cum Rom. quod sequitur & inde sequentibus aliis duobus versibus.*

(9) *Alex.* filius matris meæ.

*Quoniam zelus Domus tuæ comedit me. * & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.*

Et operui in jejunio animam meam. & factum est mibi in opprobrium.*

*Et posui vestimentum meum cilicium. * & factus sum illis in parabolam.*

*Adversus me exercebantur qui sedebant in porta. * & in me psallebant. qui bibebant vinum.*

Ego vero orationem meam ad te. DOMINE *. tempus beneplaciti Deus. in multitudine misericordiæ tuæ. * exaudi me in veritate salutis tuæ.*

*Eripe me de luto. ut non inhaeream. libera me ex odientibus me. * & de profundo aquarum. * non me demergat tempestas aquæ.*

*Neque [1] obsorbeat me profundum. * neque urgeat super me puteus os suum.*

Exaudi me. DOMINE*. quoniam benigna est misericordia tua. * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.*

*Ne avertas faciem tuam a puero tuo. * quoniam tribulor. velociter exaudi me.*

Intende animæ meæ. & libera eam. propter inimicos meos eripe me.*

*Tu enim scis improperium meum. confusionem & verecundiam meam. * in conspectu tuo sunt omnes tribulantes me.*

Improperium expectavit cor meum & mise-

Quoniam zelus Domus tuæ comedit me. * & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam.* & factum est in opprobrium mihi.

Et [2] posui vestimentum meum cilicium. * & factus sum illis in parabolam.

Adversum [3] me loquebantur qui sedebant in porta. * & ÷ in me ⁏ psallebant. qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te. DOMINE. * tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ. * exaudi me in veritate salutis tuæ.

Eripe [4] me de luto. ut non infigar. * libera me ab iis qui oderunt me. * & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ. * neque absorbeat me profundum. * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me. DOMINE. quoniam benigna est misericordia tua. * secundum multitudinem miserationum tuarum [5] respice in me.

Et [6] ne avertas faciem tuam a puero tuo. * quoniam tribulor velociter exaudi me.

Intende animæ meæ ÷ & ⁏ libera eam.* propter inimicos meos eripe me.

Tu [7] scis improperium meum. * & confusionem meam. & reverentiam meam.

In conspectu [8] tuo sunt omnes qui tribulant me. * improperium expectavit

(1) *Archivi uterque MS. & Vat.84. cum Aug. Cass. Brun. Ver. Ambros.* absorbeat. *Vide Holst. pag.* 106. *not.*2.

(2) *Copulam ante vocem* posui *heic nescit Vatic. MS.*

(3) *Vat. qui sequentem proximè obelum nescit, heic cum Alex.* adversum me exercebantur qui &c.

(4) *Vat.* Salva me a luto ut non inhæream : *tum quæ sequuntur iisdem Romani verbis exprimit.*

(5) *Alex. omissa vocula* in *babet* respice me.

(6) *Vat.* Ne avertas, *omissa copula cum Rom.*

(7) *Vat.* Tu enim scis improperium meum ℣ confusionem ℟ & verecundiam meam. *Alex.* confusionem & reverentiam meam.

(8) *Idem Vat.* In conspectu tuo omnes tribulantes me: improperium expectavit anima mea, & miseriam.

miseriam . * [1] *& sustinui qui simul mecum contristaretur. & non fuit.* * *consolantem me quæsivi* . *& non inveni* .

Et dederunt in escam meam fel . * *& in siti mea potaverunt me aceto* .

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum . * *& in retributionem & in scandalum* .

Obscurentur oculi eorum ne videant . * *& dorsum illorum semper incurva* .

Effunde super eos iram tuam . * *& indignatio iræ tuæ apprehendat eos* .

Fiat habitatio eorum deserta . * *& in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet* .

Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt me . * *& super dolorem vulnerum meorum addiderunt* .

Appone iniquitatem [2] *super iniquitates ipsorum* . * *& non intrent in tuam justitiam* .

Deleantur de libro viventium . * *& cum justis non scribantur* .

Pauper & dolens ego sum . * *& salus vultus tui Deus suscepit me* .

Laudabo nomen Dei mei cum cantico . * *& magnificabo eum in laude* .

Et placebit DEO *super vitulum novellum* . * *cornua producentem & ungulas* .

Videant

ctavit cor meum & miseriam .

Et sustinui qui [3] ÷ simul ⁑ contristaretur. & non fuit. * & qui consolaretur. & non inveni .

Et dederunt [4] in escam meam fel . * & in siti mea potaverunt me aceto .

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. * [5] & in retributiones. & in scandalum .

Obscurentur oculi eorum ne videant . * [6] & dorsum eorum semper incurva .

Effunde super eos iram tuam . * & furor iræ tuæ comprehendat eos .

Fiat habitatio eorum deserta . * ÷ & ⁑ in tabernaculis eorum [7] non sit qui inhabitet .

Quoniam [8] quem tu percussisti. persecuti sunt . * & super dolorem vulnerum meorum addiderunt .

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum . * & non intrent [9] in justitiam tuam .

Deleantur de libro viventium . * & cum justis non scribantur . [10]

Ego sum pauper [11] & dolens . * salus tua . Deus . suscepit me .

Laudabo nomen Dei cum cantico . * [12] & magnificabo eum in laude .

Et placebit DEO super vitulum novellum . * cornua producentem & ungulas .

Videant

(1) *Holst. & sustinui qui simul mecum &c.* MSS. omnes, & Faber, & Cajet. & Bruno delent copulam *&*, quam tamen LXX. & Hebræi agnoscunt, & Ambros.

(2) *Vat.* 84. Appone iniquitatem super iniquitatem: *cum Aug. Cass. & Brun. Ambros. Græc.* ἀνομίαν ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ.

(3) *Sine obelo hunc locum legunt nostri MSS. omnes. Ille Vat. Rom. sequitur omissa voce quæsivi, quam nec Heb. resonat, nec Græc.*

(4) *Pal.* in esca mea: *& absoluto versiculo subjungit* Diapsalma.

(5) *Vat.* & in retributionem &c.

(6) *Idem*. & dorsum ipsorum: *tum subsequenti* ℣. *Rom. ad amussim exprimit.*

(7) *Neque heic bene ὀβελίζει Vallars. scribens post Mart.* non sit ÷ qui ⁑ inhabitet. *Heb. enim reddit* habitans, *aut juxta Alex. MS. & editas ab iisdem Mart. atque Val. Versiones Hieronymianas* qui habitet. *Cetera Alex.* qui habitet *exhibet ex Gallicano exemplari: Vat. vero non solum secundum hunc obelum nescit cum Pal. & Alex. eodem, sed & superiorem præterit.*

(8) *Vat.* quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt *juxta Rom. tum in fine versiculi*; addiderunt ʘ ipsi). (9) *Alex. & Pal.* in justitia tua.

(10) *Heic legitur in Pal.* Diapsalma.

(11) *Vat.* & dolens ego sum, & salus tua &c.

(12) *Hujus loci copulam MSS. nostri prætereunt juxta Græcorum potiora exemplaria.*

Videant pauperes . & lætentur . * *Quærite Dominum . & vivet anima vestra .*

Quoniam exaudivit pauperes DOMINUS . * *& vinctos suos non sprevit .*

Laudent [1] *eum cæli & terra .* * *mare & omnia . quæ in eis sunt .*

Quoniam Deus salvam faciet Sion . * *& ædificabuntur civitates Judæ . & inhabitabunt ibi .*

Et hæreditate [2] *acquirent eam .* * *& semen servorum ejus possidebit eam .* * *& qui diligunt nomen ejus inhabitabunt in ea .*

Videant pauperes . & lætentur . * Quærite Deum . & vivet anima vestra .

Quoniam exaudivit pauperes DOMINUS . * & vinctos suos [3] non despexit .

Laudent illum cæli & terra . * mare & omnia reptilia in eis .

Quoniam Deus salvam faciet Sion . * & ædificabuntur civitates [4] Juda .

Et inhabitabunt ibi . * & hæreditate acquirent eam .

Et semen servorum ejus [5] possidebit eam . * & qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea .

ORATIO.

BEnignissime Domine . exaudi nos in veritate salutis tuæ . ut eruti ab squalore peccati mereamur in libro Vitæ digito cælesti conscribi . Per .

F.V.N. **PSALMUS LXIX.**

In Finem . [6] David . In rememorationem . eo quod salvum me fecit Dominus .

In Finem [7] ÷ Psalmus ⁝ David . In rememorationem . ÷ quod salvum fecerit eum Dominus ⁝

Vox Martyrum & Confessorum deprecantium . ut a persequentium periculis liberentur .

DOmine Deus in adjutorium meum intende . * DOMINE . ad adjuvandum me festina .

Confundantur & revereantur inimici mei . * *qui quærunt animam meam .*

Aver-

DEus [8] in adjutorium meum ÷ intende ⁝ * ※ DOMINE ⁝ ad adjuvandum me festina .

Confundantur & [9] revereantur . * qui quærunt animam meam .

Aver-

(1) *Vat.* 84. *cum Aug.* Laudent ilium .

(2) *Holst. & hæreditate acquirent .* MSS. omnes *hæreditatem* , de quo in Psalmo 118. redibit dicendi occasio . S. Bruno ut editum *hæreditate* . *Et in Vat.* 84. *legitur hæreditatem* .

(3) *Vat.* non annullavit ; *tum subsequenti versu Rom. sequitur* .

(4) *Alex.* Judææ . *Vat.* Judæ ; *qui & proxime sequenti versu* . Et inhabitabunt ibi : & hæreditabunt eam .

(5) *Alex.* possidebunt : *tum Vat. cum Rom.* inabitabunt in ea .

(6) *Vat.* 84. *cum altero MS. a Thomas. notato* : In finem . Psalmus David in rememoratione &c. *MSS. Archivi prosequuntur* : ideo quod &c.

(7) *Alex.* In finem . David in rememoratione, eo quod salvum fecit Dominus ; *utroque obelo neglecto* . *Vat. omisso primo obelo* : In finem . Psalmus David in rememoratione ÷ in eo quod salvum me fecit Dominus ⁝ .

(8) *Vat.* ʘ Deus) in adjutorium : *tum obelo omisso* ※ Domine ad adjuvandum &c. *Pal.* in adjutorium ÷ meum ⁝ intende . *De Thomasio atque Pal. MS. scribit hoc loco Vallars.* nomen duntaxat *Domine* , asterisco illustrant . *Nobis nil magis cura est , quam Thomasii textum immutatum exhibere . Vide & alterius Psalt. editionem huic prorsus conformem .*

(9) *Vat.* & revereantur ʘ omnes) , qui quærunt .

*Avertantur retrorsum. & erubescant. * qui cogitant mihi mala.*

*Avertantur statim erubescentes. * qui dicunt mihi. Euge. euge.*

*Exultent & lætentur qui quærunt te. Domine. * & dicant semper. * Magnificetur Dominus. * qui diligunt* SALUTARE *tuum.*

*Ego vero egenus & pauper sum. * Deus adjuva me.*

Adjutor meus & liberator meus [1] *es tu* DOMINE. * *ne tardaveris.*

Avertantur retrorsum. & [2] erubescant. * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes. * qui dicunt ÷ mihi ⁑ Euge. euge.

Exultent. & lætentur in te omnes [3] qui quærunt te. * & dicant semper. Magnificetur Dominus. * qui diligunt SALUTARE tuum.

Ego vero egenus & pauper [4] ÷ sum ⁑ * Deus adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus ÷ es tu ⁑ * DOMINE ne moreris.

ORATIO.

INexhausti adjutorii Deus æterne ad adjuvandum familiam supplicem festinus occurre, ut (evictis malorum opprobriis) tuis semper auxiliis muniamur. Per.

PSALMUS LXX. F.V.N.

Psalmus David. [5] Filiorum Jonadab. & priorum Captivorum.

÷ Psalmus David. Filiorum Jonadab. & priorum Captivorum ⁑

Vox devotorum. qui ab humanis iniquitatibus se petunt liberari. ut Domino gratias liberius referre possint.

DEus. In te speravi. DOMINE. *non confundar in æternum. * in tua justitia libera me. & eripe me.*

*Inclina ad me aurem tuam. * & libera me.*

*Esto mihi in Deum protectorem. * & in locum munitum. ut salvum me facias.*

*Quoniam firmamentum meum. & refugium meum es tu. * Deus meus*

IN te. DOMINE. speravi. non confundar in æternum. * [6] ÷ in ⁑ justitia tua libera me. & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam. * & salva me.

Esto mihi in Deum protectorem. * & in locum munitum. ut salvum me facias.

Quoniam firmamentum meum. * & refugium meum es tu.

(1) *Holst. liberator meus es tu: Domine ne moreris: MSS.* Cass. & unus noster, & Cajet. & Bruno: *Liberator meus esto Domine; ne moreris.* Similem locum notavi supra ad Psal. 39. versu ultimo, pag. 75. n. 2.

Et MSS. Archivi, atque Vat. 84. *cum Brun.* liberator meus esto &c.

(2) *Vatic. pro* erubescant *legit* confundantur. *Cetera finito hoc versiculo, non secundo ab isto ut scribit Vallars. Pal. MS. subjungit* Diapsalma.

(3) *Vat. cum Rom.* qui quærunt te Domine.

(4) *MSS. nostri omnes hunc & subsequentem obelum nesciunt. Alex. in præsenti & vocem* sum *tacet. Vat. infra;* & liberator meus esto Domine, ne tardaveris.

(5) *Vat.* 84. Vox filiorum Ionadab.

(6) *Hunc obelum, quem tuetur Versio ex Heb. Alex. secundis curis deletum videmus a Thomasio: eodem carent & MSS. nostri omnes, Mart. atque Vallars. Cetera Vat. hoc versiculo Rom. prorsus spirat.*

*eripe me de manu peccatoris . * & de manu contra legem agentis & iniqui ·*

Quoniam tu es patientia mea . DOMINE · * [1] *spes mea a juventute mea ·*

*In te confirmatus sum ex utero · de ventre matris meæ tu es meus protector · * in te decantatio mea semper ·*

*Tamquam prodigium factus sum multis . * & tu adjutor fortis ·*

*Repleatur os meum laude tua . ut possim cantare gloriam tuam . * tota die magnificentiam tuam ·*

*Ne projicias me in tempore senectutis · * dum defecerit virtus mea . Deus ne derelinquas me ·*

*Quia dixerunt inimici mei mala mihi · * & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.*

*Dicentes · Deus dereliquit eum · * persequimini & comprehendite eum . * quia non est qui eripiat eum ·*

*Deus ne elonges a me · * Deus meus in auxilium meum respice ·*

*Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ · * operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi ·*

Ego autem semper in te [2] *sperabo . Domine*

Deus meus [3] eripe me de manu peccatoris . * ÷ & ⁑ de manu contra legem agentis & iniqui ·

Quoniam tu es patientia mea . DOMINE · * Domine spes mea a juventute mea ·

In te confirmatus sum ex utero · * de ventre matris meæ tu es protector meus ·

In te [4] cantatio mea semper · * tamquam prodigium factus sum multis . * & tu adjutor fortis ·

Repleatur os meum laude . * ÷ ut cantem gloriam [5] tuam ⁑ tota die magnitudinem tuam ·

Ne projicias me in tempore senectutis · * [6] cum defecerit virtus mea . ne derelinquas me ·

Quia dixerunt inimici mei mihi · * & qui custodiebant animam meam * consilium fecerunt in unum .

Dicentes · Deus dereliquit eum · * persequimini & comprehendite eum . * quia non est [7] qui eripiat ·

Deus ne elongeris a me · * Deus meus in auxilium meum respice ·

Confundantur [8] & deficiant detrahentes animæ meæ · * operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi ·

Ego

(1) *Geminat heic vocem* Domine *cum Ver. & Ambros. Vat.* 84.

(2) *Vat.* 84. speravi.

(3) *Vat.* libera me *pro* eripe me : *tum cum aliis nostris MSS. & copula & obelo destituitur , & quidem rectius , ea enim copula in melioribus Græcis exemplaribus non invenitur .*

(4) *Vat.* Decantatio *juxta Rom. Alex. vero habet* cantio .

(5) *Reddente hodierno Hebraico textu cum antiquis Hieronymianis Versionibus :* Repleatur os meum laude tua : tota die &c. *Mart. atque Vallars. scribunt* ÷ ut cantem gloriam ⁑ tuam &c. *ab obelo eximentes pronomen* tuam ; *reprehenditque Thomas. Vallarsius quod illud sub obelo reliquerit . Rem intimius versanti dispiciendum foret an solidius eam pertractarit qui pronomen illud voci* gloriam *adjunctum , & sub hoc respectu ab Hebraico fonte alienum obelo resecavit , an vero qui idem cum extrema ejus litera* m *ab obelo liberum reliquit : primus Hebraici textus sensum una voce , eaque , si placet , minime necessaria mutilum reddit : secundus solœcismo fœdam aut biulcam nobis sententiam fecit . Cetera Vat. habet :* Repleatur os meum laude Ψ tua) ÷ ut ⁑ possim cantare gloriam tuam : tota die magnificentiam tuam . *Pal. qui obelum omiserat , heic subjungit* Diapſ.

(6) *Vat.* cum defecerit virtus mea Θ Deus) ne derelinquas me .

(7) *Idem Vat. cum Rom.* qui eripiat eum .

(8) *Eam copulam , quam in Hebræo invenit antiquum exemplar Alex. Vers. Heb. quamque nullo signo afficiunt nostri MSS. omnes , obelo tamen resecavit Thomasius in altero Psalt. utpote quæ in hodierno Hebraico textu non invenitur .*

*Domine. * & adjiciam super omnem laudem tuam.*

*Os meum pronunciabit justitiam tuam. * tota die* SALUTARE *tuum.*

*Quia non cognovi negotiationes. * introibo in potentias Domini.*

DOMINE. *memorabor justitiæ tuæ solius. * Deus docuisti me a juventute mea. & usque nunc pronunciabo mirabilia tua. * & usque in senectam & senium. Deus ne derelinquas me.*

*Donec annunciem brachium tuum * generationi omni. quæ ventura est.*

*Potentiam tuam & justitiam tuam (Deus) usque in altissima (quæ fecisti) magnalia. * Deus quis similis tibi?*

*Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. & conversus vivificasti me. * & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

*Multiplicasti justitiam tuam. & conversus exhortatus es me. * & ego confitebor tibi in vasis psalmorum veritatem tuam. psallam tibi in cithara. Deus Sanctus Israel.*

*Gaudebunt labia mea dum cantavero tibi. * & anima mea. quam redemisti.*

*Sed & lingua mea meditabitur justitiam tuam. * dum confusi & reveriti fuerint. qui quærunt mala mibi.*

Ego autem [1] semper sperabo. * & adjiciam super omnem laudem tuam.

Os meum [2] annunciabit justitiam tuam. * tota die SALUTARE tuum.

Quoniam non cognovi litteraturā. * introibo in potentias Domini. * DOMINE. memorabor justitiæ tuæ solius.

Deus [3] docuisti me a juventute mea. * & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et usque in senectam & senium. * Deus ne dereiinquas me.

Donec annunciem brachium tuum * [4] generationi omni. quæ ventura est.

Potentiam tuam & justitiam tuam (Deus) [5] usque in altissima * (quæ fecisti) magnalia. * Deus quis similis tibi?

Quantas [6] ostendisti mihi tribulationes multas & malas. * ÷ & ⁝ conversus vivificasti me. * & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti [7] magnificētiam tuam. * & conversus consolatus es me.

Nam [8] & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam. Deus. * psallam tibi in cithara. Sanctus Israel.

Exultabunt labia mea [9] cū cantavero tibi. * & anima mea. quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. * cum confusi & reveriti fuerint. qui quærunt mala mihi.

(1) *Vat.* semper in te sperabo, & adjiciam super ÷ omnem ⁝ laudem tuam.

(2) *Vat.* pronunciabit justitiam tuam: tota die salutem tuam. *Alex.* annuntiavit, *atque* salutem tuam: *tum subsequenti versu Vat.* negotiationes *cum Rom. & infra cum Alex.* introibo in potentiam Domini.

(3) *Vat.* Deus ⊖ qui) docuisti me. *Pal. & Alex.* ex juventute mea. *Subsequenti versu Alex.* in senecta & senium.

(4) *Vat. idem*, generationi venturæ: *Pal. hic ponit* Diapſ.

(5) *Idem*, usque in excelsis quæ fecisti &c.

(6) *Vat. Idem*, ※ Quas) ostendisti mihi: *tum cum aliis nostris MSS. obelum nescit.*

(7) *Idem*, Multiplicasti ※ justitiam) tuam super me, & conversus exhortatus es me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

(8) *Idem omissa voce* nam *scribit*: Et ego confitebor tibi in populis, Domine, in vasis ※ psalmorum) veritatem tuam, Deus; psallam ⊖ tibi) in cithara, sanctus Israel. *Alex.* sancte Israel.

(9) *Idem*, cum psallam. *Versu autem subsequenti.* Insuper & lingua mea ※ meditabitur) justitiam tuam.

ORATIO.

EXcelsi solii Regnator immense. qui sperantes in te damnari æterna confusione non pateris. reple (quæsumus) labia nostra laude tua. & in his nos semper meditationibus bonorum insinuator exerce. Per.

F.V.N. PSALMUS LXXI.

In [1] Salomonem. Psalmus.

[2] ÷ Psalmus ↕ In Salomonem.

Propheta Christi adventum præcinens ab omnibus Regibus eum dicit adorandum. quia humanum genus a diaboli potestate redemit.

DEus judicium tuum Regi da. * *& justitiam tuam Filio Regis.*

Judicare populum tuum in tua justitia. * *& pauperes tuos in judicio.*

Suscipiant montes pacem populo tuo. * *& colles justitiam.*

In sua justitia judicabit pauperes hujus populi. * *& salvos faciet filios pauperum.*

Et humiliabit calumniatorem. * *& permanebit cum sole & ante lunam in sæculum sæculi.*

Et descendet sicut pluvia in vellus. * *& sicut stillicidia stillantia super terram.*

Orietur in diebus ejus justitia. * *& abundantia pacis. donec extollatur luna.*

Et dominabitur a mari usque ad mare. * *& a flumine usque ad terminos orbis terræ.*

Coram illo procident Æthiopes. * *& inimici ejus terram lingent.*

Reges

DEus judicium [3] ÷ tuum ↕ Regi da.* & justitiam tuam Filio Regis.

Judicare populum tuum [4] in justitia.* & pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem [5] populo.* & colles justitiam.

Judicabit pauperes populi. * ÷ & ↕ salvos faciet filios pauperum. * & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole. * [6] & ante lunam in generationem & generationem.

Descendet [7] sicut pluvia in vellus. * ÷ & ↕ sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia. * & abundantia pacis. donec [8] auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare. * & a flumine usque ad terminos ÷ orbis ↕ terrarum.

Coram illo [9] procident Æthiopes. * & inimici ejus terram lingent.

Reges

(1) *Titulus Vat.* 84. Psalmus David in Salomone.

(2) *Vat. hoc obelo destituitur, sicut & illo primi versus contextus. Alex. pro Titulo scribit:* In Salomon.

(3) *Mars. Val. atque Thomas. secundis curis hunc obelum, quem facile ex MS. Alex. Vers. Heb. vocem tuum non exhibeate, & Pal. MS. adoptaverat, sustulit deinde.*

(4) *Vat.* in ⊖ tua) justitia.

(5) *Idem*, populo ⊖ tuo) : *tum finito versiculo in Pal. legitur* Diapsalma. *Idem Pal. proximum inferiorem obelum nescit: Et Vat. præterit copulam voci* humiliabit *præfixam.*

(6) *Vat.* & ante lunam Ψ in sæcula sæculorum) *Pal.* in generatione generationum: *Alex. omissa vocula* in *ait*: generationes generationum. *Videsis August. hoc loco col.* 747.

(7) *Vat.* Et descendet: *deinde omissis obelum cum Pal. qui finito versiculo habet* Diapsal.

(8) *Vat.* extollatur, *cum Rom. & subsequenti versu*: & a flumine usque ad terminos Ψ terræ).

(9) *Alex.* procedent.

*Reges Tharſis. & Inſulæ munera offerent. * reges Arabum & Saba dona adducent.*

*Et adorabunt eum omnes Reges terræ. * omnes Gentes ſervient ei.*

*Quia liberavit pauperem a potente. * & inopem cui non erat adjutor.*

*Parcet pauperi & inopi. * & animas pauperum ſalvas faciet.*

*Ex uſuris & iniquitate liberabit animas eorum. * & præclarum nomen eorum coram ipſo.*

*Et vivet. & dabitur ei de auro Arabiæ. * [1] & orabunt de ipſo ſemper. tota die benedicent eum.*

*Et erit firmamentum in terra in ſummis montium. * ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus. * & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.*

*Et erit Nomen ejus benedictum in ſæcula. * ante ſolem permanebit Nomen ejus. & ante lunam ſedes ejus.*

*Et benedicentur in eo omnes Tribus Terræ. * omnes Gentes magnificabunt eum.*

Benedictus DOMINUS *Deus Iſrael. qui facit mirabilia magna ſolus. * & benedictum Nomen Majeſtatis ejus in æternum & in ſæculum ſæculi.*

*Et replebitur Majeſtate ejus omnis terra. * Fiat. Fiat.*

Reges Tharſis. & Inſulæ munera offerent. * Reges Arabum & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges [2] terræ. * omnes Gentes ſervient ei.

Quia liberabit pauperem a potente.* [3] & pauperem cui non erat adjutor.

Parcet pauperi & inopi. * & animas pauperum ſalvas faciet.

Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum. * & honorabile nomen eorum coram illo. [4]

Et vivet. & dabitur ei de auro Arabiæ. * [5] & adorabunt de ipſo ſemper. * tota die benedicent ei.

Et [6] erit firmamentum in terra in ſummis montium. * ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus. * & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.

Sit [7] Nomen ejus ÷ benedictum ⁝ in ſæcula. * ante ſolem permanet Nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo [8] ÷ omnes Tribus terræ ⁝ * omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus DOMINUS Deus Iſrael.* qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum Nomen Majeſtatis ejus in æternum. * & replebitur Majeſtate ejus omnis terra. Fiat. Fiat.

Defecerunt Laudes David filii Jeſſe.

ORATIO.

NOmen tuum. omnipotens Domine. ante cuncta ſæcula benedictum invocantes. oramus ut humiliato calumniatore pacem populo juſtitiamque largiri digneris. Per.

PSAL-

(1) *Uterque Archivi MS. & Vat.84. cum Aug. Caſſ. Brun. Ver. Ambroſ.* & adorabunt, *quod ſequuntur Mart. atque Val. inſuper & editio Pſalt. Rom.* 1663. *unde ſuſpicio oritur typographi incuria heic modo legi* & orabunt: *quandoquidem vero res prorſus comperta nobis non eſt, nil temere mutandum eſſe cenſuimus.*

(2) *Alex. eam vocem* terræ *tacet.*

(3) *Vat.* & inopem *ut Rom.* (4) *In fine hujus verſiculi, quem Vat. deſcripſerat adamuſſim cum Rom. Pal. apponit* Diapſalma.

(5) *Alex. &* orabunt: *Vat.* & adorabunt pro ipſo: *tum* benedicent eum.

(6) *Idem Vat.* ⊖ Et) erit firmamentum: *infra vero:* & florebit de civitate &c. *Finito hoc verſiculo, non ſuperiori ut Vallarſ. placet, ſubjungit Pal.* Diapſalma.

(7) *Vat. obelo neglecto* ⁝ Et erit nomen ejus benedictum in ſæcula: ante ſolem permanebit nomen ejus, & ante lunam ⊖ in ſæcula ſæculorum) ſedes ejus.

(8) *Solam vocem* omnes *obelo notant Pal. atque Vat. minus tamen recte: tum Alex. cum Vat. eodem:* omnes gentes beatificabunt eum. *Inſuper Vat. quæ hinc ſequuntur exhibet juxta Rom.*

F.V.N.

PSALMUS LXXII.

Defecerunt [1] Laudes David filii Jesse. Psalmus Asaph.

Psalmus Asaph. [4]

Vox [2] Prophetæ admirantis cur inimicis Dei. & paganis prosperitas tanta provenerit?

*QUam bonus Deus Israel. his qui recto sunt corde! * mei autem penè moti sunt pedes. * paenè effusi sunt gressus mei.*

*Quia zelavi in peccatoribus. * pacem Peccatorum videns.*

*Quia non est declinatio morti eorum. * nec firmamentum in plaga eorum.*

*In laboribus hominum non sunt. * & cum hominibus non flagellabuntur.*

*Ideo tenuit eos superbia eorum. * operti sunt iniquitate & impietate sua.*

*Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. * transierunt in dispositionem cordis.*

*Cogitaverunt [3] & locuti sunt nequitias. * iniquitatem in excelso locuti sunt.*

*Posuerunt in cælum os suum. * & lingua eorum transiit super terram.*

*Ideo revertetur huc populus meus. * & dies pleni invenientur in eis.*

Et dixerunt. Quomodo scivit Deus? & si est scientia in Excelso?*

Ecce

QUam bonus Israel Deus. * [5] his qui recto sunt corde!

Mei autem pænè moti sunt pedes. * paenè effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos. * pacem Peccatorum videns.

Quia non est [6] respectus morti eorum. * & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt. * & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos [7] superbia. * operti sunt iniquitate. & impietate sua.

Prodiit ÷ quasi ⁝ ex adipe iniquitas eorum. * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt [8] & locuti sunt nequitiam. * iniquitatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in cælum os suum. * & lingua eorum transivit in terra. [9]

Ideo convertetur populus meus hic. * & dies pleni invenientur in eis.

Et dixerunt. Quomodo scit Deus? * & si est scientia in Excelso?

Ecce

(1) *Notat hoc loco Thomasius se legisse Titulum hunc in altero MS. ita se habentem:* Psalmus Asaph, de hoc quod defecerunt Hymni David filii Jesse. (2) *Vat.* Vox prophetiæ &c.

(3) *Holst. cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam.* MSS. nostri Codd. & Bruno, & Cajet. *nequitias* plurali numero: ita quoque alibi in iisdem Codd. scriptum reperi: sic etiam Arab. *cogitaverunt, & locuti sunt scelera.*

Vat. 84. *cum Cass. & Ambros. habet* nequitiam: *Aug.* malignitatem.

(4) *Vat. Titulum heic exhibet iisdem omnino verbis, quibus & oppositum pro Rom. Psalt.*

(5) *Vat.* rectis corde: *brevius exprimit quod heic dicitur*, his qui recto sunt corde.

(6) *Vat.* declinatio *cum Rom.*

(7) *Idem*, superbia eorum in finem: operti sunt. *Alex.* in iniquitate &c. *Subsequenti versu obelus omittitur a nostris MSS. omnibus: eodem Alex.* Prodiet quasi ex adipe: *tum Vat.* transierunt in dispositione cordis.

(8) *Alex.* & locuti sunt in nequitia: *infra vero Vat.* in excelsum locuti sunt.

(9) *Heic habet Pal.* Diapsl. *Deinde duobus versiculis hunc proxime sequentibus Vat. Rom. verba prorsus reddit.*

Ecce [1] *ipsi peccatores & abundantes in sæculo. * obtinuerunt divitias.*

*Et dixi. Ergo sine causa justificavi cor meum? * & lavi inter innocentes manus meas? * [2] & fui flagellatus tota die? * & index meus in matutino?*

*Si dicebam. Narrabo sic. * ecce natio Filiorum tuorum quibus disposui.*

*Existimabam ut cognoscerem hoc. * labor est ante me. donec intrem in Sanctuarium Dei. * & intelligam in novissima eorum.* Diapsalma.

*Verumtamen propter dolos disposuisti eis mala. * dejecisti eos dum allevarentur.*

Quomodo [3] *facti sunt in desolationem! * subito defecerunt. & perierunt (propter iniquitates suas) velut somnium exurgentis.*

*Domine in Civitate tua. * imagines eorum ad nihilum rediges.*

*Quia delectatum est cor meum. & renes mei resoluti sunt. * & ego ad nihilum redactus sum & nescivi.*

*Ut jumentum factus sum apud te. * & ego semper tecum.*

Tenui-

Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo. * obtinuerunt divitias.

[4] ÷ Et dixi ‡ Ergo sine causa justificavi cor meum. * & lavi inter innocentes manus meas?

Et fui flagellatus tota die? * & castigatio mea [5] in matutinis?

Si dicebam. Narrabo sic. * ecce nationem Filiorum tuorum reprobavi.

Existimabam [6] ut cognoscerem hoc. * labor est ante me.

Donec intrem in Sanctuarium Dei. * [7] ÷ & ‡ intelligam in novissimis eorũ.

Verumtamen [8] propter dolos posuisti eis. * dejecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt [9] in desolationem! * subito defecerunt. * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium. * Domine. in Civitate [10] tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia [11] inflamatum est cor meum. * & renes mei commutati sunt. * & ego ad nihilum redactus sum & nescivi.

Ut jumentum factus sum apud te. * & ego semper tecum.

Tenui-

(1) *Holst. Ecce ipsi peccatores abundantes.* Hoc versu dupliciter variant MSS. Codd. Secundus noster, & Bruno, & Faber, & Cajet. *Ecce ipsi peccatores, & abundantes.* Primus autem noster, & Cassin. *& obtinuerunt divitias.* Priorem lectionem agnoscunt LXX. ideo recipiendam puto.

(2) *Uterque Archivi MS. & Bruno:* & sine caussa fui flagellatus: *fortasse aliquid Commentarii ejusdem Brunonis immiscetur.*

(3) *Holst.* MSS. variè interpungunt: Primus noster: *Quomodo facti sunt in desolationem subito! defecerunt, & perierunt:* Alter vero, ut & Bruno, Faber, & Cajet. & LXX. editionis Sixtinæ: *Quomodo facti sunt in desolationem! subito defecerunt, & perierunt.*

(4) *Vat. hujus loci obelum nescit: tum subsequentibus duobus versiculis Rom. exprimit.*

(5) *Alex.* in matutino.

(6) *Pal.* Et existimabam, *quod Val. sequitur. Alex.* existimabam cognoscere &c. *Vat.* Et Θ si) existimabam. *Cetera interpunctio illa, qua vox hoc cum præcedenti cognoscere non conjungitur sed cum subsequentibus, probatur tum Alex. MS. & Græci nostri exemplaris, & alterius Thomasiani Psalterii versuum distinctione: tum etiam Aug. Cass. & Brunonis Commentariis.*

(7) *Alex. hanc copulam expungit: Pal. & Vat. eandem sine obelo relinquunt: tum Vat. legit:* in novissima eorum.

(8) *Vat.* propter dolositatem posuisti illis mala, dejecisti eos dum extollerentur.

(9) *Vat.* in desolatione! repentè defecerunt &c.

(10) *Val. post Pal. MS. vocem* tua *heic obelo confixit: eandem tamen in Hebræo invenit Hieron. juxta Alex. MS. licet Gallicana editione idem eam prætermittat. Vat.* velut somnium insurgentes: *tum,* imagines ipsorum.

(11) *Vat.* Quia exarsit cor meum, & renes mei immutati sunt &c. *Idem versum subsequentem incipit:* Velut jumentum &c.

Tenuisti [1] *manum dexteram meam . * & in voluntate tua* [2] *deduxisti me . * & cum gloria assumpsisti me .*

*Quid enim mihi restat in cælo ? * & a te quid volui super terram ?*

*Defecit cor meum & caro mea . * Deus cordis mei .* [3] *& pars mea . Deus. in sæcula .*

*Quia ecce qui elongant se a te . peribunt . * perdes omnes qui fornicantur abs te .*

*Mihi autem adhærere Deo bonum est . * ponere in Domino* DEO *spem meam .*

*Ut annunciem omnes laudes tuas . * in portis filiæ Sion .*

Tenuisti manum dexteram meam . * ÷ & ‡ in voluntate tua [4] deduxisti me . * & cum gloria suscepisti me .

? Quid ÷ enim ‡ mihi est in cælo ? * & a te quid volui super terram ?

Defecit caro mea & cor meum . Deus cordis mei . * [5] & pars mea. Deus. in æternum .

Quia ecce qui elongant se a te . peribunt . * perdidisti [6] omnes . qui fornicantur abs te .

Mihi autem adhærere Deo bonum est . * ponere [7] in Domino DEO spem meam .

Ut annunciem omnes prædicationes tuas . * ÷ in portis filiæ Sion ‡

ORATIO.

FAC nos (Domine) tibi jugiter adhærere . in te totam virtutem spei nostræ defigere . ut mereamur laudes tuas in portis æternalibus nunciare . Per .

F.V.N. PSALMUS LXXIII.

Intellectus Asaph . Intellectus Asaph .

Synagoga deplorat cur Sui traditi [8] *fuerint Gentibus ?*

*UT quid repulisti nos . Deus . in finem ? * iratus est furor tuus super oves gregis tui .*

*Memento Congregationis tuæ . * quam creasti ab initio .*

*Liberasti virgam hæreditatis tuæ . * mons Sion . in quo* [9] *habitas in idipsum .*

Eleva

UT quid . Deus . repulisti in finem ? * [10] iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ ?

Memor esto Congregationis tuæ . * quam possedisti ab initio .

Redemisti virgā [11] hæreditatis tuæ . * mons Sion in quo habitasti ÷ in eo ‡

Leva

(1) *Holst. tenuisti manum dextera mea* : MS. noster secundus , Bruno , Cassin. Florent. Cajet. & Faber : *dexteram meam* , sic LXX. τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου .

(2) *Holst. perduxisti me* : MSS. omnes , & Faber & Cajet. & Ambros. & Bruno : *deduxisti me* .

(3) *Vat.* 84. & pars mea tu es Deus &c.

(4) *Alex.* adduxisti me : *tum Vat. juxta Rom.* assumpsisti . *MS. iste omisso obelo idem Rom. sequitur & subsequenti versu* .

(5) *Vat.* & pars mea Θ tua) Deus in sæcula .

(6) *Vat.* omnes fornicantes abs te ; *Alex. cum Pal.* omnem qui fornicatur abs te ! *Græc.* πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ .

(7) *Vocem* Domino *heic nescit Vat. qui subsequenti versu obelo neglecto Rom. sequitur* .

(8) *Vat.* fuerunt .

(9) *Vat.* 84. habitasti , *cum Cass. Ambros. & Ver. Aug. vero* , inhabitasti .

(10) *Vat. idem* , iratus est animus tuus super oves &c. *subsequenti autem versu prorsus Rom. sequitur* .

(11) *Vat.* Liberasti virgam : *tum* habitasti in ipso .

*[1] Eleva manum tuam in superbiam eorum in finem. Quanta malignatus est inimicus in Sanctis tuis! * & gloriati sunt qui te oderunt. in medio atrio tuo!*

*Posuerunt signa sua. signa. & non cognoverunt. * sicut in via supra summum. quasi in silva lignorum.*

*Securibus exciderunt januas ejus in idipsum. * bipenni & ascia dejecerunt eas.*

*Incenderunt [2] igni Sanctuarium tuum. * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*

*Dixerunt in corde suo cognatio eorum inter se. * Venite. comprimamus omnes dies festos Domini a terra.*

*Signa nostra non vidimus. jam non est propheta. * & nos non cognoscet amplius.*

*Usquequo Deus improperabit inimicus? * irritat adversarius nomen tuum in finem?*

*Ut quid avertis faciem tuam? * & dexte-*

Leva [3] manus tuas in superbias eorum in finem. * Quanta malignatus est inimicus in Sancto?

÷ Et ‡ gloriati sunt. qui oderunt te. * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua. signa. * ÷ & non ‡ cognoverunt sicut [4] in exitu super summum.

÷ Quasi ‡ in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum. * in securi & ascia dejecerunt ÷ eam ‡

Incenderunt igni Sanctuariū tuum. * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo [5] cognatio eorum simul. * ÷ Quiescere ‡ faciamus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus. * jam non est propheta. & nos non [6] cognoscet amplius.

Usquequo Deus improperabit inimicus? * irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid [7] avertis manum tuam? * & de-

(1) *Holst. Eleva manum tuam in superbiam eorum*: MSS. omnes, & Bruno legunt *superbia*: LXX. ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν. sic enim omnes editiones habent. Sed antiquus Interpres legisse videtur ἐπὶ τῆς ὑπερηφανίας in genitivo singulari.

Et Vat. 84. in superbia.

(2) *Holst. incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt*: MSS. & Faber aliter interpungunt: *Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt &c.* atque ita Complut. & Sixtina. LXX. distinguunt; Ενεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου: ἐβεβήλωσαν: hoc est *concremaverunt igni sanctuarium tuum usque ad terram*, sive *ad solum*. Sed MS. Psalt. Græcum Biblioth. Barber. in versus accuratissimè distinctam consentit cum edito nostro, & Ambros. & Appollinaris Paraphrasis metrica.

Et Psalter. Thomasii versibus distinctum, ut & Alex. MS. atque Græc. exemplar nostrum eandem interpunctionem nostram confirmant.

(3) *Vat.* Eleva manus tuas: *tum cum Rom.* inimicus in sanctis tuis. *proximum deinde sequentium obelum præterit.*

(4) *Vat. omisso & hujus versiculi obelo habet* in exitu de insuper; *non vero* in exitu super summum. *Versu autem subsequenti utroque obelo neglecto*: exciderunt Ψ radices ejus in idipsum, in bipenni & ascia dejecerunt eam.

(5) *Vat.* cognatio eorum in idipsum: venite comprimamus ☧ dies festos Dei de terra. *Cetera obelum tollunt Mart. & Vat., nec tamen sine ratione eundem adstruit Thomasius: eam enim aperit ipse propria manu annotando ad marginem sui exemplaris vocem incendamus, quæ sanè ponenda esset juxta hebraicam veritatem loco illius* quiescere faciamus. *De hoc insigni loco vide Hieron. epist. ad Sun. & Fretelam, ubi fatetur se Hebræum reddidisse* quiescere faciamus: *& Græca exemplaria legisse* καταπαύσωμεν *non* κατακαύσωμεν, *ut temere quidam textum interpolaverant: non quidem contra Hebraicam veritatem, sed propter vetustatem, ob quam Hieronymus vult retinendum* καταπαύσωμεν, *non* κατακαύσωμεν *licet verius; & Aquilæ, Symmacho, atque Theodotioni probatum.*

Alex. hoc eodem Versiculo habet: Dixerunt in corde suo cognitio eorum simul.

(6) *Vat.* agnoscet.

(7) *Alex.* advertis.

dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula. * *operatus est salutem in medio terræ·*

Tu confirmasti in virtute tua mare· * *tu contribulasti capita draconum super aquas·*

Tu confregisti caput draconis magni· * *dedisti eum in escam populo Æthiopum·*

Tu dirupisti fontes & torrentes· * *tu exsiccasti fluvios Ethan·*

Tuus est dies. & tua est nox· * *tu fecisti solem & lunam·* * *tu fecisti omnes terminos terræ.* * *æstatem & ver tu fecisti ea·*

Memor esto hujus creaturæ tuæ. inimicus improperavit DOMINO· * *& populus insipiens exacerbavit nomen tuum·*

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi· * [1] *& animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem·*

Respice [2] *in testamentum tuum·* * *quia repleti sunt. qui obscurati sunt terræ.* [3] *domorum iniquitatum·*

Ne avertatur humilis factus confusus· * *pauper & inops laudabunt nomen tuum·*

Exurge Deus. judica causam tuam· * *memor esto improperiorum tuorum.* * *eorum quæ ab insipiente sunt tota die·*

Ne

& dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster [4] ante sæcula. * operatus ÷ est : salutem in medio terræ·

Tu confirmasti in virtute tua mare·* contribulasti capita draconum [5] in aquis·

Tu confregisti [6] capita draconis· * dedisti eum escam populis Æthiopum·

Tu dirupisti [7] fontes & torrentes· * ⋇ tu siccasti fluvios Ethan :

Tuus est dies. & tua est nox· * [8] tu fabricatus es auroram. & solem·

Tu fecisti omnes terminos terræ· * æstatem & ver tu plasmasti ÷ ea :

Memor esto hujus. * inimicus improperavit DOMINO ·* & populus insipiens [9] incitavit nomen tuum·

Ne tradas bestiis [10] animas confitentes tibi· * & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem·

Respice in testamentum ÷ tuum : * quia repleti sunt. qui obscurati sunt terræ. * domibus iniquitatum·

Ne avertatur [11] humilis factus. confusus· * pauper & inops laudabunt nomen tuum·

Exurge [12] Deus. judica causam tuā· * memor esto improperiorum tuorum. * ÷ eorum quæ : ab insipiente ÷ sunt : tota die :

Ne

(1) *Hanc copulam nescit Vat.* 84.

(2) *Holst. respice in testamentum tuum.* MSS. nostri, & Faber, & Bruno legunt, *in testamento tuo*: sed LXX. *εἰς τὴν διαθήκην σου*, & sic Cajet. & Ambros.

(3) *Holst. Domorum iniquitatum.* Sic melior MS. noster. Alter *dumorum*, ut & Cassin. Sed LXX. *οἴκων ἀνομιῶν*·

(4) *Alex.* ante sæculum, operatus est salutes &c. *omisso obelo una cum Vat. & Pal.*

(5) *Vat.* super aquis.

(6) *Idem Vat.* caput draconis Θ &) dedisti eum Θ in) escam Ψ populo) Æthiopum.

(7) *Alex. & Pal.* Tu disrupisti.: *deinde Pal. unicam vocem* tu *ante* siccasti *asterisco prænotat.* *Vat. nullum heic habet signum, atque ait circa finem*: flumina æthan.

(8) *Vat. idem*, tu præparasti lumen & solem: *tum subsequenti versu loco verborum* tu plasmasti ÷ ea : *scribit*, tu fecisti, ea.

(9) *Idem*, exacerbavit: *& Pal. absoluto hoc versiculo subjungit* Diapsalma.

(10) *Alex. & Pal.* animam confitentem tibi. *Vat.* animas confitentium tibi: *omittitque subsequentem proximè obelum.*

(11) *Vat.* humiliatus Θ &) confusus: *quod facit ad confirmandum Thomasii hujus loci interpunctionem.*

(12) *Idem* ÷ Ex : surge .... improperiorum tuorum ℟ quia ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces quærentium te. [1] ** superbia eorum . qui te oderunt . ascendat semper ad te.*

Ne obliviscaris [2] voces inimicorum tuorum . * superbia eorum . qui te oderunt . ascendit semper.

ORATIO.

Creator omnium elementorum . Domine ante sæcula Rex æterne : memento Gregis tui . quem [a] effusione cruoris proprii redemisti . atque omnium te quærentium voces propitiatus exaudi [3] Salvator Mundi . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum . Amen.

PSALMUS LXXIV. F.V.N.

In Finem . Ne corrumpas . Psalmus Asaph . cantici.

In Finem . Ne corrumpas . Psalmus cantici . Asaph.

Vox fidelium Judæorum . qui Christi mirabilia narrare se profitentur . & de Christi futuro Judicio.

*Confitebimur tibi . Deus . confitebimur tibi . * & invocabimus nomen tuum.*

*Narrabo omnia mirabilia tua . * Dum accepero tempus . ego justitiam judicabo.*

Liquefacta est terra . & omnes [4] *inhabitantes in ea . * ego confirmavi columnas ejus.* Diapsalma.

*Dixi iniquis . Nolite inique agere. * & delinquentibus . Nolite exaltare cornu.*

*Nolite extollere in altum cornu vestrum . * & nolite loqui adversus Deum iniquitatem.*

*Quia neque ab Oriente . neque ab Occidente . * neque a desertis montibus.*

Confitebimur tibi . Deus . confitebimur [5] . * & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua . * Cum accepero tempus . ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra . & omnes qui habitant in ea . * ego confirmavi columnas ejus. [6] *Diapsalma.*

Dixi [7] iniquis . Nolite inique agere . * & delinquentibus . Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum . * [8] ÷ nolite ⁑ loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente . neque ab Occidente . * neque a desertis montibus.

a *al.* quem in ligno Crucis sanguine proprio redemisti.

(1) *Vat.* 84. & superbia , *addita copula.*

(2) *Vat.* voces supplicum tuorum : *tum in fine pro* ascendit semper , *ait* : ascendat ad te semper . *Pal.* ÷ qui te ⁑ oderunt : *Mart. & Val.* ÷ qui ⁑ te oderunt : *Neutrum satis bene , quod sane nobis affirmare contingit potiori jure , quam dicatur a Val. de Pal. MS. & Thomasio ob rationem non semel expositam Hebraici fontis reddentis ,* superbia obsistentium tibi , *aut ,* adversariorum tuorum.

(3) *Postremas has voces ,* Salvator Mundi , *omittunt Pal. atque Vatic. MSS.*

(4) *Vat.* 84. *cum Cass. & Ambros.* habitantes.

(5) *Vat. repetit hoc loci cum Rom. vocem* tibi. *Idem & duobus proxime sequentibus versibus Romanum omnino exprimit.*

(6) *Omittit hoc loco Pal.* Diapsalma , *quod duobus subsequentibus versibus absolutis repræsentat.*

(7) *Alex.* Dixi iniquis ; nolite inique facere.

(8) *Hunc obelum deserunt nostri MSS. omnes.*

bus. * *quoniam Deus judex est.*

Hunc[1] *humiliat. & hunc exaltat.* * *quia calix in manu* DOMINI. *vini meri plenus est mixto.*

Et inclinavit ex hoc in hoc. * *verumtamen fæx ejus non est exinanita.*

Bibent ex eo omnes peccatores terræ. * *Ego autem in sæcula gaudebo. cantabo Deo Jacob.*

Et omnia cornua Peccatorum confringã. * *& exaltabuntur cornua Justi.*

bus. * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat. & hunc exaltat. * quia calix in manu DOMINI. vini meri[2] plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc ÷ in hoc : * [3] verumtamen fæx ejus non est exinanita. * bibent omnes peccatores terræ.

Ego[4] autem annunciabo in sæculum. * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorũ confringã. * ÷ & : exaltabuntur cornua Justi.

ORATIO.

PAstor bone. qui propter mortalium ovium redemptionem hausisti calicem Passionis. Nomen tuum supplices invocamus. ut nos super columnas Sapientiæ[5] stabilitos. septiformis Spiritus sanctificatione confirmes. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

F.V.N.

PSALMUS LXXV.

In Finem. In laudibus. Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrios.

In Finem. In laudibus. Psalmus Asaph. Canticum ÷ ad Assyrios : [7]

Vox Ecclesiæ hortantis. ut Deo Omnipotenti Fideles munera offerant.

NOtus in Judæa Deus. * *in Israel magnum Nomen ejus.*

Et factus est in pace locus ejus. * *& habitatio ejus in Sion.*

Ibi[6] *confregit cornua arcuum.* * *scutum*

NOtus in Judæa Deus. * in Israel magnum Nomen ejus.

Et[8] factus est in pace locus ejus. * & habitatio ejus in Sion.

Ibi[9] confregit potentias arcuum. * scutum

(1) *Holst. hunc humiliat, hunc exaltat.* MSS. omnes, Bruno, & Faber, & Cajet. & Ambros. addunt copulam : *hunc humiliat, & hunc exaltat.* ut LXX. & Heb. (2) *Vat.* plenus Θ est) mixto.

(3) *Alex.* verum fæx ejus : *tum Pal. finito versiculo subnectit* Diapsalma.

(4) *Vat.* Ego autem in sæcula gaudebo : psallam Deo Jacob : *& deinde sequentem obelum præterit.*

(5) *Vat.* Sapientiæ stabiliter septimformis.

(6) *Holst. Ibi confregit cornu : arcum, scutum &c.* Pro eo quod nunc apud LXX. legitur ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων, antiquus noster Interpres legit τὰ κέρατα τῶν τόξων *cornua arcuum*, quod ex S. Gregorii Magni Moralium *Lib.* 33. *cap.* 24. apparet, ubi *cornua* non *cornu* legitur; uti etiam in Fabri Stapulensis editione. *Arcuum* autem in *arcum* mutatum fuit compendio veteris scripturæ *ARCUM* : qualia sexcenta habemus in Pandectis Florentinis, & in aliis antiquis Codd. qui majusculo charactere scripti ad nos pervenerunt. Inscriptiones quoque lapidum antiquorum passim nobis hujus compendiosæ scripturæ exempla exhibent. S. Hieronymus juxta veram LXX. scripturam *potentias arcum* vertit. S. Augustinus in suo exemplari, *fortitudines arcuum* legit : quocirca veterem lectionem hic restituendam censeo : *Ibi confregit cornua arcuum : scutum, gladium, & bellum*, ut exactè in Arnobii Expositione legitur, quem nostra hac Versione hic usum constat. Ceterum antiquissima esse hæc Librorum Sphalmata ex Ruffini Expositione in hunc locum apparet, ubi ait : *Confregit potentias, scilicet arcum, scutum, gladium, & bellum* : Idem scilicet vitium, ejus Codicem jam infecerat.

(7) *Omnes MSS. nostri Titulum sine obelo legunt. Alex. inter illos habet* ad Assyrium.

(8) *Vat. copulam & heic voci* factus *præfixam nescit.*

(9) *Alex.* Ibi confriugit potentias arcuum. *Pal.* scutum

ſcutum . gladium . & bellum .
Diapſalma .

*Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis . * turbati ſunt omnes inſipientes corde .*

*Dormierunt ſomnum ſuum . * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis .*

*Ab increpatione tua Deus Jacob . * dormitaverunt qui aſcenderunt equos .*

*Tu terribilis es . * & quis reſiſtet tibi . * ex tunc ab ira tua ?*

*De cælo judicium [1] jaculatum eſt . terra tremuit . & quievit . [2] dum reſurgeret in judicio Deus . * ut ſalvos faceret omnes quietos terræ .*
Diapſalma .

*Quia cogitatio hominis confitebitur tibi . * & reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi .*

Vovete . & reddite DOMINO *Deo veſtro . * omnes qui in circuitu ejus offertis munera .*

*Terribili . & ei qui aufert ſpiritum principum . * terribili apud Reges terræ .*

ſcutum . gladium : & bellum .
Diapſalma .

Illuminans tu mirabiliter [3] a montibus æternis . * turbati ſunt ÷ omnes ⁒ inſipientes corde .

Dormierunt ſomnum ſuum . & nihil invenerunt * omnes viri divitiarum [4] in manibus ſuis .

Ab increpatione tua Deus Jacob . * dormitaverunt qui aſcenderunt equos .

Tu terribilis es . & quis [5] reſiſtet tibi ? * ex tunc ira tua .

De cælo auditum feciſti judicium . * [6] terra tremuit . & quievit .

Cum [7] exurgeret in judicium Deus . * ut ſalvos faceret omnes manſuetos terræ . *Diapſalma .*

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi . * ÷ & ⁒ reliquiæ [8] cogitationis diem feſtum agent tibi .

Vovete . & reddite DOMINO Deo veſtro . * omnes [9] qui in circuitu ejus affertis munera .

Terribili . & ei qui aufert ſpiritum principum . * terribili apud Reges terræ .

ORATIO .

Cogitationibus te confitentibus effectum largire terribilis Deus , ut a montibus æternis inluminati . dum Reſurrectionis tuæ gloriam ſuſpicimus . futuri judicii ignominia careamus . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis &c.

PSAL-

ſcutum , & gladium , & bellum , *omittitque deinde* Diapſalma . *Vat. vero* : Ibi confregit poteſtates Ψ arcum) ſcutum &c.

(1) *Holſt. Jaculatum eſt* . Nihil hic contra Codd. antiquos mutandum pertendo ; quamvis certiſſimum ſit ab ipſo Interprete ſcriptum fuiſſe *jaculatus es* , ſed ex ſequentis vocis principio acceſſit litera *t* , unde erroris origo manavit : *ἠκόντισας* enim apud LXX. noſter olim legit pro *ἠκόντισε* , quod proprie & ad verbum reddidit , *jaculatus es* , atque ita S. Auguſtinus in ſuo Codice legit .

(2) *Holſt. dum reſurgeret* . MS. vetuſtior , *dum exſurgeret* , ut Fabri editio habet , & Cajet. Pſalt.

(3) *Alex.* de montibus æternis .

(4) *Notat Hieronymus laudata ſæpe epiſtola ſine particula* in *eſſe hunc locum legendum , ſicut exhibetur ab Alex. & Pal. MSS.*

(5) *Vat.* reſiſtet tibi ϴ contra faciem tuam) Ex tunc &c.

(6) *Vat.* terra Ψ tremuit) & quievit . *In Pal. ſequior cura reſcripſit* timuit *pro* tremuit : *deinde idem Pal.* Diapſalma *præterit* .

(7) *Vat. præſenti verſu prorſus cum Rom. tum quod ad ejuſdem finem legitur* Diapſalma *Pal. omittit* .

(8) *Alex.* cogitationum . *Ceterum Vatic. hoc verſu & obelum omittit , & Rom. exprimit* .

(9) *Vat.* qui in circuitu ei ſunt , offerunt munera ϴ terribili Deo) *deinde altero verſiculo* : Terribili & ei &c. *Pal. & Alex. in præſenti* , afferent munera : *& infra Alex.* qui auferunt ſpiritum principum .

F.V.N.

PSALMUS LXXVI.

In Finem · Pro Idithun · Psalmus Asaph ·

Psalmus hic ad Fidelium congregationem pertinet. quæ vitia hujus sæculi transiliens ad illum finem pervenit. cui nihil potest simile reperiri.

*VOce mea ad Dominum clamavi. * vox mea ad Deum. & intendit mihi·*

In die tribulationis meæ Deum [1] *exquisivi manibus meis. * nocte coram eo. & non sum deceptus·*

Negavi [2] *consolari animam meam. * memor fui Dei. & delectatus sum.*

Exercitatus sum. & defecit paulisper spiritus meus· * Diapsalma · *Anticipaverunt vigilias oculi mei. * turbatus sum. & non sum locutus.*

*Cogitavi dies antiquos. * & annos æternos in mente habui.*

*Et meditatus sum nocte cum corde meo. * exercitabar. & ventilabam in me spiritum meum·*

Et dixi · Numquid in æternum pro-

In Finem · Pro Idithun · Psalmus Asaph ·

VOce mea ad Dominum clamavi · * [3] voce mea ad Deum. & intendit mihi·

In die tribulationis meæ Deum exquisivi. * manibus meis nocte contra eum. & non sum deceptus·

Renuit [4] consolari anima mea. * memor fui Dei. ÷ & ‡ delectatus sum. * ÷ & ‡ exercitatus sum. & defecit spiritus meus· *Diapsalma*·

Anticipaverunt vigilias oculi mei· * turbatus sum. & non sum locutus·

Cogitavi dies antiquos· * ÷ & ‡ annos æternos [5] ÷ in mente habui ‡

÷ Et ‡ meditatus sum nocte cum corde meo. * ÷ & ‡ [6] exercitabar. & scopebam spiritum meum·

Numquid [7] in æternum projiciet Deus?

---

(1) *Holst.* Distinguendum post *exquisivi*; ut Cassin. & Florent. & sic LXX. edit. Rom. & MS. Barberini, & S. Augustinus, atque ita ex Hebræorum fontibus Symmachus: *ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐκτεταμένη*: & S. Hieronymus: *manus mea nocte extenditur.*

Pro Holst. faciunt & Psalt. versibus prisco more distincta Thomasii, Alex. MS. & Græci Anglicani Alex.

(2) *MSS. Archivi S. Petri*, negavit consolari anima mea: *Aug. etiam in melioris notæ Codd. eandem lectionem sequi auctores sunt Maurini ad hunc locum. S. Bruno:* Noluit consolari anima mea: *Græc.* Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου·

(3) *Vat.* Ψ vox mea) ad Deum, & respexit me: *tum Alex.* & intendit me. *Idem Vat. subsequenti versu Rom. imitatur, solum ab eo aliquantulum distans verborum ordine, quo ait:* manibus meis coram eo nocte, & non sum deceptus.

(4) *Vat. omissis utroque obelo & subsequenti* Diapsalma *Rom. omnino sequitur. Mart. & Val. primum obelum pariter omittunt. Alex. tamen una cum editis a Mart. & Val. Hieronymianis ex Hebræo Versionibus illud* memor fui Dei, & delectatus sum, *ex Hebræo exprimunt*, Recordans Dei conturbabar, *quod sane copulam non admittit. Alex. idem Gallic. exemplari alteram copulam ante vocem* exercitatus *tacet, quam Val. minus recte sine obelo scripsit.*

(5) *Pal. & ex eo Val.* ÷ in ‡ mente habui, *vocem* אזכרה *subsequentis versiculi Hebraici fontis ad præsentem scite referens. Vat. hujus & subsequentis versiculi obelos nescit.*

(6) *Vat.* & exercitabam, & ventilabam spiritum meum.

(7) *Idem Vat.* Ne in æternum projiciet Dominus, & non apponet ut beneplacitum sit adhuc. *Pal.* & non ÷ apponet ‡ *vocula* & *loco alterius aut cum Alex. substituta. Cetera hunc obelum nesciunt recentiores Hieronymi editiones: sed Vallars.*

*projiciet Deus? * aut non apponet ut beneplacitum sit ei adhuc? * aut in finem misericordiam suam abscidet a sæculo & generatione?*

Nũquid obliviscetur misereri Deus? * *aut continebit in ira misericordiam suam?*

Diapsalma·

Et dixi· Nunc cœpi· hæc est [1] *mutatio dexteræ Excelsi·* * *Memor fui operum Domini·* * *quia memor ero ab initio mirabilium tuorum·*

Et meditatus sum in omnibus operibus tuis. * *& in observationibus tuis me exercebo·*

Deus. in sancto via tua. qui deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia solus·

Notam fecisti in populis virtutem tuam· * *liberasti in brachio tuo populum tuum. filios Israel & Joseph·*

Diapsalma·

Viderunt te aquæ. Deus. viderunt te aquæ· & timuerunt. * *turbatæ sunt abyssi·* * *multitudo sonitus aquarum. vocem dederunt nubes·*

Etenim sagittæ tuæ pertransierunt· * *vox tonitrui tui in rota·*

Illuxerunt coruscationes tuæ Orbi terræ· * *vidit. & commota est terra·*

In mari via tua. & semitæ tuæ in aquis multis· * *& vestigia tua non cognoscentur·*

Deduxisti (sicut oves) populum tuum. * *in manu Moysi & Aaron·*

Deus? * aut non ÷ apponet : ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam [2] abscindet. * a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus? * aut continebit in ira ÷ sua : misericordias suas? *Diapsalma*·

Et dixi· ÷ Nunc : cœpi· * hæc mutatio dexteræ Excelsi·

Memor fui operum Domini· * quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorum·

Et meditabor in omnibus operibus tuis. * & in [3] adinventionibus tuis exercebor·

Deus. in sancto via tua. * quis deus magnus sicut Deus ÷ noster? : tu es Deus qui facis mirabilia·

Notam fecisti in populis virtutem tuam· * redemisti in brachio ÷ tuo : populum tuum. filios Jacob & Joseph·

Diapsalma·

Viderunt te aquæ. Deus. * viderunt te aquæ· & timuerunt.* & turbatæ sunt abyssi·

Multitudo [4] sonitus aquarum· * vocem dederunt nubes·

Etenim sagittæ tuæ transeunt·* vox tonitrui tui in rota·

Illuxerunt [5] coruscationes tuæ Orbi ÷ terræ : * commota est & contremuit terra·

In mari via tua. & semitæ tuæ in aquis multis· * & vestigia tua non cognoscentur·

Deduxisti (sicut oves) populum tuum. * in manu Moysi & Aaron·

ORA-

Vallarf. pace rectè adstruit Thomasius; quandoquidem illud apponet, *quod hodie resonat in Heb. fonte, non invenit Hieron. in eodem, sive Alex. MS. consulas, sive editas ex Hebræo S. Patris Versiones.* (1) *D. 144. cum Aug. & Ver.* immutatio.

(2) *Vat.* Ψ abscondet) complacebit verbum a generatione & generatione : *tum duos proximè sequentes obelos præterit.*

(3) *Alex.* & in Adventionibus ; *Vat.* & in observationibus tuis exercebor. *Idem Vat. subsequenti & altero versu obelis neglectis Roman. sequitur.*

(4) *Vat.* A multitudine sonitus &c.

(5 *Vat. idem*: Illuxerunt fulgura tua &c. *tum subsequenti versu*: In mari Ψ viæ tuæ, & semitæ tuæ &c.

ORATIO.

MIrabilium omnium operator immense. Deus. qui quondam aquas [1] in aspectu tuo assistentes. deinceps in vina mutasti. te humiliter imploramus. ut suscepta voce clamoris nostri misericordiam nobis (quam nunquam oblivisceris) largiaris. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

F.V.N.

PSALMUS LXXVII.

Intellectus Asaph.

Vox Prophetæ ad Judæos enumerantis quanta munera Deus eis tribuerit. vel mirabilia ostenderit. qualisque in eis vindicta provenerit.

ATtendite popule meus legem meã. *inclinate aurem vestram in verba oris mei.*

Aperiam in parabolis os meum. *loquar propositiones ab initio sæculi.*

Quanta audivimus & cognovimus ea: *& patres nostri [2] narraverunt nobis.*

(Non sunt occultata a filiis eorum. *in generatione altera.)*

Narrantes laudes DOMINI [3] *& virtutes ejus.* *& mirabilia ejus. quæ fecit.*

Et suscitavit testimonium in Jacob. *& legem posuit in Israel.*

Quam mandavit patribus nostris. ut notam facerent eam filiis suis. * *ut cognoscat generatio altera.*

Filii qui nascentur. exurgent. *& narrabunt eam filiis suis.*

Ut ponant in Deo spem suam. *& non obliviscantur operum Dei sui.* *& mandata ejus exquirant.*

Ne

Intellectus Asaph.

ATtendite [5] popule meus legem meam. * inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam [6] in parabolis os meum. * loquar propositiones ab initio.

Quanta audivimus & cognovimus [7] ÷ ea: * & patres nostri narraverunt nobis.

(Non sunt occultata a filiis eorum.* [8] in generatione altera.)

Narrantes laudes DOMINI & virtutes ejus. * & mirabilia ejus. quæ fecit.

÷ Et ‡ [9] suscitavit testimonium in Jacob. * & legem posuit in Israel.

Quanta [10] mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis. * ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascentur [11] & exurgent. * & narrabunt filiis suis.

Ut ponant in Deo spem suam. * & non obliviscantur [12] operum Dei. * & mandata ejus exquirant.

Ne

(1) *Vat. & Pal.* in conspectu tuo sistentes.
(2) *D.* 144. annuntiaverunt.
(3) *Copulam heic omittit Vat.* 84.
(4) *Uterque Archivi MS.* ut cognoscant.
(5) *MSS. nostri omnes*, populus meus.
(6) *Alex.* in parabola.
(7) *Quem heic cum Pal. MS. & antiquis ex Heb. Versionibus qua Alex. MS. qua recens editis a Mart. & Val. adstruit obelum Thomas. cum hodierno Heb. rejiciunt iidem Mart. & Vall. nec non & Vat.* (8) *Alex.* in generationem alteram.

(9) *Et hoc loco cum antiquis Versionibus ex Heb. & Alex. & editis a Mart. & Val. obelum adstruit Thomasius, quem obelum cum hodierno Heb. textu rejiciunt Mart. Val. atque Pal. MS.*
(10) *Vat.* Quanta ...., ut nota facerent &c.
(11) *Cum obelo* ÷ & ‡ exsurgent *legit hoc loco Thom. cum Mart. Val. & Pal. MS. quod de more Vallars. latet. Vat. eam copulam tacet; tum:* & narrabunt ea filiis suis.
(12) *Alex.* opera Dei. *Vat. subsequenti versu prorsus ut Rom.*

*Ne fiant ſicut patres eorum . genus pravum & peramarum . * genus quod non direxit cor ſuum . & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus .*

*Filii Ephrem intendentes arcum . * & mittentes ſagittas ſuas . converſi ſunt in die belli .*

*Non cuſtodierunt teſtamentum Dei ſui . * & in lege ejus noluerunt ambulare .*

*Et obliti ſunt benefactorum ejus . * & mirabilium ejus . quæ oſtendit eis coram patribus eorum .*

*Fecit mirabilia in terra Ægypti . * in campo Taneos .*

*Interrupit mare . & perduxit eos . * & ſtatuit aquas quaſi [1] in utrem .*

*Et eduxit eos in nube diei . * & tota nocte in illuminatione ignis . [2]*

*Interrupit in eremo petram . * & adaquavit eos velut [3] abyſſus multa .*

*Et eduxit aquam de petra . * & eduxit (tamquam flumina) aquas .*

*Et appoſuerunt adhuc peccare ei . * [4] in iram concitaverunt Excelſum in ſiccitate .*

*Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis . ut peterent eſcas animabus ſuis . * & male locuti ſunt de Deo . & dixerunt .*

Ne fiant ſicut patres eorum . * generatio prava & exaſperans .

Generatio [5] quæ non direxit cor ſuum . * & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus .

Filii Ephrem intendentes & mittentes [6] arcum . * converſi ſunt in die belli .

Non cuſtodierunt teſtamentum Dei . * & in lege ejus noluerunt ambulare .

Et obliti ſunt benefactorum ejus . * & mirabilium ejus . quæ oſtendit eis . [7]

Coram patribus eorum [8] fecit mirabilia in terra Ægypti. * in campo Taneos .

Interrupit mare . & perduxit eos . * [9] & ſtatuit aquas quaſi in utre .

Et deduxit eos in nube diei . * & tota nocte in illuminatione ignis .

Interrupit [10] petram in eremo . * & adaquavit eos velut in abyſſo multa .

Et [11] deduxit aquam de petra . * & eduxit (tamquam flumina) aquas .

Et appoſuerunt [12] adhuc peccare ei. * in iram excitaverunt Excelſum in inaquoſo .

Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis . * ut peterent eſcas animabus ſuis.

Et male locuti ſunt de Deo . * [13] dixerunt.

(1) *Holſt. quaſi in utrem .* Alter MS. noſter cum Caſſin. legit *in utre* , & ſic Ambroſ. LXX. *ὡσεὶ ἀσκόν , quaſi utrem .* Noſter olim legiſſe videtur *ὡς εἰς ἀσκόν .*

(2) *D.* 144. in illuminatione noctis .

(3) *Vat.* 84. *cum Aug. Caſſ. & Ambroſ. juxta* LXX: *ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ* , velut in abyſſo multa .

(4) *Uterque Archivi MS. cum Vatic.* 84. *& Brun.* in ira .

(5) *Vat.* Genus quod non direxit cor ſuum , ℨ nec eſt &c. *Tum Mart.* ÷ & non eſt ⁑ creditus : *Val. cum Pal. MS.* & non ÷ eſt ⁑ creditus . *Neutrum bene , Hebræus enim vel* nec fidelis fuit cum Deo ſpiritus ejus ; *vel cum Alex.* & non credidit Deo ſpiritus ejus .

(6) *Alex.* arcus .

(7) *Heic habet Pal.* Diapſalma , *non exacte altero ab hoc verſiculo , uti vellet Vallarſ.*

(8) *Alex.* quæ fecit mirabilia . *Vat.* ℞ fecit mirabilia .

(9) *Copulam & ante* ſtatuit *omittit Alex. qui deinde cum Pal.* quaſi in utrem .

(10) *Vatic.* Interrupit ÷ petram ⁑ in deſerto, *tum cum Alex.* & aquavit .

(11) *Alex.* Et eduxit aquam de petra : *& deinde cum Vatic. & Pal.* & deduxit tanquam flumina &c.

(12) *Vat.* adhuc peccare ei , Θ &) exacerbaverunt excelſum in ſiccitate . *Pal. legit* , in ira, *de* in iram *recentiori litura deleta litera* m , *& Alex.* in ira .

(13) *Mart. & Val.* Et ÷ male ⁑ loquuti ; *ſed minus rectè , ut ipſemet Vallarſ. fatetur . Tum Alex.* & dixerunt : *rectius Vat.* ÷ & ⁑ dixerunt .

runt . Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

*Quoniam percussit petram . & fluxerunt aquæ . * & torrentes inundaverunt .*

*Numquid & panem poterit dare? * aut parare mensam populo suo?*

Ideo audivit DOMINUS *. * & distulit . * & superposuit . * & ignis accensus est in Jacob . * & ira ascendit in Israel .*

*Quia non crediderunt in Deũ suũ . * nec speraverunt in* SALUTARE *ejus .*

*Et mandavit nubibus desuper . * & januas cæli aperuit . * & pluit illis manna manducare .*

*Panem cæli dedit eis . panem Angelorum manducavit homo . * frumentationem misit eis in abundantia .*

*Et excitavit Austrum de cælo . * & induxit in virtute sua Africum .*

*Et pluit super eos (sicut pulverem) carnes . * & (sicut arenam maris) volatilia pennata .*

*Et ceciderunt in medio castrorum eorum . * circa tabernacula eorum .*

*Et manducaverunt . & saturati sunt nimis . * & desiderium eorum [1] attulit eis . & non sunt fraudati a desiderio suo .*

*Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum . * & ira Dei ascendit super eos .*

*Et occidit plurimos eorum . * & electos*

xerunt . Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Quoniam percussit petram . & fluxerunt aquæ . * [2] & torrentes inundaverunt .

Numquid & panem [3] poterit dare? * aut parare mensam populo suo?

Ideo audivit DOMINUS . & distulit . * & ignis accensus est in Jacob . * & ira ascendit in Israel .

Quia nõ crediderunt [4] ÷ in ‡ Deo. * nec speraverunt in SALUTARI ejus .

Et mandavit nubibus desuper . * & januas cæli aperuit .

Et pluit illis [5] manna ad manducandum . * & panem cæli dedit eis .

Panem Angelorum manducavit homo . * [6] cibaria misit eis in abundantia .

Transtulit Austrum de cælo . * & induxit in virtute sua Africum .

Et pluit super eos (sicut pulverem) carnes . * & (sicut [7] arenam maris) volatilia pennata .

Et ceciderunt in medio castrorum eorum . * circa tabernacula eorum .

Et manducaverunt . & saturati sunt nimis . * & desiderium eorum attulit eis . * non sunt fraudati a desiderio suo .

Adhuc escæ [8] ÷ eorũ ‡ erant in ore ipsorũ . * & ira Dei ascendit super eos .

Et occidit pingues eorum . * & electos Israel impedivit .

In

(1) *Vat.* 84. optulit .

(2) *Nullo jure Pal. ait* ÷ & ‡ torrentes: *qui, etiam absoluto, qui proxime sequitur, versu,* Diapsalma *subjungit.*

(3) *Alex.* potest .

(4) *Ad fidem hodierni Hebraici textus obelum hunc Vallars. expungit: sed Thomasius haud raro vetustissimis Versionibus ut Alex. & aliorum MSS. inter quos suos vocula* in *destitutos se invenisse testatur Vallarsius idem Tom. 10. col. 1229. bis unquam Thomasius haud raro primas defert, atque ob illas nostri temporis Hebræum deserit.*

(5) *Alex.* mannam . *Vat.* manna manducare 7 panem &c.

(6) *Idem Vat.* frumentationem misit ÷ eis ‡ in abundantia . *Pal. & Alex.* in abundantiam . *Tum subsequenti versu Vatic.* Θ &) excitavit Austrum .

(7) *In Pal. sequiori cura* arena *factum visitur.*

(8) *Obelum istum positum juxta vetera exemplaria Hieronymiana Versionis Alex. & edita a Mart. & Val. atque juxta Pal. nostrum, antequam Vallarsii censura notaretur jam sustulerat Thomasius. Vide alterum ejus Psalt. Vat.* Adhuc esca eorum, *& in fine versiculi cum Alex.* ascendit in eos . *Vat. subsequenti versu juxta Rom.* Et occidit plurimos &c.

eos Israel impedivit ·

*In omnibus his peccaverunt adhuc · * & non crediderunt in mirabilibus ejus·*

*Et defecerunt in vanitate dies eorum · * & anni eorum cum festinantia·*

*Cum occideret eos . tunc inquirebant eum . *[1] & convertebantur . & ante lucem veniebant ad Deum ·*

*Et [2] memorati sunt quia Deus adjutor eorum est · * & Deus Excelsus liberator eorum est ·*

*Et dilexerunt eum in ore suo . *[3] & lingua sua mentiti sunt ei ·*

*Cor autem eorum non erat rectum cum eo · * nec fides habita est illis in testamento ejus ·*

*Ipse autem [4] est misericors . & propitius fiet peccatis eorum · * & non disperdet eos ·*

*Et multiplicavit ut averteret iram suam ab eis · * & non accendit omnem iram suam ·*

*Et memoratus est quia caro sunt · * spiritus vadens & non rediens ·*

Quo-

In omnibus his peccaverunt adhuc · * & non crediderunt [5] ÷ in : mirabilibus ejus ·

Et defecerunt in vanitate dies eorum . * & anni eorũ [6] cum festinatione·

Cum occideret eos . [7] quærebant eum · * & revertebantur . & diluculo veniebant ad eum ·

Et rememorati sunt quia Deus adjutor ÷ est : eorum · * & Deus Excelsus redemptor eorum [8] est ·

Et dilexerunt eum in ore suo . * & lingua sua mentiti sunt ei ·

Cor autem [9] eorum non erat rectum cum eo · * nec fideles habiti sunt in testamento ejus ·

Ipse [10] autem ÷ est : misericors . * ÷ & : propitius fiet peccatis ÷ eorum : * & non disperdet ÷ eos :

Et abundavit [11] ut averteret iram suam · * & non accendit omnem iram suam ·

Et [12] recordatus est quia caro sunt· * spiritus vadens & non rediens ·

Quo-

(1) *Holst. & convertebantur ante lucem & veniebant* . S. Ferreolus in Regula sua cap. 13. sincerius hunc locum legit : *& convertebantur , & ante lucem veniebant ad eum* , quod exactè LXX. respondet : καὶ ἐπέστρεφον , καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεὸν , unde & alius error patet , scilicet, *ad Deum* scribendum pro eo quod vulgò habemus *ad eum* , & sic corrigendum.

(2) *Vat.* 84. *cum Aug. Ver. & Ambros.* Et rememorati sunt.

(3) *Vat.* 84. *cum Aug.* & in lingua sua.

(4) *D.* 144. Ipse autem misericors, *omisso verbo* est. *Paullò inferius Vat.* 84. & propitius fit.

(5) *Vallars. licet obelum istum posuerit in suo Psalterio ; nihilominus quum deprehendat voculam in in Hebræorum textu , non vero in Græco , vellet potius asterisco eandem notari , quàm obelo: sed ei refragatur Alex. Vers. ex Heb. & Græcum, quo utimur , exemplar .*

(6) *Vat. qui superiorem obelum omiserat , heic habet* , cum festinantia.

(7) *Idem Vat.* tunc quærebaot eum , & convertebantur ante lucem & veniebant Ψ ad eum) *Alex. & Pal.* ad Deum; *quod Val. sequitur ob Græci textus auctoritatem habentis* πρὸς τὸν Θεόν . *Vide appositam Holstenii notam* .

(8) *Ultimam hanc versiculi vocem obelo jugulant Mart. & Val. qui postremus notavit duos obelos hujus versiculi in Pal. MS. & Cari editione desiderari : quod emendatione indiget, unus enim tantummodo desideratur ; quinimo juxta Heb. Vers. Alex. abundat in Mart. atque Val. Cetera Vat. hoc versu, cui Pal. subnectit* Diapsalma , *Rom. sequitur ; & proxime sequenti habet* : in ore suo ʘ & in) via , & lingua &c.

(9) *Alex. & Pal.* ipsorum : *tum circa finem Alex.* in testameorum ejus . *Vat. ut Rom.*

(10) *Vat. omnibus hujus loci obelis prætermissis,* Ipse autem est misericors ʘ & pius &c. *missa ultima vocula* eos , *quam se addidisse de suo Hieronymus testatur ne penderet sententia , latinusque sermo sua proprietate compleretur . Pal. vocem* eorum *sine obelo relinquit : Alex. vero* perdet *legit pro* disperdet.

(11) *Alex.* ut avertat: *& infra*, & non accendet.

(12) *Copulam ante vocem* recordatus *Pal. obelizat , non autem illam quæ præcedit* non rediens , *ut malè notatum invenies apud Vallarsium . Vat.* Et rememoratus est quia caro sunt. *Pal. idem versiculo subjungit* Diapsalma.

*Quotiens exacerbaverunt eum in deserto ? * [1] in iram concitaverunt eum in terra sine aqua ?*

*Et conversi sunt . & tentaverunt Deum ? * & Sanctum Israel exacerbaverunt ?*

*Non sunt recordati manus ejus . * qua die liberavit eos de manu tribulantis ·*

*Sicut posuit in Ægypto signa sua . * & prodigia sua in campo Taneos ·*

*Convertit in sanguinem flumina eorum . * & pluviales aquas eorum . ne biberent ·*

*Immisit in eos muscam caninam . & comedit eos · * ranam . & exterminavit eos ·*

*Et dedit ærugini fructus eorum . * & labores eorum locustæ ·*

*Occidit in grandine vineas eorum . * & moros eorum in pruina ·*

*Tradidit grandini jumenta eorum. * & possessiones eorum igni ·*

*Immisit in eos iram indignationis suæ · * indignationem & iram & tribulationem · * immissiones per angelos malos ·*

*Viam fecit semitæ iræ suæ . * & non pepercit a morte animabus eorum . * & jumenta eorum in morte conclusit ·*

*Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti · * primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham ·*

Et

Quoties exacerbaverunt eum in deserto ? * [2] in iram concitaverunt eum in inaquoso ?

Et conversi sunt . & tentaverunt Deum ? * & Sanctum Israel exacerbaverunt ?

Non [3] sunt recordati manus ejus .* die qua redemit eos de ÷ manu ↕ tribulantis ·

Sicut posuit in Ægypto signa sua . * & prodigia sua in campo Taneos ·

Et convertit in sanguinem flumina eorum . * & imbres [4] eorum . ne biberent ·

Misit in eos [5] cœnomyam . & comedit eos · * & ranam . & disperdidit eos ·

Et dedit ærugini fructus eorum . * & labores eorum locustæ ·

Et occidit in grandine [6] vineas eorum . * & moros eorum in pruina ·

Et tradidit grandini jumenta eorũ .* [7] & possessionem eorum igni ·

Misit in eos iram indignationis suæ ·* indignationem & iram & tribulationem · * immissiones per angelos malos ·

Viam fecit semitæ iræ suæ . * [8] & non pepercit a morte animabus eorũ.* & jumenta eorum in morte conclusit ·

Et percussit omne primogenitum [9] in terra Ægypti · * primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham .

Et

(1) *D.* 144. *&* *Vat.* 84. in ira .

(2) *Alex. & Pal.* in ira . *Vat. ut Rom.*

(3) *Et heic omisso obelo Vat. Rom. exprimit.*

(4) *Vocem* eorum ὀβελίζει *hoc loco Pal.*

(5) *Pal.* cynomiam , *corrupte quidem , sed insignem redolens antiquitatem . Vide Hieronym. epistola ad Sunn. & Fretel. & quæ annotavimus ad Exodi Veteres Titulos pag. 15. not. 2. Vat. hoc versu idem cum Rom.*

(6) *Alex.* vineam .

(7) *Vat.* & possessiones *cum Rom. quod paucis mutatis & proxime sequenti versu imitatur dicens :* Immisit ...... , indignationem ÷ iram & tribulationes , immissiones &c. *Alex. & Pal. heic habent* immissionem .

(8) *Vat.* ⊖ &) non pepercit : *Alex. eam copulam nescit , tum cum Pal. prosequitur :* a morte animarum eorum .

(9) *Pal.* in Ægypto, *sublata voce* terra , *quam nec Hebræus resonat : tum ait :* primitias laboris eorum : *Alex. vero ,* primitias laborum eorum : *Vat.* omnis laborum ipsorum . *Cetera superiorem vocem* terra *ante alteram* Ægypti *obelo resecavit , deinde Thomasius : demum finito versiculo Pal. addit* Diapsalma *& initio subsequentis Versiculi,* Et ÷ abs ↕ tulit : *Mart.* ÷ abstulit ↕ *contra apertam manifestamque rationem Hebraici fontis: fortasse typographi errore pro* ÷ abs ↕ tulit .

*Et abstulit (sicut oves) populum suum. * & perduxis eos (tamquam gregem) in deserto.*

*Et eduxit eos in spe . & non timuerunt. * & inimicos eorum operuit mare.*

*Et induxit eos in montem sanctificationis suæ . * montem hunc quem acquisivit dextera ejus.*

*Et ejecit a facie eorum gentes . & sorte divisit eis terram * in funiculo distributionis.*

*Et habitavis in tabernaculis eorum Tribus Israel. Et tentaverunt & exacerbaverunt Deum Excelsum. * & testimonia ejus non custodierunt.*

Et averterunt se . & non observaverunt [1] *pactum. quemadmodum patres eorum . * conversi sunt in arcum perversum.*

*In iram concitaverunt eum in collibus suis. * & in sculptilibus suis æmulati sunt eum.*

*Audivit Dominus . & sprevit . * & ad nihilum redegit nimis Israel.*

*Et repulit tabernaculum Silo . * tabernaculum suum . in quo habitavit inter homines.*

*Et tradidit in captivitatem virtutes eorum . * & pulchritudines eorum in manus inimici.*

Et [2] *conclusit in gladio populum suum . * & hereditatem suam sprevit.*

Ju-

Et abstulit (sicut oves) populum sum. * & perduxit eos (tamquam gregem) in deserto.

Et deduxit eos in spe . & non timuerunt. * & inimicos eorũ operuit mare.

Et induxit eos in montem [3] sanctificationis suæ. * montem quem acquisivit dextera ejus.

Et ejecit a facie eorum gentes. * & sorte divisit eis ÷ terram ⁝ in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum * Tribus Israel.

Et tentaverunt. & exacerbaverunt Deum Excelsum. * & testimonia ejus non custodierunt.

Et [4] averterunt se. & non servaverunt pactum. * quemadmodum patres eorum . conversi sunt in arcum pravũ.

In [5] iram concitaverunt eum in collibus suis. * & in sculptilibus suis ad æmulationem ÷ eum ⁝ provocaverunt.

Audivit [6] Deus. & sprevit. * & ad nihilum redegit valde Israel.

Et repulit [7] tabernaculum Silo. * tabernaculum ÷ suum ⁝ ubi habitavit in hominibus.

[8] ÷ Et ⁝ tradidit in captivitatem virtutem eorum. * & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suũ. * & hereditatem suam sprevit.

Ju-

(1) *Vocem* pactum *omittit Vat.* 84. *tum subsequenti versu*, In ira concitaverunt.

(2) *Copulam hanc voci* conclusit *præfixam Vatic.* 84. *omittit*.

(3) *Vat.* sanctificii sui, montem hunc quem &c. *deinde illum, qui proximè sequitur, obelum nescit: & altero versu:* Et habitavit in tabernaculis *cum Rom.*

(4) *Vat. idem*, ÷ Et ⁝ averterunt se & non observaverunt pactum. ...... ⊖ &) conversi sunt in arcum perversum. *Alex.* Et conversi sunt.

(5) *Alex.* In ira *cum Pal. atque Vat. quorum ille versiculo subjungit* Diapsalma; *iste in reliquis ejusdem versiculi Roman. prorsus imitatur. Tum obelum quo vox* eum *notatur, adoptatum primo fortasse ob Hieron. Vers. ex Heb. quam Alex. exhibet, illam vocem minime exprimentem, omisit altera Psalt. Editione Thomas.*

(6) *Vat.* ⊖ Et) audivit, *infra vero*, redegit nimis Israel.

(7) *Vat.* tabernaculum Selom, tabernaculum in quo habitavit inter homines.

(8) *Et hujus loci obelum cum Pal. adstruit sæpè memorata Alex. Vers. Heb. a quorum tamen fide heic recessisse Thomasium alterum ejus Psalt. legentibus constat.*

*Juvenes eorum comedit ignis . * & virgines eorum non sunt lamentatæ .*

*Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt . * & viduæ eorum non plorаverunt .*

*Et excitatus est (tamquam dormiens) Dominus . * quasi potens crapulatus a vino .*

*Et percussit inimicos suos in posteriora . * opprobrium sempiternum dedit eis .*

*Et repulit tabernaculum Joseph . * tribum Ephrem non elegit . * sed elegit tribum Juda . Montem Sion quem dilexit .*

*Et ædificavit (sicut unicornuorum) Sanctificationem suam . * in terra fundavit eam in sæcula .*

*Et elegit David servum suum . & sustulit eum de gregibus ovium . * & de post fœtantes accepit eum .*

*Pascere Jacob populum suum . * & Israel hereditatem suam .*

*Et pavit eos sine malitia cordis sui . * & in sensu manuum suarum deduxit eos .*

Juvenes eorum comedit ignis . * & virgines eorum non sunt lamentatæ .

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt . * & viduæ eorum [1] non plorabantur .

Et excitatus est (tamquã dormiens) Dominus . * tamquam potens crapulatus a vino .

Et percussit inimicos suos in posteriora . * opprobrium sempiternum dedit [2] illis .

Et repulit tabernaculum Joseph . * & tribum [3] Ephraim non elegit .

Sed [4] elegit tribum Juda . * Montem Sion quem dilexit .

Et ædificavit (sicut [5] unicornium) Sanctificium suum * in terra . quàm fundavit in sæcula .

Et elegit David servum suum . * [6] & sustulit eum de gregibus ovium . * de post fœtantes accepit eum .

Pascere Jacob servum suum . * & Israel hereditatem suam .

Et pavit eos in innocentia cordis sui . * & in intellectibus manuum suarum deduxit eos .

ORATIO.

Refice nos mannæ spiritalis alimento opulentissime largitor . omnipotens Deus . ut in sensum manuum tuarum directi . mereamur in monte adquisito tua dextera gloriari . Per .

PSAL-

(1) *Alex. & Vat.* non plorabuntur .
(2) *Vat. ut Rom.* dedit eis . (3) *Alex.* Efrem.
(4) *Voculam* sed *Alex. tacet* .
(5) *Vat.* unicornuum ...... in terra , fundavit eam in sæcula . *Pal.* sicut unicornis .

(6) *Pal. Mart. & Val.* & ÷ sus ⁝ tulit . *tum addita copula* & de post fœtantes , *quam tamen copulam rejicendam esse monet Vat. scribens* ⊖ &) de post fœtantes . *Idem Vat. ultimum Psalmi versum Romani verbis ipsis exprimit* .

PSALMUS LXXVIII. F.V.N.

Pſalmus Aſaph · | Pſalmus Aſaph ·

Vox Fidelium quanta in perſecutione pertulerint. narrantium. Deique potentia ſupplicantium vindicari ·

Al. *Vox Judæorum dicentium quanta in perſecutione Antiochi vel Gentium pertulerint. Deique potentia ſupplicantium correctionis voto vindicari ·*

*DEus venerunt gentes in hereditatem tuam. * coinquinaverunt Templum ſanctum tuum ·*

*Poſuerunt Jeruſalem velut pomorũ cuſtodiariũ · * poſuerunt mortalia Servorum tuorum eſcas volatilibus cæli · * carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ ·*

*Effuderunt ſanguinem eorum (ſicut aquam) in circuitu Jeruſalem. * & non erat qui ſepeliret ·*

*Facti ſumus in opprobrium vicinis noſtris · * [1] deriſum & contemptum his. qui in circuitu noſtro ſunt ·*

Vſquequo. DOMINE. *iraſceris? in finem? * [2] accendetur (velut ignis) zelus tuus?*

*Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt · * & in regna quæ non invocaverunt Nomen tuum.*

*Quia comederunt Jacob · * & locum ejus deſolaverunt ·*

*Ne memineris iniquitates noſtras antiquas. citò nos anticipet [3] miſericordia tua · * quia pauperes facti ſumus nimis ·*

*Adjuva nos Deus ſalutaris noſter. * & propter honorem Nominis tui Domine*

DEus venerunt [4] gentes in hereditatem tuam. * polluerunt Templum ſanctum tuum · * poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam ·

Poſuerunt morticina Servorum tuorum * eſcas volatilibus cæli · * carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ ·

Effuderunt [5] ſanguinem eorũ (tamquam aquam) * in circuitu Jeruſalem · * & non erat qui ſepeliret ·

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris · * [6] ſubſannatio & illuſio his. qui in circuitu noſtro ſunt ·

Uſquequo. DOMINE. iraſceris? in finem? * [7] accendetur (velut ignis) zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt · * & in regna quæ Nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Jacob · * & locum ejus deſolaverunt ·.

Ne memineris [8] iniquitatum noſtrarum antiquarum. * cito anticipent nos miſericordiæ tuæ · * quia pauperes facti ſumus nimis ·

Adjuva nos Deus ſalutaris noſter · * [9] & propter gloriam Nominis tui ÷ Domine

(1) *Vat.* 84. deriſu & contemptu: *Caſſ.* deriſui & contemptui.

(2) *Uterque Archivi MS.* accenditur.

(3) *Vat.* 84. miſericordia tua Domine, *juxta* LXX. *& Alex. Angliæ* οἱ οἰκτιρμοί σου.

(4) *Primo hoc & ſequenti ſecundo verſu Vat. Rom. ſimilis.*

(5) *Alex.* Et ſuderunt: *deinde cum Pal.* ſanguinem ipſorum.

(6) *Vat.* illuſione & deriſu his, qui ſunt in circuitu noſtro. *Alex.* qui circum nos ſunt. *Pal. vero heic habet* Diapſ.

(7) *Vat.* accenditur: *tum ſubſequenti verſu Rom. imitatur.*

(8) *Vat.* Ψ iniquitates noſtras) cito ÷ nos ⁑ anticipet miſericordia tua, Domine, quia pauperes &c. *Pal. illud* antiquarum *obelo notat.*

(9) *Ea copula deſtituuntur noſtri MSS. omnes juxta exemplar τῶν ὁ editionis: tum Vat.* propter Ψ honorem) nominis tui ÷ Domine ⁑ libera nos &c.

*mine libera nos . * & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.*

*Ne quando dicant Gentes. Ubi est Deus eorum ? * [1] & innotescant in nationibus coram oculis nostris.*

*Vindica sanguinem Servorum tuorum. qui effusus est. * intret in conspectu tuo gemitus compeditorum.*

*Secundum magnitudinem brachii tui. * posside filios [2] morte punitorum.*

*Redde vicinis nostris septuplum [3] in sinum eorum. * improperium ipsorum. quod exprobraverunt tibi Domine.*

*Nos autem populus tuus. & oves gregis tui. * confitebimur tibi Deus in sæcula. * & in sæculum sæculi narrabimus laudem tuam.*

Domine ‡ libera nos. * & propitius esto peccatis nostris propter Nomen tuum.

Ne forte dicant in Gentibus. Ubi est Deus eorum ? * [4] & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio [5] sanguinis Servorum tuorum. qui effusus est. * introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui. * posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. * improperium ipsorũ. [6] quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus. & oves pascuæ tuæ. * confitebimur [7] tibi in sæculũ.

In generationem & generationem. * annunciabimus laudem tuam ÷

ORATIO.

ANticipa nos. Domine. misericordia tua priusquam zelus iræ tuæ desæviat. ut adjuti patrociniis Beatorum (quorum propter te sanguis effusus est) propitiationem tuam cum peccatorum venia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum. Amen.

PSAL-

(1) *Helst. & innotescat:* MSS. nostri, Faber, Cajet. & Bruno *innotescant:* sed illa vera lectio LXX. καὶ γνωσθήτω, & sic Ambrosianum.

Quam nihili fecerunt observationem Editores anni 1663. *Mart. & Val. sequuntur.*

(2) *Vat.* 84. morti punitorum.

(3) *D.* 144. in sinu eorum *cum Cass.*

(4) *Vat. hoc versu Rom. sequitur eo solo discrimine, quo ait* ÷ & ‡ innotescat: *Pal. deinde finito versiculo addit* Diapsalma, *cujus locus minus bene de more a Vallars. notatur.*

(5) *Vat* Ψ Vindica sanguinem &c. *juxta Rom. Idem MS. subsequenti versu circa finem pro* mortificatorum *habet* morti punitorum: *fortasse legendum* morte &c.

(6) *Alex.* quo exprobraverunt: *Vat.* improperaverunt.

(7) *A Rom. quod hactenus hoc versu expresserat Vat. heic aliquantulum differt, scribens:* tibi Deus Ψ in sæcula: *tum Psal. concludens subjungit:* In generatione & progenie enarrabimus laudem tuam.

PSALMUS LXXIX.

F.V.N.

In Finem · Pro his qui commutabuntur · testimonium . Asaph · Psalmus Assyriorum ·

Vox Prophetæ de adventu Christi : & de Vineæ . idest . Ecclesiæ dilatatione ·

*QUI regis Israel . intende · * qui deducis (velut ovem) Joseph ·*

*Qui sedes super Cherubim . * appare coram Ephrem * Benjamin & Manasse ·*

*Excita potentiam tuam . & veni . * ut salvos facias nos ·*

*Domine Deus Virtutum converte nos · * & ostende faciem tuam . & salvi erimus ·*

DOMINE *Deus Virtutum . * quousque irasceris in orationem servi tui ?*

*Cibabis nos pane lacrymarum · * & potum dabis nobis in lacrymis in mensura ·*

*Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris · * & inimici nostri deriserunt nos ·*

*Domine Deus virtutum converte nos · * & ostende faciem tuam . & salvi erimus ·* Diapsalma ·

*Vineam ex Ægypto transtulisti · * ejecisti gentes . & plantasti eam ·*

*Viam fecisti in conspectu ejus · * & plantasti radices ejus . * & repleta est terra ·*

*Operuit montes umbra ejus · * & arbusta ejus cedros Dei ·*

Extendisti palmites ejus usque ad mare ·

F.V.N.

In Finem · Pro his qui commutabuntur · testimonium . Asaph · Psalmus ·

QUI regis Israel . intende · * qui [1] deducis (velut ovem) Joseph ·

Qui sedes super Cherubim . manifestare * coram Ephraim . [2] Benjamin & Manasse ·

Excita potentiam [3] tuam . * & veni . ut salvos facias nos ·

Deus converte nos · * & ostende faciem tuam . & salvi erimus ·

DOMINE Deus virtutum . * quousque irasceris [4] super orationem servi tui ?

Cibabis nos pane lacrymarum · * & potum dabis nobis in lacrymis in mensura ·

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris · * & inimici nostri [5] subsannaverunt nos ·

Deus Virtutum converte nos · * & ostende faciem tuam . & salvi erimus ·

Vineam de Ægypto [6] transtulisti · * ejecisti gentes . & plantasti eam ·

Dux itineris fuisti in conspectu ejus · * [7] plantasti radices ejus . & implevit terram ·

Operuit montes umbra ejus · * & arbusta ejus cedros Dei ·

Extendit [8] palmites suos usque ad mare ·

(1) *Pal.* ÷ de ‡ ducis . *Alex.* qui deduces tamquam oves &c.

(2) *MSS. nostri omnes addita copula* & Benjamin : *eadem legitur in Heb. & Græco . Vat.* appare coram Ψ Ephrem) & Benjamin .

(3) *Vocem* , tuam , *heic deserit Pal.*

(4) *Vat.* Ψ in orationem) servi tui .

(5) *Heic & subsequenti versu Vat. Rom. similis . Alex. paullo superius* : Posuisti nos in contradictione .

(6) *Pal. Mart. & Val.* ÷ trans ‡ tulisti ; *sed Heb. fons* הסיע *pro* transtulisti *nostri Interpretis , quod sonat* proficisci fecisti , *quod in rem nostram potius recidit* .

(7) *MSS. nostri omnes , ut & Heb. & Græc.* & plantasti, *addita copula . Vat. infra ,* & replevit terram .

(8) *Hoc & proximè sequenti versu Vat. Rom. imitatur* .

*mare. * & usque ad flumen propagines ejus.*

*Ut quid deposuisti maceriam ejus. * & vindemiant eam omnes. qui transeunt viam?*

*Exterminavit eam aper de silva. * & singularis ferus depastus est eam.*

*Domine Deus Virtutum converte nunc. * respice de cælo. & vide. & visita vineam istam. & dirige eam quam plantavit dextera tua. * & super filium hominis. quem confirmasti tibi.*

*Incensa igni & effossa manu. * ab increpatione vultus tui peribunt.*

*Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ. * & super filium hominis. quem confirmasti tibi. & non discedimus a te.*

Vivificasti[1] *nos. * & nomen tuum invocabimus.*

DOMINE *Deus Virtutum converte nos. * & ostende faciem tuam. & salvi erimus.*

mare. * & usque ad flumen propagines ejus.

Ut quid destruxisti maceriam ejus. * & vindemiant eam omnes. qui prætergrediuntur viam?

Exterminavit eam aper de silva. * & singularis ferus depastus est eam.

Deus Virtutũ convertere. * [2] respice de cælo. & vide. & visita vineam istam.

[3] Et perfice eam. quam plantavit dextera tua. * & super filium [4] hominis. quem confirmasti tibi.

Incensa[5] igni & suffossa. * ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ. * & super filium hominis. quem confirmasti tibi.

Et[6] non discedimus a te. * vivificabis nos. & nomen tuum invocabimus.

DOMINE Deus Virtutum converte nos. * [7] ÷ & ‡ ostende faciem tuam. & salvi erimus.

ORATIO.

Visita. Domine. vineam istam. quam de Ægypto tribulationum potenti dextera liberasti. ut respectu vultus tui vivificata. bonorum in te fructuum ubertate lætetur. Per.

ALIA.[a]

Deus omnipotens. qui misisti Filium tuum unigenitum. & ostendisti omnium Creatorem. respice super Vineam istam. quam plantavit dextera tua. & amputa ab ea spinas. & produc palmites ejus in fortitudinem. & dona eis fructum veritatis. Qui vivis & regnas in fæcula fæculorum.[8]

PSAL.

a Oratio S. Damasi Papæ ex ejus Actis & Vita apud Martium Milesium pag. 69. edit. Rom. 1638. & Biblioth. Patrum Lugdunensi tom. 27. pag. 67.

(1) *MSS. Archivi cum Vat. 84. Aug. Cass. Ver. & Ambros.* Vivificabis nos.
Græc. Ζωώσεις ἡμᾶς.

(2) *Vat.* converte nunc, & respice.

(3) *Idem*, & Ψ dirige) eam.

(4) *Vocem* hominis *tacent MSS. Alex. & Pal. eam, quippe quæ in Græco reperitur, ob hodiernum Heb. obelo prænotasse Hieronymum Val. credit: sed potiori jure ob ejusdem Hieronymi ex Heb. Versiones, quæ in antiquis MSS. leguntur, ut Alex. nostro, quæque eadem voce destituuntur.*

(5) *Mart. & Val.* ※ Incensa igni ‡ & suffossa: *sed eo asterisco, subjungit Vallars.* satius fuisset alterum dumtaxat, idest, *igni prænotari. At. MSS. nostri neutrum eo signo augent, & Græc.* Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ ϗ ἀνεσκαμμένη. *Vat.* & effossa ⊖ manu)

(6) *Alex.* Et non discedemus a te.

(7) *Sine obelo eam copulam scribunt MSS. nostri omnes cum Mart. & Val. licet, in Hebraico textu eadem non legatur.*

(8) *Alteram Orationem Missalis Gothici a Thomasio editi in libro inscripto* Codices Sacramentorum *in die solemni Paschæ, pag. 338. huc spectare nos monet Thomasius ipse. Eam reperies loco citato, & in altero Psalt. heic tertio loco repositam.*

PSALMUS LXXX. F.VI.N.

In Finem · Pro Torcularibus · Psalmus . Asaph · Quinta Sabbati ·

Propheta Fideles admonet ut multimodis vocibus Deum magnificent . & ne quisquam Idola . sed solum Deum adoret ·

*EXultate Deo adjutori nostro · * jubilate Deo Jacob ·*

*Sumite psalmum . & date tympanum . * psalterium jucundum cum cithara ·*

*Canite in initio mensis tuba . * [1] in die insigni solemnitatis vestræ ·*

*Quia præceptum in Israel est · * & judicium Deo Jacob ·*

*Testimonium in Joseph posuit eum · * dum exiret de terra Ægypti ·*

*Linguam . quam non noverat . audivit . * divertit ab oneribus dorsum ejus · * manus ejus in cophino servierunt ·*

*In tribulatione invocasti me . & liberavi te · * [2] exaudivi te in abscondito tempestatis · probavi te ad aquas contradictionis ·* Diapsalma ·

*Audi populus meus & loquar · * Israel . & testificabor tibi ·*

Israel si me audieris . non erit in te deus

In Finem · Pro Torcularibus · [3] Psalmus . ipsi Asaph ·

EXultate Deo adjutori nostro · * jubilate Deo Jacob ·

Sumite psalmum . & date tympanum . * psalterium jucundum cum cithara ·

Buccinate in neomenia tuba . * [4] in insigni die solemnitatis vestræ .

Quia præceptum [5] in Israel est · * & judicium Deo Jacob ·

Testimonium in Joseph posuit [6] ÷ illud ‡ * cum exiret de terra Ægypti · * linguam quam non noverat . audivit ·

Divertit ab oneribus dorsum ejus · * manus ejus in cophino servierunt ·

In tribulatione invocasti [7] ÷ me ‡ & liberavi te · * exaudivi te in abscondito tempestatis · * probavi te apud aquam contradictionis ·

Diapsalma ·

Audi [8] populus meus . & contestabor te · * Israel si audieris me . non erit in te

(1) *Holst. In die insigni solemnitatis vestræ.* Uterque MS. noster, & Bruno, & Faber, & Cajet. & Ambros. *insignis solemnitatis*, quod est contra LXX. *ἐν εὐσήμῳ ἡμέρας ἑορτῆς ὑμῶν* · Sed hinc apparet quod supra notavi, literas sequentis vocis priori temerè agglutinatas, quia libri ex unius dictantis ore a multis transcribebantur, qui sonum potius quàm sensum attendebant.

Vat.84. cum Cass. & Ver. Canite initio, *omissa vocula* in : *tum cum MSS. Archivi*, in die insignis solemnitatis vestræ.

(2) *Holst. exandivi te in abscondito tempestatis.* Melioris notæ MS. noster, & Bruno, & Faber, & Cajet. præmissa copula : *& exandivi te* ; sic etiam MS. Basilicæ recentior. Sed LXX. eam non agnoscunt, nec Ambros.

(3) *A nostris MSS. omnibus heic omittuntur voces* Psalmus, & ipsi : *tum a Vat. & Pal. additur* : Quinta Sabbati.

(4) *Vat.* in die insignis. *Vide superiorem Holst. notam. Alex. supra amanuensis vitio* : Buccinate in eo menia tuba.

(5) *Vat.* Quia præceptum Israel, *omissa præpositione* in : *deinde paulò inferius Alex.* & judicium Dei est.

(6) *Vocem* illud *sine obelo cum hodierno Heb. scribit Val. & nostris MSS. Veteres tamen Hieronymi Versiones, & Alex. MS. præsertim, cum Mart. sequitur Thomasius. Vat. hoc versu Rom. exprimit.*

(7) *Minus rectè nostri MSS. hujus loci obelo destituuntur : Vat. & subsequens proximum* Diapsalma *omittit.*

(8) *Alex.* Audi popule meus .....: Israel si audias me &c. *Vat.* Audi populus meus & testificabor tibi, Israel &c.

*deus recens. * neque adorabis deum alienum.*

Ego enim sum DOMINUS *Deus tuus. * qui eduxi te de terra Ægypti.*

*Dilata os tuum. & ego adimplebo illud. * Et non audivit populus meus vocem meam. & Israel non intendit mihi.*

*Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. * & ibunt in voluntatibus suis.*

*Si plebs mea audisset me. Israel [1] si vias meas ambulasset. * ad nihilum inimicos eorum humiliassem. * & super tribulantes eos misissem manum meam.*

Inimici DOMINI *mentiti sunt ei. * & erit tempus eorum in æternum.*

*Cibavit eos ex adipe frumenti. * & de petra. melle saturavit eos.*

in te deus recens. * neque adorabis deum alienum.

Ego [2] ÷ enim ⁑ sum DOMINUS Deus tuus. qui eduxi te de terra Ægypti. * dilata os tuum. & implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam. * & Israel non intendit mihi.

Et [3] dimisi eos secundum desideria cordis eorum. * ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me. * Israel ÷ si ⁑ in viis meis ambulasset.

Pro nihilo ÷ forsitan ⁑ inimicos eorum humiliassem. * & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici DOMINI mentiti sunt ei. * & erit tempus eorum [4] in sæcula.

Et cibavit eos ex adipe frumenti. * & de petra. melle saturavit eos.

ORATIO.

Dilata, Domine, supplicum ora ad adnunciandam gloriam tuam, ut Ægyptiis operibus retrorsum relictis. Nominis tui confessione lætemur. Per.

F.VI.N. PSALMUS LXXXI.

Psalmus Asaph.

Psalmus Asaph.

Propheta contra Judæos de Christi adventu loquitur. monens ut intelligant ipsum esse Christum [5]. qui in assumptione carnis pauper esse videbatur.

*Deus stetit in synagoga deorum. * in medio autem deos discernit.*

*Quousque judicatis iniquitatem? * & facies peccantium sumitis?*

Diapsalma.

*Judicate pupillo & egeno. * humilem & pauperem justificate.*

Eripite

Deus stetit in synagoga deorũ. * in medio ÷ autẽ ⁑ [6] deos dijudicat.

Usquequo judicatis iniquitatem? * & facies Peccatorum sumitis?

Diapsalma.

Judicate [7] egeno & pupillo. humilem & pauperem justificate.

Eripite

(1) *Vat. 84. juxta Aug. Cass. Ambros. Ver.* si in viis meis ambulasset: *& Græc.* ταῖς ὁδοῖς.

(2) *Vat.* Ego ÷ enim sum ⁑ Dominus &c. *Vat. omisso heic obelo juxta Rom. infra scribit*: & adimplebo illud.

(3) *Vat.* Et emisi illos; *deinde cum Rom.* in voluntatibus suis: *tum vero subsequentibus tribus versiculis omissis, qui in illis occurrunt, obelis idem Vat. Rom. exprimit. Et Alex. habet*: & dimisi illos.

(4) *Alex.* in sæculo: *prosequitur postea cum Pal.* Et cibavit illos; *concluditque demum*, saturavit illos: *Vat. vero*, melle satiavit eos.

(5) *Vat.* qui assumptione carnis, *omissa præpositione* in. (6) *Alex.* Deus dijudicat. *In utroque Psalt. Gall. & ex Heb. Vat. heic obelum nescit; tum subsequenti versu*: Quousque judicatis iniquitatem, & personam peccatorum sumitis? *Versu autem altero ab isto omnino juxta Rom.*

(7) *Alex.* egenum & pupillum.

*Eripite pauperem · * & egenum de manu [1] peccatoris liberate ·*

*Nescierunt neque intellexerunt . in tenebris ambulant · * movebuntur omnia fundamenta terræ ·*

*Ego dixi · Dii estis . * & filii Excelsi omnes ·*

*Vos autem (sicut homines) moriemini · * & (sicut unus de principibus) cadetis ·*

*Exurge Deus . judica terram · * quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus ·*

Eripite pauperem · * & egenum [2] de manu peccatoris liberate ·

Nescierunt neque intellexerunt . in tenebris ambulant · * movebuntur omnia fundamenta terræ · [3]

Ego dixi · Dii estis . * & filii Excelsi omnes ·

Vos autem [4] (sicut homines) moriemini · * & (sicut unus de principibus) cadetis ·

Surge Deus . judica terram · * quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus ·

ORATIO ·

DA nobis . Domine . secundum præceptum tuum ab iniquitatis judicio declinare . pauperumque necessitatibus subvenire . ut mereamur filiorum tuorum numero copulari · Per ·

PSALMUS LXXXII. F.VI.N.

Canticum psalmi Asaph ·

Canticum psalmi Asaph ·

Vox Fidelium deprecantium ne a satellitibus Antichristi diutius Ecclesia torqueatur . sed cito eorum contumacia opprimatur ·

*DEus quis similis erit tibi ? * ne taceas . neque compescaris Deus ·*

*Quoniam ecce inimici tui [5] sonaverunt · * & qui oderunt te extulerunt caput ·*

*In plebem tuam astute cogitaverunt consilium · * & cogitaverunt adversus Sanctos tuos ·*

Dixe-

DEus [6] ÷ quis similis erit tibi? : * ne taceas. neque compescaris Deus ·

Quoniam ecce inimici tui [7] sonuerunt · * & qui oderunt te extulerunt caput ·

Super [8] populum tuum malignaverunt consilium · * & cogitaverunt adversus Sanctos tuos ·

Dixe-

(1) *Vat.* 84. de manu peccatorum ·

(2) *Vatic.* de manu Ψ peccatorum) liberate Ψ eos)

(3) *Heic, non ad finem alterius ab isto versiculi, ut scribit male Val. Palat. MS. subjungit* Diapsalma ·

(4) *Vat.* tamquam homines : *& initio subsequentis ultimi versus juxta Rom.* Exurge Deus .

(5) *Holst. quoniam ecce inimici tui sonuerunt .* MS. uterque , & Cassin. *sonaverunt* ; & sic Fabri editio habet , & Brun.

(6) *Eo obelo carent Pal. MS. Mart. & Val. Eundem merito adstrui patet , quod Hieron. Heb. verteris juxta Alex. MS.* Deus ne taceas , ne sileas , & ne quiescas Deus : *editæ etiam Hieronymianæ Versiones , & hodiernus Hebraicus textus ab illorum verborum sensu vix differunt , nihilque simile illis* quis similis erit tibi ? *in iisdem invenies : perperam ergo ea nota negligitur · Vat. rem nostram confirmat, licet Antiquarii oscitantia grandiora puncta obelo respondentia non exhibeat. ait enim :* Deus ÷ quis similis tibi ? ne tacueris, neque &c.

(7) *Alex.* sonaverunt , *& infra* : extollerunt caput .

(8) *Vat.* Ψ In plebem tuam dolose cogitaverunt consilium &c.

Dixerunt. Venite. [1] *disperdamus eos ex gente. * & non memorabitur nomen Israel amplius.*

*Quoniam cogitaverunt consensum in unum. * adversus te testamentum disposuerunt.*

*Tabernacula Idumæorum & Ismahelitarum. * Moab & Agareni. Gebal & Ammon & Amalech. * & alienigenæ cum habitantibus Tyrum.*

*Etenim Assur simul venit cum illis. * facti sunt in susceptionem filiis Loth.*

Diapsalma.

*Fac illis sicut Madian & Sisaræ. & sicut Jabin in torrente Cison. * disperierunt in Endor. * facti sunt sicut stercus terræ.*

*Pone principes eorum sicut Horeb & Zeb & Zebee & Salmana. * omnes principes eorum. qui dixerunt.* [2] *Hereditatem possideamus nobis Sanctuarium Dei.*

*Deus meus pone illos ut rotam. * & sicut stipulam ante faciem venti. * & sicut ignem qui comburit* [3] *silvam. velut si flamma incendat montes.*

*Ita persequeris eos in tempestate tua. * & in ira tua conturbabis eos.*

*Imple facies eorum ignominia. * & quærent nomen tuum.* DOMINE.

Con-

Dixerunt. Venite. [4] & disperdamus eos de gente. * & non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitaverunt unanimiter simul. * [5] adversum te testamentum disposuerunt * tabernacula Idumæorum. & Ismahelitæ.

Moab & Agareni. Gebal & Ammon & Amalec. * alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis. * facti sunt [6] in adjutorium filiis Lot.

Diapsalma.

Fac illis sicut Madian & Sisaræ. * sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor. * facti sunt ut stercus terræ.

Pone principes eorum. * [7] sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana.

Omnes principes eorum. * qui dixerunt. [8] ÷ Hereditate ⁝ possideamus Sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos ut rotam. * & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis [9] ÷ qui ⁝ comburit silvam. * & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris [10] illos in tempestate tua. * & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia. * & quærent nomen tuum. DOMINE.

Eru-

(1) *D.* 144. & disperdamus eos de gente: *ea copula visitur & apud Aug. Brun. atque Græc.*

(2) *Uterque Archivi MS. cum Vat.* 84. *Aug. Cass. Brun. Ambros. Ver.* hereditate possideamus. *Vide Holst. pag. 66. n. 1.*

(3) Silvas: *plurium numero scribunt uterque Archivi MS. juxta Cass. & Brun.*

(4) *Vat.* ⁊ disperdamus, *& in fine pro ultra legit* amplius. *Alex.* & non memorabitur.

(5) *Alex.* adversus testamentum disposuerunt, *missa vocula* te. *Pal. secundis curis, & contra originalium Codicum fidem, juxta Val.* adversus testamentum tuum disposuerunt. *Vat. heic, & qui hinc deinceps sequuntur, tribus versibus Rom. adamussim imitatur, omisso inter illos occurrente* Diapsalma.

(6) *Thomasius secundis curis voculam* in *obelo notavit: eumdem obelum retinent Mart. & Vallars.*

(7) *Vat.* sicut Oreb, & Zebet, sicut Zebeæ, & Salmana.

(8) *Obelum hujus loci nescit Vat. qui & subsequenti versu una cum Pal. Alex. & Græc. tollit copulam præmissam vocibus* sicut stipulam.

(9) *Pal. MS. sine obelo scribit vocem* qui: *deinde Vat.* comburit silvas, sicut flamma &c. *Eam copulam præfixam vocibus* sicut flamma *præterit & Alex. juxta Græc.*

(10) *Hoc versu Rom. sequitur Vat. tum subsequenti Pal.* ÷ & ⁝ quærent, *sed immerito obelus ille scribitur. Eodem versu Alex.* Imple facies illorum &c.

*Confundantur & conturbentur in sæculum sæculi. * & revereantur. & pereant. & cognoscant * quoniam nomen tibi* DOMINUS.

*Tu solus altissimus * super omnem terram.*

Erubescant & conturbentur in sæculum ÷ sæculi ⁑ * [1] ÷ & ⁑ confundantur & pereant.

Et [2] cognoscant quia nomen tibi DOMINUS. * Tu solus altissimus in omni terra.

ORATIO.

Discute a nobis. Domine. omnem superfluitatis errorem. ut relictis gentibus vitiorum te solum (qui super omnem terram Altissimus inhabitas) metuamus. Per.

PSALMUS LXXXIII. F.VI.N.

In Finem. Pro Torcularibus. Filiis Core [3] psalmus.

In Finem. Pro Torcularibus. Filiis Core. psalmus.

Vox Ecclesiæ vehementer Deum desiderantis. & beatum esse profitentis. cui Dominus præstat auxilium.

Quam amabilia sunt Tabernacula tua. DOMINE *Virtutum! * concupivit. & defecit anima mea in atria* DOMINI.

*Cor meum & Caro mea exultaverunt in Deum vivum. * Etenim passer invenit sibi domum. * & turtur nidum. ubi reponat pullos suos.*

Altaria tua. DOMINE *Virtutum. * Rex meus. & Deus meus.*

*Beati qui habitant in domo tua. Domine. * in sæculum sæculi laudabunt te.*

Diapsalma.

*Beatus vir. cujus est auxilium abs te. Domine. * ascensus in corde ejus dispo-*

Quam [4] dilecta tabernacula tua. DOMINE Virtutum! * concupiscit. & deficit anima mea in atria DOMINI.

Cor meum & caro mea * [5] exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit ÷ sibi ⁑ domum. * & turtur nidum sibi. ubi ponat pullos suos.

Altaria tua. DOMINE Virtutum. * Rex meus. & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua. [6] ÷ Domine * in sæcula sæculorum ⁑ laudabunt te.

Diapsalma.

Beatus vir. cujus est auxilium abs te

(1) *Ea copula merito sine obelo ponitur in altero Thomasii Psalterio juxta Pal. & Mart. & Val. Cetera Vat. dum hoc versu Rom. exprimit utrumque obelum nescit.*

(2) *Vat.* Et sciant quia nomen tibi Deus ÷ tu ⁑ solus altissimus super omnem terram.

(3) *Postremam hujus Tituli vocem omittit uterque Archivi MS.* (4) *Vat.* Quam Ψ mirabilia) Θ sunt) tabernacula &c.

(5) *Mart. & Val.* exsultavit: *Hieron. hunc locum expendens ad Sunn. & Fretel. utrumque probat,* & exsultavit, & exsultaverunt.

(6) *Scribendum heic erat, ut visitur in altero Psalt.* ÷ Domine ⁑ in sæcula ÷ sæculorum ⁑ *quod fortasse typographi incuria mutatum est. Cetera MSS. nostri cum Mart. & Val. omittunt vocem* Domine *cum suo obelo: Vat. insuper etiam vocem* sæculorum *obelo resecat.*

disposuit [1] *in convalle lacrymarum. in loco quem disposuisti ei.*

*Etenim benedictionem dabit qui legem dedit. * ambulabunt de virtute in virtutem. videbitur Deus deorum in Sion.*

DOMINE *Deus Virtutum exaudi precem meam. * auribus percipe Deus Jacob.* Diapsalma.

*Protector noster aspice Deus. * & respice in faciem* CHRISTI *tui.*

*Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia.*

Elegi abjectus esse [2] *in domo Domini. * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

*Quoniam misericordiam & veritatem diligit Dominus. * gratiam & gloriam dabit* DEUS.

*Dominus non privabit bonis ambulantes in innocentia. ** DOMINE *Deus Virtutum. * beatus homo qui sperat in te.*

te. * [3] ascensiones in corde suo disposuit. * in valle lacrymarum. in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit Legislator. * ibunt de virtute in virtutem. * videbitur Deus deorum in Sion.

DOMINE Deus Virtutum [4] exaudi orationem meam. * auribus percipe Deus Jacob. *Diapsalma.*

Protector noster aspice Deus. * & respice ÷ in ‡ faciem CHRISTI tui.

Quia melior est dies ÷ una ‡ in atriis tuis * super millia.

Elegi abjectus esse [5] in domo Dei mei. * magis quam habitare in tabernaculis Peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem ÷ diligit Deus ‡ * gratiam & gloriam dabit DOMINUS.

Non [6] privabit bonis eos qui ambulant in innocentia. * DOMINE Virtutum. beatus homo qui sperat in te.

ORATIO.

TAbernaculorum cælestium fundator æterne. [7] Deus. dispone. quæsumus. ascensus in cordibus nostris. quibus ad tua tabernacula mereamur fine lapsu peccati conscendere. Per.

ALIA.

PRotector in te sperantium. Deus. salva nos sub tuo famulatu degentes. ut segregati a tabernaculis peccatorum digni efficiamur habitatores domus sanctæ tuæ. Per.

PSAL.

(1) *Holst. in convallem lacrymarum.* MS. noster melior, *in convalle*; atque ita Cajet. & Ambros. & Cassiod. & Bruno, & sic Faber edidit. S. Greg. quoque hoc modo citat Moral. lib. 30. cap. 15. & Homil. 19. in Ezechiel. & Joannes Diac. lib. 4. c. 62. Et mox uterque MS. noster, & Bruno, *in loco quem disposuit*: LXX. utrobique accusandi casu: *εἰς τὴν κοιλάδα, εἰς τὸν τόπον.*

(2) *Vat.* 84. *cum Cass.* in domo Dei. *Græc. etiam ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.*

(3) *Mart. & Val. verbum est obelo jugulant, sed fortasse minus apposite ad Heb. textum, quem consule, & contra omnes nostros MSS. atque Hieronymianam Vers. Alex. Tum Vat. Rom hoc eodem versu sequitur, eo servato discrimine, quo exhibet paullo inferius* in convalle fletus, *non* lacrymarum. *Subsequenti etiam versu, quo Alex. & Pal. ajunt*: Etenim benedictiones, *idem Vat. Rom. exprimit.*

(4) *Pal.* ÷ ex ‡ audi; *Vat.* orationem ÷ meam ‡ *uterque deinde* Diapsalma *omittit. Vat. insuper insequentes proxime duos obelos negligit.*

(5) *Vat.* in domo Dei ℞ magis &c. *Subsequenti etiam versu habet omisso obelo*, diligit Dominus Deus: gratiam & gloriam dabit, *omittitque deinde postremam vocem*, Dominus.

(6) *Vat. hoc versu Rom. sequitur. Alex. infra* Domine Deus virtutum, beatus vir qui sperat in te.

(7) *Vat.* vocem Deus *heic tacet.*

PSALMUS LXXXIV. F.VI.N.

In Finem · Filiis Core . pſalmus . In Finem · Filiis Core . pſalmus.[4]

Deo Propheta gratias agit . quoniam de illa antiquitate Judaicæ Nationis pervenit populus ad culturam Domini Salvatoris . expetitque adventum Chriſti . in quo humana cæcitas fidei lumen accepit ·

Benedixiſti. DOMINE. *terram tuam.* avertiſti captivitatem Jacob ·*

Remiſiſti iniquitatem [1] *plebi tuæ .* operuiſti omnia peccata eorum ·*

Diapſalma .

Mitigaſti omnem iram tuam . avertiſti ab ira indignationis tuæ ·*

Converte nos Deus SALUTARIS *noſter .* & averte iram tuam a nobis .** [2] *ut non in æternum iraſcaris nobis ·*

Neque extendas iram tuam a progenie in progenies . Deus tu convertens vivificabis nos · * & plebs tua lætabitur in te ·*

Oſtende nobis . DOMINE . *miſericordiam tuam .* &* SALUTARE *tuum da nobis ·*

Audiam quid loquatur in me DOMINUS *Deus .* quoniam loquetur pacem in plebem ſuam .* & ſuper Sanctos ſuos . & in eos qui convertentur ad ipſum ·*

Verumtamen prope [3] *eſt timentibus eum* SALUTARE *ipſius .* ut inhabitet gloria in terra noſtra ·*

PSALT. R.G. *Miſe-*

Benedixiſti . DOMINE. terram tuam.* avertiſti captivitatem Jacob ·

Remiſiſti [5] iniquitatem plebis tuæ .* operuiſti omnia peccata eorum ·

Diapſalma ·

Mitigaſti omnem iram tuam . * avertiſti ab ira indignationis tuæ ·

Converte nos Deus [6] SALUTARIS noſter .* & averte iram tuam a nobis ·

Numquid [7] in æternum iraſceris nobis ? * ÷ aut ⁑ extendes iram tuam a generatione in generationem ?

[8] ÷ Deus⁑ tu converſus vivificabis nos · * & plebs tua lætabitur in te ·

Oſtende nobis . DOMINE . miſericordiam tuam · * & SALUTARE tuum da nobis ·

Audiam quid loquatur [9] ÷ in me ⁑ DOMINUS Deus · * quoniam loquetur pacem in plebem ſuam ·

Et ſuper Sanctos ſuos .* & in eos qui [10] convertuntur ad cor ·

Verumtamen prope timentes eum SALUTARE ipſius .* ut [11] inhabitet gloria in terra noſtra ·

X Miſe-

(1) *Vat.* 84. *cum Archivi MS. D.* 144. *Aug. Caſſ. Brun. Ambros. Ver.* plebis tuæ : *sed noſtra legendi ratio Græc. conformior ,* τῷ λαῷ σȣ ·

(2) *Loco* ut non in æternum *Vat.* 84. *juxta Ambros.* ne in æternum : *tum subsequenti versu* a progenie in progeniem *ſingulari numero cum Græc. Aug. Caſſ. Ver. & Ambroſiano eodem .*

(3) *Holſt. Verumtamen prope eſt timentibus :* MS. noſter melior , Caſſiod. & Ambroſ. & Faber omittunt verbum *eſt* , quod nec LXX. agnoſcunt .

(4) *Vat. addit eo loci vocem* David .

(5) *Alex.* iniquitates , *plurium numero : quod ſequitur deinde* Diapſalma *omittit Vat.*

(6) *Alex.* Deus ſalutum noſtrarum ; *Vat. vero proſequitur :* & averte iracundiam tuam a nobis .

(7) *Vat.* Ne in æternum iraſcaris nobis ÷ aut ⁑ extendas iram tuam a generatione Ψ in) progenie . *Hujus verſiculi obelum Pal. neſcit , & quidem notante Val. minus recte .*

(8) *Vat. Rom. hoc versu imitatur , obelumque neſcit . Altero a præſenti verſiculo abſoluto Pal. adjungit* Diapſ.

(9) *Pal.* ÷ in ⁑ me Dominus Deus . *Alex.* in me ÷ Dominus Deus ⁑ *utrumque fortaſſe Antiquarii vitio . Proſequitur deinde idem Alex.* quoniam loquitur &c.

(10) *Vat.* qui convertuntur Ψ coram ipſo)

(11) *Pal.* ÷ in ⁑ habitet .

*Misericordia & veritas obviaverunt sibi. * justitia & pax complexæ sunt se.*

*Veritas de terra orta est. * & justitia de cælo prospexit.*

Etenim DOMINUS *dabit benignitatem. * & terra nostra dabit fructum suum.*

*Justitia ante eum ambulabit. * & ponet in via gressus suos.*

Misericordia & veritas obviaverunt ÷ sibi ⁝ * justitia & pax [1] osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est. * & justitia de cælo prospexit.

Etenim DOMINUS dabit benignitatem. * & terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit. * & ponet in via gressus suos.

ORATIO.

REmitte. Domine. iniquitatem plebis tuæ. & ostende nobis misericordiam tuam. quæ nos in viam pacis (justitia præcedente) perducat. Per.

F.VI.N.

PSALMUS LXXXV.

Oratio David.

Oratio [2] ÷ ipsi ⁝ David.

Oratio Christi ad Patrem pro se suisque Membris. quorum ipse Caput est.

I*Nclina.* DOMINE. *aurem tuam ad me. & exaudi me. * quoniam egenus & pauper sum ego.*

*Custodi animam meam. quoniam sanctus sum. * salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.*

*Miserere mihi. Domine. quoniam ad te clamavi tota die. * lætifica animam servi tui. * quia ad te. Domine. levavi animam meam.*

*Quoniam tu. Domine. suavis ac mitis es. * & copiosus in misericordia omnibus invocantibus te.*

Auribus percipe. DOMINE. *orationem meam. * & intende voci deprecationis meæ.*

*In die tribulationis meæ clamavi ad te. * quoniam exaudisti me.*

Non

INclina. DOMINE. aurem tuam ÷ & ⁝ exaudi me. * quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam. quoniam sanctus sum. [3] * salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine. quoniam [4] ad te clamavi tota die. * lætifica animam servi tui. quoniam ad te. Domine. animam meam levavi.

Quoniam tu. [5] Domine. suavis & mitis. * & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe. DOMINE. orationem meam. * & intende voci [6] deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te. * quia exaudisti me.

Non

(1) *Alex.* osculatæ sunt se. *Vat.* complexæ sunt.

(2) *Vocem* ipsi, *ejusque obelum Vat. nescit: qui & contextus versu primo Rom. adamussim exprimit.*

(3) *Vat.* quoniam sanctus es *recentiori cura accommodatum.*

(4) *Alex. & Pal.* ad te clamabo tota die. *Vat. hoc versu a Rom. solum differt quod heic scribat* ad te Ψ clamavi) tota die.

(5) *Alex.* Quoniam tu Dominus suavis: *Vat.* ac mitis ʘ es): *tum secundo ab hoc versiculo,* In die tribulationis &c. *Rom. sequitur.*

(6) *Alex.* orationis.

Non est similis tibi in diis Domine. * *& non est secundum opera tua.*

Omnes gentes quascumque fecisti. venient. & adorabunt coram te Domine. * *& honorificabunt Nomen tuum.*

Quoniam magnus es tu. & facie ns mirabilia. * *tu es Deus solus.*

Deduc me. DOMINE. *in via tua.* * *& ambulabo in veritate tua.*

Lætetur [1] *cor meum. ut timeat nomen tuum.* * *Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo. & honorificabo nomen tuum in æternum.*

Quoniam misericordia tua magna est super me. * *& eripuisti animam meam ex inferno inferiori.*

Deus injusti insurrexerunt in me. & synagoga potentium quæsierunt animam meam. * *& non proposuerunt te ante conspectum suum.*

Et tu. Domine Deus meus. miserator & misericors. * *patiens & multum misericors & verax.*

Respice in me. & miserere mei. * *da potestatem puero tuo. & salvum fac filium ancillæ tuæ.*

Fac mecum. Domine. signum [2] *in bonum.* * *ut videant qui me oderunt. & confundantur.*

Quoniam tu. DOMINE. *adjuvisti me.* * *& consolatus es me.*

Non est similis tui in diis Domine. * & non est secundum opera tua.

Omnes Gentes quas ÷cumque⁝ fecisti. venient. * & adorabunt coram te. Domine. * [3] & glorificabunt Nomen tuum.

Quoniam magnus es tu. & faciens mirabilia. * tu ÷ es ⁝ Deus solus. [4]

Deduc me. DOMINE. in via tua. * & ingrediar in veritate tua. * lætetur cor meum. [5] ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo. * & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna [6] est super me. * & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus [7] iniqui insurrexerũt super me.* & synagoga potentium quæsierunt animam meam. * & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu. [8] Domine Deus. miserator & misericors. * patiens & multæ misericordiæ & verax.

Respice in me. & miserere mei. * da imperium tuum puero tuo. * & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum [9] in bonum. ut videant qui oderunt me. & confundantur. * quoniam tu. DOMINE. adjuvisti me. & consolatus es me.

ORATIO.

LÆtifica. Domine. vultum Familiæ tuæ. & erue animas nostras ex inferno inferiori. ut tui vultus contemplatione protecti. desideria carnis spiritali dominatione calcemus. Per.

(1) *Holst. Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum*: MS. melior, & Faber legunt *timeam*: LXX. τῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σε. quod utroque modo reddi potest: sic Psal. 100. τῦ ἐξολοθρεῦσαι, *ut disperdam*.

(2) *Vat.* 84. in bono *cum Aug. & Caff. versu autem subsequenti*, adjuvasti me, *pro* adjuvisti me *habet idem MS.*

(3) *Vat.* & Ψ honorificabunt) nomen tuum.

(4) *Heic habet Pal.* Diapsalma.

(5) *Alex.* ut timeam. *Vide superiorem Holst. notam.*

(6) *Verbum* est *hujus loci obelo resecant Mart. Val. & Thomasius ipse in altero Psalt. non tamen MSS. nostri: tum Pal.* & eripuisti: *demum finito versiculo subnectit* Diapf.

(7) *Vat.* Deus injusti insurrexerunt: *& paullo inferius omittit* & non *ante voces* proposuerunt te. *Pal. de more* ÷ pro ⁝ posuerunt.

(8) *Vat. idem*, Et tu Domine Deus misericors, & miserator, longanimis & multum misericors & verax. *Idem MS. subsequentem versum Rom. verbis exprimit.*

(9) *Alex. & Pal.* in bono. *Deinde Alex. paulò infra*, adjuvasti me.

ALIA.

DEduc. Domine. nos in via veritatis tuæ. ut exultantes timeamus te. & confiteamur Nomini sancto tuo. ut simus bonis operibus signati. & confundantur inimici nostri. Per.

F.VI.N. PSALMUS LXXXVI.

[1] In Finem. Filiis Core. psalmus cantici.

Filiis Core. psalmus cantici.

Vox Prophetæ de cælesti Jerusalem. idest. Ecclesia Christi.

FUndamenta ejus in montibus sanctis. * *Diligit* DOMINUS *portas Sion. super omnia tabernacula Jacob.*
Gloriosa dicta sunt de te. Civitas Dei. * Diapsalma. *Memor ero Raab & Babylonis.* [2] *scientium me.*
Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum. * *hi fuerunt in ea.*
Mater [3] *Sion dicet. homo. & homo factus est in ea.* * *& ipse fundavit eam Altissimus.*
DOMINUS *narravit in scripturis populorum suorum.* * *& principum eorum qui fuerunt in ea.*
Diapsalma.
Sicut lætantium omnium nostrum * *habitatio est in te.*

FUndamenta ejus in Montibus sanctis. * Diligit DOMINUS portas Sion. * super omnia tabernacula Jacob.
Gloriosa dicta sunt de te. * Civitas Dei. [4] *Diapsalma.*
Memor ero Rahab & Babylonis. * scientium me.
Ecce alienigenæ & Tyrus [5] & ÷ populus ⁝ Æthiopum. * hi fuerunt illic.
Numquid [6] Sion dicet. Homo. & homo natus est in ea. * & ipse fundavit eam Altissimus?
DOMINUS [7] narrabit in scripturis populorum. * & principum horum qui fuerunt in ea. *Diapsalma.*
Sicut lætantium * omnium [8] habitatio est in te.

ORATIO.

FUndamentum fidei nostræ. Deus. qui in montibus sanctis (tamquam in excelsis montibus) æternitatis portas justitia muniente componis. concede nobis id te gloriose credere. [9] teque ad redemptionem nostram Hominem

(1) *Uterque Archivi MS. cum Vat. 84. ut & altero MS. a Thomasio notato, voces* In Finem *hoc Titulo nesciunt.*

(2) *Vat.* 84. scientibus me, *juxta Aug. Cass. Ambros. & Ver. cum LXX.* τοῖς γινώσκουσί με.

(3) *Holst. Mater Sion dicet, homo*: Uterque MS. distinguit: *Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea*, quemadmodum Sixtina: Et Ambrosius & Cassiod. sic legendum & distinguendum contendunt, & ita S. Bruno. Sed hoc sensum loci invertit: jungenda enim: *homo & homo factus est in ea*: hoc est diversi generis & nationis homines. Sic alibi, *in corde & corde locuti sunt*, & alia similia.

(4) *Tacet heic Pal.* Diapsalma, *qui & subsequenti versu cum Alex.* scientibus me *pro* scientium me. *Vat.* scientibus Ψ te)

(5) *Mart. & cum ipso Val.* ÷ & ⁝ populus Æthiopum: *sed melius Thomasius, atque pressius ad Hebraicum fontem reddentem etiam juxta Alex. MS.* Ecce Palestina & Tyrus cum Æthiopia: *aut si non melius, temere proculdubio ejus scribendi ratio culparetur. Videsis hoc loco Val. Vat. nullum heic ponit obelum, quod & merito tueri potest.*

(6) *Vat. Rom. similis hoc versu.*

(7) *Alex.* Dominus scriptura populorum. *Vat.* narravit Ψ Scripturas) populorum. *Tum subsequens* Diapsf. *a Pal. omittitur*

(8) *Alex. & Pal.* habitatio in te, *omisso verbo* est. *Vat.* sicut Ψ lætantibus omnibus) Θ nobis) habitatio est in te.

(9) *Vat.* atque redemptionem &c.

nem factum prædicabiliter confiteri · Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus &c.

ALIA.

FUndator bonorum omnium . Deus . concede nobis tales fieri . ut mereamur omnium in te lætantium lucis æternæ habere consortium · Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

PSALMUS LXXXVII. F.VI.N.

Canticum psalmi . filiis Core · In Finem · Pro[1] Amelech . ad respondendum · Intellectus . Eman Israelitæ ·

Canticum psalmi . filiis Core · In Finem · [4] Pro Maheleth . ad respondendum · Intellectus . ※ Eman Ezrahitæ ⁝

Christus [2] a Patre petens auxilium contemptum suum refert . quem a Judæis erat perpessurus . asseritque mortuos a medicis non esse suscitandos . ut possint Domino confiteri · Resurrectionem sibi celerrimam venire deposcens ·

DOMINE *Deus salutis meæ .* in die clamavi & nocte coram te ·*

Intret oratio mea in conspectu tuo . inclina aurem tuam ad precem meam . Domine ·*

Quia repleta est malis anima mea . & vita mea [3] inferno appropiavit ·*

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum . factus sum sicut homo sine adjutorio . inter mortuos liber ·*

Sicut vulnerati dormientes projecti in monumentis . quorum non meministi amplius . & quidem ipsi de manu tua expulsi sunt ·*

Posue-

DOMINE Deus salutis meæ .* in die clamavi [5] ÷ & ⁝ nocte coram te ·

Intret in conspectu tuo oratio mea · * inclina aurem tuam ad precem meam ·

Quia repleta est malis anima mea .* & vita mea [6] inferno appropinquavit ·

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum · * factus sum [7] sicut homo sine adjutorio . inter mortuos liber ·

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris .* quorum non es memor amplius · [8] & ipsi de manu tua repulsi sunt ·

Posue-

(1) *Vat.* 84. *cum MS. altero a Thomasio allegato in suis annotationibus ,* Pro Meleth .

(2) *Vat.* Christus ad Patrem petens &c.

(3) *Host. Et vita mea inferno appropiavit :* MS. noster primus , & Bruno , & Cajet. & Faber : *in inferno .* Sed LXX. τῷ ᾅδῃ ἤγγισε , & sic Cassiod. Scriptoris errore prima vocis syllaba male fuit repetita . Ambros. *ad infernum .*

Et Vat 84. *habet ,* in inferno .

(4) *Vat.* Pro Amelech ad respondendum ÷ intellectus Eman Israhelitæ . *Alex. vero,* In Finem, pro Choro ad respondendum &c.

(5) *Destituitur ea nota Vat. qui subsequenti versu habet :* inclina aurem tuam ad precem meam ⊙ Domine ; : *hanc eandem vocem* Domine *nullo signo affectum retinet & Pal. Eodem versu Alex.* Intret in conspectum tuum oratio mea .

(6) *Alex. cum Pal.* in inferno . *Vat.* ad infernum appropiavit .

(7) *Alex. vocum transpositione :* factus sum sine adjutorio , sicut homo inter mortuos liber . *Illud* sine adjutorio *omittit Pal. Librarii oscitantia , ut non immerito Val. videtur .*

(8) *Integro hoc versu Rom. sequitur Vat. sed heic omittit vocem* quidem *ab eodem Rom. præmissam voci* ipsi. *Alex.* quorum non est memor amplius,

Posuerunt me in lacu inferiori . in tenebris* [1] *& umbra mortis ·*

*In me confirmata est ira tua · * & omnes elationes tuas super me induxisti ·*

Diapsalma.

*Longe fecisti notos meos a me · Posuerunt me in abominationem sibi · * traditus sum .* & non egrediebar ·*

Oculi mei infirmati sunt præ inopia · clamavi ad te. DOMINE *.* tota die expandi manus meas ad te ·*

Numquid mortuis facies mirabilia? aut medici resuscitabunt . & confitebuntur tibi ?*

Diapsalma ·

*Numquid enarrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam ? * aut veritem tuam in perditione ?*

*Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua ? * aut justitia tua in terra oblivionis ?*

Et ego ad te . DOMINE *. clamavi · * & mane oratio mea præveniet te ·*

Ut quid . DOMINE *. repellis orationem meam ? * avertis faciem tuam a me ?* Diapsalma ·

*Egens sum ego . & in laboribus a juventute mea · * exaltatus autem humiliatus sum & confusus ·*

In me pertransierunt iræ tuæ . & terrores tui conturbaverunt me ·*

Cir-

Posuerunt me in lacu inferiori . * in tenebrosis & in umbra mortis ·

Super [2] me confirmatus est furor tuus · * & omnes fluctus tuos induxisti super me ·

Diapsalma ·

Longe [3] fecisti notos meos a me · * posuerunt me abominationem sibi ·

Traditus sum . & non egrediebar .* oculi mei languerunt præ inopia .

Clamavi ad te . DOMINE . * tota die . expandi ad te manus meas ·

Numquid mortuis facies mirabilia ?* aut medici [4] suscitabunt. & confitebuntur tibi ? *Diapsalma ·*

Numquid [5] narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam ? * & veritatem tuam in perditione ?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua ? * [6] & justitia tua in terra oblivionis ?

÷ [7] Et : ego ad te . DOMINE . clamavi · * & mane oratio mea præveniet te ·

Ut quid . [8] DOMINE . repellis orationem meam ? * avertis faciem tuam a me ?

Pauper ÷ sum : ego . & in laboribus a juventute ÷ mea : * exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus ·

In me transierunt iræ tuæ . * ÷ & : terrores tui conturbaverunt me .

Cir-

(1) *Holst. in tenebris & umbra .* MS. Florent. & Faber, & Ambros. & Cassiod. *& in umbra ;* atque ita LXX.

Etiam D. 145. *habet* in umbra *cum Aug. Brun. & Ver.*

(2) *Vat.* Ψ In) me confirmata est &c. *cum Rom. quod per totum versiculum imitatur .*

(3) *Idem Vat.* Elongasti , *non vero* Longe fecisti : *tum subsequenti versiculo* , oculi mei infirmati sunt &c. *& altero ab illo Rom. pressius sequitur idem MS.*

(4) *Alex.* resuscitabunt : *subsequens deinde* Diapſ. *a Pal. retinetur .*

(5) *Alex.* Numquid narravit aliquis sepulchro: *& in fine versus* , in perditionem . *Vat. eodem hoc versu Rom. sequitur , solum habet :* Ψ aut) veritatem tuam &c.

(6) *Vat.* Ψ aut) justitia tua in terra obliterata : *ita mendosè vox isthæc ultima MS. exhibet , fortasse pro* oblita *j[illegible]a Aug & Ver.*

(7) *Hujus loci obelum quem tuentur exemplaria Hieronymiana Vers. ex H. b. tum edita , tum Alex. MS. eam copulam ex Hebræo minime exprimentes ; juxta hod. Heb. & MSS. nostros sustulit deinde Thomasius ; eoque carent Mart. & Val.*

(8) *Vat.* Ut quid , Domine , Ψ reppulisti) animam meam, avertis &c. *Idem MS. deinde usque ad finem Psalmi omissis omnibus obelis Rom. exprimit , solum ad postremum verbum habet :* a miseria Θ mea)

Circumdederunt [1] *me (sicut aqua) tota die.* * *circumdederunt me simul.*
Elongasti a me amicum & proximum. * *& notos meos a miseria.*

Circumdederunt me sicut aqua. * tota die circumdederunt me simul.
Elongasti a me amicum & proximum. * ÷ & ⁑ notos meos a miseria.

ORATIO.

Redemptor omnium. ineffabilisque salutis nostræ Deus. qui pro nobis inferna penetrans factus es inter mortuos liber. exaudi matutinam familiæ tuæ precem. & erue nos ab inimici insidiantis pessima servitute. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus. Per &c.

PSALMUS LXXXVIII. F.VI.N.

Intellectus Ethan Israelitæ. | Intellectus Ethan Ezrahitæ.

Vox fidelium misericordias Domini potentiamque laudantium.

Misericordias tuas. DOMINE. *in æternum cantabo.* * *in generatione & progenie pronunciabo veritatem tuam in ore meo.*

Quoniam dixisti. In æternum misericordia ædificabitur. * *in cælis præparabitur* [2] *veritas tua.*

Disposui testamentum Electis meis. * *juravi David servo meo. Usque in æternum præparabo semen tuum.* * *& ædificabo in sæculum sæculi Sedem tuam.* Diapsalma.

Confitebuntur cæli mirabilia tua. DOMINE. * *& veritatem tuam in ecclesia sanctorum.*

Quoniam quis in nubibus æquabitur DOMINO? * *aut quis similis erit* DEO *inter filios Dei?*

Deus qui glorificatur in concilio sanctorum. * *magnus & metuendus super omnes. qui in circuitu ejus sunt.*

DOMINE *Deus Virtutum quis similis*

Misericordias [3] DOMINI. * in æternum cantabo.

In generationem & generationem. * annunciabo veritatem tuā in ore meo.

Quoniam dixisti. In æternum misericordia ædificabitur. * ÷ in ⁑ cælis præparabitur veritas tua ※ in eis ⁑

Disposui testamentum Electis meis. * juravi David servo meo. * Usque in æternum præparabo Semen tuum.

Et ædificabo [4] in generationem & generationem * Sedem tuā. *Diapsalma.*

Confitebuntur cæli mirabilia tua. DOMINE. * & ÷ enim ⁑ veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus [5] æquabitur DOMINO? * similis erit DEO in filiis Dei?

Deus qui glorificatur [6] in consilio sanctorum. * magnus & terribilis super omnes. qui in circuitu ejus sunt.

DOMINE Deus Virtutum quis similis tibi? *

(1) *Vat.* 84. Circujerunt *pro* Circumdederunt; *Cass. & Ver.* Circumjerunt.

(2) *D.* 144. *cum Brun.* veritas tua in eis.

(3) *Vat. primo hoc & subsequentibus secundo & tertio textus versibus Rom. exprimit; atque obelum tertio occurrentem præterit, tum & asteriscum, & voces eo notatas.*

(4) *Vat.* in generatione & progenie sedem tuam. *Tum altero a præsenti versu juxta Rom. nescit illud* ÷ enim ⁑

(5) *Vat.* æquabitur Domino? Θ aut quis) similis erit Deo inter filios Dei. *Alex. cum Pal.* similis erit Domino, *propius Græco* τῷ Κυρίῳ.

(6) *Vat.* Ψ in concilio) *deinde juxta Rom. prosequitur. Alex. infra,* magnus & horrendus super omnes &c.

lis tibi? Potens es. Domine. & veritas tua in circuitu tuo.*

*Tu dominaris potestati maris. * motum autem fluctuum ejus tu mitigas.*

*Tu humiliasti (sicut vulneratum) superbum. * & in virtute brachii tui dispersisti inimicos tuos.*

*Tui sunt cæli. & tua est terra. * orbem terrarum & plenitudinem ejus tu fundasti.*

*Aquilonem & Mare tu creasti. * Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Tuum Brachium cum potentia.*

*Firmetur manus tua. & exaltetur dextera tua. * justitia & judicium præparatio Sedis tuæ.*

*Misericordia & veritas præibunt ante faciem tuam. * beatus populus qui scit jubilationem.*

DOMINE. *in lumine vultus tui ambulabunt. * & in nomine tuo exultabunt tota die. & in tua justitia exaltabuntur.*

*Quoniam gloria virtutis eorum tu es. * & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.*

Quoniam DOMINI *est assumptio. * & Sancti Israel regis nostri.* Diapsalma.

*Tunc locutus es in aspectu filiis tuis. & dixisti. * Posui adjutorium super potentem. * & exaltavi electum de plebe mea.*

*Inveni David servum meum. * oleo sancto meo unxi eum.*

Manus

tibi? * Potens es. Domine. & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris [1] potestati maris. * motū autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliasti (sicut vulneratum) superbum. * [2] in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli [3] & tua est terra. * orbem ÷ terræ : & plenitudinem ejus tu fundasti. * Aquilonem & Mare tu creasti.

Thabor & Hermon [4] ÷ in : nomine tuo exultabunt. * Tuum Brachium cum potentia.

Firmetur manus tua. [5] & exaltetur dextera tua. * justitia & judicium præparatio Sedis tuæ.

Misericordia & veritas [6] præcedent faciem tuam. * beatus populus qui scit jubilationem.

DOMINE. in lumine vultus tui ambulabunt. * ÷ & : in nomine tuo exultabunt tota die. * & in justitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es. * [7] & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia DOMINI est assumptio ※ nostra : * & Sancti Israel regis nostri. [8]

Tunc locutus es in visione Sanctis tuis. & dixisti. * Posui adjutorium in potente. * [9] ÷ & : exaltavi electum de plebe ÷ mea :.

Inveni David servum meum. * oleo sancto meo [10] unxi eum.

Manus

(1) *Vat.* potestatis maris: *tum subsequenti & altero versu Rom. exprimit.*

(2) *Alex.* & in brachio, *addita copula.*

(3) *Pal.* & tua ÷ est : terra &c.; *sed eadem esse deberet sors & præcedentis verbi* sunt.

(4) *Nostri MSS. omnes obelum heic nesciunt, & quidem merito.*

(5) *Rursus merito juxta hodiernum Heb.* ÷ & : exaltetur *scribit Pal. MS.*

(6) *Vat.* prævenient. *Deinde proxime sequentem obelum negligit.* (7) *Vat.* & in tua justitia exaltabitur. *Insuper subsequentis versus asteriscum inducit.* (8) *Heic subjungit Pal.* Diapſ.

(9) *Vat. a Romano, quod hactenus in præsenti secutus fuerat, heic recedit, dicens, omissa copula:* exaltavi electum de populo meo. *Eandem copulam ante* exaltavi *nescit & Alex.*

(10) *Alex. idem,* lenui cum *pro* unxi eum.

*Manus enim mea auxiliabitur ei. * & brachium meum confortabit eum.*

*Nihil proficiet inimicus in eo. * & filius iniquitatis* [1] *non nocebit ei.*

*Et concidam inimicos ejus a facie ipsius. * & odientes eum in fugam convertam.*

*Et veritas mea & misericordia mea cum ipso. * & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*

*Et ponam in mari manum ejus. * & in fluminibus dexteram ejus.*

*Ipse invocabit me. Pater meus es tu. * Deus meus. & susceptor salutis meæ.*

*Et ego primogenitum ponam illum. * excelsum præ Regibus terræ.*

*In æternum servabo illi misericordiam meam. * & Testamentum meum fidele ipsi.*

Et [2] *ponam in sæculum sæculi sedem ejus. * & thronum ejus sicut dies cæli.*

*Si dereliquerint filii ejus legem meam. * & in judiciis meis non ambulaverint.*

*Si justificationes meas profanaverint. * & mandata mea non custodierint.*

*Visitabo in virga iniquitates eorum. * & in verberibus peccata eorum.*

Manus ÷ enim ⁝ mea auxiliabitur ei. * & brachiū meū [3] confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo. * & filius iniquitatis [4] non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos [5] ejus. * & odientes eum in fugam convertam.

÷ [6] Et ⁝ veritas mea & misericordia mea cum ipso. * & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus. * & in fluminibus [7] dexteram ejus.

Ipse invocabit me. Pater meus es tu. * Deus meus. & susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum. * excelsum [8] ÷ præ ⁝ regibus terræ.

In æternum [9] servabo illi misericordiam meam. * & Testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum ÷ sæculi ⁝ semen ejus. * & thronum ejus sicut dies cæli.

Si [10] ※ autem ⁝ dereliquerint filii ejus legem meam. * & in judiciis meis non ambulaverint.

Si justitias meas profanaverint. * & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum. * [11] & in verberibus peccata eorū.

Misericordiam autem meam [12] non

(1) *Holst. Non nocebit eum,* Cassiod. & sic Psal. 34. ꝟ. 1.

(2) *Holst. Et ponam in sæculum sæculi semen ejus.* MSS. Codd. omnes, & Fabri editio, & Cajet. & Bruno *sedem ejus:* sed LXX. τὸ σπέρμα αὐτοῦ, & sic Heb. & Ambros. & Cassiod.

(3) *Superiorem obelum omittit Vat. heic Pal.* confirmabit *pro* confortabit.

(4) *Vat.* non adjiciet nocere ei. *Alex.* nocere eum.

(5) *Vocem* ejus *heic Pal. omittit.*

(6) *Eam copulam, quam in Hebræo non invenisse Hieronymum testantur ejusdem Versiones tum editæ, tum Alex. MS. sine obelo relinquunt Mart. & Val. atque Thomasius ipse juxta MSS. nostros omnes, & hodiernum Hebræum. Tum Vat.* & misericordia mea cum eo.

(7) *Idem Vat.* dextera ejus: *deinde Pal.* Ipse ÷ in ⁝ vocabit me.

(8) *Ab omnibus nostris MSS. obelus iste negligitur, an jure Heb. consule. Hieronymus juxta exemplaria sive Alex. sive edita transtulit,* excelsum regibus terræ.

(9) *Vat.* custodiam illi: *tum proxime sequentem obelum nesciunt MSS. nostri.*

(10) *Eam notam, quam adstruunt Pal. & Vers. Heb. Alex. MS. in obelum mutavit Thomasius in altero Psalt. longe antequam censura sua eandem taxaret Val. Cetera & obelum & vocem* autem *omittunt Alex. & Vat.*

(11) *Vat.* & in flagellis.

(12) *Idem,* non disperdam ab eis, neque nocebo ⊖ eos) in veritate mea.

*Misericordiam autem meam non dispergam ab eo • * neque nocebo ei in veritate mea . neque profanabo testamentum meum • * & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita •*

*Semel juravi in sancto meo . si David mentiar • Semen ejus in æternum manebit . & sedes ejus (sicut sol) in conspectu meo . * & (sicut luna perfecta) in æternum • * & Testis in cælo fidelis •*

Diapsalma •

*Tu vero repulisti & sprevisti & distulisti Christum tuum . * avertisti testamentum servi tui • * profanasti in terra Sanctitatem ejus •*

*Destruxisti omnes macerias ejus • * [1] posuisti munitiones ejus in formidinem •*

*Diripuerunt eum omnes transeuntes viam • * factus est in opprobrium vicinis suis •*

*Exaltasti dexteram inimicorũ ejus • * lætificasti omnes inimicos ejus •*

*Avertisti adjutorium gladii ejus • * & non es auxiliatus ei in bello •*

*Dissolvisti eum ab emundatione • * & sedem ejus in terra collisisti •*

*Minorasti dies temporum ejus • * perfudisti eum confusione •*

Diapsalma •

*Usquequo . DOMINE . irasceris ? in finẽ ? * exardescet (sicut ignis) ira tua ?*

Memorare . Domine . quæ mea est sub-

dispergam ab eo • * neque nocebo in veritate mea •

Neque [2] profanabo testamentum meum • * & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita •

Semel juravi in sancto meo . si David mentiar • * Semen ejus in æternum manebit •

Et [3] thronus ejus (sicut sol) in conspectu meo. * ÷ & ‡ (sicut luna perfecta) in æternum • * & Testis in cælo fidelis • *Diapsalma* •

Tu [4] vero repulisti & despexisti • * distulisti Christum tuum •

Evertisti testamentum servi tui • * profanasti [5] in terra Sanctuarium ejus •

Destruxisti omnes sepes ejus • * posuisti [6] firmamentum ejus formidinem •

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam • * [7] factus est opprobrium viciinis suis •

Exaltasti [8] dexteram deprimentium eum • * lætificasti omnes inimicos ejus •

Avertisti [9] adjutorium gladii ejus • * & non es auxiliatus ei in bello •

Destruxisti eum ab [10] emundatione • * & sedem ejus in terra collisisti •

Minorasti dies temporis ejus • * perfudisti eum confusione •

Diapsalma •

Usquequo . DOMINE . [11] avertis ? in finẽ ? * exardescet (sicut ignis) ira tua?

Memorare . quæ mea substantia • * numquid

(1) *Holst. Posuisti munitiones ejus formidinem :* MSS. omnes , & Cajet. *in formidine* : LXX. δειλίαν : Ambros. *in formidinem* , & sic Cass. & Bruno .

Et Vat. 84. *habet* , in formidine .

(2) *Vat.* ⊖ sed) neque ..... & quæ procedunt per labia mea non faciam irritam : *& Alex. scribit* irritam .

(3) *Vat.* Et sedes ejus sicut sol &c. *tum mendose MSS. nostri prætereunt proximum subsequentem obelum . Pal. etiam* Diaps.

(4) *Vat.* Tu autem expulisti & sprevisti ⊖ nos) distulisti &c. *tum eo qui subsequitur , versu Rom. imitatur : & altero insuper , sed :* posuisti munitiones ejus ⊖ in) formidine .

(5) *Alex.* in terram .

(6) *Alex.* firmamenta ejus formidinem .

(7) *Vat.* factus est ⊖ in) opprobrium .

(8) *Idem,* dexteram Ψ inimicorum ejus, lætificasti &c. *neglecta nota qua indicetur quousque reprobandi signum Ψ vires suas extendere debeat .*

(9) *Idem* , Advertisti adjutorium : *tum initio subsequentis versus juxta Rom.* Dissolvisti &c.

(10) *Alex.* a mundatione .

(11) *Vat.* averteris ; *Alex.* avertes .

substantia . * *non enim vane constituisti filios hominum* .

Quis [1] *est homo . qui vivit . & non videbit mortem ?* * *aut quis eruet animam suam de manu inferi ?* Diapsalma.

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ . Domine . * *sicut jurasti David in veritate tua ?*

Memor esto opprobrii servorum tuorum * (*quod continui in sinu meo*) *multarum gentium* .

Quod exprobraverunt inimici tui . Domine . * *quod exprobraverunt Commutationem* CHRISTI *tui* .

Benedictus DOMINUS *in æternum* . * *Fiat . Fiat* .

numquid enim vane constituisti [2] ÷ omnes ⁝ filios hominum ?

Quis est homo . qui vivet . & non videbit mortem ? * [3] eruet animam suam de manu inferi ? *Diapsalma* .

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ . Domine . * [4] sicut jurasti David in veritate tua ?

Memor [5] esto . Domine . opprobrii servorum tuorum * (quod continui in sinu meo) multarum gentium .

Quod exprobraverunt inimici tui . Domine . * quod exprobraverunt commutationem CHRISTI tui .

Benedictus DOMINUS in æternum . * Fiat . Fiat .

ORATIO.

ERue . Domine . animas nostras de manu inferi . qui pro nobis inferna fortiter confregisti . ut tuas misericordias decantantes & a confusione criminum & a morte perpetua liberemur . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

PSALMUS LXXXIX. F.V.M.

Oratio [6] Moysi hominis Dei .

Oratio Fidelium populorum pro Ecclesia ad Deum .

DOmine . refugium factus es nobis . * *a generatione & progenie* . *Priusquam fierent montes . aut formaretur*

Oratio Moysi hominis Dei .

DOmine . [7] refugium factus es nobis . * a generatione in generationem .

(1) *Holst. Quis est homo qui vivet* . MSS. omnes, & Faber, & Cajet. & Cassiod. & Bruno legunt *vivis* . Sed LXX. ζήσεται . MSSorum lectionem confirmat S. Gregorius Magnus Moral. L. 20. c. 25. ubi etiam in præsenti legitur *vivis* .

(2) *Et hoc loco antequam a Val. reprehenderetur obelum in asteriscum mutavit Thomasius : obelum tamen retinet Pal. suadetque Alex. Vers. ex Heb. nam Gallicana habet asteriscum , qua tamen quum plerumque has notas negligat, minorem certe præ illa fidem meretur . Vat.* Numquid ☧ vane constituisti ☧ filios hominum .

(3) *Vat.* ♆ eripiens) animam suam : *Alex.* de manu inferni . (4) *Vat.* quas jurasti David.

(5) *Vat.* Memor esto ☧ opprobrii servorum &c.

(6) *De hoc Titulo minime prætereundum Hieronymum Lib. 1. Apolog. adversus Rufinum scripsisse* : Octogesimum quoque nonum Psalmum , qui inscribitur : Oratio Moysi hominis Dei; & reliquos undecim, qui non habent Titulos, secundùm Huilli expositionem , ejusdem Moysi putat : nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans per singula loca , quid Hebræis videatur , inserere . *Consulendi de hoc eodem Titulo Aug. & Cass.*

(7) *Pronomen tu sub asterisco ex Hebræo heic sufficiunt Mart. & Vall. non adoptandum sane ab eo qui Vulgata textum unice exprimendum sibi proposuit . Paullo inferius Pal. & Alex. habent* : a generatione & generatione : *Vat. vero* , ♆ a generatione & progenie .

maretur orbis terræ. * [1] *a sæculo & usque in sæculum tu es. Deus.*

Ne avertas hominem in humilitatem. * *& dixisti. Convertimini filii hominum.*

Quoniam mille anni [2] *ante oculos tuos.* * *sicut dies hesterna. quæ præteriit.*

Et sicut custodia in nocte. * *quæ pro nihilo* [3] *habentur. anni eorum.*

Mane (sicut erba) transeat. mane floreat. & pertranseat. * *vespere decidat. induret. & arescat.*

Quia defecimus in ira tua. * *& in furore tuo conturbati sumus.*

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. * *sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.*

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. * *& nos in ira tua defecimus.*

Anni nostri (sicut aranea) meditabuntur. * *dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta* [4] *anni.*

Si autem in potentatibus octoginta anni. * *& plurimum eorum labor & dolor.*

Quoniam supervenit super nos mansuetudo. * *& corripiemur.*

Quis

Priusquam montes fierent. [5] aut formaretur terra & orbis. * a sæculo & usque in sæculum tu es. Deus.

÷ [6] Ne ⁝ avertas hominem in humilitatem. * & dixisti. Convertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos [7]. * tamquam dies hesterna. quæ præteriit.

Et [8] custodia in nocte. * quæ pro nihilo habentur. eorum anni erunt.

Mane ([9] ÷ sicut herba ⁝) transeat. * mane floreat. & transeat. * vespere decidat. induret & arescat.

Quia defecimus in ira tua. * [10] & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. * sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. * [11] ÷ & ⁝ in ira tua defecimus.

Anni nostri (ficut aranea) meditabuntur. * dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta [12] anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni. * & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam supervenit [13] mansuetudo. * & corripiemur.

Quis

(1) *Holst. a sæculo & usque in sæculum tu es.* MSS. omnes, & Cajet. addunt: *tu es Deus*; & sic LXX. olim legisse testatur S. Hieronymus ad Sunniam, quamvis nunc neque Complutensis, neque Sixtina additamentum illud agnoscant, quod in fontibus Hebræorum extat.

Paullo superius eodem versu uterque Archivi MS. ait: Priusquam fierent montes, & formaretur &c., *mutata vocula* aut *in* &, *quod commune est Aug. Cass. Ver. & Græc.*

(2) *Vat. 84. cum Ambros. & Græc.* ante oculos tuos, Domine. (3) *D.145. cum Brun.* habetur. (4) *Vat. 84. heic & subsequenti versu* annis, *non* anni.

(5) *Pal.* & formaretur: *sed illa copula secundas redolet curas: in fine versiculi idem MS. addit* Diapf. *Vat. vero* Ψ aut) firmaretur Orbis terræ a sæculo, & ☧ in sæculum tu es. *Alex.* a sæculo usque in sæculum, *deleta altera copula.*

(6 *MSS. nostri omnes obelum ejus loci omittunt, sed minus bene habita ratione Hebraici fontis, quum alterutrum in eo abundet aut superior vox* Deus, *aut* Ne; *quod enim Hebraice scribitur* אל *pro variis quæ adduntur, punctis,* Deum, *&* ne *sonat, nec eadem vox repetenda. Juxta Hieronymum ad Sunniam* LXX. *acceperunt pro* Deus; *sed nostra exemplaria pro* ne *eos usurpasse declarant.* (7) *Eo loci vocem* Domine *juxta Græc. addit Vat.*

(8) *Vat.* Et ⊖ sicut) custodia in nocte ⊖ quia) pro nihilo habentur anni eorum.

(9) *MSS. nostri omnes, ut & Mart. atque Vat. hoc obelo destituuntur: quod merito factum videtur si Hebraum fontem respicias, sive Hieronymianas ex eo Versiones.*

(10) *Vat.* Quoniam defecimus: *& infra juxta Rom.* conturbati sumus.

(11) *Obelus iste desideratur in Vat. qui & subsequenti versu habet,* septuaginta annis; *sicut & altero,* octoginta annis. (12, *Heic Alex.* annis.

(13) *Vat.* mansuetudo super nos, & corripiemur.

*Quis novit potestatem iræ tuæ ? * aut præ timore iram tuam dinumerare ?*

*Dexteram tuam . Domine . notam fac nobis . * & eruditos corde in sapientia .*

Convertere . [1] DOMINE . *aliquantulum . * & deprecare super servos tuos .*

*Repleti sumus mane misericordia tua . * [2] exultavimus. & delectati sumus in omnibus diebus nostris .*

*Delectati sumus pro diebus . in quibus nos humiliasti . * [3] & annis in quibus vidimus mala .*

*Respice in servos tuos . * & in opera tua . Domine . & dirige filios eorum .*

Et sit splendor DOMINI *Dei nostri super nos . * & opera manuum nostrarum dirige super nos .*

Quis novit potestatem iræ tuæ ?* [4] & præ timore tuo iram tuam dinumerare ?

Dexteram tuam [5] sic notam fac . * & erúditos corde in sapientia .

Convertere. DOMINE. ([6] usquequo?*) & deprecabilis esto super servos tuos .

Repleti sumus mane misericordia [7] tua . * & exultavimus & delectati sumus * omnibus diebus nostris .

Lætati [8] ÷ sumus ⁑ pro diebus . quibus nos humiliasti . * annis quibus vidimus mala .

Respice in servos tuos & in opera tua . * & dirige filios eorum .

Et sit splendor DOMINI Dei nostri super nos . * & opera manuum nostrarum dirige super nos . * [9] ※ & opus manuum nostrarum dirige ⁑ .

ORATIO.

LUcifluі sideris fator . omnipotens Deus . qui novam Mundo lucem fugata nocte restituis . satia nos . quæsumus . renitente misericordia tua . ut omnes peccatorum obscuritates te inluminante pellamus . Per .

PSALMUS XC.

Laus cantici David .

÷ Laus cantici [10] David ⁑

Propheta prædicit omnem Fidelem Dei adiutorio circumdari . laudemque Christi denunciat .

*QUi habitat in adjutorio Altissimi . * in protectione Dei cæli commorabitur . Dicet*

QUi habitat in adjutorio Altissimi . * in protectione Dei ÷ cæli ⁑ commorabitur . Dicet

(1) *Vocem* Domine *heic nescit D.* 144.

(2) *Copulam* & *juxta Heb. & Græc. fontes heic addunt uterque Archivi MS. & Vat.* 84. *ut & Aug. Brun. Ver. atque Ambros.*

(3) *Vat.* 84. *omittit ejus loci copulam . D.*144. *addita præpositione* & pro annis , *cum Brun. Forsasse illud* pro *spectat ad ipsius Brunonis Commentarium .*

(4) *Vat.* Ψ aut) præ timore ℞ iram &c. *Pal. huic versiculo subnectit* Diapsalma.

(5) *Pal.* ※ sic ⁑ notam fac . *tum cum Alex.* compeditos *pro* eruditos , *quod postremum in Pal. recentiorem emendationem sapit . Vat.* sac Ψ nobis) & eruditos &c.

(6 *Vat.* Ψ aliquantulum , & deprecabilis &c.

(7) *Vocem* ÷ tua ⁑ *minus recte Palat. obeλίζει : tum cum Alex. & Vat. addita præpositione ,* in omnibus diebus nostris .

(8) *Nostri MSS. omnes sine obelo illic scribunt , nec immerito . Vat. heic & subsequenti versu Rom. sequitur . Alex.* Lætati sumus præ diebus &c. *tum altero versu* . Et respice in servos tuos .

(9) *Hoc signo caret Vat. Pal.* ※ Et ⁑ opus &c. *juxta Val. per errorem idem MS.* ÷ Et ⁑ . *Vide hoc loco August. affirmantem e MSS. exemplaribus alia destitui toto illo hemistichio ,* Et opus manuum nostrarum dirige : *alia & quidem diligentiora eidem asteriscum præfigere .*

(10) *Alex.* ipsi *addit , & cum Pal. atque Vat. obelum negligit . Vat. idem primo & secundo , contextus versu , ubi habet .* susceptor meus es , & refugium &c. *obelos præterit .*

Dicet DOMINO • *Susceptor meus es tu.* * *& refugium meum* • * *Deus meus. sperabo in eum* •

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium. * *& a verbo aspero* •

Scapulis suis obumbrabit tibi • * *& sub pennis ejus sperabis* •

Scuto circumdabit te veritas ejus • * *non timebis a timore nocturno* •

A sagitta volante per diem . a negotio perambulante in tenebris . * *a ruina & dæmonio meridiano* •

Cadent a latere tuo mille . & decem millia a dextris tuis • * *tibi autem* [1] *non appropinquabit* •

Verumtamen oculis tuis considerabis • * *& retributionem Peccatorum videbis* •

Quoniam tu es. DOMINE *. spes mea* .* *Altissimum posuisti refugium tuum* •

Non accedent ad te mala • * *& flagellum* [2] *non appropinquabit tabernaculo tuo* •

Quoniam [3] *Angelis suis mandavit de te .* * *ut custodiant te in omnibus viis tuis* •

In manibus portabunt te . * *ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum* •

Super aspidem & basiliscum ambulabis • * *& conculcabis leonem & draconem* •

Quoniam in me speravit . liberabo eum • * *protegam eum . quoniam cognovit nomen meum* •

Invo-

Dicet DOMINO • Susceptor meus ÷ es tu ⁝ * & refugium meum . Deus meus . sperabo in eum •

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium . * & a verbo aspero •

Scapulis [4] suis obumbrabit tibi • * & sub pennis ejus sperabis •

Scuto circumdabit te veritas ejus • * non timebis a timore nocturno •

A [5] sagitta volante in die . * a negotio perambulante in tenebris . ab incursu & dæmonio meridiano •

Cadent a latere tuo mille . * & decem millia a dextris tuis • * ad te autem [6] non appropinquabit •

Verumtamen oculis tuis considerabis • * & retributionem Peccatorum videbis •

Quoniam tu es . DOMINE . spes mea •* Altissimum posuisti refugi um tuum •

Non accedet ad te malum • * & flagellum [7] non appropinquabit tabernaculo tuo •

Quoniam Angelis [8] ÷ suis⁝ mandavit de te . * ut custodiant te in omnibus viis tuis •

In manibus portabunt te • * [9] ne forte offendas ad lapidem pedem tuum •

Super aspidem & basiliscum ambulabis • * ÷ & ⁝ conculcabis leonem & draconem •

Quoniam in me speravit . [10] liberabo eum • * protegam eum . quoniam cognovit nomen meum •

Cla-

(1) *MSS. Archivi*, non appropinquabunt, *cum Brun. & Ver.*

(2) *Holst. Non appropinquabit in tabernaculo tuo* . Omnes MSS. delent particulam *in*, nec eam agnoscunt Bruno, Cajet. Ambros. & Faber: habetur tamen in *Græco* LXX. οὐκ ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σου •

(3) *Holst. Quoniam Angelis suis Deus mandavit* . MSS. omnes, & Cajet. Bruno, Ambros. ac Faber nesciunt vocem *Deus*, quæ nec apud LXX. nec apud Hebræos habetur.

(4) *Vat.* ℞ scapulis suis: *Alex.* In scapulis suis obumbrabit . *Pal. cum Mart. & Val.* ※ In ⁝ scapulis suis .

(5) *Vat.* ⊖ Et) a jaculo volante per diem : *tum* a ruina & dæmonio meridiano . *Pal. heic addit* Diaps. *& Alex. supra habet*, per diem .

(6) *Vat.* non approximabunt .

(7) *Vat.* non appropiabit . *Supra Alex.* Non accedet ad te mala .

(8) *Sine obelo vocem* suis *scripsit deinde Thomasius, sicut & MSS. nostri omnes, Mart. & Val.* (9) *Vat.* Ne quando offendas &c.

(10) *Vat.* ℐ Liberabo &c. *Alex.* & liberabo .

Invocabit me. & ego exaudiam eum. * *cum ipso sum in tribulatione* •
Eripiam eum. & glorificabo eum. * [1] *longitudine dierum adimplebo eum.* * *& ostendam illi* SALUTARE *meum* •

Clamabit [2] ad me. & ego exaudiam eum • * cum ipso sum in tribulatione. * eripiam eum. & glorificabo eum •
Longitudine dierum replebo eum • * & ostendam illi SALUTARE meum •

ORATIO•

PRæsta nobis. Domine. per invocationem Nominis tui aspidis & basilisci lethalia venena calcare. [3] ut ostenso nobis Salutari tuo. adversus insidias inimici. spiritualis clypei umbraculo muniamur • Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum &c•

PSALMUS XCI. S.M.

Psalmus cantici. in die Sabbati.

Psalmus cantici. [4] in die Sabbati•

Vox Ecclesiæ de exaltatione justorum. & de perditione impiorum•

B*Onum est confiteri* DOMINO. * *& psallere nomini tuo. Altissime* • • *Ad annunciandum mane misericordiam tuam.* * *& veritatem tuam per noctem.*
In decachordo psalterio. * *cum cantico & cithara* •
Quia delectasti me. DOMINE. *in factura tua* • * *& in operibus manuum tuarum exultabo* •
Quàm magnificata sunt opera tua. DOMINE! * *nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ* •
Vir insipiens non cognoscit • * *& stultus non intelligit ea* •
Cum exorientur peccatores sicut fœnum • * *& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem* • * *ut intereant in sæculum sæculi* •

Tu

BOnum est confiteri DOMINO. * & psallere nomini tuo. Altissime•
Ad annunciandum mane misericordiam tuam. * & veritatem tuam per noctem•
In decachordo psalterio. * [5] cum cantico in cithara•
Quia delectasti me. DOMINE. in factura tua • * ÷ & ⁏ in operibus manuum tuarum exultabo•
Quàm magnificata sunt opera tua. DOMINE! * nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ •
Vir insipiens non cognoscet • * [6] & stultus non intelliget hæc •
Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum • * & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem•
Ut intereant in sæculum ÷ sæculi⁏*

Tu

(1) *Holst. Longitudine dierum replebo eum.* Omnes MSS. & nostri & exteri, ut & Fabri editio, & Cajet & Ambros. & Brun. legunt, *adimplebo.*

(2) *Vat.* Ψ Invocavit) me, & Θ ego) exaudiam &c. *Alex.* & exaudiam, *omisso pronomine* ego : *&* *infra*, & clarificabo eum, *loco* & glorificabo eum. *Vat. subsequenti ultimo versu Rom. spirat.*

(3) *Vat. cum Pal.* ut ostensum nobis salutare tuum. (4) *Vat.* Psalmus Cantici David &c.

(5) *Vat.* cum cantico Ψ &) cithara : *& proxime subsequentem obelum præterit.*

(6) *Idem*, non intelliget ea : *tum Pal. addit* Diaps. *versu autem subsequenti idem Vat.* Cum exoriuntur peccatores sicut fœnum : Ψ prospexerunt) omnes &c. *tum altero versu una cum Pal. obelum deserit.*

Tu autem altissimus * *in æternum*. DOMINE·

Quoniam ecce inimici tui. DOMINE. *peribunt*· * *& dispergentur omnes qui operantur iniquitatem*·

Et exaltabitur (*sicut unicornis*) *cornu meum*· * *& senectus mea in misericordia uberi*·

Et [1] *respexit oculus meus inimicos meos*· * *& insurgentes in me malignantes audivit auris mea*·

Justus (*ut palma*) *florebit*· * *&* (*sicut cedrus Libani*) *multiplicabitur*·

·*Plantati in domo* DOMINI. * *in atriis domus Dei nostri florebunt*·

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi·* *& bene patientes erunt*. *ut annuncient*·

Quoniam justus DOMINUS *Deus noster*·* *& non est iniquitas in eo*·

Tu autem altissimus in æternum: DOMINE·

※ Quoniam [2] ecce inimici tui. DOMINE ‡· * quoniam ecce inimici tui peribunt· * & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem·

Et exaltabitur (sicut unicornis) cornu meum· * & senectus mea in misericordia uberi·

Et [3] despexit oculus meus inimicos meos. * ÷ & ‡ in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea·

Justus [4] (ut palma) florebit· * sicut cedrus Libani multiplicabitur·

Plantati in domo DOMINI. * [5] in atriis domus Dei nostri florebunt·

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi· * & bene patientes erunt. ut annuncient·

Quoniam [6] rectus DOMINUS Deus noster·* & non est iniquitas in eo:

ORATIO·

EXultatio æterna Sanctorum. Deus. qui Justos diversis bonorum refectos impendiis florere in palmiferis atriis immarcescibiliter facis. quæsumus ut (remissis molibus delictorum) eorum nobis societatem dignanter impertias· Per·

PSAL-

(1) *Holst. Et respexit oculus meus inimicos!* MSS. nostri, & Bruno, *oculus tuus*; sed contra LXX. & Heb. ὀφθαλμός μυ· Sic eodem versu, *audivit auris tua* non addicentibus LXX.

Oculus tuus *legit & Vat.* 84. *cum edito Brun. Psalt. tum ad finem ejusdem versus idem Vat.* 84. *una cum Archivi MSS. & Brun.* audivit auris tua·

(2) *Deest in Pal. adverbium* ecce: *Vat. vero* ÷ Quoniam ‡ ecce inimici tui, Domine, ÷ quoniam ‡ ecce &c.

(3) *Vat.* Et Ψ respexit) oculus meus inimicos meos: Ψ & insurgentes in me malignantes audivit auris mea. *Alex.* ÷ & ‡ insurgentibus, *omissa præpositione* in. *Heic Pal. habet* Diapſ.

(4) *Vat.* Justus ÷ ut ‡ palma florebit, & sicut cedrus, quæ est in Libano, multiplicabitur. *Alex.* ut cedrus Libani &c.

(5) *Alex. cum Pal. pressius ad fontes tum Heb. tum Græc.* in atriis Dei nostri, *omissa voce* domus: *rem confirmat & Vat. scribens*, in atriis Θ domus) Dei nostri.

(6) *Vat.* justus *cum Rom.*

PSALMUS XCII.

D.M.

Laus cantici ipsi David . in die ante Sabbatum . [1] quando inhabitata est terra .

÷ Laus cantici [5] ipsi David . in die ante Sabbatum . quando fundata est terra ⁝

Laus Ecclesiæ de Incarnatione & regno Christi .

DOMINUS *regnavit . decorem induit . * induit* DOMINUS *fortitudinem . * & præcinxit se* [2] *virtutem .*

*Etenim firmavit orbem terræ . * qui non commovebitur .*

*Parata sedes tua . Deus . * ex tunc a sæculo tu es .*

Elevaverunt flumina . [3] DOMINE . * *elevaverunt flumina voces suas . * a vocibus aquarum multarum .*

*Mirabiles elationes maris . * mirabilis in excelsis* DOMINUS .

*Testimonia tua . Domine . * credibilia facta sunt nimis .*

Domum [4] *tuam .* DOMINE . *decet sanctitudo . * in longitudinem dierum .*

DOMINUS regnavit . decorem indutus est . * indutus est DOMINUS [6] fortitudinem . & præcinxit se .

Etenim firmavit orbem ÷ terræ ⁝ * qui [7] non commovebitur .

Parata sedes tua . * ex tunc a sæculo tu es .

Elevaverunt [8] flumina . DOMINE . * elevaverunt flumina vocem suam .

※ [9] Elevaverunt flumina fluctus suos ⁝ * a vocibus aquarum multarum .

Mirabiles elationes maris . * mirabilis in altis DOMINUS .

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis . * domum tuam decet sanctitudo . DOMINE . * [10] in longitudinem dierum .

ORATIO.

DOmine omnipotens . qui Paterna præcinctus virtute cælum . mare . terramque locasti . exaudi supplices tuos . & da credulitatem in Testimonis tuis . indue nos fortitudine . & decora sanctificatione . Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu Sancto vivis &c.

(1) *MS. uterque Archivi una cum Vat.* 84. *& altero MS. a Thomasio notato* fundata *habent pro* inhabitata .

(2) *Holst. Et præcinxit se virtute .* Omnes MSS. tam Basilicæ nostræ , quàm cæteri scribunt *virtutem*. Sic supra Psal. 17. pag. 29. *& præcinxisti me virtutem ad bellum* ; & paulò ante eodem Psalmo : *Deus qui præcinxit me virtutem .*

E nostris tamen MSS. D. 145. *& Vat.* 84. *habent* virtute . *Vide quæ annotavimus ad loca Psal.* 17. *ab Holst. laudata .*

(3) *MSS. Archivi cum S. Brun.* Elevaverunt flumina Domino &c.

(4) *Holst. Domum tuam, Domine , decet sanctitudo .* Uterque MS. Vatic. & Florent. *Domum tuam decent sancta , Domine* , quod etiam habent Cajet. Faber , & Bruno . Ambrosianum legit : *Domum tuam decet sanctificatio, Domine, in longitudinem dierum* , ut LXX. & Cajet. & Ambros. & S. Brun. & Vatic.

(5) *Vocem* ipsi *præterit Vat. deinde paullo inferius pro* fundata *habet* inhabitata. *Alex.* habitata. *Quod obelum spectat omnes omittunt .*

(6) *Alex. & Pal.* fortitudine : *Vat. vero hoc versu Rom. sequitur , sed habet ,* & præcinxit se ⊖ virtute)

(7) *Vat.* qui non movebitur : *ex ultima tamen voce sequior manus fecit* commovebitur . *Subsequenti versu Rom. exprimit .*

(8) *Utrumque* Elevaverunt , *prima litera obelo resecata scribunt Palat. MS. Mart. & Val. Sed Vat.* Elevaverunt flumina Domine : ※ elevaverunt flumina voces suas ☧ a vocibus aquarum multarum , *omisso altero hemistichio juxta Rom.*

(9) *Pal.* ÷ E ⁝ ※ levaverunt flumina fluctus suos ⁝ *quod Val. satis diligenter factum videtur . Alex.* ※ Elevabunt &c.

(10) *Vat.* in longitudine dierum .

F.VI.N.

PSALMUS XCIII.

Pſalmus ipſi David. quarta Sabbati·

÷ Pſalmus [1] ipſi David. quarta Sabbati ⁝

Oratio fidelium. ut a perſecutoribus qui Deum ignorant. liberentur·

DEus ultionum DOMINUS · * *Deus ultionum libere egit·*
Exaltare qui judicas terram · * *redde retributionem ſuperbis*·
Vſquequo peccatores. DOMINE. * *uſquequo peccatores gloriabuntur?*
Pronunciabunt & loquentur iniquitatem · * *loquentur omnes qui operantur injuſtitiam?*
Populum tuum. DOMINE. *humiliaverunt* · * *& hereditatem tuam vexaverunt*·
Viduam & advenam interfecerunt ·* *& pupillos occiderunt*·
Et dixerunt · *Non videbit Dominus*. * *neque intelliget Deus Jacob*·
Intelligite nunc qui inſipientes eſtis in populo · * *& ſtulti aliquando ſapite?*
Qui plantavit aurem. non audiet? * *qui finxit oculum. non conſiderat?* * *qui corripit gentes. non arguet*. * *qui docet hominem ſcientiam?*
DOMINUS *novit cogitationes hominum*. * *quoniam vanæ ſunt*·
Beatus homo. quem tu erudieris. *Domine*. * *& de Lege tua docueris eum*

DEus ultionum DOMINUS · * Deus ultionum libere egit·
Exaltare qni judicas terram · * redde retributionem ſuperbis·
Uſquequo peccatores. DOMINE. * uſquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur [2] & loquentur iniquitatem · * ※ loquentur ⁝ omnes qui operantur injuſtitiam?
Populum tuum. DOMINE · hnmiliaverunt · * & hereditatem tuam [3] vexaverunt·
Vidnam [4] & advenam interfecerunt·* & pupillos occiderunt·
Et dixerunt · Non videbit Dominus. * nec Intelliget Deus Jacob·
Intelligite [5] inſipientes in populo. * & ſtnlti aliquando ſapite·
Qui plantavit aurem. non audiet? * aut qui finxit oculum non conſiderat?
Qui corripit gentes [6] non arguet. * qui docet hominem ſcientiam?
DOMINUS [7] ſcit cogitationes hominum. * quoniam vanæ ſunt·
Beatus homo. quem ÷ tu ⁝ erudieris. Domine· * & de Lege tua docueris eum·

Ut

(1) *Obelum negligunt omnes MSS. noſtri, &* vocem ipſi *Alex. omittit*.

(2) *Mart. & Val.* ÷ Ef ⁝ ſabuntur ÷ & ⁝ loqnentur. *Thomas. in altero Pſalt.* Effabuntur ÷ & ⁝ loquentur, *quod de more Val. neſcit*. *Alex.* Effabuntur & loquuntur &c. *Vat. vero proxime ſequentem aſteriſcum præterit, verſumque cum Pal. concludit dicens*: qui operantur iniquitatem.

(3) *Vat. pro* vexaverunt *ſcribit* nocuerunt.

(4) *Idem*, Viduam & pupillos interfecerunt: & advenam occiderunt. *Subſequenti autem verſu, ad cujus finem addit Pal.* Diapſalma, *Vat. idem Rom. ſequitur*.

(5) *Alex.* Intelligite qui inſipientes eſtis in populo &c. *Vat.* Intelligite ÷ nunc ⁝ inſipientes &c.

(6) *Vat.* nonne arguet &c.

(7) *Mendoſe* ſit *pro* ſcit *exhibet hoc loco Vat. qui & ſubſequentis verſiculi obelum præterit: de eo pronomine obelo notato conſulendus Hieronymus celebri ad Sunn. & Fretel. epiſtola, docens illud compoſito additum eſſe, quum in Hebræo non habeatur, ob εὐφωνίαν, & compoſitionis elegantiam. Ad hanc legem minus attendunt noſtri temporis ὀβελίζοντες*.

eum: ut mitiges eum a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet DOMINUS *plebem suam.* & hereditatem suam non derelinquet.*

Quoadusque justitia convertatur in judicium. Et qui tenent eam? Omnes qui recto sunt corde.*

Diapsalma.

Quis exurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?*

Nisi [1] quia DOMINUS *adjuvasset me.* paulo minus habitaverat in inferno anima mea.*

Si dicebam. Motus est pes meus. misericordia tua.* DOMINE. *adjuvabat me.*

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. consolationes tuæ. Domine. lætificaverunt animam meam.*

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis. qui fingis dolorem in præcepto?*

Captabunt [2] in animam justi. & sanguinem innocentem condemnabunt.*

Et factus est mihi DOMINUS *in refugium.* & Deus meus in auxilium spei meæ.*

Et

Ut mitiges [3] ÷ ei : a diebus malis.* donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet DOMINUS plebem suam. * & hereditatem suam [4] non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in judicium. * [5] & qui juxta illam? Omnes qui recto sunt corde.

÷ *Diapsalma* :

Quis consurget mihi adversus malignantes? * [6] ÷ aut : quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia DOMINUS [7] adjuvit me. * paulo minus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam. Motus est pes meus. * misericordia tua. DOMINE. adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. * [8] consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis. * qui fingis [9] laborem in præcepto?

Captabunt in animam justi. * & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi DOMINUS in refugium. * & Deus meus [10] in adjutorium spei meæ.

Et [11] reddet illis iniquitatem ipsorum. *

(1) *Holst. Nisi quia Dominus adjuvisset me.* MSS. nostri, & Cajet. & Bruno, & Faber, *adjuvasset*. Ambros. *adjuvabat*. Iidem sequentia verba hoc ordine legunt: *paulo minus habitaverat in inferno anima mea*; atque LXX. & Hebræus textus, & Ambros.

Vat. 84. *habet* adjuvisset: *& infra uterque Archivi MS.* habitasset, *non* habitaverat. *Utrumque juxta editum Brunonis Psalt.*

(2) *Vat.* 84. Captabunt animam &c.

(3) *Omisit eam obeli notam in altero Psalt. Thomasius, cui præter Mart. & Val. subscribunt nostri MSS. omnes. Vat. versiculum ita exhibet*: Ut mitiges eum Ψ a diebus Θ multorum) malis: donec &c.

(4) *Alex.* non derelinquit.

(5) *Vat.* ७ contineant eam omnes qui recto sunt corde: *tum omittit* Diaps. *quod Pal. sine obelo scribit.*

(6) *Obelus iste in nostris MSS. desideratur: præterea hoc versu Vat. Rom. sequitur.*

(7) *Vat.* Ψ adjuvabat) me, paulo minus Ψ habitaverat, in inferno animam meam; *corrupte fortasse illud*, animam meam. *Alex.* adjuvavit me, *facile legendum* adjuvabit me; *tum cum Pal.* habitavit in inferno &c

(8) *Vat.* exortationes tuæ delectaverunt animam meam.

(9) *Alex. cum Vat. juxta Rom.* qui fingis dolorem: *tum idem Vat. subsequenti versu*: Captabunt animam &c. *omissa præpositione* in.

(10) *Alex.* in adjutorem. *Vat.* in auxilium.

(11) *Vat.* Et reddet illis Dominus Θ secundum) iniquitatem ipsorum, & secundum malitias eorum disperdet eos Dominus Deus noster. *Vocis* disperdet *præpositionem Pal. ὀβελίζει.*

*Et reddet illis Dominus iniquitatem ipsorum . * & in malitia eorum disperdet illos* DOMINUS *Deus noster .*

rum . * & in malitia eorum disperdet eos . * ※ disperdet illos ⁝ DOMINUS Deus noster .

ORATIO.

ERudi nos . Domine . benevolentia legis tuæ . & esto nobis in tribulatione refugium . qui homini prudenter insinuas scientiam ne delinquat . Per .

Q.N. **PSALMUS XCIV.**

Laus Cantici ipsi David.

÷ Laus Cantici [1] ipsi David ⁝

Propheta incitat populos ad laudem Dei convenire .

VEnite . [a] exultemus DOMINO . * *jubilemus Deo salutari nostro .*

*Præoccupemus faciem ejus in confessione . * & in psalmis jubilemus ei .*

Quoniam Deus magnus DOMINUS . * *& rex magnus super omnes deos .*

*Quoniam non repellet Dominus plebem suam . * quia in manu ejus sunt omnes fines terræ . * & altitudines montium ipse conspicit .*

*Quoniam ipsius est mare . & ipse fecit illud . * & aridam fundaverunt manus ejus .*

Venite . adoremus . & procidamus ante Deum . ploremus coram DOMINO. *qui fecit nos . * quia ipse est Dominus Deus noster . nos autem populus ejus . & oves pascuæ ejus .*

*Hodie si vocem ejus audieritis . * noli-*

VEnite . exultemus DOMINO . * jubilemus Deo salutari nostro .

Præoccupemus faciem ejus in confessione . * ÷ & ⁝ in psalmis [2] jubilemus ei .

Quoniam Deus magnus DOMINUS . * & rex magnus super omnes deos .

Quia in manu ejus [3] sunt omnes fines terræ . * & altitudines montium ipsius sunt .

Quoniam [4] ipsius est mare . & ipse fecit illud . * & siccam manus ejus formaverunt .

Venite . [5] adoremus . & procidamus. * ÷ & ⁝ ploremus ante DOMINUM. qui fecit nos . * quia ipse ÷ est Dominus ⁝ Deus noster .

Et [6] nos populus pascuæ ejus . * & oves manus ejus . * Hodie si vocem ejus audieritis . * nolite obdurare corda vestra .

Sicut

a Romana hæc tantum Editio est in quotidiano Ecclesiarum usu .

(1) *Tacent MSS. Alex. & Pal. pronomen* ipsi, *obelumque nesciunt .*

(2) *Vat. postquam præcedentem obelum neglexerat , heic ait :* jubilemus illi .

(3) *Vat.* sunt ⊖ omnes) fines terræ &c. *Voces* sunt omnes *tacet & Alex. pressius ad Græc. & Heb.*

(4) *Mart.* ÷ Quoniam ⁝ *ipsi suffragatur Versio Heb. Alex. nec non & editæ in recentioribus Hieronymianis Operibus . Sed Heb. hodiernus fons eidem contradicit , habet enim* אשר *Vat. Rom. in præsenti versu imitatur ; Pal. verò loco* siccam *habet* sicca .

(5) *Vat.* Venite , adoremus , & procidamus ante eum , & ploremus coram Domino qui fecit nos , quia ipse est Dominus Deus noster . *Utrumque hujus versiculi obelum & Pal. præterit : Alex. cum obelo secundo omittit & vocem ipso notatam* Dominus .

(6) *Vat.* ⁊ nos ⊖ autem populus) ☧ ejus, & oves manus ejus &c. *Subsequenti autem versu idem Vat. Rom. exprimit : tum altero & asteriscum & vocem* me *sub ipso positam una cum Pal. omittit .*

nolite obdurare corda vestra·

Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in Deserto· *ubi tentaverunt me patres vestri* · * *probaverunt*. *& viderunt opera mea*·

Quadraginta annis proximus fui generationi huic· * *& dixi*· *Semper hi errant corde*·

Ipsi vero non cognoverunt vias meas. quibus juravi in ira mea. * *Si introibunt in Requiem meam*·

Sicut in irritatione . * secundum diem tentationis in Deserto·

Ubi tentaverunt me Patres vestri· * probaverunt ※ me ⁝ & viderunt opera mea·

Quadraginta annis [1] offensus fui generationi illi· * & dixi· Semper hi errant corde·

Et [2] isti non cognoverunt vias meas.* ut juravi in ira mea . * Si introibunt in Requiem meam·

ORATIO·

SAlutare eximium omnium populorum . Domine . respice propitius super oves Gregis tui . eisque impertiens sal prudentiæ . introducere easdem innoxias sempiternam digneris in Requiem· Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus . per &c.

PSALMUS XCV. F.VI.N.

Canticum David · quando Domus ædificabatur post Captivitatem·

[4] ÷ Canticum ipsi David . quando Domus ædificabatur post Captivitatem ⁝

Laus Fidelium de Christi Incarnatione . & de exaltatione Ecclesiæ ·

C*Antate* DOMINO *canticum novum* . * *cantate* DOMINO *omnis terra*·

Cantate DOMINO . *& benedicite Nomen ejus*· * *bene nunciate de die in diem* SALUTARE *ejus*·

Annunciate inter Gentes [3] *gloriam ejus*· * *in omnibus populis mirabilia ejus*·

Quoniam magnus DOMINUS . *& laudabilis*

CAntate DOMINO canticum novum· * cantate DOMINO omnis terra·

Cantate DOMINO [5] ÷ & ⁝ benedicite Nomini ejus · * annunciate de die in diem SALUTARE ejus·

Annunciate inter Gentes gloriam ejus· * in omnibus populis mirabilia ejus·

Quoniam magnus DOMINUS . [6] & lauda-

(1) *Vat.* ☧ proximus) fui &c. *tum paullo inferius voculam* hi , *qua & Græc. destituitur, omittunt Alex. & Pal.*

(2) *Vat.* ipsi vero non cognoverunt vias meas : ☧ quibus) juravi &c.

(3) *Holst. annunciate inter gentes gloriam ejus.* MS. noster antiquior , & Cajet. & Bruno , *opera ejus* . Sed contra LXX. qui leguut τὴν δόξαν αὐτοῦ , & sic in fontibus Hebræorum , & Cassiodor.

Opera ejus, *& uterque Archivi MS. cum Brun.*

(4) *Alex. Vat. Mart. & Val.* ÷ Quando Domus ædificabatur post captivitatem ⁝ Canticum ipsi (*Alex.* huic ; David . *Sed rectius Thomasius integrum Titulum obelo subjicit* .

(5) *MSS. nostri omnes cum obelo ipsam* & *copulam omittunt : deinde Alex.* annunciate diem de die Salutare ejus .

(6) *Vat. cum Alex.* & laudabilis valde : *tum Pal.* terribilis ÷ est ⁝ super &c.

dabilis nimis · * *terribilis est super omnes deos* ·

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia · * DOMINUS *autem cælos fecit* ·

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus · * *sanctitas & magnificentia in sanctificatione ejus* ·

Afferte DOMINO *(patriæ Gentium) afferte* DOMINO *gloriam & honorem* · * *afferte* DOMINO *gloriam nomini ejus* ·

Tollite hostias . & introite in atria ejus · * *adorate* DOMINUM *in aula sancta ejus* ·

Commoveatur a facie ejus universa terra · * *Dicite in Nationibus* · DOMINUS *regnavit a Ligno* · * *etenim correxit orbem terræ . qui non commovebitur* ·

Judicabit populos in æquitate . * *& gentes in ira sua* ·

Lætentur cæli . & exultet terra · * *moveatur mare . & plenitudo ejus* ·

Gaudebunt campi . & omnia quæ in eis sunt · * *tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem* DOMINI . * [1] *quoniam venit . quoniam venit judicare terram* ·

Judicabit orbem terræ in æquitate . * *& populos in veritate sua* ·

laudabilis nimis . * terribilis est super omnes deos ·

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia · * DOMINUS autem cælos fecit ·

Confessio [2] & pulchritudo in conspectu ejus · * sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus ·

Afferte DOMINO (patriæ Gentiũ) · * afferte DOMINO gloriam & honorem · * afferte DOMINO gloriam nomini ejus ·

Tollite hostias . & introite in atria ejus · * adorate DOMINUM in atrio sancto ejus ·

Commoveatur [3] a facie ejus universa terra · * Dicite in Gentibus . ÷ quia ‡ DOMINUS regnavit ·

Etenim correxit orbem terræ . qui non commovebitur · * judicabit populos in æquitate ·

Lætentur cæli . & exultet terra . * [4] commoveatur mare . & plenitudo ejus · * gaudebunt campi . & omnia quæ in eis sunt ·

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum * [5] a facie DOMINI · quia venit . * quoniam venit judicare terram ·

Judicabit orbem ÷ terræ ‡ in æquitate . * & populos in veritate sua ·

ORATIO·

FActor cæli terræque creator Deus . quem omnis terra cantici novi modulatione persultat . precamur . ut sicut te a Ligno regnantem supplices confitemur . ita (amisso omni Gentilitatis errore) futuri adventus tui gloriam intentis sensibus præstolemur · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

ALIA.

FActor cæli terræque creator Deus . cui omnis terra cantici novi modulationem persolvit . precamur . ut obediens tibi populus in æquitate & veritate perseveret . & qui negligenter delinquimus . misericorditer a te corrigamur · Per ·

PSAL-

(1) *Uterque Archivi MS.* quoniam venit , quoniam veniet .

(2) *Vat.* Confessio & species in conspectu ejus, sanctitas &c. *Pal. finito versiculo addit* Diapsal.

(3) *Vat.* a facie ejus omnis terra : dicite in nationibus &c. *Subsequenti autem versu Rom. exprimit* .

(4) *Pal. MS. Mart. & Val.* ÷ com ‡ moveatur .

(5) *Vat.* ante faciem Domini , quoniam venit , *juxta Rom. & sequentem deinde obelum præterit* .

PSALMUS XCVI.

F.VI.N.

Psalmus [1] David. quando terra ejus restituta est.

Propheta de primo Christi adventu dicit. admonens Fideles in eo lætari. & increpans eos qui idola venerantur.

DOMINUS *regnavit. exultet terra. * lætentur insulæ multæ.*

*Nubes & caligo in circuitu ejus. * justitia & judicium correctio sedis ejus.*

*Ignis ante eum præibit. * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.*

*Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ. * vidit. & commota est terra.*

Montes (sicut cera) fluxerunt ante faciem DOMINI. * *a facie Domini tremuit omnis terra.*

*Annunciaverunt cæli justitiam ejus. * & viderunt omnes populi gloriam ejus.*

*Confundantur omnes qui adorant sculptilia. * & qui gloriantur in simulacbris suis.*

*Adorate eum omnes Angeli ejus. Audivit. & lætata est Sion. * & exultaverunt filiæ Judæ propter judicia tua.* DOMINE.

Quoniam tu es DOMINUS *Altissimus super omnem terram. * nimis exaltatus es super omnes deos.*

Qui diligitis DOMINUM *odite malum. * custodit Dominus animas Servorum*

÷ [2] Huic David. quando terra ejus restituta est ‡

DOMINUS regnavit. exultet terra. * lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus. * justitia & judicium correctio sedis ejus.

Ignis [3] ante ipsum præcedet. * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi ÷ terræ ‡ * vidit. & commota est terra.

Montes (sicut cera) fluxerunt ※ a facie DOMINI ‡ [4] a facie Domini omnis terra.

Annunciaverunt cæli justitiam ejus.* & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia. * [5] & qui gloriantur in simulachris ÷ suis ‡.

Adorate eum omnes Angeli [6] ÷ ejus ‡. * Audivit. & læta est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ. * propter judicia tua. DOMINE.

Quoniam [7] tu DOMINUS Altissimus super omnem terram. * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis DOMINUM. [8] odite malum. * custodit ÷ Dominus ‡ animas San-

(1) *Vocem* ipsi *eo loci addunt Archivi MSS. Vat.* 84. *ut & alter a Thomasio notatus, qui insuper habet post vocem* David, cum restituta est ei terra. *& Vat.* 84. quando terra ejus restaurata est.

(2) *Vat. sine obelo:* Ipsi David, cum &c.

(3) *Vat.* Ignis in conspectu ejus procedet, & inflammabit &c. *Deinde eo, qui proxime sequitur, versu cum Alex.* Adduxerunt fulgura ejus &c. *obelumque negligit; & alterius insuper versus asteriscum.* (4) *Pal. addita copula,* & a facie Domini: *tum Vat. & Alex.* omnis terræ.

(5) *Manuscripti nostri juxta Græc. ea copula destituuntur. Deinde in fine versiculi exhibet Pal.* Diapsalma.

(6) *Malè scripsit Vallars. apud Thomasium hanc obeli notam desiderari, quum ipsi non solum adversetur illud, quod nescit, Psalterium, sed & præsens. In Pal. quidem desideratur.*

(7) *Vat.* Quoniam tu ⊖ es) Dominus &c.

(8) *Vat.* odite malignitatem, custodit Dominus animas Ψ servorum) suorum, de manu Ψ peccatorum) liberabit eos. *Alex. omittit cum obelo simul & vocem* Dominus.

*vorum suorum. * & de manu peccatoris liberavit eos·*

*Lux orta est Justo. * & Rectis corde lætitia·*

Lætamini Justi in Domino· * & *confitemini memoriæ Sanctitatis ejus·*

Sanctorum suorum. * de manu peccatoris liberabit eos·

Lux orta est Justo. * & rectis corde lætitia·

Lætamini justi in Domino· * [1] & confitemini memoriæ Sanctificationis ejus:

ORATIO·

CUstos animarum sanctarum Deus. cujus regnum est pars perfecta justorum. concede Propheticas Evangelicasque coruscationes pectoribus nostris inseri· & si quid obtectum velamine prisco reperitur. Spiritu Sancto revelante pandatur· Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per &c·

S.N.

PSALMUS XCVII.

Psalmus ipsi David·

Psalmus [4] ÷ ipsi David ⁝

Propheta commonet populum Christianum cantici novi exultatione lætari. quando mirabilis est Christi concessus adventus·

CAntate Domino *canticũ novum.* * *quia mirabilia fecit Dominus·*

Salvavit eum dextera ejus. * & *brachium sanctum ejus·*

Notum fecit Dominus salutare *suum·* * *ante conspectum Gentium revelavit Justitiam suam·*

Memor fuit misericordiæ suæ Jacob. * & *veritatis suæ* [2] *domui Israel·*

Viderunt omnes fines terræ salutare *Dei nostri* · * *Jubilate* Deo *omnis terra* · * *cantate & exultate & psallite·*

Psallite Deo *nostro* [3] *in cithara.* & *cithara.* * & *voce psalmi. in tubis ductilibus.* & *voce tubæ corneæ* · * *jubilate in conspectu Regis* Domino·

Moveatur

CAntate Domino canticum novum. * quia mirabilia [5] fecit·

Salvavit sibi dextera ejus. * & brachium sanctum ejus·

Notum fecit Dominus salutare suum·* in conspectu Gentium revelavit Justitiam suam·

Recordatus est misericordiæ suæ. * & veritatis suæ [6] domui Israel·

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri·

Jubilate Deo omnis terra· * cantate & exultate & psallite·

Psallite Domino in cithara. * [7] ※ in cithara ⁝ & voce psalmi. * in tubis ÷ ductilibus ⁝ & voce tubæ corneæ·

Jubilate

(1) *Vat. idem* ÷ & ⁝ confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

(2) *Holst. Domui Israel.* MSS. omnes, & Cajet. & Bruno, *Domus Israel.* Sed LXX. Sixtinæ *τῷ οἴκῳ* Ἰσραήλ, & sic Ambros.

(3) *Vat.* 84. in cithara in cithara *juxta Aug. Cass. Ver. Ambros. & Græc. sicut & infra cum iisdem & Brunone idem MS. habet:* in conspectu Regis Domini.

(4) *Alex. omittit vocem* ipsi: *Pal. vero solam vocem* David *obelo notat.*

(5) *Vat.* fecit Dominus *juxta Rom. & subsequenti versu* ⊖ Et) salvavit ei dexteram ejus, & brachium: *tum tertio & quarto Rom. exprimit. Alex.* ℣. 2. salvabit sibi dexteram ejus &c.

(6) *Alex. & Pal.* domui Jacob.

(7) *Vat.* ÷ in cithara & ⊖ in ⁝ voce psalmi, in tuba abjectum, & voce tubæ ÷ corneæ ⁝ *Pal. hujus versus obelum prætermittit, additque eo finito* Diapſ. *Alex. verò habet* & vocem tubæ corneæ.

*Moveatur mare & plenitudo ejus . * orbis terrarum . & universi qui habitant in ea ·*

*Flumina plaudent manibus in idipsum . * montes exultaverunt ante faciem* DOMINI · * *quoniam venit . quoniam venit judicare terram ·*

*Judicabit orbem terræ in justitia . * & populos in æquitate ·*

Jubilate in conspectu Regis DOMINI·* Moveatur mare & plenitudo ejus . * orbis ÷ terrarum ⁑ & qui habitant in eo·

Flumina [1] plaudent manu simul . * montes exultabunt a conspectu DOMINI · * quoniam venit judicare terram ·

Judicabit [2] orbem ÷ terrarum ⁑ in justitia . & populos in æquitate ·

ORATIO·

IMmitte Domine salutare tuum mentibus nostris . qui revelasti justitiam tuam Gentibus universis · ut qui quondam judicari venisti pro perditis . misericordiam (cum [3] judicaturus adveneris) pro quibus judicatus es largiaris · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus . per &c.

PSALMUS XCVIII. S.N.

Psalmus David ·

÷ Psalmus [4] ipsi David ⁑

Propheta commonet populos Christo Domino confiteri eumque adorare . quia suis Fidelibus propitius existit ⁑.

*DOMINUS regnavit . irascantur populi · * qui sedes super Cherubim . moveatur terra ·*

DOMINUS *in Sion magnus . * & excelsus super omnes populos ·*

*Confiteantur Nomini tuo magno & terribili . * quoniam sanctum est · * & honor regis judicium diligit ·*

*Tu parasti æquitatem · * judicium & justitiam in Jacob tu fecisti ·*

Exaltate DOMINUM *Deum nostrum · * & adorate scabellum pedum ejus . quoniam sanctum est ·*

DOMINUS regnavit . irascantur populi · * [5] qui sedet super Cherubim . moveatur terra ·

DOMINUS in Sion magnus . * & excelsus [6] super omnes populos ·

Confiteantur Nomini tuo magno . * ÷ quoniam ⁑ terribile & Sanctum est · * [7] ÷ & ⁑ honor regis judicium diligit ·

Tu parasti directiones · * judicium & justitiam in Jacob tu fecisti · [8]

Exaltate DOMINUM Deum nostrum · * & adorate scabellum pedum ejus . * [9] quoniam sanctum est ··

(1) *Vat. omisso paullo superius obelo heic scribit juxta Rom.* Flumina plaudent Ψ manibus) in idipsum , montes Ψ exultaverunt ante faciem Domini) quoniam venit judicare terram . *Alex.* montes exultabunt in conspectu Domini .

(2) *Idem Vat.* Judicabit ÷ orbem terræ ⁑ &c. *Sed præstares obelum & a voce* terræ , *aut* terrarum *prorsus tollere .*

(3) *Vocem* judicaturus *omittit cum Pal. Vat.*

(4) *Simplicius nostri MSS.* Psalmus David: *quæ verba Vat. nullo signo notat .*

(5) *MSS. nostri omnes juxta Rom.* qui sedes .

(6) *Vat.* super omnes Ψ deos) *Alex.* & excelsus est super omnes populos .

(7) *Hunc obelum quem exigit Vers. Heb. Alex. omittunt una cum nostris MSS. & altero Thomasii Psalt. Martianaus atque Vallarsius . Initio versiculi Vat.* Confiteantur ϴ omnes) nomini tuo magno , quia terribile &c.

(8) *Ad finem hujus versiculi, quem Rom. ipsissimis verbis Vat. expresserat , Pal. addit* Diapsalma.

(9) *Pal. sequiori cura ,* quoniam sanctus est . *Cetera vocem* quoniam *obelo notarunt Mart. & Val.*

Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus · * *& Samuel inter eos qui invocant nomen ejus* ·

Invocabant DOMINUM . *& ipse exaudiebat eos* · * *& in columna nubis loquebatur ad eos* ·

Custodiebant [1] *testimonia ejus* . * *& pracepta ejus quæ dederat illis* ·

DOMINE *Deus noster tu exaudiebas eos* · * *Deus tu propitius fuisti illis* . *& vindicans in omnia studia eorum* ·

Exaltate DOMINUM *Deum nostrum* . * *& adorate in monte sancto ejus* · * *quoniam sanctus est* DOMINUS *Deus noster* ·

Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus · * & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus ·

Invocabant DOMINUM . & ipse exaudiebat eos · * [2] in columna nubis loquebatur ad eos ·

Custodiebant [3] testimonia ejus . * & præceptum quod dedit illis ·

DOMINE Deus noster tu exaudiebas eos · * Deus [4] ÷ tu ⁑ propitius fuisti eis . * & ulciscens in ÷ omnes ⁑ adinventiones eorum ·

Exaltate DOMINUM Deum nostrum . * & adorate in monte sancto ejus · * quoniam sanctus DOMINUS Deus noster·

ORATIO·

Sublimis throni . Domine . te oramus & quæsumus . ut columna nobis luminis refulgente modum Sacerdotalis ordinis te custode servemus · Per·

D. M. & S. N.

PSALMUS XCIX.

Psalmus David . in confessione ·

Psalmus in confessione ·

Admonet Propheta universitatem [5] *Dominum exultando laudare* .

Jubilate DEO *omnis terra* · * *servite* DOMINO *in lætitia* ·

Intrate in conspectu ejus . *in exultatione* · * *scitote* [6] *quod* DOMINUS *ipse est Deus* · * *ipse fecit nos* . *& non ipsi nos* ·

Nos autem populus ejus . *& oves pascuæ ejus* · * *Intrate portas ejus in confessione* . * *atria ejus in hymnis confessionum* ·

Laudate

Jubilate [7] DEO omnis terra · * servite DOMINO in lætitia ·

Introite in conspectu ejus. * in exultatione ·

Scitote quoniam DOMINUS [8] ipse est Deus · * ipse fecit nos . & non ipsi nos ·

Populus ejus . & oves pascuæ ejus . * introite portas ejus in confessione · * atria ejus in hymnis [9] confitemini illi·

Laudate nomen ejus . quoniam suavis

(1) *Vat.* 84. Quia custodiebant , *juxta Cass. & Ambros. Græc.* Ὅτι ἐφύλασσον ·

(2) *Vat.* ⊖ &) in columna .

(3) *Vat.* Quia custodiebant testimonia ejus , & præcepta ejus ÷ quæ ⁑ dederat illis .

(4) *Alex.* tu exaudiebas illos . *Vat. vero missis obelis* , Deus tu propitius fiebas illis , & vindicans in omnia studia eorum . *Idem Psalm. concludit cum Rom. apposito verbo* est , *scribens* : quoniam sanctus est .

(5) *Vat.* Domino exultando &c.

(6) *Holst. scitote quoniam Dominus* : MSS. nostri , *quod Dominus* : atque ita Faber edidit , & Psalt. Cajet. & Bruno .

(7) *Alex.* Jubilate Domino &c.

(8) *Pal.* ipse ÷ est ⁑ Deus . *Postremam hanc vocem* Deus *Alex. omittit* .

(9) *Vat. heic* , confitemini ei : *postquam reliqua versiculi expresserat juxta Rom.*

Laudate nomen ejus. quoniam suavis est DOMINUS · * *in æternum misericordia ejus.* * *& usque in sæculum sæculi veritas ejus.*

vis [1] ÷ est ⁝ DOMINUS · * in æternum misericordia ejus. * & usque in generationem & generationem veritas ejus ·

ORATIO·

JUbilamus tibi. æterne Domine. in lætitia & exultatione poscentes ut dum portæ [2] pectorum nostrorum in tuis laudibus referantur. semper ad misericordiam veritatemque pandantur · Per.

PSALMUS C. S.N.

Psalmus David ·

Palmus [3] ÷ ipsi ⁝ David ·

Ecclesia Dei Judicium & Misericordiam decantat. seque non cum iniquis sed cum Fidelibus habitare congaudet.

M*Isericordiam & judicium cantabo tibi.* DOMINE · * *psallam & intelligam in via immaculata.* * *quando venies ad me?*

Perambulabam in innocentia cordis mei. * *in medio domus tuæ* ·

Non proponebam ante oculos meos rem malam · facientes prævaricationes odivi. * *& non adhaesit mihi cor pravum* ·

Declinantes a me malignos non agnoscebam · detrahentem adversus proximum suum occulte. * *hunc persequebar* ·

Superbo oculo. & insatiabili corde. * *cum hoc simul non edebam* ·

Oculi mei super Fideles terræ. * *ut sedeant hi mecum* · * *ambulans in via immaculata. hic mihi ministrabat* ·

MIsericordiam & judicium * cantabo tibi. DOMINE ·

Psallam [4] ÷ & ⁝ intelligam in via immaculata. * quando venies ad me?

Perambulabam in innocentia cordis mei. * in medio domus meæ ·

Non proponebam ante oculos meos rem injustam · * facientes prævaricationes [5] odivi ·

Non adhaesit mihi cor pravum · * [6] declinantem a me malignum non cognoscebam ·

Detrahentem [7] secretò proximo suo. * hunc persequebar ·

Superbo oculo. & insatiabili corde. * cum hoc non edebam ·

Oculi mei [8] ad fideles terræ. ut sedeant mecum · * ambulans in via immaculata. hic mihi ministrabat ·

(1) *Verbum* est *una cum obelo pressius ad Heb. & Græc. fontes omissis cum Pal. Alex. Vat. autem integro hoc versu idem cum Rom. solum infra scribit* : & usque Ψ in sæculum sæculi) veritas ejus.

(2) *Vat. & Pal.* portæ peccatorum nostrorum.

(3) *Obelum atque vocem* ipsi *Alex. præterit. Vat. & Pal. solum obelum.*

(4) *Sine obelo, repugnantibus antiquis Versionibus ex Heb. atque hodiernum textum heic MSS. nostri legunt. Inferius Pal. MS. Mart. & Val.* ÷ Per ⁝ ambulabam, *&* non ÷ pro ⁝ ponebam.

(5) *Alex.* odii.

(6) *Idem Alex.* declinante a me maligno non cognoscebam. *Vat.* declinantem a me malum non agnoscebam.

(7) *Vat.* Detrahentem in occulto adversus proximum suum &c. *cum subsequenti versu ut Rom.*

(8) *Vat.* super fideles terræ, ut simul sedeant hi mecum; *deinde in fine versiculi*, hic mihi deserviebat. *Alex.* ut sederent mecum, *loco eorum*, ut sedeant mecum.

*Non habitabit in medio domus meæ. qui farit superbiam. * qui loquitur iniqua.* [1] *non direxit in ronspectu oculorum meorum.*

*In matutinis interfiriebam omnes perratores terræ. * ut disperdam de civitate* DOMINI *omnes qui operantur iniquitatem.*

Non [2] habitabit in medio domus meæ. qui facit superbiam. * qui loquitur iniqua. non dixerit in conspectu oculorum meorum.

In [3] matutino interficiebam omnes peccatores terræ. * ut disperderem de civitate DOMINI omnes operantes iniquitatem.

ORATIO.

INcomprehensibilis virtute Deus. qui tuis famulis misericordiam atque judicium clementer insinuas. concede nobis [4] fideliter te diligere. rectamque viam ingredi. & a vanitate execrabilis superbiæ declinare. Per.

S.N.

PSALMUS CI.

Oratio Pauperis. cum anxiatus fuerit. [5] & coram Deo effuderit precem suam.

Oratio Pauperis. cum anxius fuerit. & in conspectu Domini effuderit precem suam.

Propheta dirit de persona rujuslibet pauperis justi. ut Dominus ad ejus preres intendat.

DOMINE. *exaudi orationem meam. * & clamor meus ad te perveniat.*

*Ne avertas faciem tuam a me. * in quarumque die tribulor. * inclina ad me aurem tuam. * in quarumque die invocavero te veloriter exaudi me.*

*Quia defererunt (sicut fumus) dies mei. * & ossa mea (sirut in frixorio) ronf.ixa sunt.*

Perrussus sum sicut fœnum. & aruit

DOMINE. exaudi orationem meã. * & clamor meus ad te [6] veniat.

Non avertas faciem tuam a me. * in [7] quacumque die tribulor. inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero ÷ te ⁑ * [8] velociter exaudi me.

Quia defecerunt (sicut fumus) dies mei. * & ossa mea [9] (sicut cremium) aruerunt.

Per-

(1) *Holst.* non direxit. MSS. omnes, *direxi*: sed LXX. οὐ κατηύθυνεν. Cajet. ut editio nostra, *direxit*, & sic Ambros. & Bruno.

(2) *Vat.* Non habitavit in medio domus meæ faciens superbiam, loquens injusta non direxit ante oculos meos. *Alex.* Non habitat in medio domus meæ &c. *Ceterum illud* qui *ante verba* facit superbiam *minus rectè adversus MSS. nostros obelo notant Mart. & Val. quum Hebræus resonet* faciens. *Vide quæ alibi de hac re diximus.*

(3) *Vat.* In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ ad exterminandum de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.

(4) *Vat.* fide te diligere &c.

(5) *Vat.* 84. & *D.* 144. & coram Domino. *tum Vat.* 84. effuderit precem suam constanter. *Et pro Gallicano*, coram Domino &c. *legunt MSS. Vat. & Alex. & Pal.* cum anxiatus fuerit, & ad Dominum precem ÷ ef ⁑ fuderit.

(6) *Vat.* perveniat. *Et deinde*, ne avertas *juxta Rom.*

(7) *Quum ad exprimendum illud Hebraici fontis* in die angustiæ, *sive juxta Alex.* in die tribulationis. *satis non fit* in die tribulor, *minus bene Mart. & Val. quibus nullus e nostris MSS. suffragatur, scribunt*: in ÷ quacumque ⁑ die tribulor.

(8) *Vat.* cito exaudi me; *quibus Pal. subjungit* Diapsalma.

(9) *Vat.* Sicut frixorio confrixa sunt.

ruit cor meum . * *quia oblitus sum* [1] *manducare panem meum* . * *a voce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meæ* .

Similis factus sum pelicano in solitudine : & factus sum sicut nycticorax in domicilio . * *vigilavi* . *& factus sum sicut passer unicus in ædificio* .

Tota die exprobrabant me inimici mei . * *& qui me laudabant adversus me jurabant* .

Quia cinerem (sicut panem) manducabam . * *& potum meum cum fletu temperabam* .

A facie [2] *iræ & indignationis tuæ* . * *quia elevans elisisti me* .

Dies mei (sicut umbra) declinaverunt . * *& ego (sicut fœnum) arui* .

Tu autem . DOMINE . *in æternum permanes* . * *& memoriale tuum in sæculum sæculi* .

Tu exurgens misereberis Sion . * *quia venit tempus miserendi ejus* .

Quia [3] *beneplacitum babuerunt servi tui* . *lapides ejus* . * *& terræ ejus miserebuntur* .

Et timebunt Gentes nomen tuum . DOMINE . * *& omnes Reges terræ gloriam tuam* .

Quoniam ædificabit DOMINUS *Sion* . * *& vi-*

Percussus [4] sum ut fœnum . & aruit cor meum . * quia oblitus sum comedere panem meum .

A voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ .

Similis factus sum pellicano [5] solitudinis . * factus sum sicut nycticorax in domicilio .

Vigilavi . & factus sum * sicut passer solitarius in tecto .

Tota die exprobrabant [6] mihi inimici mei . * ÷ & ‡ qui laudabant me adversum me jurabant .

Quia cinerem [7] (tamquam panem) manducabam . * & potum meum cum fletu miscebam .

A facie iræ & indignationis tuæ . * quia [8] elevans allisisti me .

Dies mei (sicut umbra) [9] declinaverunt . * & ego (sicut fœnum) arui .

Tu autem [10] . DOMINE . in æternum permanes . * & memoriale tuum in generationem & generationem .

Tu exurgens misereberis Sion . * quia tempus miserendi ejus [11] . * ※ quia venit tempus ‡

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus . [12] * & terræ ejus miserebūtur .

Et timebunt Gentes [13] nomen tuum . DOMINE . * & omnes Reges terræ gloriam tuam .

Quia

(1) *Uterque Archivi MS. pro* manducare *scribunt* comedere .

(2) *MSS. Archivi cum S. Brun.* A facie iræ indignationis tuæ , *omissa copula : sed de hoc loco adeundus Hieronymus ad Sunn. & Fretel.*

(3) *Vat.* 84. *cum Cass.* beneplacitos .

(4) *Pal.* Percussum est , *non* percussus est , *ut scribit Val. Vat. vero Rom. sequitur .*

(5) *Vat.* Ψ in solitudine : *& subsequenti versu* , sicut passer singularis in ædificio .

(6) *Idem* , me *pro* mihi : *tum sine obelo* & qui laudabant me .

(7) *Vat.* sicut panem : *tum cum Alex.* manducavi ; *deinde Alex. & Pal.* & poculum meum .

(8) *Vat.* quia extollens elisisti me .

(9) *Idem* , declinati sunt , & ego velut fœnum arui .

(10) *Vat.* Tu autem in æternum manes ÷ & ‡ memoriale tuum in generatione & generationem : *vox* Domine *recentiori manu superscripta legitur.* In generatione & generationem *habet Pal.*

(11) *Pal. minus recte* , miserendi ÷ ejus ‡ *Cetera quod subsequitur asterisci signum inducendum esset cum nostris MSS omnibus , & Græco exemplari babente* : Ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτειρῆσαι αὐτήν , ὅτι ἥκει καιρός .

(12) *Hucusque in præsenti versu Rom. verba exhibet Vat. sed heic* , & pulveris ejus miserebuntur .

(13) *Nostri MSS. omnes, pressius ad Græc. nostrū* τὸ ὄνομα κυρίου *babent*, nomen Domini, *quod in Pal. recentiori cura accommodatum videtur .*

& videbitur in majestate sua ·
*Et respexit in orationes pauperum· * & non sprevit preces eorum·*
*Scribantur hæc in generatione altera · * & populus qui creabitur . laudabit Dominum ·*
*Quoniam prospexit de excelso sancto suo · ** DOMINUS *de cælo in terram prospexit ·*
*Ut audiret gemitum vinculatorum . * & solvat filios interemptorum ·*
Ut annuncietur in Sion nomen DOMINI . * *& laus ejus in Jerusalem ·*
*In conveniendo populos in unum . * & regna ut serviant* DOMINO ·
Respondit ei in via virtutis suæ · [1] *Paucitatem dierum meorum enuncia mihi · * & ne revoces me in dimidio dierum meorum · In sæculum sæculi Anni tui ·*
*Initio terram tu fundasti. Domine · * & opera manuum tuarum sunt cæli ·*
Ipsi peribunt . tu autem [2] *permanebis · * & omnes (ut vestimentum) veterascent . & (sicut opertorium) mutabis eos. & mutabuntur ·*
*Tu autem idem ipse es · * & anni tui non deficient ·*
Filii servorum tuorum inhabitabunt

Quia [3] ædificavit DOMINUS Sion · * & videbitur in gloria sua ·
Respexit [4] in orationem humilium·* & non sprevit precem eorum ·
Scribantur hæc [5] in generatione altera · * & populus qui creabitur . laudabit Dominum ·
Quia prospexit [6] de excelso sancto suo · * DOMINUS de cælo ÷ in ‡ terram aspexit ·
Ut audiret gemitus compeditorum·* ut solveret [7] filios interemptorum ·
Ut [8] annuncient in Sion nomen DOMINI · * & laudem ejus in Jerusalem ·
In conveniendo populos in unum . * & reges ut serviant DOMINO ·
Respondit [9] ei in via virtutis suæ · * Paucitatem dierũ meorum nuncia mihi·
Ne [10] revoces me in dimidio dierum meorum . * In generationem & generationem Anni tui ·
Initio [11] ÷ tu Domine ‡ terram fundasti · * & opera manuum tuarum ÷ sunt ‡ cæli ·
Ipsi peribunt. tu autẽ permanes·* [12] & omnes (sicut vestimentũ) veterascent ·
[13] ÷ Et ‡ (sicut opertorium) mutabis eos. & mutabuntur· * tu autem ÷ idẽ ‡ ipse es . & anni tui non deficient ·

Filii

(1) *Holst. paucitatem dierum meorum nuntia mihi* . MSS . omnes legunt *enuntia*, & sic Cassiod. Bruno, Fabri editio, & Cajet. Ambrosianum *annuntia*.

(2) *Vat.* 84. permanes, *juxta Aug. Cas. Ver. Ambros.*

(3) *Alex. & Vat.* ædificabit : *tum Vat. copulam inferius voci* videbitur *præmissam jure ὀβελίζει* ·

(4) *Idem*, ⊖ Et) respexit orationes humilium, & non sprevit preces eorum . *Alex.* Respexit in oratione humilium &c.

(5) *Alex.* & *Pal.* in generationem alteram ; *tum Vat.* & plebs quæ creabitur .

(6) *Vat. idem* , ex alto sancto suo : *deinde obelum , quo heic , non autem in altero Psalt. nec a Mart. & Val. notatur* in *præpositio , una cum Pal. & Alex. prætermittit* ·

(7) *Hactenus præsentem versiculum cum Rom. exhibet Vat. heic vero scribit* , filios morte afflictorum . *Et subsequentem versum prorsus cum Rom. idem MS. exprimit . Alex.* & solvat filios interemptorum .

(8) *Alex.* ut adnuntietur in Sion nomen Domini, & laudem suam in Jerusalem .

(9) *Vat.* ⊖ Et) respondit illi ; *tum* , annuncia mihi .

(10) *Vat.* Ne educat me ; & *infra* , in generatione & generatione anni tui .

(11) *Idem*, ab initio terram tu fundasti ÷ Domine ‡ & opera &c.

(12) *Vat.* & omnia sicut vestimentum : *Pal.* veterescent ; *Alex.* veteriscent .

(13) *Licet MSS. nostri utrumque hujus versiculi obelum prætermittant , utrumque tamen recte juxta Hebraicum fontem Thomasius adstruit , quidquid de illo primo , quo copula &* *notatur , minus bene Vallars. scribat . Eodem hoc versiculo absoluto Pal. adjungit* Diaps.

*bunt ibi. * & ſemen eorum in ſæculum ſæculi dirigetur.*

Filii ſervorum tuorum [1] habitabũt. * & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

ORATIO.

EXorabilis Domine intende in orationem ſupplicum tuorum. ut qui in peccatis detenti tamquam fœnum aruimus. reſpectu cæleſtis miſericordiæ ſublevemur. Per.

PSALMUS CII. S.N.

Pſalmus [2] ipſi David.

[3] ÷ Ipſi ⁝ David.

Propheta univerſitatem ad Dei laudes hortando. de beneficiorum plurimorum (quæ ſuis Fidelibus adminiſtrat) munere gratulatur.

BEnedic anima mea DOMINUM. * *& omnia interiora mea Nomen ſanctum ejus.*

Benedic anima mea DOMINUM. * *& noli obliviſci omnes retributiones ejus.*

Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. * *qui ſanat omnes languores tuos.*

Qui [3] *redimit de interitu vitam tuam.* * *qui ſatiat in bonis deſiderium tuum.*

Qui coronat te in miſeratione & miſericordia. * *renovabitur* [4] *(ſicut aquilæ) juventus tua.*

Faciens miſericordias DOMINUS. * *& judicium omnibus injuriam patientibus.*

Notas fecit vias ſuas Moyſi. * *filiis Iſrael voluntates ſuas.*

Miſe-

BEnedic anima mea DOMINO. * & omnia quæ intra me ſunt. Nomini ſancto ejus.

Benedic anima mea DOMINO. * & noli obliviſci omnes retributiones ejus.

Qui [6] propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. * qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui [7] redimit de interitu vitam tuam. * qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.

Qui replet ÷ in ⁝ bonis deſiderium tuum. * renovabitur (ut aquilæ) juventus tua.

Faciens miſericordias DOMINUS. * & judicium omnibus injuriam patientibus. [8]

Notas fecit vias ſuas Moyſi. * filiis Iſrael voluntates ſuas.

Miſe-

(1) *Vat.* inhabitabunt in ea, & ſemen ipſorum in æternum dirigetur.

(2) *Primam vocem* Pſalmus *omittit Vat.* 84. *quæ primam excipit uterque Archivi MS. una cum altero MS. a Thomaſio allegato.*

(3) *Holſt.* *Qui redimit.* MSS. omnes, & Cajet. & Bruno legunt, *redimet*: Faber *redimit e* LXX. τὸν λυτρούμενον, *redimentem*.

Et in noſtris Archivi MSS. legitur: Qui redimet. (4) *Vat.* 84 & renovabitur, *addita copula: tum D.* 145. ſicut aquila.

(5) *Sine obelo Titulum hunc exhibent MSS. noſtri omnes. Vat. vero contextus primum verſum exhibet juxta Rom.*

(6) *Alex.* Qui propitiabitur. *Vat. præſenti verſu Rom. ſequitur.*

(7) *Vat.* Qui liberat de interitu: *& infra,* qui coronat te ÷ in ⁝ miſericordia, & miſeratione. *Et ſane obelus ille jure adoptaretur; ſicut contra meritò ob Hebraicum textum ſubſequentis verſus alterum voculæ* in *rejecit deinde Thomaſius: eodem carent & Pal. atque recentiores Hieronymianæ editiones. Cetera Vat. eo verſiculo:* Qui implet ÷ in ⁝ bonis ......: renovabitur ſicut aquila juventus tua.

(8) *Heic habet Pal. MS.* Diapſalma.

Misericors & miserator DOMINUS. * *patiens & multum misericors*.

Non in finem irascetur. * *neque in æternum indignabitur*.

Non secundum peccata nostra fecit nobis. * *neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis*.

Quia secundum altitudinem cæli a terra. * *confirmavit Dominus misericordiam suam super timentes eum*.

Quantum distat Oriens ab Occasu. * *elongavit a nobis iniquitates nostras*.

Sicut miseretur pater filiis. ita misertus est DOMINUS *timentibus se*. * *quia ipse scit figmentum nostrum*.

Memento. Domine. quod pulvis sumus. * *homo sicut fœnum dies ejus*. * *& sicut flos agri* [1] *ita efflorebit*.

Quia [2] *spiritus pertransiit ab eo. & non erit*. * *& non cognoscet amplius locum suum*.

Misericordia autem DOMINI *a sæculo est*. * *& usque in sæculum sæculi super timentes eum*.

Et justitia ejus super filios filiorum. custodientibus testamentum ejus. * *&* [3] *memoria retinentibus mandata ejus. ut faciant ea*.

DOMINUS *in cælo paravit Sedem suam*

(1) *Vat.* 84. ita deflorebit.

(2) *Holst. spiritus pertransiet*. MSS. omnes, & Cajet. & Bruno *pertransiit*: sic LXX. διῆλθεν. Ambr. eum edito nostro facit. Cassiod. *pertransivit*.

At Vat. 84. pertransibit: *& altera hujus versus hemistichio* agnoscet *pro* cognoscet: *subsequenti autem versu*, a sæculo & usque &c. *omisso verbo* est.

(3) *Holst. & memoria retinentibus*. MS. melior, & Florentinus, *memoria retinentibus*. Suspicarer olim fuisse *memoriam retinentibus mandatorum ejus*, ut LXX. *μεμνημένοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ* Sed receptam lectionem tuetur S. Greg. Mag. L. 15. Mor. cap. 7. & Bruno, & Cassiod.

(4) *Vat. juxta Rom. solum in fine versiculi pro* multum misericors *scribit* multæ misericordiæ. *Et sequentem versiculum atque ab eo secundum cum Rom. Vat. idem exprimit*.

Miserator [4] & misericors DOMINUS. * longanimis & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur. * neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis. * [5] neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cæli a terra. * corroboravit [6] misericordiam suam super timentes se.

Quantum [7] distat Ortus ab Occidente. * longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo [8] miseretur pater filiorum. misertus est DOMINUS timentibus se. * quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est [9] quoniam pulvis sumus. * homo sicut fœnum dies ejus. * tamquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo. & non subsistet. * & non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem DOMINI ab æterno. * & usque in æternum super timentes eum.

Et justitia illius [10] in filios filiorũ. * his qui servant testamentum ejus.

Et memores sunt mandatorum [11] ipsius. * ad faciendum ea.

DOMINUS

(5) *Alex.* nec secundum injustitias nostras retribuit nobis. (6) *Alex. idem*, misericordias suas.

(7) *Vat.* Quantum interjacet ab ortu & occasu, elongavit a nobis iniquitates nostras.

(8) *Vat. Rom. similis hic versu, ultimis verbis exceptis, quibus cum Gallicano habet*: quia ipse cognovit &c.

(9) *Alex.* quomodo pulvis sumus. *Vat.* memor fuit quoniam pulvis sumus: homo tamquam fœnu dies ejus Θ &) sicut flos agri ita florebit. *Prosequitur deinde duos sequentes versiculos idem MS.* Quoniam spiritus pertransiet in eo, & non erit: & non cognoscetur amplius locus ejus.

Misericordia vero Domini a sæculo, & ☧ in sæculum super timentes eum. *Qui autem hinc subsequuntur tres alii versus juxta Rom. in eodem exhibentur*. (10) *Alex.* in filiis filiorum.

(11) *Alex.* mandatorum illius.

ſuam • * *& Regnum ejus omnium dominabitur* •

Benedicite DOMINUM *omnes Angeli ejus . potentes virtute qui facitis verbum ejus .* * *ad audiendam vocem ſermonum ejus* •

Benedicite DOMINUM *omnes Virtutes ejus* • * *Miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus* •

Benedicite DOMINUM *omnia opera ejus .* * [1] *in omni loco dominationis ejus* • * *Benedic anima mea* DOMINUM •

DOMINUS in cælo paravit Sedem ſuam • * & Regnum ipſius omnibus dominabitur • [2]

Benedicite DOMINO omnes Angeli ejus • * potentes virtute . facientes verbum [3] illius. * ad audiendam vocem ſermonum ejus •

Benedicite [4] DOMINO omnes Virtutes ejus • * Miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus •

Benedicite DOMINO omnia opera ejus . * in omni loco dominationis ejus • * Benedic anima mea DOMINO •

ORATIO •

SAna . Domine . languores populi tui . qui ſemper peccatoribus ſicut pater filiis miſereris . ut exempti ab interitu mortis perpetuæ te anima noſtra benedicat . & vita clarificet • Per •

PSALMUS CIII. S.N.

Pſalmus [5] ipſi David • [7] Ipſi David .

Vox Eccleſiæ magnificantis Deum . & innumerabilia opera ejus narrando conlaudantis •

B*Enedic anima mea* DOMINUM • * DOMINE *Deus meus magnificatus es vehementer* •

Confeſſionem & decorem induiſti • * *amictus lumen ſicut veſtimentum* •

Extendens cælum ſicut pellem . * *qui tegit* [6] *in aquis ſuperiora ejus* •.

BEnedic anima mea DOMINO • * DOMINE Deus [8] meus magnificatus es vehementer •

Confeſſionem [9] & decorem induiſti. * amictus lumine ſicut veſtimento •

Extendens cælum ſicut pellem . * qui tegis [10] aquis ſuperiora ejus •

(1) *Holſt. in omni loco dominationis ejus .* MSS. noſtri legunt , *dominationes ejus* ; cujus nullum in textu Hebræo , aut LXX. fundamentum video , niſi quod Arabica Verſio etiam habet : *& in univerſa terra dominatio ejus .*

Et Vat. 84. *habet* dominationes .

(2) *Eo loci legitur in Pal.* Diapſalma .

(3 *In Pal. MS. ſequior manus vocem* illius *induxit . Vat. ejus loco legit juxta Rom.* ejus •

(4) *Vat.* Dominum : *& infra* , qui facitis Ψ voluntates ejus) . Dominum *idem MS. habet & ſequenti verſu , ubi Alex. legit* dominationis ipſius .

(5) *In Vat.* 84. *vox* ipſi *non eſt* .

(6) *Holſt. qui tegit in aquis .* MS. noſter antiquior , & Cajet. legit *tegis* ; atque ita Greg. Mag. Homil. 17. in Ezechiel. & apud S. Auguſtinum , *qui protegis in aquis ſuperiora ejus .* LXX. per participium ὁ στεγάζων , *tegens* vel *obtegens* : ſed nihil mutandum , quia ſequentia non reſpondent .

Et Vat. 84. qui tegis .

(7) *Pal.* ÷ ipſi ⁏ David . *Vat.* Pſalmus David . *Contextus autem primo verſu idem Vat. Rom. imitatur excepta poſtrema voce* vehementer , *cujus loco ſcribit* valde .

(8) *Vocem* meus *Alex. MS. tacet .*

(9) *Vat.* Confeſſionem & ſpeciem induiſti : amictus Θ es) lumine &c. *Alex.* amictus lumen ſicut veſtimento .

(10) *Alex. cum Vat.* in aquis : *& ſubſequenti hemiſtichio idem Vat.* Qui ponit nubem &c.

Qui [1] *ponit nubem ascensum suum* · * *qui ambulat super pennas ventorum* ·

Qui facit Angelos suos spiritus · * *& Ministros suos ignem urentem* ·

Qui fundavit terram super stabilitatem ejus · * *non inclinabitur in saeculum saeculi* ·

Abyssus (sicut pallium) amictus ejus · * *super montes stabunt aquae* ·

Ab increpatione tua fugient · * *a voce tonitrui tui formidabunt* ·

Ascendunt montes . & descendunt campi in locum . quem fundasti eis · * *terminum posuisti eis . quem non transgredientur . neque convertentur operire terram* ·

Qui [2] *emittit fontes in convallibus* · * *inter medium montium pertransibunt aquae* ·

Potabunt eas omnes bestiae silvarum · * *expectabunt onagri in siti sua . super* [3] *ea volucres caeli habitabunt* · * *de medio petrarum dabunt voces suas* ·

Rigans montes de superioribus [4] *suis* · * *de fructu operum tuorum satiabitur terra* ·

Producens foenum jumentis . * *& herbam servituti hominum* ·

Ut [5] *educat panem de terra* . * *& vinum laetificet cor hominis* ·

Ut exhilaret faciem in oleo . * *& panis cor hominis confirmet* ·

Satia-

Qui ponis nubem ascensum tuum . * qui ambulas super pennas ventorum ·

Qui [6] facis Angelos tuos spiritus . * ÷ & ⁝ Ministros tuos ignem urentem ·

Qui fundasti terram super stabilitatem suam · * non inclinabitur in saeculum saeculi ·

Abyssus (sicut vestimentum) [7] amictus ejus · * super montes stabunt aquae ·

Ab increpatione tua fugient . * a voce tonitrui tui formidabunt ·

Ascendunt montes ÷ & ⁝ descendũt campi * in locum . quem fundasti eis ·

Terminum posuisti . [8] quem non transgredientur . * neque convertentur operire terram ·

Qui emittis fontes in convallibus · * inter medium montium pertransibunt ÷ aquae ⁝

Potabunt omnes bestiae agri · * expectabunt onagri in siti sua ·

Super ea [9] volucres caeli habitabũt · * de medio petrarum dabunt voces ·

Rigans montes de superioribus suis · * [10] de fructu operum tuorum satiabitur terra ·

Producens foenum [11] jumentis . * & herbam servituti hominum ·

Ut [12] educas panem de terra . * & vinum laetificet cor hominis ·

Ut [13] exhilaret faciem ÷ in ⁝ oleo. * & panis cor hominis confirmet ·

Satu-

(1) *MSS. Archivi cum Vat. 84.* Qui ponis, *& deinde* qui ambulas: *subsequenti autem versu iidem*: Qui facis Angelos tuos Spiritus: & ministros tuos &c. *& altero ab eo*: Qui fundasti terram &c. *quibus omnibus accinit Bruno*.

(2) *D. 145. cum Vat. 84. Brun. & Aug.* Qui emittis.

(3) *D. 144. cum Brun.* super eas.

(4) *Vat. 84.* de superioribus tuis.

(5) *Vat. 84.* Ut educas.

(6) *Vat.* Qui facit; *& infra*, ignem ardentem *&*, qui fundavit. *Pal. vero hujus versiculi obelum praeterit*.

(7) *Vat. non* amictus *sed* opertorium ejus: *tum sequentem primum obelum nescit*.

(8) *Vat.* quem non praeteribunt, neque avertentur operire &c. *Et subsequenti* ℣. Qui emittit *juxta Rom. ejusque obelum praeterit*. *Alex. in praesenti*, neque convertuntur.

(9) *Vat.* super ipsa volatilia caeli inhabitabunt; de medio petrarum dabunt Ψ voces). *Alex. scribit* vocem *juxta Graec.*

(10) *Vat.* a fructu operum &c.

(11) *Vat.* pecoribus *pro* jumentis.

(12) *Vat.* Ad producendum panem de terra: & vinum laetificat cor hominis. *Pal. etiam atque Alex. habent* laetificat.

(13) *Vat.* Ut exhilaret vultum in oleo &c. *Alex. infra loco* confirmet *scribit* firmat. *Caetera quoad obelum injuria omittitur a Vat.*

*Satiabuntur omnia ligna silvarum . * & cedri Libani quas plantasti . illic passeres nidificabunt .*

*Fulicæ domus dux est eorum . * montes excelsi cervis . petra refugium herinaciis .*

*Fecit lunam [1] in tempora . * sol cognovit occasum suum .*

*Posuisti tenebras . & facta est nox . * in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvarum .*

*Catuli leonum rugientes ut rapiant. * & quærant a Deo escam sibi .*

*Ortus est sol . & congregati sunt . * & [2] in cubilibus suis se collocabunt .*

*Exiet homo ad opus suum . * & ad operationem suam usque ad vesperum .*

Quàm magnificata sunt opera tua . DOMINE ! * *omnia in sapientia fecisti . * repleta est terra creatura tua .*

*Hoc mare magnum & spatiosum . * illic reptilia (quorum non est numerus) * animalia pusilla & magna . * (illic naves pertransibunt)*

*Draco iste quem formasti ad illudendum ei . * Omnia a te expectant. Domine . * ut tu des escam illis in tempore .*

Saturabuntur [3] ligna campi . * ÷ & ⁝ cedri Libani quas plantavit . * illic paſſeres nidificabunt .

Herodii [4] domus dux eſt eorum . * montes excelſi cervis . * petra refugium herinaciis .

Fecit lunam [5] in tempora . * ſol cognovit occaſum ſuum .

Poſuiſti tenebras . & facta eſt nox . * in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ [6] ſilvæ .

÷ [7] Catuli ⁝ leonū rugientes ut rapiant . * & quærant a Deo eſcam ſibi .

Ortus eſt ſol . & congregati ſunt . * & in cubilibus ſuis [8] collocabuntur .

Exibit [9] homo ad opus ſuum . * & ad operationem ſuam uſque ad veſperū .

Quàm magnificata ſunt opera tua . DOMINE ! * omnia in ſapientia feciſti . * impleta eſt terra poſſeſſione tua .

Hoc mare magnum & ſpatioſum [10]※ manibus ⁝ . * illic reptilia (quorum non eſt numerus)

Animalia puſilla [11] cum magnis . * (illic naves pertranſibunt)

Draco [12] iſte quem formaſti ad illudendum ei . * Omnia a te expectant . ut des illis eſcam in tempore .

Dante

B b 2 Dante

(1) *Holſt. Fecit lunam in tempora .* MSS. noſtri , & Cajet. & Caſſiod. & Bruno *in tempore :* LXX. *εἰς καιροὺς .*

(2) *Holſt. in cubilibus ſuis ſe collocabunt.* S. Greg. Moral. Lib. 27. cap. 17. citans hunc locum legit , *collocaverunt* . MSS. nihil mutant, ut nec Cajet. nec Caſſiod. nec Bruno . Ambroſ. *curabunt .*

(3) *Vat.* ſatiabuntur ligna &c. *tum omiſſo obelo ,* ibi paſſeres *pro* illic paſſeres .

(4) *Vat.* Ψ Sturni) domus ducatum eis præbet : montes excelſi &c.

(5) *Alex.* in tempore : *deinde Vat.* ſol agnovit &c. *& Alex. ultimam vocem ſuum omittit .*

(6) *Vat.* Ψ ſilvarum *juxta Rom.*

(7) *Jure factum videtur quod noſtri MSS. omnes eum obelum prætermittunt : non enim ſuperabundare credendum ſi duplici voce exprimat latinus Interpres quod Hebraici fontes unica ſignificant . Vat.* Catuli leonum rugientes , rapere , & quærere a Deo .

(8) *Pro* collocabuntur *Vat. legit* cubabunt .

(9) *Alex.* Exivit homo . *Vat.* Exiet homo . *Pal. finito verſiculo* Diapſalma . *Subſequentem vero verſum Rom. verbis ipſiſſimis Vat. præfert .*

(10) *Injuria prorſus Pal. MS. aſteriſcum hujus loci omittit , quum Hieron. ad Sun. & Fretel. habeat :* Dicitis in Græco non haberi *manibus* , & ego novi . Sed ex Hebraico , & Theodotionis editione in ſeptuaginta ſub aſteriſco additum eſt . *Hebræum neſciens Auctor Verſionis MS. Vat. quemadmodum ſæpe indicat eadem Verſio , & aſteriſcum , & vocem* manibus *omittit .*

(11) *Vat.* cum majoribus : illic naves perambulant .

(12) *Alex. hoc verſu :* omnia te expectant &c. *Vat. heic & ſubſequenti* ℣. Draco hic quem finxiſti ad inludendum ei Ψ omnes) a te expectant , ut des illis eſcam in tempore opportuno .

Dante ϴ autem) te ſibi colligent : aperiente te manum tuam ℞ adimplebuntur jocunditate .

Dante te[1] *illi colligent* . * *aperiente te manum tuam* . * *omnia replebuntur ubertate* .

Avertente autem te faciem tuam turbabuntur . auferes spiritum eorum * *& deficient* . *& in pulverem suum revertentur* .

Emitte Spiritum tuum . *& creabuntur* . * *& renovabis faciem terræ* .

Sit gloria DOMINI *in sæculum sæculi* . * *lætabitur* DOMINUS *in operibus suis* .

Qui respicit[2] *terram* . *& facit eam tremere* . * *qui tangit montes* . *& fumigabunt* .

Cantabo DOMINO *in vita mea* . * *psallam Deo meo quamdiu ero* .

Suavis sit ei laudatio mea . * *ego vero delectabor in* DOMINO .

Deficiant peccatores a terra . * *& iniqui* . *ita ut non sint* . *Benedic anima mea* DOMINUM .

Dante te illis colligent . * aperiente te manum tuam . * ÷ omnia ‡ implebuntur bonitate .

Avertente autem te faciem [3] turbabuntur . * auferes spiritum eorum . & deficient . * & in pulverem suum revertentur .

Emittes [4] Spiritum tuum . & creabuntur . * & renovabis faciem terræ .

Sit gloria DOMINI [5] in sæculum . * lætabitur DOMINUS in operibus suis .

Qui [6] respicit terram . & facit ÷ eam ‡ tremere . * qui tangit montes. & fumigant .

Cantabo DOMINO in vita mea . * psallam Deo meo [7] quamdiu sum .

Jucundum sit ei eloquium meum . * ego vero delectabor in DOMINO .

Deficiant peccatores a terra . * [8] & iniqui . ita ut non sint . * Benedic anima mea DOMINO .

ORATIO.

INclyte omnipotens Deus . qui fructu locupleti terram aridam satiasti . da nobis spirituali mente Ascensum tuæ gloriæ contueri . ut dum te in cælis suspicimus . illa semper quæ sunt cælestia meditemur . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regas Deus &c .

(1) *Holst. Dante te illi colligent* . Alter MS. noster , & Florent. & Cajet. & Cassiod. & Faber, & Bruno , *dante te illis colligent* , atque septuaginta , & Hebræi . Ambros. *dante te sibi colligent* .

Vat. 84. cum utroque Archivi MS. illis *pro* illi *scribere & nobis notatum erat* .

(2) *Holst. Qui respicit terram* . MSS. nostri; & ceteri legunt , *in terram* ; quod respondet LXX. ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν quodque Nobilius vertit : *qui respicit super terram* : in meliori Codice erasum est *in*; at in Ambros. legitur .

(3) *Alex. omittit pronomen* te : *Vat. vero* , faciem ÷ tuam)

(4) *Alex. cum Vat. juxta Rom.* Emitte .

(5) *Vat.* in æternum .

(6) *Vat.* Qui aspicit super terram : *deinde obelum præterit , atque loco* fumigant *habet* fumigabunt . *Cetera Mart. & Val.* & ÷ facit eam ‡ tremere : *quod minus probandum , non enim sublatis illis vocibus exprimit quod Hebræus reddit* ; adspiciens ad terram , & tremet , *hoc est* terra tremet . *Quare temere Vallars. Thomasium Palatinumque MS. reprehendit quod unicam vocem eam obelo heic confodiant . Pal. finito versiculo addit* Diapſ.

(7) *Vat.* quamdiu ero : *& subsequens primum hemistichium* : Suavis sit ei disputatio mea &c.

(8) *Vat.* & injusti : *& infra non* Domino , *sed* Dominum .

PSALMUS CIV.

S.N.

A L L E L U J A

Propheta monet Fideles ne ſpem in iſtis tranſitoriis ponant. ſed Patriarcharum viam tenentes. Deum ſpiritualiter ſemper exquirant.

Confitemini DOMINO. *& invocate nomen ejus.* * *annunciate inter Gentes opera ejus.*

Cantate ei. & pſallite ei. * *narrate omnia mirabilia ejus.*

Laudamini in nomine ſancto ejus. * *lætetur cor quærentium* DOMINUM.

Quærite DOMINUM. *& confirmamini.* * *quærite faciem ejus ſemper.*

Mementote mirabilium ejus quæ fecit. * *prodigia & judicia oris ejus.*

Semen Abraham ſervi ejus. * *filii Jacob Electi ejus.*

Ipſe DOMINUS *Deus noſter.* * *in univerſa terra judicia ejus.*

Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui. * *verbi quod mandavit in mille generationes.*

Quod diſpoſuit ad Abraham. [1] *juramenti ſui ad Iſaac. Statuit illud Jacob in præceptum.* * *& Iſrael in teſtamentum æternum.*

Dicens. Tibi dabo terram Chanaan. * *funiculum hereditatis veſtræ.*

Cum eſſent in numero brevi. pauciſſimi. & incolæ in ea. & pertranſierunt de gente in gentem. * *& de regno ad populum alterum.*

Non

A L L E L U J A

Confitemini DOMINO. ÷ & ⁑ invocate nomen ejus. * annunciate [2] inter Gentes opera ejus.

Cantate ei. & pſallite ei. * narrate omnia mirabilia ejus.

Laudamini in nomine ſancto ejus. * lætetur cor quærentium DOMINUM.

Quærite DOMINUM. * & confirmamini. * quærite faciem ejus ſemper. [3]

Mementote mirabilium ejus quæ fecit. * [4] prodigia ejus & judicia oris ejus.

Semen Abraham ſervi ejus. * filii Jacob Electi ejus.

Ipſe DOMINUS Deus noſter. * in univerſa terra judicia ejus.

[5] Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui. * verbi quod mandavit in mille generationes.

Quod diſpoſuit ad Abraham. * & juramenti ſui [6] ad Iſaac.

Et [7] ſtatuit illud Jacob in præceptum. * & Iſrael in teſtamentum æternū.

Dicens. Tibi dabo terram Chanaan. * funiculum hereditatis veſtræ. [8]

Cum eſſent numero [9] brevi. * pauciſſimi. & incolæ ejus.

Et [10] pertranſierunt de gente in gentem. * & de regno ad populum alterum.

Non

(1) *Addita copula*, & juramenti ſui *legunt uterque Archivi MS. Vat. 84. Aug. Caſs. Bruno, Ver. Ambroſ. cum Hebraicis Græciſque fontibus.*

(2) *Vat. omiſſo ſuperiori obelo heic ſcribit:* inter gentes ⁑ magnalia ejus. *Tum*, Cantate illi & pſallite. *Alex.* Cantate, & pſallite, *omiſſa vocula* ei.

(3) *Pal. ſubnectit hoc loci* Diapſalma. *Vat. vero in libri albo ad oram ſubſequentis proxime verſiculi ſcribit* Alleluja: *quam vocem infra ſæpe repetit.*

(4) *Idem Vat.* prodigia ÷ ejus ⁑ & judicia &c. *Obelus ille tueri poſſet Verſ. Heb. Alex.*

(5) *Heic denuo ad oram ℣. Vat. habet vocem* Alleluja

(6) *Præpoſitionem* ad *hujus loci Alex. tacet.*

(7) *Vat.* ⁊ ſtatuit &c.

(8) *Heic alterum* Diapſalma *Pal. exhibet Vat. vero* alleluja.

(9) *Alex.* brevis, pauciſſimos, & incolas ejus.

(10) *Pal.* ÷ Et ⁑ pertranſierunt: *tum cum Mart. & Val.* ÷ de ⁑ regno: *primo obelo contrarunt Hieronymiana Verſio ex Heb. Alex. & hodiernus Hebraicus textus: ſecundo tantum Verſio alex. MS. Præterea Vat. ſubſequenti ℣. Rom. ſequitur.*

Non permisit hominem nocere eis . * *& corripuit pro eis reges* .

Nolite tangere Christos meos . * *& in Prophetis meis nolite malignari* .

Et vocavit famem super terram . * *& omne firmamentū panis contrivit* .

Misit ante eos virum . in servum venundatus est Joseph . * *humiliaverunt in compedibus pedes ejus* . * *ferrum pertransivit animam ejus . donec veniret verbum ejus* . * *Eloquium* DOMINI *inflammavit eum* .

Misit rex . & solvit eum . * *princeps populorum . & dimisit eum* .

Et constituit eum dominum domus suæ . * *& principem omnis possessionis suæ* .

Ut erudiret Principes suos sicut seipsum . * *& Seniores suos prudentiam doceret* .

Et intravit Israel in Ægyptum . * *& Jacob habitavit* [1] *in terra Cham* .

Et auxit populum suum nimis . * *& confirmavit eum super inimicos ejus* .

Convertit cor eorum ut odirent populum ejus . * *& dolum facerent in servos ejus* .

Misit Moysen servum suum . * *& Aaron quem elegit ipsum* .

Posuit in eis verba signorum suorum . * *& prodigiorum suorum in terra* [2] *Cham* .

Misit tenebras & obscuravit eos . * [3] *quia exacerbaverunt sermones ejus* .

Con-

Non reliquit hominem nocere eis . * & corripuit pro eis reges .

Nolite tangere Christos meos . * [4] ÷ in ⁑ Prophetis meis nolite malignari .

Et vocavit famem super terram . * [5] ÷ & ⁑ omne firmamentum panis contrivit .

Misit ante eos [6] virum . * in servum venundatus est Joseph .

Humiliaverunt in compedibus pedes ejus . * ferrum [7] pertransiit animam ejus . * donec veniret verbū ejus .

Eloquium DOMINI [8] inflammavit eum . * misit rex & solvit eum . * princeps populorum . & dimisit eum .

Constituit eum dominum domus suæ . * & principem omnis possessionis suæ .

Ut erudiret Principes [9] ejus sicut semetipsum . * & Senes ejus prudentiam doceret .

Et intravit Israel ÷ in ⁑ Ægyptum . * & Jacob accola fuit in terra Cham .

Et auxit populum suum [10] vehementer . * & firmavit eum super inimicos ejus .

Convertit cor eorum ut odirent [11] populum ejus . * & dolum facerent in servos ejus .

Misit Moysen servum suum . * [12] Aaron quem elegit ipsum .

Posuit in eis verba signorum suorum . * & prodigiorum in terra Cham .

Misit [13] tenebras & obscuravit . * &

non

(1) *Vat.* 84. *cum Caff. & Ver.* in terra Chanaan , *quod emendandum esse docet hic Aug. quem vide* . (2) *Iterum* Chanaan *Vat.* 84.

(3) *D.* 144. qui exacerbaverunt , *cum Brunone , a quo illa legendi ratio expositione confirmatur* .

(4) *MSS. nostri omnes* : & in prophetis , *sine obelo* .

(5) *Vat. obelum , Alex. etiam copulam prætereunt* . (6) *Vat.* hominem , *non* virum .

(7) *Vat.* pertransivit : *cum Pal. & Alex. juxta Græc.* anima ejus . (8) *Vat.* ussit eum .

(9) *Præsentem cum subsequenti versu Rom. similem prorsus Vat. exhibet . Cetera proximum subsequentem obelum temere negligunt MSS. nostri* .

(10) *Alex.* populum ejus . *Vat.* nimis *pro* vehementer . *Pal. finito* ℣. *habet* Diapsalma .

(11) *Vat.* populum suum : *cum Alex.* ut dolum facerent . (12) *Vat.* ⊖ &) Aaron .

(13) *Ad initium hujus* ℣. Alleluja *legit Vat. qui paullo inferius* , & obscuravit eos , quia exacerbavit verbum ejus . *Praterea heic & in sequentibus quum Ægypti plagæ describuntur, Romanis numerorum notis ad oram libri easdem plagas idem MS. enumerat* .

*Convertit aquas eorum in sanguinem : * & occidit pisces eorum :*

Misit [1] *terra eorum ranas. * in cubilibus Regum ipsorum.*

Dixit. & venit [2] *cynomyia. & ciniphes * in omnibus finibus eorum.*

*Posuit pluvias eorum in grandinem. * & ignem comburentem in terra ipsorum.*

*Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum. * & contrivit omne lignum finium eorum.*

*Dixit. & venit locusta & bruchus. cujus non erat numerus. * & comedit*

non exacerbavit sermones suos.

Convertit aquas eorum in sanguinem. * & occidit pisces eorum.

Edidit [3] terra eorum ranas. * in penetralibus Regum ipsorum.

Dixit. & venit cœnomyia. * ÷ & ‡ [4] ciniphes in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum grandinem. * ignem comburentem [5] in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum. & ficulneas eorum. * & contrivit [6] lignum finium eorum.

Dixit. & venit locusta. * & bruchus. cujus non erat numerus.

Et

(1) *Holst. Misit terra eorum ranas.* MSS. Florent. Cass. & unus noster, & Fabri editio, & Cajet. & Bruno: *misit in terra eorum ranas.* Cass. *misit in terram eorum ranas.* In meliori nostro Cod. fuerat, *misit terram eorum ranas*; sed *m* erasum sequiori manu, quod convenit cum lectione S. Augustini: *& dedit terram eorum ranas.* Alius MS. noster recentior: *misit in terram eorum ranas.* Apud Septuaginta ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους, ut Complut. & Nebiens. Noster Interpres olim legisse videtur ἐξῆρψε ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, vel simile quid. Mox omnes MSS. & Faber; & Cajet. & Cassiod. & Bruno particula inserta legunt: *& in cubilibus regum ipsorum*, quam nec Græci, nec Hebræi agnoscunt.

Observati a nobis MSS. Archivi, & Vat. 84. *habent*: Misit in terra &c.

(2) *Holst. cynomia.* Scribendum *cynomyia*: Κυνόμυια enim Græcis est musca canina, hoc nomine, sive ob caninam impudentiam, sive quod canes peculiariter infestet, dicta.

Sed potius juxta Hieronymum ad Sun. & Fretel. scribendum cœnomyia *græce* κοινόμυια. *Vide quæ de hac voce notavimus ad Veterum Titulorum pag.* 15. *num.* 2. *& supra ad Psal.* 77. *pag.* 148. *num.* 5. *De eodem versu prosequitur.*

Holst. Ibidem *cyniphes*: apud LXX. legitur σκνῖπες, nam Græcis σκνίψ, vel κνίψ est vermiculus sive insectum culicis forma & magnitudine fructibus novellis infestum. Eam vocem Latini retinuere, vel suam fecere, propria vernacula destituti: sed variè in MSS. scribitur: in meliori nostro, & Cajet. & Brun. *Sciniphes*: in altero *Scinifes*, quod & Fabri editio exhibet, & Cassiod. Non dubito quin peritiores incorrupto vocabulo græco *Scnipes* appellarint: sed quia lingua latina eam collisionem consonantium aversatur, vulgus ut *mina* pro *mna*, sic pro *scnipes*, *scinipes* dixit; quod in Papiæ vocabulario legitur, & haud dubiè ex hoc Psalmorum loco desumptum est. Plinius Theophrasti σκνῖπας in culicum genere reponens *muliones arborarios* vocat, quia fructus tenellos, ficus maximè, exedunt. Galenus Lib. 9. Medicam. Simplic. *Scnipas* vites infestare scribit, & quidem oculos vitis germinantis: *Scnipes* ergo ex Galeni mente sunt vermiculi, quos *magnacozzos* vulgo nunc dicimus. Haud dissimili significatu in veteri Glossario σκνίψ *curculio*. Sulpicius Severus, & Paulus Orosius Ægypti plagas commemorantes, eandem vocem retinuere simili scripturæ varietate, de qua videndi Sigonius, & J. Drusius Sulpicii Scholiastæ eruditissimi: Orosius autem Lib. 7. c. 18. *Scinifes* esse ait musculas parvissimas, & sævissimas, quæ urente morsu homines, pecudesque infestant. Bruno: *Sciniphes culices dicuntur, quæ quanto ceteris sunt minutiores, tanto sunt aculeis graviores.* Cassiod. vulgo *cincalas* appellari dicit. Omnino ergo hic reponendum *Scnipes*, aut verius *Scniphes*, nam & Faber rectè notat Latinis *Gryphes*, qui Græcis γρῦπες.

Et Vat. 84. Scyniphes.

(3) *Vat.* Ψ Misit) terra eorum ranas, Θ &) in cubilibus penetrabilibus regum ipsorum.

(4) *Postquam veteri errore MSS. Pal. & Alex. scripserant* cynomia, *heic habent* Sciniphes. *Vat. vero*: Dixit, & venit musca canina, ÷ & ‡ Sciniphes.

(5) *Vat.* ignem comburentem terram ipsorum.

(6) *Vat.* omne lignum *juxta Rom.*

dit omne fœnum terræ eorum · [1] *& comedit omnem fructum terræ eorum* ·

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti · * *primitias omnis laboris eorum* ·

Et eduxit eos in argento & auro · * *& non erat in Tribubus eorum infirmus* ·

Lætata est Ægyptus in profectione eorum . * *quia cecidit timor eorum super eos* ·

Expandit nubem in protectionem eorum . * *& ignem ut luceret eis per noctem* ·

Petierunt carnes . *& venit coturnix* · * *& pane cœli saturavit eos* ·

Dirupit petram . *& fluxerunt aquæ* · * *& abierunt* [2] *in sicco flumina* ·

Quia memor fuit verbi sancti sui . * *quod locutus est ad Abraham puerum suum* ·

Et [3] *eduxit Populum suum in exultatione* . * *& electos suos in lætitia* ·

Et dedit eis regiones Gentium · * *& labores populorum possederunt* ·

Ut custodiant justificationes ejus . * *& legem ejus exquirant* ·

A L L E L U J A.

Et [4] comedit omne fœnum ÷ in : terra eorum · * ※ & comedit : ÷ omnem : fructum terræ eorum ·

Et percussit omne primogenitum [5] in terra eorum . * primitias omnis laboris eorum ·

Et eduxit eos [6] cum argento & auro · * & non erat in Tribubus eorum infirmus ·

Lætata est Ægyptus in profectione ÷ eorum : · * quia incubuit timor eorum super eos ·

Expandit nubem in protectionem ÷ eorum : . * & ignem ut luceret [7] ÷ eis : per noctem ·

Petierunt . & venit coturnix · * & pane cœli [8] saturavit eos ·

Dirupit petram . & fluxerunt aquæ · * abierunt [9] in sicco flumina ·

Quoniam memor fuit verbi sancti sui . * [10] ÷ quod habuit : ad Abraham puerum suum ·

Et eduxit populum suum in exultatione . * ÷ & : Electos suos in lætitia ·

Et dedit illis regiones gentium · * & [11] labores populorum possederunt ·

Ut custodiant justificationes ejus . * & Legem ejus requirant ·

(1) *Holst.* Postremum colon hujus versiculi: *& comedit omnem fructum terra eorum*, nullus MS. neque Fabri editio agnoscit, neque Cajet. neque Bruno; unde & Nobilius a Romano Psalterio id abesse affirmat. Primi editores Psalterii Vaticani ex Vulgata addidisse videntur, quia apud Hebræos & LXX. extat, & in Ambrosiano.

Idem colon desiderari in utroque MS. Archivi, & in Vat. 84. *& nobis notatum erat, ut & in edito Brun. atque Ver. in quo postremo, narrantibus Blanchinio & Vallarsio, secundis curis sequioribusque assutum legitur.*

(2) *Vat.* 84. in siccum.

(3) *Holst. Et eduxit populum in exultatione.* MSS. nostri, & Faber, & Bruno, & Cajet. & Ambros. *populum suum*, & LXX. & Arabica versio.

(4) *Vat.* ※ Et comedit omnem fructum terræ eorum, *omnibus aliis hujusce* ℣. *signis omissis. Cetera obelum, quo in præpositio heic notatur cum Pal. MS. longe antequam Vallars. scriberes perperam illum inferri deleverat jam Thomasius in altero Psalterio. Palat. asteriscum omittit, & quidem bene, Septuaginta enim* & κατέφαγε πάντα τὸν καρπὸν·

(5) *Vat.* In terra Ægypti, primitias laboris ipsorum: *addisque illico* Alleluja, *cujus loco in Pal. legitur* Diapsalma.

(6) *Alex.* in argento *&c. Vat. Rom. sequitur heic & sequenti versu, cujus obelum una cum aliis MSS. cum Mart. & Val. insuper & altero Thomasii Psalter. meritò omittit.*

(7) *Mart. & Val.* ut luceret ÷ eis per : noctem.

(8) *Vat. qui ad initium versus exhibet vocem* Alleluja, *heic habes* satiavit.

(9) *Vat.* in siccis.

(10) *MSS. nostri omnes obelum illum agnoscunt*, quod certum est mendum *Vallarsii judicio. Vat.* quod fuit ad Abraham. *Item Vat. ad initium subsequentis* ℣. *apponit* Alleluja, *tum ejus obelum præteris.* (11) *Vat.* & labores populorum possidere fecit eos.

ORATIO.

INvocantes nomen tuum. Domine. deprecamur ut qui Patres nostros (virtute tui nominis præeunte) Angelicis pastibus refecisti. nos quoque mysticis dapibus foveas ac reformes. Per.

PSALMUS CV. S.N.

[1] ALLELUJA

Hic introducitur confitens populus Hebræorum. qui (relicta Patrum perfidia) ad pietatem Domini ipso miserante perductus est.

COonfitemini DOMINO. *quoniam bonus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Quis loquetur potentias DOMINI? * *auditas faciet omnes laudes ejus?*

*Beati qui custodiunt judicium. * & faciunt justitias*[2] *in omni tempore.*

Memento nostri. DOMINE. *in beneplacito populi tui. * &* [3] *visita nos in* SALUTARI *tuo.*

*Ad videndum in bonitate Electorum tuorum. ad lætandum in lætitia Gentis tuæ. * ut lauderis cum Hereditate tua.*

*Peccavimus cum Patribus nostris. injuste egimus. * iniquitatem fecimus.*

*Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua. * & non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.*

*Et irritaverunt ascendentes in Rubrum mare. & liberavit eos propter nomen suum. * ut notam faceret eis potentiam suam.*

Et increpavit mare Rubrum. & sicca-

ALLELUJA

COnfitemini DOMINO. quoniam bonus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Quis loquetur potentias DOMINI? * auditas faciet omnes laudes ejus?

Beati qui custodiunt judicium. * & faciunt justitiam in omni tempore.

[4] Memento nostri. DOMINE. in beneplacito populi tui. * visita nos in SALUTARI tuo.

Ad videndum in bonitate Electorum tuorum. * ad lætandum [5] in lætitia Gentis tuæ. * ut lauderis cum Hereditate tua.

Peccavimus cum Patribus nostris. * injuste egimus. iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua. * [6] non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Et irritaverunt ascendentes ※ in mare ⁑ * mare Rubrum.

Et [7] salvavit eos propter nomen suum. * ut notā faceret potentiam suam.

Et increpuit mare Rubrum. [8] & exsicca-

(1) *Geminum eo titulo in uno MS. præferri* Alleluja *sibi notaverat Thomasius; quod & in Palatino respectu Gallicanæ editionis observari monet Vallars.*

(2) *In utroque Archivi MS. sicut & in Vatic. 84. Aug. Cass. Brun. Ver. Ambros. juxta Græc legitur* justitiam, *non* justitias.

(3) *Holst. visita nos.* MSS. omnes, & Faber, & Bruno, *& visita nos*, ut sæpius jam notavimus supra. Cajet. omittit, & Ambros.

(4) *Huic versiculo primum præponit in hoc Psalmo MS. Vat.* Alleluja.

(5) *Vat.* in lætitia Ψ cum gente tua) ut &c. *Deinde ad initium ℣. proxime sequentis præmittit* Alleluja: *cujus loco habet Pal.* Diapſ.

(6) *Idem Vat.* & non fuerunt memores, *addita copula: tum subsequentem versum juxta Rom. exhibet omisso etiam asterisco; quo Pal. minus bene solam in præpositionem notat* ※ in ⁑ mare.

(7) *Vat.* Ψ & liberavit; eos.

(8) *Idem Vat. præmisso huic versiculo* Alleluja, *heic prorsus ad Rom. ait:* & siccavit, & eduxit eos in aquis multis sicut in deserto. *Alex. etiam*, & eduxit eos. *Pal. ℣. initio*: & crepavit mare.

ficcatum est · * *& eduxit eos in aquis multis ficut in deferto* ·

Et liberavit eos de manu odientium· * *& redemit eos de manu inimicorum* . * *& operuit aqua tribulantes eos* · * *unus ex eis non remanfit* ·

Et crediderunt in verbis ejus · * *& cantaverunt laudes ejus* · *Citò fecerunt* . *& obliti funt operum ejus* · *& non fuftinuerunt confilium ejus* ·

Et concupierunt [1] *concupifcentiam in Deferto* · * *& tentaverunt Deum in ficcitate* ·

Et dedit eis petitiones eorum · * *& mifit faturitatem in animas eorum* ·

Et irritaverunt Moyfen in caftris · * *& Aaron Sanctum* DOMINI ·

Aperta eft terra . *& deglutivit Dathan* . * *& operuit fuper fynagogam Abiron* ·

Exarfit ignis in fynagoga eorum · * *& flamma combuffit peccatores* ·

Et fecerunt vitulum in Horeb . *& adoraverunt fculptile* · * *& mutaverunt Gloriam fuam* [2] *in fimilitudinem* · *vituli*

exficcatum eft · * & deduxit eos in abyffis ficut in deferto ·

Et [3] falvavit eos de manu odientium · * & redemit eos de manu inimici-

Et [4] operuit aqua tribulantes eos · * unus ex eis non remanfit ·

Et crediderunt [5] verbis ejus · * & laudaverunt laudem ejus ·

Citò [6] ÷ fecerunt ‡ . obliti funt operum ejus . * & non fuftinuerunt confilium ejus ·

Et concupierunt [7] concupifcentiam in Deferto · * & tentaverunt Deum in inaquofo ·

Et dedit eis petitionem ipforum · * & mifit faturitatem [8] in animas eorum ·

Et irritaverunt Moyfen in caftris · * [9] Aaron Sanctum DOMINI ·

Aperta eft terra . & deglutivit Dathan . * & operuit [10] ÷ fuper ‡ congregationem Abiron ·

Et exarfit ignis in fynagoga eorum · * flamma combuffit peccatores ·

÷ Et ‡ fecerunt vitulum [11] in Horeb · * & adoraverunt fculptile ·

Et

(1) Concupifcentias *plurimo numero legunt uterque Archivi MS. cum Vat.* 84. *Caff. Brun. & Ver.*

(2) *Holft. in fimilitudinem vituli.* MS. nofter melior *& Brun., in fimilitudine vituli*, atque ita LXX. *ἐν ὁμοιώματι*, unde S. Auguftinus in expofitione hujus loci non ait, *in fimilitudinem*, fed *in fimilitudine*. Idem tamen error etiam Vulgatam adhuc occupat.

Infra eodem hoc verfu Vat. 84. *fcribit* : comedentis fœnum.

(3) *Vat.* Et Ψ liberavit) eos de manu odientium, & redemit eos de manu Ψ inimicorum). *Alex. initio* : & falvabit eos.

(4) *Vat.* ⁊ Operuit : *tum*, unus ex his non remanfit.

(5) *Vat. Idem*, ʘ in) verbis ejus, & cantaverunt Ψ laudes) ejus. *Mart.* Et crediderunt ÷ in ‡ verbis ejus. *Val. cum Pal.* in verbis fuis, *atque Martianæum reprehendit propter obelum adverfus vim Hebraici fontis inlatum, & quum eamdem voculam fe legere credat ubi nufquam gentium fcripta fuit, addit apud Thomafium eam. fine obelo legi. Cetera: voculam illam, fupervacaneam fane, omittit & Alex. Pal. in fine* ℣. *addit* Diapfalma.

(6) *Præftaret certe cum Alex. & Pal. obelum hunc prætermittere : fons enim Heb. reddit* feftinaverunt, *quod unica vox* citò *non exprimit. Vat. deinde* : obliti funt operum Ψ Domini), non fuftinuerunt &c. *Copulam ante voces* non fuftinuerunt *nec Alex. legit, nec Heb. nec Græc.*

(7) *Vat.* concupifcentias : *tum loco* in inaquofo *juxta Rom. exhibet* in ficcitate. *Et proxime fequentem verficulum Rom. verbis idem MS. exhibet.*

(8) *Alex.* in anima eorum.

(9) *Vat.* ʘ &) Aaron.

(10) *Sine obelo deinde Thomafius in altero Pfalt. vocem* fuper *hoc loco fcripfit; unde perperam & heic a Val. carpitur. Ad hæc Pal. MS. fides, & Alex. Heb. Verf. fufficiens argumentum effe poffent, quo & præfens obelus tueretur. Vat. hoc* ℣. fynagogam *fcribit pro* congregationem : *fubfequenti vero omittit copulam voci* exarfit *præfixam : tam altero obelum nefcit.*

(11) *Alex.* in Choreb.

vituli manducantis fœnum ·

*Et obliti ſunt Deum . qui liberavit eos . * qui fecit magnalia in Ægypto . * mirabilia in terra* [1] *Cham . * terribilia in mari Rubro ·*

*Et dixit ut diſperderet eos . ſi non Moyſes Electus ejus ſtetiſſet (in confractione) in conſpectu ejus . * ut averteret iram ejus ne diſperderet eos ·*

*Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem · * & non crediderunt in verbis ejus · * & murmuraverunt in tabernaculis ſuis · * nec exaudierunt vocem* DOMINI ·

*Et elevavit manum ſuam ſuper eos . * ut proſterneret eos in Deſerto · & ut dejiceret ſemen eorum in Nationibus . * & diſpergeret eos in regionibus ·*

*Et conſecrati ſunt Beelphegor · * & manducaverunt ſacrificia mortuorum ·*

*Et irritaverunt eum in ſtudiis ſuis · * & multiplicata eſt in eis ruina ·*

*Stetit Phinees . & exoravit . * & ceſſavit quaſſatio · * & reputatum eſt illi ad juſtitiam * [2] a generatione in generationem . * uſque in ſæculum ·*

Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis · & vexatus eſt Moyſes propter

Et [3] mutaverunt Gloriam ſuam * in ſimilitudinem vituli comedentis fœnũ ·

Obliti ſunt Deum . [4] qui ſalvavit eos . * qui fecit magnalia in Ægypto. * mirabilia in terra Cham . * terribilia in mari Rubro ·

Et dixit ut diſperderet eos · * [5] ſi non Moyſes Electus ejus * ſtetiſſet (in confractione) in conſpectu ejus ·

Ut averteret iram ejus [6] ne diſperderet eos · * Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem ·

Non [7] crediderunt verbo ejus . * & murmuraverunt in tabernaculis ſuis · * non exaudierunt vocem DOMINI ·

Et elevavit manum ſuam [8] ſuper eos · * ut proſterneret eos in Deſerto ·

Et [9] ut dejiceret ſemen eorum in Nationibus · * & diſpergeret eos in regionibus ·

Et initiati ſunt [10] Beelphegor · * & comederunt ſacrificia mortuorum ·

Et irritaverunt eum [11] in adinventionibus ſuis · * & multiplicata eſt in eis ruina ·

Et [12] ſtetit Phinees . & placavit . * & ceſſavit quaſſatio ·

Et reputatum eſt [13] ei in juſtitiam . * in generationem & generationem . * uſque in ſempiternum ·

C c 2 Et

(1) *Vat.* 84. Chanaan .

(2) *Vat.* 84. in generatione & generationem *Aug.* & *Caſſ.* in generationem & generationem : *Ver.* & *Ambroſ.* in generatione & generatione .

(3) *Vat.* Et immutaverunt : & *infra* , manducaverunt fœnum . *Alex.* in ſimilitudine .

(4) *Vat.* qui Ψ liberavit) eos .

(5) *Pal.* Si ÷ non ⁝ Moyſes : *tum verſiculo finito MS. iſte addit* Diapſalma .

(6) *Vat.* ʘ &) ne diſperderet ÷ eos ⁝ & pro nihilo . *Obelus ille , qui in Pal. MS. deſideratur, & a Thomaſio præfigitur in altero Pſalt. Vallarſ. rem neſcit , & ideo omiſſum de more vituperat .*

(7) *Vat.* ʘ &) non crediderunt Ψ in verbis) ejus . *Inferius vero Mart.* & *Val.* ÷ ex ⁝ audierunt .

(8) *Vat.* ſuper illos , ut dejiceret eos in deſerto .

(9) *Pal.* ÷ Et ⁝ ut dejiceret : *fortaſſe oſcitans Antiquarius ſcribere voluit* : Et ÷ ut ⁝ dejiceret. *Dormitare videtur* & *Vallarſ. ſcribens hunce MS. non præſentis verſus copulam , ſed illam qua ſuperior incipit obelo notare .*

(10) *Alex.* Beel – thegor . *Vat. hoc* ℣. *Rom. ſequitur . Pal. vero eo finito ſubjungit* Diapſ. *quod poſtremum minus attente , nec proprio loco Val. notat .*

(11) *Alex.* in adventionibus ſuis . *Vat.* in obſervationibus ſuis .

(12) *Voculam* & *heic Alex. omittit : Vat. etiam* Stetit Finees & exoravit , & ceſſavit &c.

(13) *Vat.* illi Ψ ad juſtitiam in generatione & generatione uſque in ſæculum .

propter eos · * *quia exacerbaverunt spiritum ejus* · * *& distinxit in labiis suis* ·

Non [1] *disperdiderunt Gentes* . *quas dixerat* DOMINUS *illis* · * *& commixti sunt inter Gentes* . * *& didicerunt opera eorum* . * *& servierunt sculptilibus eorum* . * *& factum est illis in scandalum* ·

Et immolaverunt filios suos & filias suas dæmoniis · * *& effuderunt sanguinem innocentem* . *sanguinem filiorum suorum & filiarum* . * *quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan* ·

Infecta [a] *est terra in sanguinibus* . * *& contaminata est in operibus eorum* ·

Et fornicati sunt in observationibus suis · * *Et iratus est animo* DOMINUS *in populum suum* · * *& abominatus est hereditatem suam* ·

Et

[1] Et irritaverunt ÷ eum ⁝ ad aquas contradictionis · * & vexatus est Moyses propter eos . * quia exacerbaverunt spiritum ejus ·

Et distinxit [4] ÷ in ⁝ labiis suis . * Non disperdiderunt Gentes . quas dixit DOMINUS illis ·

Et commixti sunt inter Gentes . & didicerunt [5] opera eorum . * & servierunt sculptilibus eorum . * & factum est illis in scandalum ·

Et [6] immolaverunt filios suos . * & filias suas dæmoniis ·

Et [7] effuderunt sanguinem innocentem . * sanguinem filiorum suorum . & filiarum ※ suarum ⁝ * quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan ·

Et [8] infecta est terra ÷ in ⁝ sanguinibus . * & contaminata est in operibus eorum · * & fornicati sunt in adinventionibus suis ·

÷

(1) *Vat.* 84. *addita copula* : Et non disperdiderunt.

(a) *Holst. Interfecta est terra*. Ita legunt Codd. nostræ Basilicæ, & Ambros. sed Cassin. Florent. & Faber, & Cajet. & Bruno *infecta*. Neque hic dubitandum de fide nostrorum MSS. quorum lectionem S. Augustinus tuetur, & cum Græcis convenire testatur: Sed apud LXX. habetur ἐφονοκτονήθη, quod propriè significat, *cæde & sanguine polluta est*: atque ita vox φονοκτονεῖν accipitur Numerorũ cap. 35. ℣. 33. ἵνα μὴ φονοκτονήσητε τὴν γῆν, & mox τὸ γὰρ αἷμα τοῦτο φονοκτονεῖ τὴν γῆν, *non contaminetis terram*: & deinde, *Sanguis enim hic contaminat terram*: ex quibus verbis hic Psalmi locus explicari debet; atque ut S. Augustino de hujus lectionis antiquitate meritò fidem habeo, ita vocis græcæ significationi non assentior. In vetustiori nostro Codice recentiori manu interpolatum est hoc verbum, sed vestigia evidentissima supersunt.

Augustini locus hac nota allegatus ita se habet: Putaremus enim scriptoris errorem, cumque diceremus pro eo quod est *infecta*, fecisse *interfecta*, nisi haberemus beneficium Dei, qui Scripturas suis in multis linguis esse voluit; atque ita esse scriptum: *Interfecta est terra in sanguinibus*, inspectis Græcis Codicibus videremus. *Tum prosequitur exponere quomodo dicatur interfecta terra; videlicet sicut domus mala vocatur ob malos habitatores. Lectionem & explicationem sequitur & Cassiod. hoc loco. Ver. Codex sane vetustissimus, & Vat.* 84. *non infimæ notæ legunt & ipsi*, interfecta.

(3) *Initio hujus hemistichii præmittit Vat.* Alleluja, *tum obelum negligit*: *Alex. & Pal. expungunt cum obelo & vocem* eum *illo notatam. Præterea minori numero* aquam *scribunt*.

(4) *Vat. heic sine obelo*.

(5) *Vat.* opera ipsorum. *Alex. infra*: & factum est illis scandalum, *omissa vocula* in.

(6 *Et huic versiculo Vat. MS. præponit* Alleluja.

(7) *Pal.* ÷ Et ⁝ effuderunt, *& infra asterisco novo errore ait Vallars. obelum sufficit. Vat. & asteriscum omittit, & illo notatam vocem* suarum.

(8) *MSS. nostri omnes*, interfecta; *sed Vat. præcedentem copulam nescit, &* Alleluja *præmittit vocibus*, & fornicati sunt, *quibus addit*, in studiis suis, *non vero* in adinventionibus suis. *Cetera obelum quo in præpositio jure notatur spectata Heb. Vers. Alex. omisit deinde juxta MSS. nostros, & Mart. Thomasius. Pal. eo confodit alteram præpositionem* ÷ in ⁝ operibus. *Hæc attente sane observavit Vallars. ad hunc locum lepide scribens*: Casus subsequentia verba *in sanguinibus* veru transverberat: Palarinus quæ sequuntur alia *in operibus*. Neuter bene. *At postremum istud in censorem ipsum meritò recidit*.

*Et tradidit eos in manus gentium . * & dominati sunt eorum . qui oderunt eos .*

*Et tribulaverunt eos inimici eorum . * & humiliati sunt sub manibus eorum . Sæpe liberavit eos .*

*Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo . * & humiliati sunt in suis iniquitatibus .*

*Et respexit eos cum tribularentur . * cum exaudiret orationes eorum .*

*Et memor fuit testamenti sui . * & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ .*

*Et dedit eos in misericordias . * in conspectu omnium qui eos ceperant .*

Salvos nos fac . DOMINE *Deus noster . * & congrega nos de Nationibus . ut confiteamur Nomini sancto tuo . * & gloriemur in laude tua .*

Benedictus DOMINUS *Deus Israel a sæculo* [1] *usque in sæculum . * Et dicet omnis populus . Fiat . Fiat .*

÷ [2] Et ⁑ iratus est furore DOMINUS in populum suum . * & abominatus est hereditatem suam .

Et tradidit eos [3] in manus gentiũ . * & dominati sunt eorũ . qui oderunt eos .

Et tribulaverunt eos [4] inimici eorum . * & humiliati sunt sub manibus eorum . * Sæpe liberavit eos .

Ipsi autem exacerbaverunt ÷ eum ⁑ in consilio suo . * & humiliati sunt in iniquitatibus suis .

Et vidit [5] cum tribularentur . * & audivit orationem eorum .

Et memor fuit testamenti sui . * & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ .

Et dedit eos in misericordias . * in conspectu omnium [6] qui ceperant eos .

Salvos [7] nos fac . DOMINE Deus noster . * & congrega nos de Nationibus .

Ut confiteamur Nomini sancto tuo . * & gloriemur in laude tua .

Benedictus DOMINUS Deus Israel a sæculo & usque in sæculum . * [8] Et dicet omnis populus . Fiat ÷ Fiat ⁑

ORATIO.

MEmento nostri . Domine . in beneplacito populi tui . & a peccati nos servitute discussos Salutaris tui visitatione salvifica . Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum &c.

PSAL-

(1) *Uterque Archivi MS. quibus consentiunt Aug. Cass. Bruno , Ver. Ambros. Grae.* a sæculo & usque in sæculum .

(2) *Eo obelo destituuntur Mart. & Val. & quidem merito si momenta , quæ manibus versamur , spectemus : eum tamen retinuit Thomas. & postquam observaverat a Mart. præteriri . Vat.* & iratus est Dominus super populum suum . *Alex. & Pal.* in populo suo .

(3) *Vat.* in manus nationum , & dominati sunt Ψ in eis) qui oderant eos .

(4) *Idem Vat.* inimici ipsorum . *Et subsequenti versu sine obelo ,* exacerbaverunt eum Ψ in consiliis) suis .

(5) *Vat.* Et respexit Θ eos) Dominus cum tribularentur ; in eo cum exaudiret orationes eorum . *Alex.* & audiret orationes eorum .

(6) *Vat.* qui illos ceperant . *Pal. heic habet* Diapsalma .

(7) *Vat. idem* : salva nos Domine .

(8) *Pal.* & dicat : *tum subsequentem obelum Vat. præterit .*

S.N.

PSALMUS CVI.

ALLELUJA

Hic commonetur populus Christianus ut pro collatis sibi beneficiis laudes Domino reddat.

Confitemini DOMINO . *quoniam bonus . * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Dicant nunc qui redempti sunt a DOMINO . * *quos redemit de manu inimici . * & de regionibus congregavit eos .*

*A solis ortu & occasu . * ab Aquilone & Mari.*

*Erraverunt in Solitudine in siccitate . * [1] viam civitatis habitationis non invenerunt.*

*Esurientes & sitientes . * anima eorum in ipsis defecit.*

Et clamaverunt ad DOMINUM *cum tribularentur . * & de necessitatibus eorum liberavit eos.*

*Et eduxit eos in viam rectam . * ut irent in civitatem habitationis.*

Confiteantur DOMINO *misericordiæ ejus . * & mirabilia ejus filiis hominum.*

*Quia satiavit animam inanem . * & animam esurientem satiavit bonis .*

*Sedentes in tenebris & umbra mortis . * vinculis ligatos . in mendicitate & ferro.*

Quia exacerbaverunt [2] eloquium Domini

(1) *MSS. Archivi cum Brun. adjecta copula:* & viam civitatis .

(2) *Vat.* 84. eloquia Domini .

(3) *Vat.* de manu inimicorum , de regionibus &c. *omissa copula , quam & Alex. expungit .* (4) *Alex.* & ab aquilone .

(5) *Vat.* in siccitate *juxta Rom.*

(6) *Alex.* animæ eorum . *Subsequenti versu MSS. nostri obeli nota destituuntur .*

(7) *Alex.* in civitate habitationis . *Pal. heic habet* Diapsalma : *Vat. vero ad initium proximi sequentis versus* Alleluja .

(8) *Vat.* Ψ misericordiæ) ejus .

ALLELUJA

Confitemini DOMINO . quoniam bonus . * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicant qui redempti sunt a DOMINO . * quos redemit [3] de manu inimici . * & de regionibus congregavit eos .

A solis ortu & occasu . [4] * ab Aquilone & Mari.

Erraverunt in Solitudine [5] in inaquoso . * viam civitatis habitaculi non invenerunt.

Esurientes & sitientes . * [6] anima eorum in ipsis defecit.

Et clamaverunt ad DOMINUM cum tribularentur . * ÷ & ‡ de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam . * ut irent [7] in civitatem habitationis.

Confiteantur DOMINO [8] misericordiæ ejus . * & mirabilia ejus filiis hominum.

Quia satiavit animam inanem . * & animam esurientem satiavit bonis.

Sedentes [9] ÷ in ‡ tenebris & umbra mortis . * vinctos in mendicitate & ferro.

Quia exacerbaverunt [10] eloquia Dei

(9) *Rectius atque pressius ad Heb. fontem , ineditamque veterem Hieronymi Versionem , Alex. Pal. MS. obelum hujus loci respuit , atque altero confodit similem præpositionem in præcedentem infra vocem* mendicitate . *Val. qui Pal. omissi nostri obeli postulat , utrumque una cum Mart. retinet & nostrum , & præpositionem* ÷ in ‡ mendicitate *præcedentem . Vat. pro* vinctos *habet :* vinculis ligatos inopia & in ferro .

(10) *Vat. præmisso huic versiculo* Alleluja , *in præsenti loco scribit :* Ψ eloquia Domini) *sed de* eloquia *recentiori cura* eloquium *factum legitur .*

Domini. * *& consilium Altissimi irritaverunt* ·

Et humiliatum est in laboribus cor eorum · * [1] *infirmati sunt. nec fuit qui adjuvaret* ·

Et clamaverunt ad DOMINUM *cum tribularentur* · * *& de necessitatibus eorum liberavit eos* ·

Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis. * *& vincula eorum* [2] *diripuit* ·

Confiteantur DOMINO *misericordiæ ejus.* * *& mirabilia ejus filiis hominum* ·

Quia contrivit portas aereas. * *& vectes ferreos confregit* ·

Suscepit eos de via iniquitatis eorum · * *propter injustitias enim suas humiliati sunt* ·

Omnem escam abominata est anima eorum · * *& appropiaverunt usque ad portas mortis* ·

Et clamaverunt ad DOMINUM *cum tribularentur* · * *& de necessitatibus eorum liberavit eos* ·

Misit Verbum suum & sanavit eos · * *& eripuit eos de interitu eorum* ·

Confiteantur DOMINO *misericordiæ ejus.* * *& mirabilia ejus filiis hominum* ·

Ut sacrificent sacrificium laudis · * [3] *& annuncient opera ejus in exultatione* ·

Qui

Dei · * & consilium Altissimi irritaverunt ·

Et humiliatum est in laboribus cor eorum · * [4] infirmati sunt. nec fuit qui adjuvaret ·

Et clamaverunt ad DOMINUM cum tribularentur · * & de necessitatibus eorum liberavit eos ·

Et [5] eduxit eos de tenebris & umbra mortis. * & vincula eorum disrupit ·

Confiteantur DOMINO [6] misericordiæ ejus. * & mirabilia ejus filiis hominum ·

Quia contrivit portas aereas. * & vectes ferreos confregit ·

Suscepit eos de via [7] iniquitatis eorum · * propter injustitias enim ÷ suas ⁝ humiliati sunt ·

Omnem escam abominata est anima eorum · * & appropinquaverunt ÷ usque ⁝ ad portas mortis ·

Et clamaverunt ad DOMINUM cum tribularentur · * [8] ÷ & ⁝ de necessitatibus eorum liberavit eos ·

Misit verbum suum & sanavit eos · * & eripuit eos de interitionibus [9] ÷ eorum ⁝ ·

Confiteantur DOMINO [10] misericordiæ ejus. * & mirabilia ejus filiis hominum ·

Et sacrificent sacrificium laudis. * [11] & annuncient opera ejus in exultatione ·

Qui

(1) *Uterque Archivi MS.* & infirmati sunt, *juxta Cass. Brun. Græc.*

(2) *Archivi MS. uterque cum Brun. & Ambros.* dirupit. *non* disipuit: *Aug. Cass. & Ver.* disrupit.

(3) *Vat.* 84. *juxta Cass. & Ambros.* & pronuncient.

(4) *Vat.* ϴ & ` infirmati sunt.

(5) *Pal.* ÷ & ⁝ eduxit, *subjungitque versiculo* Diapſ. *Vat. infra* ⁊ vincula eorum disrupit.

(6) *Vat.* Ψ misericordiæ ejus.

(7) *Vat.* iniquitatis ipsorum. *Idem MS. sequentis versiculi obelum nescit; quem obelum una cum illo præsentis Thomasius secundis deinde curis delevit.*

(8) *Sine obelo copulam & heic legunt MSS. nostri, minus tamen bene.*

(9) *Recte obelum istum prætereunt MSS. nostri, Mart. & Val. Thomasius quoque mutata sententia e medio sustulit. Ceterum Vat.* eripuit eos de corruptionibus eorum · *& Pal. heic subjungit* Diapsalma, *cujus loco in Vat. visitur* Alleluja.

(10) *Vat.* Ψ misericordiæ ejus)

(11) *Idem*, & pronuncient opera ejus.

*Qui descendunt mare in navibus . * facientes operationes in aquis multis .*

Ipsi viderunt opera DOMINI *. * & mirabilia ejus in profundo .*

*Dixit . & stetit spiritus procellæ . * & exaltati sunt fluctus ejus .*

*Ascendunt usque ad cælos . & descendunt usque ad abyssos . * anima eorum in malis tabescebat .*

*Turbati sunt . & moti sunt sicut ebrius . * & omnis sapientia eorum deglutita est .*

Et clamaverunt ad DOMINUM *cum tribularentur . * & de necessitatibus eorum liberavit eos .*

*Et statuit procellam in auram . & siluerunt fluctus ejus . * & lætati sunt quod siluerunt .*

*Et eduxit eos in portum voluntatis eorum . * & de necessitatibus eorum liberavit eos .*

Confiteantur DOMINO *misericordiæ ejus . * & mirabilia ejus filiis hominum .*

*Et exaltent eum in ecclesia plebis . * & in cathedra seniorum laudent eum .*

*Quia posuit flumina in desertum . * & exitus aquarum in sitim .*

Terram [1] *fructiferam in salsilaginem . * a malitia inhabitantium in ea .*

*Posuit desertum in stagnum aquæ . * & terram sine aqua in exitus aquarum .*

*Et collocavit illic esurientes . * & consti-*

Qui descendunt mare in navibus . * facientes operationem in aquis multis .

Ipsi viderunt opera DOMINI . * & mirabilia ejus in profundo .

Dixit . [2] & stetit spiritus procellæ . * & exaltati sunt fluctus ejus .

Ascendunt ÷ usque ⁝ ad cælos . * & descendunt ÷ usque ⁝ ad abyssos . * anima eorum in malis tabescebat .

Turbati sunt . & moti sunt sicut ebrius . * & omnis sapientia eorum [3] devorata est .

Et clamaverunt ad DOMINUM cum tribularentur . * & de necessitatibus eorum eduxit eos .

÷ Et ⁝ statuit procellam ÷ ejus ⁝ in auram . * & siluerunt fluctus ejus .

÷ Et ⁝ lætati sunt quia siluerunt . * & deduxit eos in portum voluntatis eorum .

Confiteantur DOMINO [4] misericordiæ ejus . * & mirabilia ejus filiis hominum .

÷ Et ⁝ exaltent eum in ecclesia plebis . * & in cathedra seniorum laudent eum .

Posuit flumina in desertum . * & exitus aquarum in sitim .

Terram fructiferam in salsuginem. * a malitia inhabitantium in ea .

Posuit desertum in stagna aquarum . * & terram sine aqua in exitus aquarum .

Et collocavit illic esurientes . * & con-

(1) *Holst: terram fructiferam in salsuginem* : MSS. nostri , & Bruno , *Salsilaginem* . Ex hoc loco hausit veteris Glossarii auctor: *salsilago*, ἅλμη . Eadem forma *mucilago* , & *cartilago* dicitur , ut Vossius notat in Grammat. ubi hanc vocem uti probam & latinam affert .

Vat. 84. in salsugine : *Brun.* in salsuginem .

(2) *Et huic Versiculo Vat. præmittit* Alleluja : *proxime inferioris vero obeli signa respuit .*

(3) *Vat.* deglutita est , *juxta Rom. tum omissis obelis , & præmisso* Alleluja *ita se habet* : Et percussit procellam & stetit in auram , & siluerunt fluctus ejus .

Et lætati sunt quod siluerunt , & deduxit eos in portum voluntatis suæ . *Pal. heic subjungit* Diapsalma . *Postremum obelum quo* & *copula notatur ante vocem* lætati *cum Pal. & Vers. ex Heb. Alex. expungunt, juxta hodiernum Hebræum Mart. & Val.*

(4) *Vat.* Ψ misericordiæ) ejus : *tum alterius versus & voculam , quam nec Græc. exprimit , una cum obelo rejiciunt Alex. & Vatic. idem . At Pal. Mart. & Val. eandem sine obelo scripsere .*

constituerunt civitatem habitationis.

*Et seminaverunt agros. & plantaverunt vineas. * & fecerunt fructum nativitatis.*

*Et benedixit eos. & multiplicati sunt nimis. * & jumenta eorum non sunt minorata.*

*Pauci facti sunt. & vexati sunt * a tribulatione malorum & dolorum.*

*Et [1] effusa est contemptio super principes eorum. * & seduxerunt eos in invio. & non in via.*

*Et [2] aajuvavit pauperem de inopia. * & posuit (sicut oves) familias.*

*Videbunt recti. & lætabuntur. * & omnis iniquitas oppilabit os suum.*

*Quis sapiens & custodiet hæc? * Et tunc intelliget misericordias* DOMINI.

& constituerunt [3] civitatem habitationis.

Et seminaverunt agros. & plantaverunt vineas. * & fecerunt fructum nativitatis.

Et benedixit eis. & multiplicati sunt nimis. * & jumenta eorum non minoravit.

Et [4] pauci facti sunt. & vexati sunt * a tribulatione malorum & dolore.

Effusa est contemptio [5] super principes. * & errare fecit eos in invio. & non in via.

Et adjuvit pauperem de inopia. * & posuit [6] (sicut oves) familias.

Videbunt recti. & lætabuntur. * & omnis iniquitas.[7] oppilabit os suum.

Quis sapiens & custodiet hæc? * Et intelliget misericordias DOMINI.

ORATIO.

CONfitemur. Domine. misericordias tuas. quas jugiter circa nostras exerces inopias. precantes ut qui exaltatus in Ecclesiis resides ad dexteram Patris in throno. nobis tantæ miserationis & intelligere & custodire concedas arcanum. Qui cum eo vivis & regnas Deus in unitate Spiritus Sancti. per &c.

(1) *Holst. effusa est contemptio.* Sic MS. noster secundus. Primus autem & recentior cum Florent. & Cassin. & Fabro, & Cajet. & Brun. habet *contentio*; eamque Romani Psalterii editionem agnoscit Nobilius, sed vitiatam; nam apud LXX. ἐξουδένωσις. Greg. Mag. lib. 19. cap. 11. & lib. 31. cap. 16. *contensio* legit, & explicat. Sic Psal. 122. ℣. 4. ubi itidem melior Codex *contentione* legit.

(2) *Holst.* & *adjuvit pauperem.* MS. melior, & Cajet. & Bruno, & *adjuvavit*, pro quo Faber *adjuvabit* LXX. ἐβοήθησε. *Sed Vat.* 84. Et adjuvit, *cum Aug. Cass. Ver.* & *Ambros.*

(3) *Vat.* civitates habitationis: & *subsequenti versu*: Et seruerunt agros, *altera vero Rom. sequitur.*

(4) *Vat.* ⁊ pauci facti sunt: & *in fine versiculi*, & dolore improperiorum:

(5) *Vat.* super principes ⊖ eorum) & seduxit eos in invio &c.

(6) *Vat.* sicut oves patrias.

(7) *Idem*, obturabit os suum.

Quis sapiens & Ψ intelligit hæc? & intelliget &c.

S.N.

PSALMUS CVII.

[1] Canticum psalmus David ·

Canticum psalmi [2] ÷ ipsi ‡ David ·

Christus Patri gratias agit quod post passionis triumphum perpetuam resurrexit in gloriam·

P*Aratum cor meum. Deus. paratum cor meum · * cantabo & psalmum dicam Domino ·*

*Exurge gloria mea. exurge psalterium & cithara · * exurgam diluculo ·*

Confitebor tibi in populis. DOMINE · * *&* [3] *psalmum dicam tibi inter gentes ·*

*Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua · * & usque ad nubes veritas tua ·*

*Exaltare super cælos Deus. * & super omnem terram gloria tua · * ut liberentur Electi tui ·*

*Salvum me fac dextera tua. * & exaudi me · * Deus locutus est in Sancto suo · Lætabor. & dividam Sicimam. * & convallem Tabernaculorum metibor ·*

*Meus est Galaad. & meus est Manasses · * & Ephrem fortitudo capitis mei ·*

*Juda rex meus. Moab olla spei meæ · in Idumæam extendam calciamentum meum. * mihi allophyli subditi sunt ·*

Quis deducet me in civitatem munitam?

PAratum cor meum. Deus. * ÷ paratum cor meum ‡ * cantabo & psallam in gloria mea ·

Exurge [4] gloria mea. exurge psalterium & cithara · * exurgam diluculo ·

Confitebor tibi [5] in populis. DOMINE · * & psallam tibi in nationibus ·

Quia magna est super cælos misericordia tua · * & usque ad nubes veritas tua ·

Exaltare super cælos Deus. * & super omnem terram gloria tua · * ut liberentur Dilecti tui ·

Salvum [6] fac dextera tua. & exaudi me · * Deus locutus est in Sancto suo ·

Exultabo [7] ÷ & ‡ dividam Sichimam. * & convallem Tabernaculorum dimetiar ·

Meus est Galaad. & meus est Manasses · * [8] & Ephraim susceptio capitis mei ·

Juda rex meus. * Moab lebes spei meæ ·

In Idumæam extendam calceamentum meum · * mihi alienigenæ amici facti sunt ·

Quis

(1) Psalmus cantici David, *pro Titulo habet heic Vat.* 84 Canticum Psalmi David, *D.* 144. Canticum Psalmi ipsi David *MS. alter a Thomasio notatus.* (2) *Hujus loci copulam* & *nescit Vat.* 84. *cum Cass. Ver. & Grac.*

(3) *Vocem* ipsi, *ejusque obelum tacent MSS. nostri omnes. Pal. vero, oscitante Antiquario, primo contextus versu obelum præterit.*

(4) *De prima hac hemistichii parte:* Exurge gloria mea, *quam omittunt MSS. Pal. & Alex. insuper Mart. & Val. adeundus Hieronymus ad Sun. & Fretel. de ea scribens:* quod dicitis in latino non esse, recte in isto Psalmo non habet, quia nec apud Hebræos, nec apud ullum Interpretum reperitur, sed habetur in quinquagesimo sexto Psalmo, de quo mihi videtur in istum locum esse translatum.

(5) *Vat.* in gentibus, *loco illius,* in populis. *Pal. autem finito altero a præsenti versiculo addit* Diapsalma.

(6) *Vat.* salva dextera tua: *tum subsequentem copulam ante voces* exaudi me *Alex. tacet.*

(7) *Alex.* Exultabor ÷ & ‡ dividam Sicima &c. *Vat.* Ψ Lætabor) ÷ & dividam Siccimam ‡ & convallem &c.

(8) *Vat.* & Ephrem.

tam ? * [1] *aut quis deducet me usque in Idumæam ?*

Nonne tu Deus qui repulisti nos ? * *& non egredieris Deus in virtutibus nostris ?*

Da nobis auxilium de tribulatione. * *& vana salus hominis.*

In Deo faciemus virtutem. * *& ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

Quis deducet me in civitatem munitam ? * [2] quis deducet me usque in Idumæam ?

Nonne tu Deus qui repulisti nos ? * [3] & non exibis Deus in virtutibus nostris ?

Da nobis auxilium de tribulatione.* [4] quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem. * & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

ORATIO.

PRæpara tibi. Domine. cor nostrum ad confitendum Nomini tuo. ut te intelligentes surrexisse diluculo. illuc tendamus merito. [5] quo tu victor elevatus es in regno. Qui vivis & regnas cum &c.

PSALMUS CVIII. S.N.

In Finem. Psalmus [6] David.

In Finem. Psalmus David.

Christus increpat Judæos. qui sibi mala pro bonis reddiderunt. & Judæ atque ipsius populi narrat interitum.

DEus laudem meam ne tacueris. * *quia os peccatoris* [7] *& dolosi super me apertum est.*

Locuti sunt adversus me lingua dolosa. * *& sermonibus odii circumdederunt me.* * *& expugnaverunt me gratis.*

Pro eo ut diligerent me. detrahebant mihi. * *ego autem orabam.*

Posuerunt adversus me mala pro bonis. * *& odium pro dilectione mea.*

Constitue super eum peccatorem. * *& dia-*

DEus [8] laudem meam ne tacueris. * quia os peccatoris. & os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt adversum me lingua dolosa. * ÷ & ↓ sermonibus odii [9] circumdederunt me. * & expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut [10] ※ me ↓ diligerent. detrahebant mihi ↓ * ego autem orabam.

Et [11] posuerunt adversum me mala pro bonis. * & odium pro dilectione mea.

 Consti-

(1) *D.* 144. alienigenæ *pro* allophyli.

(2) *Vat.* aut quis, *juxta Rom.*

(3) *Vat.* & non egredieris ℟ in virtutibus nostris.

(4) *Idem*, & vana salus ℣ hominum. *Et infra:* ad nihilum rediget, *pro* deducet.

(5) *Vat.* quo tu victores elevas in regno.

(6) *MS. a Thomasio observatus addit hoc loci vocem* ipsi.

(7) *Vat.* 84. & os dolosi, *cum Aug. Cass. Ver. Ambros. & Græc.*

(8) *Alex.* Deus laude mea ne tacueris, quia os peccatoris & dolosi &c.

(9) *Alex.* circuierunt me, expugnaverunt &c. *Vat. superiorem obelum omiserat.*

(10) *MSS. nostri omnes eo asterisco carent, & quidem recte; Græc. enim:* Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με. *Vat.* detrahebam mihi.

(11) *Vat.* Posuerunt, *omissa copula, & præmissa unitatis nota; atque hinc enumerata videntur omnes propheticæ comminationes & maledicta, quæ in reddentibus mala pro bonis intorquentur: enumerantur autem* xxv. *quibus præsenti unitatis nota adjuncta, numeratio* xxvi. *terminis constat Romanis notis minio tinctis ad oram libri appositis.*

& diabolus ſtet a dextris ejus.

*Cum judicatur . exeat condemnatus . * & oratio ejus fiat in peccatum.*

Fiat[1] *habitatio ejus deſerta . * & non ſit qui inhabitet in ea.*

*Fiant dies ejus pauci . * & Epiſcopatum ejus accipiat alter.*

*Fiant filii ejus orphani . * & uxor ejus vidua.*

Commoti amoveantur filii ejus . & mendicent . [2] *ejiciantur de habitationibus ſuis.*

*Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam ejus . * & diripiant alieni omnes labores ejus.*

*Non ſit illi adjutor . * nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.*

Fiant nati ejus [3] *in interitum . * in una generatione deleatur nomen ejus.*

In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu DOMINI *. * & peccatum matris ejus non deleatur.*

Fiant contra DOMINUM *ſemper . * & diſpereat de terra memoria eorum.*

*Pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam . * & perſecutus eſt hominem pauperem & mendicum . * & compunctum corde . morti tradidit.*

*Et dilexit maledictionem . & veniet ei . * & noluit benedictionem . & prolongabitur ab eo.*

Et induit ſe maledictionem ſicut veſtimen-

Conſtitue ſuper eum peccatorem . * & diabolus ſtet a dextris ejus.

Cum judicatur . exeat condemnatus . * & oratio ejus fiat in peccatum.

. . . .

. . . .

Fiant dies ejus pauci . * ÷ & ⁒ Epiſcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus[4] orphani . * & uxor ejus vidua.

Nutantes[5] transferantur filii ejus . & mendicent . * & ejiciantur de habitationibus ſuis.

Scrutetur[6] fœnerator omnem ſubſtantiam ejus . * ※ & ⁒ diripiant alieni labores ejus.

Non ſit illi adjutor . * nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum . * in generatione una deleatur nomen ejus.

In memoriam[7] redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu DOMINI . * & peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra DOMINUM ſemper . * & diſpereat de terra memoria eorum. *

[8] ÷ pro ⁒ eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam.

Et perſecutus eſt hominem[9] inopem & mendicum . * & compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem . & veniet ei . * & noluit benedictionem .[10] & elongabitur ab eo.

Et[11] induit maledictionẽ ſicut veſtimentum. *

(1) *Caret hoc integro verſu Vat. 84. carent Aug. Caſſ. Ver. Ambroſ. Græc. Martianæus refert ſe illum inveniſſe in uno MS. Sorbonico. Brun. vero de eo ait :* iſte verſus in hoc loco ſuperfluus eſt , & in alia translatione non habetur ; ſed fortaſſe ideo additus eſt, ut numerus maledictionum conveniret numero denariorum , quibus Dominus venditus eſt.

(2) *Vat. 84. & D. 144. addita copula :* & ejiciantur , *juxta Brun. & Ambroſ.*

(3) *Uterque Archivi MS.* in interitu.

(4) *Vat.* fiant filii ejus pupilli &c.

(5) *Vat.* Commoti amoveantur filii ejus , & mendicent ⊖ &) ejiciantur : *poſtremam iſtam copulam , qua & Græc. deſtituitur , Alex. atque Pal. omittunt.*

(6) *Vat.* Perſcrutetur : *tum Alex. juxta Rom.* omnes labores ejus.

(7) *Alex.* redeant iniquitates patrum ejus.

(8) *Obelum hunc juxta Pal. & Heb. Verſ. Alex. poſitum jam in altero Pſalterio ſuſtulerat Thomaſius quum Vallarſ. ſcribebat eundem immerito prænotari.*

(9) *Vat.* pauperem & egenum : & compunctum corde morti tradidit.

(10) *Alex. & Vat.* & prolongabitur ab eo.

(11) *Vat.* & induit ⊖ ſe) maledictione &c.

*stimentum. & intravit (sicut aqua) in interiora ejus. * & (sicut oleum) in ossibus ejus.*

*Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. * & sicut zona qua semper præcingitur.*

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud DOMINUM. ** & qui loquuntur mala adversus animam meam.*

Et tu. DOMINE *Domine. fac mecum misericordiam propter nomen tuum. * quoniam suavis [1] est misericordia tua.*

*Libera me. quoniam egenus & pauper sum ego. * & cor meum conturbatum est in me.*

*Sicut umbra cum declinat. ablatus sum. * & excussus sum sicut locusta.*

*Genua mea infirmata sunt præ jejunio. * & caro mea immutata [2] est propter oleum. * & ego factus sum opprobrium illis.*

*Viderunt me. & moverunt capita sua. * Adjuva me.* DOMINE *Deus meus. * & salvum me fac propter misericordiam tuam.*

*Ut sciant [3] quia manus tua hæc est. * & tu.* DOMINE. *fecisti [4] eam.*

*Maledicent illi. & tu benedices. * qui insurgunt in me confundantur. * servus autem tuus [5] lætabitur.*

Induan-

mentum. * & intravit (sicut aqua) in interiora ejus. * & (sicut oleum) in ossibus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. * [6] & sicut zona qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi [7] apud DOMINUM. * & qui loquuntur mala adversus animam meam.

Et tu. DOMINE. Domine. fac mecum propter nomen tuum. * [8] quia suavis est misericordia tua.

Libera me. quia egenus & pauper ego sum. * & cor meum [9] conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat. ablatus sum. * [10] & excussus sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt a jejunio. * & caro mea immutata est propter oleum.

※ [11] Et ↕ ego factus sum opprobrium illis. * viderunt me. ÷ & ↕ moverunt capita sua.

Adjuva me. DOMINE Deus meus. * [12] salvum me fac secundum misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua [13] hæc. * ÷ & ↕ tu. DOMINE. fecisti eam.

Maledicent illi. & tu benedices. * qui insurgunt in me confundantur. * servus autem tuus lætabitur.

Induan-

(1) *Verbum substantivum* est *heic nescit D.* 144.

(2) *Absque verbo* est *heic se habet D.* 145.

(3) *Holst. quia manus tua hæc*, MSS. nostri, & Faber, & Cajet. & Bruno, & Ambros. *Quia manus tua hæc est*: sed apud LXX. non extat.

(4) *Uterque Archivi MS.* fecisti ea.

(5) *Vat.* 84. lætabitur in te.

(6) *Alex.* quod operietur: *& Vat. atque Pal.* operietur. *Vat. deinde*, & sicut zona quæ semper præcingitur. *Voci* operietur *præfigitur in Vat. MS. superius indicata enumeratio.*

(7) *Voces*, apud Dominum *in Pal. desiderantur, visiturque in eodem ad finem versiculi* Diapsalma.

(8) *Alex. & Pal.* quia suavis misericordia tua. *Vat.* quia suavis ⊖ est) misericordia tua ⊖ Domine).

(9) *Iidem Alex. & Pal.* turbatum est: *tum Vat.* in me *cum Rom. pro* intra me.

(10) *Pal.* ÷ & ↕ excussus sum. *Alex. eandem copulam nescit. Vat. in fine*: sicut locusta.

(11) *Præstaret sane eam asterisci notam cum omnibus nostris MSS. expungere, habentibus septuaginta* Καὶ ἐγὼ ἐγενήθην. *Vat. & inferiori obelo destituitur: Alex. vero una obelo atque copula.*

(12) *Vat.* & salva me propter misericordiam tuam.

(13) *Vat.* hæc est, & tu Domine &c. *Alex. & Pal. obelum una cum copula prætermittunt.*

*Induantur . [1] qui detrahunt mihi . reverentiam . * & operiantur (sicut diploide) confusione sua .*

Confitebor DOMINO *nimis in ore meo . * & in medio multorum laudabo eum .*

*Qui astitit a dextris pauperis . * ut salvam faceret a persequentibus animam meam .*

Induantur . qui detrahunt mihi . [2] pudore . * & operiantur (sicut diploide) confusione sua .

Confitebor DOMINO nimis in ore meo . * & in medio multorum laudabo eum .

Quia [3] astitit a dextris pauperis . * ut salvam faceret a persequentibus animam meam .

ORATIO.

Unicæ miserationis Deus . qui maledictioni subjacere dignatus es ut nos a maledicto Legis erueres . quæsumus . ut faciens nobiscum misericordiam propter Nomen tuum . digneris nos & a persequentibus vitiis . & a malorum obtrectationibus liberare . Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus . per .

D.V.

PSALMUS CIX.

Psalmus David .

Psalmus David .

Psalmus hic de Incarnatione Domini . & de ejus Deitate plenissime breviterque decantat .

Dixit [4] DOMINUS *Domino meo . * Sede a dextris meis .*

*Donec ponam inimicos tuos * scabellum pedum tuorum .*

Virgam virtutis tuæ emittet DOMINUS *ex Sion . * dominaberis in medio inimicorum tuorum .*

*Tecum Principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum . * ex utero (ante luciferum) genui te .*

Juravit DOMINUS *(& non pœnitebit eum) . * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech .*

*Dominus a dextris tuis . * [5] confregit in die iræ suæ reges .*

Judi-

Dixit DOMINUS Domino meo . * Sede a dextris meis .

Donec ponam inimicos [6] tuos * scabellum pedum tuorum .

Virgam virtutis tuæ [7] emittet DOMINUS ex Sion . * dominare in medio inimicorum tuorum .

Tecum Principium in die virtutis tuæ . * [8] in splendoribus Sanctorum . * ex utero (ante luciferum) genui te .

Juravit DOMINUS (& non pœnitebit eum) . * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech .

Dominus a dextris tuis . * [9] confregit in die iræ suæ reges .

Judi-

(1) *Holst. Induantur , qui detrahunt mihi , reverentiam .* Sic LXX. *ἐνδυσάσθωσαν ἐντροπὴν .* MSS. tamen omnes , & Cajet. & Bruno legunt , *reverentia* . MSS. variationem simili in loco jam ante notavi : sed nihil hic mutaverim .

Vide supra ad pag.61. n.2. & infra ejusdem Holst. notam ad versum ultimum Psal.131. Cetera reverentia *legitur & in utroque Archivi MS.*

(2) *Vat.* reverentia *pro* pudore : *tum ,* & operiantur ⊖ se) sicut &c. *Alex.* sicut diploide confusionem suam .

(3) *Alex.* Qui astitit .....: ut salvam faciet .

(4) *Vat.* 84. *cum Brun.* Dicit Dominus .

(5) *Uterque Archivi MS. cum Brun.* confringet .

(6) *Vocem* tuos *Alex. tacet .*

(7) *Pal.* ÷ e ‡ mittet . *Vat. infra ,* & dominaberis *pro* dominare .

(8) *Præpositio* in *secundis curis scriptor delevit ex Vat. MS. finito autem hoc versiculo Pal. addit* Diapsalma .

(9) *Alex.* confringit .

Judicabit in nationibus . implebit ruinas · * *conquaſſabit capita multa in terra copioſa* ·

De torrente in via [1] *bibet* · * *propterea exaltabit caput* ·

Judicabit [2] in nationibus . implebit ruinas · * conquaſſabit capita in terra multorum ·

De torrente in via bibet . * propterea exaltabit caput ·

O R A T I O ·

ANte luciferum genite . Deus . qui es ante principium totius creaturæ . rogamus & quæſumus . ut ficut tuis inimicos pedibus ad dexteram Patris reſidens ſubjecisti . ita nos tuis officiis dignos habeas ablata dominatione peccati · Qui cum eodem Deo Patre vivis & regnas Deus in unitate Spiritus Sancti . per omnia &c.

PSALMUS CX. D.V.

A L L E L U J A

[3] Reverſio Aggaei & Zachariæ ·

A L L E L U J A [4]

Congregatio Juſtorum undique collecta confiteri ac laudare ſe dicit Deum ·

Aleph· C*Onfitebor tibi* DOMINE . *in toto corde meo* . * Beth· *in conſilio juſtorum & congregatione* · Gimel· *Magna opera* DOMINI ·

Daleth· *Exquiſita in omnes voluntates ejus* · * He· *Confeſſio & magnificentia opus ejus* · * Vau· *& juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi* ·

Zain· *Memoriam fecit mirabilium ſuorum* · * Heth · *miſericors & miſerator* DOMINUS . Theth · *eſcam dedit timentibus ſe* ·

Jod· *Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui* · * Caph · *virtutem operum ſuorum annunciavit populo ſuo* . Lamed · *ut det illis hereditatem gentium* ·

Mem · *Opera manuum ejus veritas & judicium* · * Nun· *fidelia omnia mandata ejus* . Samech· *confirmata in ſæcu-*

Aleph· COnfitebor [5] ÷ tibi ⁝ DOMINE . in toto corde ÷ meo ⁝ . * *Beth·* in conſilio juſtorum & congregatione ·

Gimel· Magna opera DOMINI · * *Daleth·* exquiſita in omnes voluntates ejus ·

He· Confeſſio & magnificentia opus ejus · * *Vav·* & juſtitia ejus manet in ſæculum [6] ÷ ſæculi ⁝

Zain· Memoriam fecit mirabilium ſuorum . *Heth·* miſericors & miſerator DOMINUS . * *Theth·* eſcam dedit timentibus ſe ·

Jod· Memor [7] erit in ſæculum teſtamenti ſui · * *Caph·* virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo ·

Lamed· Ut det illis hereditatem gentium · * *Mem·* Opera manuum ejus veritas & judicium ·

Nun·

(1) *Uterque Archivi MS. cum Brun.* bibit.
(2) *Alex.* Judicavit : *deinde Pal. & Vat.* implevit , *& cum Alex.* conquaſſavit · *ſubſequenti autem ultimo verſu idem Vat.* exaltavit caput, *quod ſecundis curis factum viſitur & in Alex.*
(3) *Verba iſta excipientia primam Tituli vocem* Alleluja *omittunt D.* 144. *& Vat.* 84. *ſicut in altero MS. obſervaverat Thomaſius ipſe.*

(4) *Huic Titulo Alex. addit* , Reverſionis Aggæi , & Zachariæ .
(5) *Pal. primum Hebraicis literis & præſenti hoc Pſalmo reſtituitur , deinde vocem* tibi *nullo notat obelo* .
(6) *Sine obelo locum illum præferunt MSS. noſtri* .
(7) *Vat.* Memor Ψ fuit) in ſæculum .

ſæculum ſæculi. * Ain • *facta in veritate & æquitate* •

Phe • *Redemptionem miſit populo ſuo* • * Sade • *mandavit in æternum teſtamentum ſuum* • * Coph • *Sanctum & terribile Nomen ejus* •

Res • *Initium ſapientiæ timor* DOMINI • * Sin • [1] *Intellectus bonus omnibus facientibus ea* •

Tau • *Laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi* •

Nun • Fidelia omnia mandata ejus. * *Samech* • [2] confirmata in ſæculũ ſæculi. * *Ain* • facta in veritate & æquitate •

Phe • Redemptionem miſit populo ſuo • * *Sade* • mandavit in æternum teſtamentum ſuum •

Coph • Sanctum & terribile Nomen ejus • * *Res* • initium ſapientiæ timor DOMINI •

Sin • Intellectus [3] bonus omnibus facientibus eum • * *Tau* • laudatio ejus manet in ſæculum ÷ ſæculi ⁑

ORATIO •

SAnctorum omnium glorioſa confeſſio. Deus. tribue nobis timorem Nominis tui. (quem eſſe initium ſapientiæ prædixiſti) ut tuorum admixti conciliis miſericordiæ tuæ dapibus ſaginemur • Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per &c.

D.V.

PSALMUS CXI.

ALLELUJA
[4] Reverſionis Aggæi.
& Zachariæ.

ALLELUJA
[6] ÷ Reverſionis Aggæi.
& Zachariæ ⁑

Propheta loquitur de beatitudine Juſti. & de Incarnatione Chriſti. atque damnatione impiorum •

Aleph • B*Eatus vir. qui timet* DOMINUM • * Beth • *in mandatis ejus* [5] *cupit nimis* •

Gimel • *Potens in terra erit ſemen ejus* • * Daleth • *generatio rectorum benedicetur* •

He •

Aleph • BEatus vir. qui timet DOMINUM • * *Beth* • in mandatis ejus [7] volet nimis •

Gimel • Potens in terra erit ſemen ejus • * *Daleth* • generatio rectorum benedicetur •

He •

(1) *Holſt. Intellectus bonus omnibus facientibus eum*. MS. noſter melior & recentior cum Fabro, & Ambroſ. & Brun. legit *eum* ut Vulgata, & ſic Florent. Alter autem noſter Codex, & Cajet. *eam*. Sed priorem lectionem præfero: refertur enim ad intellectum bonum; illis enim bonus eſt intellectus, qui faciunt quod intelligunt & cognoſcunt: Sic LXX. τοῖς ποιοῦσιν αὐτὴν, *Scil.* τὴν σύνεσιν, & ſic Ambroſ. nam Genebrardus, qui αὐτ᾽ὴν pro αὐτὴν ſubſtituendum putat, non audiendus hoc loco. Chryſoſt. αὐτὴν, τὴν σοφίαν intelligit.

Viro clariſſimo ſubſcribunt MSS. Vat. 84. *& Archivi uterque habentes* eum.

(2) *De more Pal.* ÷ con ⁑ firmata.

(3) *Vat.* Intellectus autem bonus &c. *tum cum Pal. obelum quo Pſalmi vox ultima notatur, prætermittit*.

(4) *D.* 144. Converſionis *pro* Reverſionis. *Vat.* 84. Reverſio Aggæi & Zachariæ, *quibus verbis ab altero MS. ſubjungi notaverat Thomaſius hæc alia*: De captivitate Babilonis.

(5) *Vat.* 84. cupiet. (6) *Vat. ſine obelo Titulum exhibet, &* reverſionis *loco ſcribit* Converſio.

(7) *Vat.* cupiet nimis: *tum altero a ſequenti verſu una cum Pal. & obelum neſcit*.

He · *Gloria & divitiæ in domo ejus* · Vau · *& justitia ejus manet in sæculum sæculi* .

Zain : *Exortum est in tenebris lumen Rectis corde* . * Heth · *misericors & miserator & justus Dominus* ·

Theth · *Jucundus homo . qui miseretur & commodat* · * Jod · ¹ *disponet sermones suos in judicio* · * Caph · *quia in æternum non commovebitur* ·

Lamed · *In memoria æterna erit justus* · * Mem · *ab auditu malo non timebit* ·

Nun · *Paratum est cor ejus sperare in* DOMINO · * Samech · *confirmatum est cor ejus* · * *non commovebitur* . Ain · *donec videat inimicos suos* ·

Phe · *Dispersit . dedit pauperibus* · * Sade · *justitia ejus manet in sæculum sæculi* · * Coph · *cornu ejus exaltabitur in gloria* ·

Res · *Peccator videbit . & irascetur* · Sin · *dentibus suis fremet . & tabescet* · * Tau · *desiderium Peccatorum peribit* ·

***He* · Gloria & divitiæ in domo ejus** · * *Vav* · & justitia ejus manet in sæculum ÷ sæculi :

Zain · Exortum ² est in tenebris lumen Rectis . * *Heth* · misericors & miserator & justus ·

Teth · Jucundus homo . qui miseretur & commodat · * *Jod* · disponet sermones suos in judicio · * *Caph* · ³ quia in æternum non commovebitur ·

Lamed · In memoria æterna erit justus · * *Mem* · ab auditione mala non timebit ·

Nun · Paratum cor ejus sperare in DOMINO · * *Samech* · ⁴ confirmatum est cor ejus · non commovebitur . * *Ain* · donec despiciat inimicos suos ·

Phe · Dispersit . dedit pauperibus · * *Sade* · justitia ejus manet in sæculum ⁵ ÷ sæculi : * *Coph* · cornu ejus exaltabitur in gloria ·

Res · Peccator videbit . & irascetur · * *Sin* · dentibus suis fremet . & & tabescet · *Tau* · desiderium Peccatorum peribit ·

ORATIO.

Lumen perpetuum rectorum cordium . Deus . concede nobis te diligere . tua gloria jocundari . & sic dispergere in hoc sæculo . ut careamus audito aspero in futuro · Per ·

PSALMUS CXII. D.V.

ALLELUJA

Propheta monet devotos . ut laudes Deo jugiter a cunctis Mundi partibus dicant ·

Laudate pueri DOMINUM · * *laudate Nomen* DOMINI ·

Sit Nomen DOMINI *benedictum* . * *ex hoc nunc & usque in sæculum* ·

PSALT.R.G. *A solis*

ALLELUJA

Laudate pueri DOMINUM · * laudate Nomen DOMINI ·

Sit Nomen DOMINI benedictum . * ex hoc nunc & usque in sæculum ·

E e A solis

(1) *Vat.* 84. disponit .

(2) *Pal.* ÷ ex : ortum . *Vat. hoc versiculo Rom. sequitur* .

(3) *Vat.* quoniam in sæculum non commovebitur . *Et infra ad elementum* Mem *juxta Rom.* ab auditu malo .

(4) *Pal.* ÷ con : firmatum . *Vat.* non commovebitur donec ♈ videat) inimicos suos .

(5) *Eo obeli signo MSS. nostri destituuntur* . *Pal. in fine versiculi exhibet* Diapsalma .

*A solis ortu usque ad occasum. * laudate Nomen* DOMINI.

Excelsus super omnes Gentes DOMINUS. * *& super cælos gloria ejus.*

Quis sicut DOMINUS *Deus noster. qui in altis habitat. * & humilia respicit in cælo & in terra?*

*Suscitans a terra inopem. * & de stercore erigens pauperem.*

*Ut collocet eum cum principibus. * cum principibus populi sui.*

*Qui habitare facit sterilem in domo. * matrem filiorum lætantem.*

A solis ortu usque ad occasum. * [1] laudabile Nomen DOMINI.

Excelsus super omnes Gentes DOMINUS. * [2] ÷ & : super cælos gloria ejus.

Quis sicut DOMINUS Deus noster. * qui in altis habitat. * ÷ & : humilia respicit in cælo & in terra?

Suscitans a terra inopem. * & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus. * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo. * matrem filiorum lætantem.

ORATIO.

LAudantes benedictum Nomen tuum. omnipotens Deus. rogamus, ut nos in sinu matris Ecclesiæ collocatos charitatis tuæ facias stabilitate connecti. Per.

D.V. PSALMUS CXIII.

[3] ALLELUJA — ALLELUJA

Memorat Propheta quæ beneficia [4] Dominus Hebræis in exitu de Ægypto præstiterit. & idola Gentium vana esse demonstrat. & exponit consequenter quantum sit utilis & saluberrima Religio Domini propriis cultoribus.

*IN exitu Israel ex Ægypto. * domus Jacob de populo barbaro.*

*Facta est Judæa sanctificatio ejus. * Israel potestas ejus. Israel regnavit in ea.*

*Mare vidit. & fugit. * Jordanis conversus est retrorsum.*

*Montes exultaverunt ut arietes. * & colles velut agni ovium.*

*Quid est mare quod fugisti? * & tu Jor-*

IN exitu Israel [5] de Ægypto. * domus Jacob de populo barbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus. * Israel potestas ejus.

Mare vidit. & fugit. * [6] Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes. * [7] ÷ & : colles sicut agni ovium.

Quid est ⁜ tibi : mare. quod fugisti? * [8] ÷ & tu : Jordanis. quia con-

(1) *Vat. postquam Titulum præmiserat versus initio, heic juxta Rom. ait:* ℣ laudate) nomen Domini.

(2) *Alex. cum Vat. copulam & obelum eo loci nesciunt: Pal. solum obelum, atque subjungit deinde* Diapsalma. *Vat. & proxime sequentem obelum præterit: tum singulis tribus ultimis Psalmi versiculis præmittit* Alleluja.

(3) *Geminum* Alleluja *heic exhibet D.* 145.

(4) *Vat.* Dominus Hebræis præstiterit, & idola gentium vana esse demonstrat: *nihilque ulterius addit, ita detruncatum Titulum nostrum exhibens.*

(5) *Alex.* ex Ægypto.

(6) *Vocem* Alleluja *versiculo & vocibus* Mare vidit *præmittit Vat. quam sequentibus haud raro repetit. Hoc loci vero habet* Jordanes.

(7) *Alex. copulam nescit cum obelo. Pal. subjungit post versiculum* Diapsalma, *cujus locum absolute secundo a præsenti versu male determinat Vallars.*

(8) *Pal.* & ÷ tu : Jordanis, ÷ quia : conversus es retrorsum. *Vat. vero* ℣. *præmittit* Alleluja; *tum*, Quid est mare quod fugisti, ÷ & : tu Jordanes ℣ quare, conversus &c.

Jordanis quare conversus es retrorsū?

Montes quare exultastis ut arietes? * *& colles velut agni ovium?*

A facie Domini commota est terra. * *a facie Dei Jacob.*

Qui convertit solidam petram in stagnum aquæ. * [1] *& rupem in fontes aquarum.*

Non nobis. DOMINE. *non nobis*. * *sed Nomini tuo da gloriam.*

Super [2] *misericordia tua & veritate tua.* * *ne quando dicant Gentes. Ubi est Deus eorum?*

Deus autem noster [3] *in cælo sursum,* * *in cælo & in terra. omnia quæcumque voluit. fecit.* Diapsalma.

Simulacra Gentium argentum & aurum. * *opera manuum hominum.*

Os habent. & non loquentur. * *oculos habent. & non videbunt.*

Aures habent. & non audient. * *nares habent. & non odorabunt.*

Manus habent. & non palpabunt. * *pedes habent. & non ambulabunt.*

Non clamabunt in gutture suo. * *neque enim est spiritus in ore ipsorum.*

Similes illis fiant qui faciunt ea. * *& omnes qui confidunt in eis.*

Domus Israel speravit in DOMINO. * *adjutor eorum, & protector eorum est.*

Domus

conversus es retrorsum?

Montes [4] exultastis sicut arietes? * ÷ & ‡ colles sicut agni ovium?

A facie Domini mota est terra. * a facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum. * ÷ & ‡ rupem in fontes aquarum.

Non nobis. DOMINE. non nobis. * sed Nomini tuo da gloriam.

Super [5] misericordia tua & veritate tua. * ne ÷ quando ‡ dicant Gentes. Ubi est Deus eorum?

Deus [6] autem noster in cælo. * omnia quæcumque voluit. fecit.

Diapsalma.

Simulacra Gentium argentum & aurum. * opera manuum hominum.

Os habent. & non loquentur. * oculos habent. & non videbunt.

Aures habent. & non audient. * nares habent. [7] & non odorabunt.

Manus habent. & non palpabunt. * pedes habent. & non ambulabunt. * non clamabunt in gutture suo. [8]

Similes illis fiant qui faciunt ea. * ÷ & ‡ omnes qui confidunt in eis.

÷ Domus ‡ Israel speravit in DOMINO. * adjutor [9] eorum. & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in DOMINO. *

E e 2

(1) *Uterque Archivi MS. cum Cass. Brun. Ver. plurium numero*, & rupes.

(2) *Vat. 84. cum Cass. & Ambros.* super misericordiam tuam & veritatem tuam.

(3) *Ad eum locum sequentia a Mart. notata leguntur*: Ita legunt editi ac MSS. in hoc Romano Psalterio: manifeste autem addita sunt a librariis hæc verba, *in cælo sursum*; quum apud LXX. ita scriptum sit: *Deus autem noster in cælo, & in terra &c.* superfluum esse, *& in terra* Hieronymus quoque nos docuit.

(4) *Vat.* ✠ quare) exultastis ut arietes? & colles velut agni ovium?

(5) *Vat.* super misericordiam tuam & veritatem tuam: *deinde Pal. obelum deserit*.

(6) *Vat.* Deus autem noster ʘ in cælo sursum) in cælo & super terram omnia quæ ÷ cumque voluit, fecit.) *majora puncta obelo respondentia, nec signum cui referatur illud,)*, *MS. non exhibet, nec proxime sequens* Diapsalma, *quod & ab Alex. omittitur, a Thomasio vero altero Psal. Mart. & Vat. obelo notatur*.

(7) *Alex.* & non odorabuntur.

(8) *Heic Vat. juxta Rom. sed sub reprobandi nota subjungit*: ʘ neque enim est spiritus in ore ipsorum: *tum qui proxime sequuntur duo obeli in eodem MS. desiderantur*.

(9) *Pal. & Vat.* adjutor ÷ eorum ‡ *sed notante Vallars. eam vocem* eorum *heic & sequentibus proxime duobus versiculis præstaret potius asterisco quàm obelo notare. Thomasius, licet vetus Alex. exemplar Hieronymianæ Versionis secus suadeat, sequentibus indicatis locis sine obelo reliquit in altero Psal.*

Domus Aaron speravit in DOMINO. * *adjutor eorum. & protector eorum est.*

Qui [1] *timent* DOMINUM. *sperent in* DOMINO. * *adjutor eorum. & protector eorum est.*

DOMINUS *memor fuit nostri.* * *& benedixit nos.* * *benedixit domum Israel.* * *benedixit domum Aaron. benedixit omnes timentes se.* DOMINUS, * *pusillos cum majoribus.*

Adjiciat DOMINUS *super vos.* * *& super filios vestros.*

Benedicti vos a DOMINO. * *qui fecit cælum & terram.*

Cælum cæli DOMINO. * *terram autem dedit filiis hominum.*

Non mortui laudabunt te. Domine. * *neque omnes qui descendunt in infernum.*

Sed nos qui vivimus. benedicimus Dominum. * *ex hoc nunc. & usque in sæculum.*

NO. * adjutor ÷ eorum ⁑ & protector eorum est.

Qui timent [2] DOMINUM. speraverunt in DOMINO. * adjutor ÷ eorum ⁑ & protector eorum est.

DOMINUS [3] memor ÷ fuit ⁑ nostri. * ÷ & ⁑ benedixit ÷ nobis ⁑

Benedixit domui Israel. * benedixit [4] domui Aaron.

Benedixit ÷ omnibus ⁑ qui timent DOMINUM. * pusillis cum majoribus.

Adjiciat DOMINUS super vos. * ※ super vos ⁑ & super filios vestros.

Benedicti vos [5] a DOMINO. * qui fecit cælum & terram.

Cælum cæli DOMINO. * terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt [6] te. Domine. * neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos ÷ qui vivimus ⁑ benedicimus [7] Domino. * ex hoc nunc. & usque in sæculum.

ORATIO.

INeffabile [8] nomen Trinitatis. Deus. qui fluenta Jordanis aspectu tui luminis terruisti. præsta. ut quos ablutos sacro Baptismate renovasti. numquam patiaris a vetitis simulacrorum idolis maculari. Qui vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum.

ALIA.

ESto nobis. Domine. adjutor & protector in te sperantibus. & memor nos fecisse de terra. da ut semper vivamus in laude superna. Per.

PSAL-

(1) *Holst. qui timent Dominum speraverunt in Domino.* MSS. omnes nostri Codd. & Florent. & Faber, & Cajet. & Bruno legunt *sperent*. LXX. ἤλπισαν. Recentiores ἐλπίσατε, *sperate*: ex Hebræo Arabica, *confidentes sunt*, hoc est *confidunt*, sive *sperant*.

(2) *Vocem* Dominum *ejus loci Alex. nescit*.

(3) *Sine obelis versiculum ipsum exhibens Vat. Rom. prorsus in eo sequitur*.

(4) *Heic Vat.* domum.

(5) *Vat.* (ϴ a) Domino: *& Alex.* Benedicti vos Domino: *Græc.* Εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ.

(6) *Secundis curis Thomasius* ÷ te ⁑ Domine, *quod & in recentioribus Hieronymi editionibus visitur*. (7) *Vat.* benedicimus Dominum.

(8) *Notatum Thomasio in alio monumento haberi,* Lumen Trinitatis; *sed Hieronymum in cap. ultimum Matt. ad ℣. 19. scripsisse*: Baptizantur autem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut quorum una est divinitas, una sit largitio: NOMENQUE TRINITATIS unus Deus est.

PSALMUS CXIV. F.II.V.

ALLELUJA

Propheta ostendens se de profunda fovea peccatorum esse liberatum gratias agit Deo. quoniam exauditum se esse cognoscit.

Dilexi. quoniam exaudivit DOMINUS * *vocem orationis meæ.*

Quia inclinavit aurem suam mihi. * *& in diebus meis invocabo eum.*

Circumdederunt me dolores mortis. * *pericula inferni invenerunt me.*

Tribulationem & dolorem inveni. * *& nomen* DOMINI *invocavi.*

O DOMINE *libera animam meam.* * *Misericors* DOMINUS *& justus. & Deus noster miserebitur.*

Custodiens parvulos DOMINUS. * *humiliatus sum. & liberavit me.*

Convertere anima mea in requiem tuam. * *quia* [1] DOMINUS *benefecit mihi.*

Quia eripuit animam meam de morte. * *oculos meos a lacrymis. pedes meos a lapsu.* * *Placebo* DOMINO *in regione vivorum.*

ALLELUJA

Dilexi. quoniam [2] exaudiet DOMINUS * vocem orationis meæ.

÷ [3] Quia ⁑ inclinavit aurem suam mihi. * & in diebus meis invocabo.

Circumdederũt me dolores mortis. * [4] & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem [5] & dolorem inveni. * & nomen DOMINI invocavi.

O DOMINE libera animam meam. * Misericors DOMINUS & justus. * & Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos DOMINUS. * humiliatus sum. [6] & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam. * quia [7] DOMINUS benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte. * oculos meos a lacrymis. * pedes meos a lapsu.

Placebo [8] DOMINO * in regione vivorum.

ORATIO.

Ablutor peccaminum. Domine. (qui animam te fideliter invocantem velociter consolaris.) rogamus. ut nos a periculis inferni erutos in regione vivorum ablata peccati morte restituas. Per.

PSAL-

(1) *Holst. quia Dominus benefecit tibi.* MSS. nostri, Bruno, & Cajet. legunt *mihi*, & sic Arabica Versio habet; sed LXX. εὐηργέτησέ σε. *Nostrum vero exemplar* εὐηργέτησέ με.

(2) *Pal.* ÷ ex ⁑ audiet.

(3) *Hujus loci obelum expunxit altero Psalt. Thomasius: eundem nec exhibeat Mart. atque Val. Vat. MS. infra:* invocabo ÷ eum ⁑

(4) *Sine copula juxta Græc. heic scribunt MSS. Alex. & Vat.*

(5) *Huic versiculo ut & singulis sequentibus usque ad finem Psalmi, uno excepto tertio a præfixati,* Convertere &c. *Vat. præmittit* Alleluja. *Postrema præsentis vox in eodem MS. est* invocabo *pro* invocavi.

(6) *Vat.* & salvum me fecit.

(7) *Item Vat.* Dominus benefecit ✝ mihi ⁑.

(8) *Vat.* Complacebo Domino &c.

F.II.V.

PSALMUS CXV.

ALLELUJA [1] ÷ ALLELUJA ‡

Vox Martyrum invictorum, qui gloriosam mortem pro Christi nomine sustinuerunt.

*CRedidi, propter quod locutus sum. * ego autem humiliatus sum nimis.*

*Ego dixi in excessu mentis meæ. * Omnis homo mendax.*

Quid retribuam DOMINO. ** pro omnibus quæ retribuit mihi?*

*Calicem salutaris accipiam. * & nomen* DOMINI *invocabo.*

Pretiosa in conspectu DOMINI. ** mors Sanctorum ejus.*

O DOMINE. *ego servus tuus. * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

*Dirupisti vincula mea. * Tibi sacrificabo hostiam laudis.*

Vota mea DOMINO *reddam in atriis domus* DOMINI. ** in conspectu omnis populi ejus, in medio tui Jerusalem.*

CRedidi, propter quod locutus sum. * ego ÷ autem ‡ humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo. * Omnis homo mendax.

Quid retribuam DOMINO. * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam. * & nomen DOMINI invocabo.

※ Vota [2] mea DOMINO reddam corā omni populo ejus ‡. * Pretiosa in conspectu DOMINI mors Sanctorum ejus.

O DOMINE. [3] ※ quia ‡ ego servus tuus. * ego servus tuus. ÷ & ‡ filius ancillæ tuæ.

Dirupisti [4] vincula mea. * Tibi sacrificabo hostiam laudis. * ※ Et nomen DOMINI invocabo ‡

Vota mea DOMINO reddam [5] in conspectu omnis populi ejus. * in atriis domus DOMINI. * in medio tui Jerusalē.

ORATIO.

TAlis sit, quæsumus, Domine, vita supplicum sicut est in conspectu tuo mors pretiosa Sanctorum. ut a vinculis peccati liberi, mereamur futuræ Jerusalem gaudia prælibare. Per.

PSAL-

(1) *Eam notam in MSS. nostris desiderari passi sunt Amanuenses, sicut & illam primi versus contextus in Vat. qui secundum similiter versum Rom. ipsissimis verbis exprimit: tum ab initio tertii versus incipiendo, singulis, ultimo excepto, præfigit vocem* Alleluja.

(2) *Pal.* ※ Vota ‡ mea Domino ÷ reddam ‡ *Vat. ea omnia omittit quæ a Thomasio sub asterisco ponuntur: tum habet:* mors ☧ sanctorum ejus. *Mart. atque Val. nobis consentiunt, ut & Alex. MS. qui tamen omittit vocem* ejus *excipientem proxime alteram* populo.

(3) *Vatic.* O Domine ego servus tuus &c. *asteriscum & vocem eo notatam prætermittens.*

(4) *Alex. & Pal.* disrupisti; *Vat.* disrumpisti: *tum de more & asteriscum, & quæ eo notantur, negligit.*

(5) *Vat.* in ☧ conspectu omnis populi ejus. *Mart. & Val. juxta Hebraicum hodiernum textum ad Psalmi finem addunt sub asterisco vocem* Alleluja, *quod MSS. nostris omnibus ignotum eo loco, atque minus probandum si Hieronymianam ex Heb. Vers. Alex. MS. spectes.*

PSALMUS CXVI. F.II.V.

[1] ALLELUJA

Iste Psalmus personæ Martyrum convenit. qui gloriosa passione perfuncti omnes Gentes ad Domini laudes excitant.

L*audate* DOMINUM *omnes Gentes.* * *& collaudate eum omnes Populi.*

Quoniam confirmata est super nos Misericordia ejus. * *& Veritas* DOMINI *manet in æternum.*

ALLELUJA

LAudate DOMINUM omnes Gentes. * [2] laudate eum omnes Populi.

Quoniam confirmata est super nos Misericordia ejus. * & Veritas DOMINI ÷ manet ⁑ in æternum.

ORATIO.

OMnipotentissime Dominator Deus. qui ab omnium Gentium ore laudaris. precamur ut dilates Veritate tua mentem nostram. & confirmes super nos Misericordiam tuam. Per.

PSALMUS CXVII. D.H.I.

ALLELUJA

Vox Fidelium [3] *Domino confitentium. & in eo solummodo confidentium: qui aperiri sibi portas justitiæ deprecantur. de Angulari Lapide (hoc est Domino Salvatore) subjungentes.*

C*Onfitemini* DOMINO. *quoniam bonus.* * *quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Dicat nunc Israel. quoniam bonus. * *quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Dicat nunc domus Aaron. * *quoniam bonus. quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Dicant nunc omnes qui timent DOMINUM. *quoniam bonus.* * *quoniam in sæculum misericordia ejus.*

In tribulatione invocavi Dominum. * *& exaudivit me in latitudine.*

DOMI-

ALLELUJA

COnfitemini DOMINO. quoniam bonus. * quoniam [4] in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel ÷ quoniam bonus ⁑. * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat [5] nunc domus Aaron. * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicant nunc qui timent DOMINUM. * quoniam in sæculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum. * [6] & exaudivit me in latitudine ※ Dominus ⁑.

DOMI-

(1) *Geminum* Alleluja *pro Titulo hujus Psalmi exhibent uterque Archivi MS.*

(2) *Vat.* collaudate; *tum infra obeli signum nescit.*

(3) *Vat.* Dominum confitentium.

(4) *Alex.* in sæculo. *Vat. proxime subsequentem obelum præterit.*

(5) *Vat.* Dicat ÷ nunc ⁑ *sed nullo jure factum videtur, & in subsequenti versu simile adverbium ab eo MS. obelo notatur, rem reprobante Vers. ex Heb. Alex.*

(6) *Pal.* ÷ & ⁑ exaudivit; *quod male a Vat. sumitur pro* & ÷ ex ⁑ audivit. *Vat. versus heic distinguens juxta Rom. scribit:* Alleluja. Ψ In) latitudine. *tum asteriscum & sub illo positam vocem nescit.*

Dominus *mibi adjutor eſt* . * *& non timebo quid faciat mibi homo* .

Dominus *mibi adjutor eſt* . * *& ego videbo inimicos meos* .

Bonum eſt confidere in Domino . * *quam confidere in homine* .

Bonum eſt ſperare in Domino . * *quam ſperare in principibus* .

Omnes Gentes circumdederunt me . * *& in nomine* DOMINI *ultus ſum eos* .

Circumdantes circumdederunt me . * *& in nomine* Domini *ultus ſum eos* .

Circumdederunt me ſicut apes . * *& exarſerunt ſicut ignis in ſpinis* . * *& in nomine* Domini *vindicabor in eis* .

Impulſus [1] *verſatus ſum ut caderem* . * *&* Dominus *ſuſcepit me* .

Fortitudo mea . *& laudatio mea* DOMINUS . * *& factus eſt mibi in ſalutem* .

Vox lætitiæ & ſalutis . * *in tabernaculis juſtorum* .

Dextera Domini *fecit virtutem* . * *dextera* Domini *exaltavit me* .

Non moriar . *ſed vivam* . * *& narrabo opera Domini* .

Caſtigans caſtigavit me Dominus . * *& morti non tradidit me* .

Ape-

Dominus mihi [2] adjutor . * **non timebo quid faciat mihi homo** .

Dominus mihi adjutor . * [3] & ego deſpiciam inimicos meos .

Bonum eſt confidere in Domino . * quam confidere in homine .

Bonum eſt ſperare in Domino . * quam ſperare in principibus .

Omnes Gentes [4] circujerunt me . * & in nomine DOMINI ※ quia ↕ ultus ſum ÷ in ↕ eos .

Circumdantes circumdederunt me . * [5] & in nomine DOMINI ※ quia ↕ ultus ſum ÷ in ↕ eos .

Circumdederunt me ſicut apes . * ÷ & ↕ exarſerunt ſicut ignis in ſpinis . * ÷ & ↕ in nomine DOMINI . ※ quia ↕ ultus ſum ÷ in ↕ eos .

Impulſus [6] everſus ſum ut caderem . * & DOMINUS ſuſcepit me .

Fortitudo [7] mea . & laus mea DOMINUS . * & factus eſt mihi in ſalutem .

Vox exultationis & ſalutis . * in tabernaculis juſtorum .

Dextera [8] DOMINI fecit virtutem . * dextera DOMINI exaltavit ÷ me ↕ . * dextera DOMINI fecit virtutem .

Non moriar . ſed vivam . * [9] & narrabo opera Domini .

Caſti-

(1) *Vat.* 84. Impulſu verſatus ſum &c.

(2) *Vocem* adjutor *obelo notatur a Thomaſio Mart. & Val. & quidem recte , licet MSS. noſtri eam notam prætereant . Vat. addita copula :* adjutor , & non timebo .

(3) *Vat.* & ego videbo ſuper inimicos meos : *tum Pal. apponit* Diapſalma .

(4) *Alex.* circumjerunt me : *tum merito Pal. & ex eo Val. atque ex Hebraico fonte .* ÷ & ↕ in nomine &c. *Vat. ſigna præterit , præmiſſoque verſiculo* Alleluja , *ait :* omnes gentes circumdederunt me Ψ ego autem) in nomine Domini ultus ſum eos .

(5) *Eadem heic in Pal. & Val. atque Vat. MS. occurrunt , quæ & pro ſuperiori verſiculo deſcripſimus , uno excepto* Alleluja *Vat. reſpectu . Alex. copulam præterit , quæ præcedit ,* in nomine Domini . *Ceterum de Vat. eadem intelligenda ſunt , & pro ſubſequenti verſiculo , ubi miſſis omnibus noſtris ſignis habet* Ψ ego autem) &c. *tum altero Rom. exprimit .*

(5) *Alex.* verſatus ſum *cum Rom.*

(7) *Vat.* Virtus mea & laus mea . *Alex.* & laudatio mea : *Pal. & ex eo Val. juxta Heb. hodiernum textum , contradicentibus antiquis ex Heb. Verſionibus qua editis , qua inedita . Alex.* & laus ÷ mea ↕ .

(8) *Vat. ℣. præmittit* Alleluja . *Mart. & Val.* ※ Dextera Domini fecit virtutem ↕ *Thomaſ. alteram ſimilem ejuſdem verſus ſententiam aſteriſco notavit in altero Pſalt. Res a diſcrimine & varietate Græcorum Codicum pendet : eo , quo utimur , ſpectato , ſicut & MSS. noſtris omnibus , nullum in præſentia aſteriſcus locum habet .*

(9) *Vat.* & enarrabo . *Pal. ſubſequenti verſiculo ſubjungit* Diapſalma , *cujus locus male a Vallarſ. notatur .*

Aperite [1] *mihi portas justitiæ . ingressus in eas confitebor Domino . * hæc porta* DOMINI . *justi* [2] *introibunt per eam* ·

*Confitebor tibi . Domine . quoniam exaudisti me . * & factus es mihi in salutem* ·

*Lapidem . quem reprobaverunt Ædificantes . * hic factus est in caput anguli* ·

A DOMINO *factum est* [3] *istud . * & est mirabile in oculis nostris* ·

Hæc dies quam fecit DOMINUS . * *exultemus & lætemur in ea* ·

O DOMINE *salvum me fac . * o* DOMINE *bene prosperare* ·

*Benedictus qui venit in nomine Domini . * Benediximus vos de domo* DOMINI . *Deus* DOMINUS . *& illuxit nobis* ·

*Constituite diem solemnem in confrequentationibus . * usque ad cornu altaris* ·

*Deus meus es tu . & confitebor tibi . * Deus meus es tu . & exaltabo te* ·

*Confitebor tibi . Domine . quoniam exaudisti me . * & factus es mihi in salutem* ·

Castigans castigavit me Dominus . * & morti non tradidit me ·

Aperite mihi portas justitiæ . * .[4] ingressus ÷ in ‡ eas confitebor Domino . * hæc Porta DOMINI . justi intrabunt in eam ·

Confitebor [5] tibi quoniam exaudisti me . * & factus es mihi in salutem ·

Lapidem . qnem reprobaverunt Ædificantes . * ÷ hic ‡ factus est in caput anguli ·

A [6] DOMINO factum est ※ istud ‡ * & est mirabile in oculis nostris ·

Hæc est dies quam fecit DOMINUS . * exultemus & lætemur in ea .

O DOMINE [7] salvum me fac . * o DOMINE bene prosperare . * Benedictus qui venit in nomine DOMINI ·

Benediximus [8] vobis de domo DOMINI . * Deus DOMINUS . & illuxit nobis ·

Constituite [9] ÷ diem ‡ solemnem incondensis . * usque ad cornu altaris ·

Deus meus [10] es tu . & confitebor tibi . * Deus meus ※ es tu ‡ & exaltabo te ·

÷ Confitebor [11] tibi quoniam exaudisti me . * & factus es mihi in salutem ‡ ·

(1) *Holst. aperite mihi portas justitiæ , & ingressus &c.* Copulam & omnes MSS. Codd. heic inserunt , ut & Faber , & Cajet. & Ambros. & Vatic. abest a LXX. .

Et quidem eam copulam præfert Vat. 84.

(2) *MSS. Archivi , juxta Aug. Cast. Brun.* intrabunt .

(3) *Vocem* istud *nescit eo loco Vat.* 84.

(4) *Alex.* & ingressus &c. *Vat. præmisso ad initium versiculi* Alleluja : ⊖ &) ingressus ÷ in ‡ eas ...... justi ingredientur per eam . *Obelum quo in præpositio notatur jure jam delevit Thomasius , licet Pal. & Vat. eundem præferant .*

(5) *Vat.* Confitebor tibi ⊖ Domine) quoniam exaudisti me ÷ & ‡ factus es &c. *tum subsequenti hemistichio præmittit* Alleluja .

(6) *Vat.* A Domino factus est hic : & est mirabilis in oculis nostris . *Alex. & Pal.* hoc est admirabile &c. *Tum Vat. ad initium ejus , qui proxime sequitur versiculi , habet* Alleluja : *omissoque verbo substantivo ait :* Hæc dies &c. *Pal. vero ad finem ejusdem* Diapſ.

(7) *Alex.* O Domine salvum fac : *tum paullo infra :* benedictus qui venturus est . *Vat.* O Domine salva nunc , o Domine &c.

(8) *Vat.* Benediximus vos .

(9) *Idem ,* constituite solemnitatem in confrequentationibus usque &c. *Alex.* usque ad cornua Altaris .

(10) *Pal. MS.* Deus meus ÷ es tu ‡ *Mart. & Val.* ÷ es ‡ tu : *neutrum bene , cum utramque voculam Heb. resonet . Inferius vero idem Pal. nec injuria scribit :* Deus meus ÷ es tu , & ‡ exaltabo te : *Thomasius cum Mart. & Val.* ÷ es tu ‡ & exaltabo te . *Cetera Alex. utroque exemplari quod primo heic expresserat Thomasius unice exigit .*

(11) *Pal. minus bene solum voces* Confitebor tibi *ὀβελίζει* . *Vat.* Confitebor tibi ⊖ Domine) quoniam exaudisti me ÷ & ‡ factus es &c.

[1] *Confitemini* DOMINO *quoniam bonus.* * *quoniam in sæculum misericordia ejus*·

Confitemini DOMINO quoniam bonus. * quoniam in sæculum misericordia ejus·

ORATIO·

CONsolatio tribulationum nostrarum. piissime Domine. qui justorum tabernacula lætitia & exultatione perfundis. exalta Ecclesiam tuam virtute potentis dexteræ. qua fiat Porta justitiæ. & ita se Angulari stabilitate connectat. ut tua Resurrectione clarificata refulgeat· Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus. per omnia sæcula sæculorum· Amen·

PSALMUS CXVIII.

ALLELUJA ÷ ALLELUJA ⁑

Per totum hunc Psalmum universalis Sanctorum Chorus [1] *eloquitur. qui ab initio Mundi fuerunt. sive sunt. sive futuri esse creduntur. inter quos reperiuntur Apostoli. Prophetæ. Martyres. Confessores. Ecclesiastici Ordines. & omnes. qui sancta Domino integritate famulantur· Est autem Hebræis elementis tali ordine depictus. ut ab unaquaque littera octoni Versus incipiant· Quorum prima littera* Aleph *interpretatur* Doctrina. *in qua Immaculatis in via Domini Beatitudo æterna promittitur*·

Q.H.I. ALEPH· [2] *idest*, Doctrina· I.

Aleph· B*eati Immaculati in via*· * *qui ambulant in Lege* DOMINI·

Aleph· *Beati qui scrutantur Testimonia ejus*· * *in toto corde exquirunt eum*·

Aleph· *Non enim qui operantur iniquitatem.* * *in Viis ejus ambulaverunt*·

Aleph· *Tu mandasti Mandata tua.* [3] *Domine.* * *custodiri nimis*·

Aleph· *Utinam dirigantur viæ meæ.* * *ad custodiendas Justificationes tuas!*

Aleph· *Tunc non confundar.* * *dum*

Aleph· [5] BEati Immaculati in via. * qui ambulant in Lege DOMINI·

Aleph· Beati qui scrutantur Testimonia ejus. * in toto corde exquirunt eum·

Aleph· Non enim qui operantur iniquitatem. * in Viis ejus ambulaverunt·

Aleph· Tu mandasti mandata tua * [6] custodiri nimis.

Aleph· Utinam dirigantur viæ meæ. * ad custodiendas Justificationes tuas·

Aleph· Tunc non confundar. * [7] cum per-

(1) *Vat.* loquitur: & *infra*, inter quos esse Apostoli &c.

(2) *Alex. elementum interpretatur* Deus.

(3) *Vocem* Domine, *quam nec Græc. resonat, omittit Vat.*84. *cum Aug. Cass. Ambros. & Ver. deinde pro* custodiri *idem MS.* custodire.

(4) *Eo signo obeli carent Pal. & Vat.*

(5) *Cujusque Octoni primo versiculo semel tantum literam ex qua inchoatur MSS. nostri præponunt.* (6) *Alex. cum Pal.* custodire.

(7) *Alex.* cum respexero &c. *Vat.* dum inspicio omnia mandata tua.

dum respicio in omnia Mandata tua.
Aleph. *Confitebor tibi. Domine. in directione cordis. * in eo quod didici Judicia justitiæ tuæ.*
Aleph. *Justificationes tuas custodiam. * non me dereliquas usquequaque.*

perspexero in omnibus Mandatis tuis.
Aleph. Confitebor tibi in directione cordis. * [1] ÷ in eo ⁝ quod didici Judicia justitiæ tuæ.
Aleph. Justificationes tuas custodiam. * non me derelinquas usquequaque.

ORATIO.

NON nos derelinquas usquequaque. Domine. quique nos in tentatione erudis. quæsumus. ut invicta virtute confirmes. Per.

ALIA.

DEus. qui beatitudinis palmam immaculatis. & Legem tuam [2] servantibus tribuis. fac nos justificationes tuas in directione cordis perseveranter exquirere. Per.

II. BETH. *id est*. [3] Domus. Q.H.I.

Exponit Fidelis populus in sermonibus Domini quibus delectationibus perfruatur. ostendens se esse domum *Domini. & receptaculum Mandatorum ejus. cujus mysterium secunda littera continet.*

Beth. *IN quo [4] corrigit juvenior viam suam? * in custodiendo Sermones tuos.*
Beth. *In toto corde meo exquisivi te. * ne repellas me a Mandatis tuis.*
Beth. *In [5] corde meo abscondi Eloquia tua. * ut non peccem tibi.*
Beth. *Benedictus es.* DOMINE. * *doce me Justificationes tuas.*
Beth. *In labiis meis. * pronunciavi omnia Judicia oris tui.*
Beth. *In via Testimoniorum tuorum delectatus sum. * sicut in omnibus divitiis.*
Beth. *In Mandatis tuis me exercebo. * & considerabo Vias tuas.*
Beth.

Beth. IN quo corrigit adolescentior viam suam? * in custodiendo Sermones tuos.
Beth. In toto corde meo exquisivi te. * [6] ne repellas me a Mandatis tuis.
Beth. In corde meo abscondi Eloquia tua. * ut non peccem tibi.
Beth. Benedictus es. DOMINE. * doce me Justificationes tuas.
Beth. In labiis meis pronunciavi omnia * Judicia oris tui.
Beth. In via Testimoniorum tuorum delectatus sum. * sicut in omnibus divitiis.
Beth. In [7] Mandatis tuis exercebor. * & considerabo Vias tuas.

Beth.

(1) *Obelum hujus loci omisit deinde Thomasius juxta MSS. nostros omnes, Mart. & Val. nec contradicente Hebraico fonte dum reddit*: in discendo, *aut juxta Alex.* cum didicero. *Vat. habet*: in eo quod didicesim omnia judicia justitiæ tuæ.

(2) *Vat.* 84. scrutantibus *pro* servantibus.

(3) *Apud Thomasium MS. alter elementum* BETH *interpretatur*, Confusio, *vel*, in domo, *Alex.* filius.

(4) *Holst. In quo corrigis juvenior viam suam.* Juvenior pro junior omnes hic scripti Codd. legunt tam nostri, quàm exteri; Faber quoque, & Bruno, & Vatic.

(5) *Et heic*, in toto corde *MS. D.* 144.

(6) *MSS. nostri omnes*: non repellas.

(7) *Vat.* In mandatis tuis Ψ meditabor), & considerabo &c.

Beth · *In tuis Justificationibus meditabor · * non obliviscar Sermones tuos ·*

Beth · In Justificationibus tuis meditabor · * [1] non obliviscar Sermones tuos ·

ORATIO·

IN via Testimoniorum tuorum . Domine . quasi in omnibus divitiis delectemur . ne quidquam nobis desit . cum te nobis adesse cognoscimus · Per ·

ALIA·

DEus . qui custodia tua adolescentium vias corrigis . justitiam ÷doces . revocas a peccatis. fac nos in Testimoniis tuis sicut in omnibus divitiis [2] delectari · Per ·

Q.H.I. GIMEL: *ideſt* .[3] Retributio . *ſive* . Plenitudo · III.

Postulat populus Sanctis (qui in terra incolæ sunt) retribui gratiam . quam in primo Parente amiserant · sed [4] *& persecutoribus eorum restituendum dicit quod agunt ·*

Gimel · R*Etribue servo tuo · * vivam . & custodiam Sermones tuos ·*

Gimel · *Revela oculos meos . * & considerabo mirabilia de Lege tua .*

Gimel · *Incola ego sum in terra . * non abscondas a me Mandata tua ·*

Gimel · *Concupivit anima mea desiderare Justificationes tuas * in omni tempore ·*

Gimel · *Increpasti superbos · * maledicti qui declinant a Mandatis tuis ·*

Gimel · *Aufer a me opprobrium & contemptum · * quia Testimonia tua exquisivi ·*

Gimel · *Etenim federunt principes . & adversus me loquebantur · * servus autem tuus exercebatur in tuis Justificationibus ·*

Gimel · *Nam & testimonia tua medi-*

Gimel · REtribue [5] servo tuo · * vivifica me. & custodiam Sermones tuos ·

Gimel · Revela oculos meos . * & considerabo mirabilia de Lege tua ·

Gimel · Incola ego sum in terra . * [6] non abscondas a me Mandata tua ·

Gimel · Concupivit anima mea * [7] desiderare Justificationes tuas in omni tempore ·

Gimel · Increpasti superbos · * maledicti qui declinant a Mandatis tuis ·

Gimel · Aufer a me opprobrium & contemptum · * quia Testimonia tua exquisivi ·

Gimel · Etenim sederunt principes. [8] ÷ & : adversum me loquebantur · * servus autem tuus exercebatur in Justificationibus tuis ·

Gimel · Nam & Testimonia tua medi-

(1) *Vat. addita copula :* & non obliviscar.
(2) *Vat.* 84. dilatari , *non* delectari . *MS. alter apud Thomas* . perseveranter delectari .
(3) *Alex. ideſt* , consolator .
(4) *Vat.* sed & in persecutoribus &c.
(5) *Mart. & Val.* ÷ re : tribue . *Vat. primo hoc versu Rom. imitatur* .
(6) *Alex.* ne abscondas .
(7) *Vat.* desiderare judicia tua .
(8) *MSS. nostri omnes eo signo carent* .

meditatio mea eſt · * *& conſolatio mea Juſtificationes tuæ ſunt* :

meditatio mea eſt · [1] ÷ & : conſilium meum Juſtificationes tuæ :

ORATIO.

CONcupiſcat anima noſtra . Domine . deſiderare Judicia tua in omni tempore . & hoc ſolum nobis vigeat in amore . quod æterno præparetur in munere · Per :

ALIA.

DEus . qui (remota obſcuritate peccati) facis nos Legis tuæ mirabilia contueri . aufer a nobis opprobria vitiorum per tuorum cuſtodiam Mandatorum · Per :

ALIA.

REvelator omnium bonorum . Domine . revela mentibus noſtris . ut mirabilia Legis tuæ conſideremus . & in Præceptis ac Juſtificationibus tuis exerceamur . ut in ipſis conſolationem præſentis vitæ pariter & futuræ percipiamus : Per ·

IV. DALETH . *ideſt.* [2] Pauper . *vel* . Tabulæ . *vel* . Janua · Q.H.I.

Plebs Fidelis paupertate *Mundana conſtricta* . januam *in ſe veris divitiis aperit . frequentique meditatione* . [3] *quaſi* tabulas . *ſua præcordia Dei mandatis exhibet* ·

Daleth · *ADhæſit pavimento anima mea* · * *vivifica me ſecundum Verbum tuum* ·

Daleth · *Vias meas* [4] *enunciavi . & exaudiſti me* · * *doce me Juſtificationes tuas* ·

Daleth · *Viam Juſtificationum tuarum inſinua mihi* · * *& exercebor in mirabilibus tuis* ·

Daleth · *Dormitavit anima mea præ tædio* · * *confirma me in Verbis tuis* ·

Daleth · *Viam iniquitatis amove a me* · * *& Lege tua miſerere mei* ·

Daleth .

Daleth · ADhæſit pavimento anima mea · * vivifica me ſecundum Verbum tuum ·

Daleth · Vias [5] meas enunciavi . & exaudiſti me · * doce me Juſtificationes tuas ·

Daleth · Viam Juſtificationum tuarum inſtrue me · * & exercebor in mirabilibus tuis ·

Daleth · Dormitavit anima mea præ tædio · * confirma me in Verbis tuis ·

Daleth · Viam iniquitatis amove a me · * [6] & de Lege tua miſerere mei ·

Daleth :

(1) *Vat.* ※ & conſolatio mea) juſtitiæ tuæ .

(2) *Alex.* DALETH , judicium .

(3) *Vat.* quaſi tabula .

(4) *Uterque Archivi MS. cum Brun.* annuntiavi .

(5) *Vat.* Vias meas pronuntiavi ÷ & exaudiſti) me &c. *tum ſubſequenti verſu pro* inſtrue me *præfert* : fac ut intelligam . *Et altero* , confirma me in ſermonibus tuis .

(6) *Vallarſ. notat Pal. recte copulam* & *hoc loco omittere , utpote nec ex Heb. reſonantem , nec ex Græco , quod utrumque falſum ; eam enim exhibet tum hodiernus Hebræorum fons , tum Verſio Alex. MS. inſuper & noſtrum* τῶν ό *exemplar* . *Alex.* & lege tua miſerere mei .

Daleth · *Viam veritatis elegi* · * *Judicia tua non sum oblitus* ·

Daleth · *Adhæsi Testimoniis tuis*. Domine · * *noli me confundere* ·

Daleth · *Viam Mandatorum tuorum cucurri*. * *dum dilatares cor meum* ·

Daleth · Viam veritatis elegi · * Judicia tua non sum oblitus ·

Daleth · Adhæsi Testimoniis tuis. Domine · * noli me confundere ·

Daleth · [1] Viam Mandatorum tuorum cucurri. * cum dilatasti cor meum ·

Oratio ·

Viam iniquitatis amove a nobis. Domine. & de Lege tua miserere nostri. ut & peccandi consuetudinem tollas. & recte vivendi perseverantiam tribuas · Per ·

Alia.

Deus. qui animam terrenis actibus inhærentem verbi tui virtute dissocias · quæsumus. ut. ne in nos somnus mortis incumbat. ad viam nos excites veritatis · Per ·

Q.H.III. He. *idest*. [2] Ipsa. *vel*. Suscipiens · V.

Beata plebs expetit. ut in Lege Domini ejus debeat munere custodiri · Et bene Suscipiens *appellatur. quæ dicit* · Da mihi intellectum · Ipsa *quoque jure vocatur*. [3] *quæ in eadem semper intentione persistens a vanitate Sæculi oculos avertit* ·

He · *Legem pone mihi*. Domine. *viam Justificationum tuarum* · * *& exquiram eam semper* ·

He · *Da mihi intellectum. & scrutabor Legem tuam*. * *& custodiam illam in toto corde meo* ·

He · *Deduc* [4] *me in semitam Mandatorum tuorum*. * *quia ipsam volui* ·

He · *Inclina* [5] *cor meum in Testimonia tua*. * *& non in avaritiam* ·

He · *Averte oculos meos ne videant vanitatem* · * *in Via tua vivifica me* ·

He ·

He · Legem pone mihi. Domine. * viam Justificationum tuarum. * & exquiram eam semper ·

He · Da mihi intellectum. & scrutabor Legem tuam · * & [6] custodiam illam in toto corde ÷ meo ⁝

He · Deduc me in semitam Mandatorum tuorum. * quia ipsam volui ·

He · Inclina cor meum in Testimonia tua. * & non in avaritiam ·

He · Averte oculos meos ne videant vanitatem · * in Via tua vivifica me ·

He ·

(1) *Alex.* Via mandatorum tuorum cucurri, *prosequitur Vat.* cum dilatares cor meum.

(2) *Alex.* HE, via salutis.

(3) *Vat.* quæ in eadem intentione persistat, *nihilque ultra addit*.

(4) *Holst. Deduc me &c. quia ipsam volui*. Codex noster melioris notæ hic legit, *quia ipsa volui*, subintelligit *mandata*: & quamvis non solum LXX. sed & ceteri græci interpretes priorem lectionem confirment; pro altera tamen Hilarios facit, qui non *semitam*, sed *ipsam legem* hic intelligendam docet originali quo ipse utebatur: cum enim *τρίβος sit* femininum, & sequeretur *ὅτι αὐτὸν ἠθέλησα*, non semitam, sed *νόμον* subaudiendum docet, hoc est *legem*, vel *ipsa mandata*. Unde id certissimum est, non unam tunc Græcorum lectionem hoc loco fuisse. Itaque ut Hilarius pro *αὐτῶν legit αὐτόν*, ita Interpres noster pro eadem voce *αὐτὸς* legisse videtur.

(5) *Uterque Archivi MS. cum Brun.* cor meum Deus in testimonia tua &c.

(6) *Vat.* & custodiam eam in toto corde meo: *sine obelo*.

He· *Statue servo tuo Eloquium tuū.* in timore tuo·*

He · *Amputa opprobrium meum. quod suspicatus sum· * Judicia enim tua jucunda·*

He · *Ecce concupivi mandata tua· * in æquitate tua vivifica me·*

He · Statue servo tuo Eloquium tuum. * in timore tuo·

He· Amputa opprobrium meum. quod suspicatus sum· * quia Judicia tua jucunda·

He· Ecce concupivi Mandata tua·[1] * in æquitate tua vivifica me·

ORATIO·

AVerte oculos nostros. Domine. ne videant vanitatem. in via tua vivifica nos odisse Sæculum. & diligere Christum per ipsum Redemptorem · Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum·

ALIA·

VIvifica nos. Domine. in æquitate tua. atque inclina cor nostrum in Testimonia tua. & non in avaritiam· intellectum quoque da nobis. ut & Legem tuam scire possimus. & toto eam corde. & probabili conversatione tenere· Per·

VI. VAU.[2] *id est*. Ipse· Q.H.III.

Postulat Congregatio sancta Salutare Domini sibi concedi. ut inimicos de tanta remuneratione confundat. & in Lege Domini assidua meditatione proficiat· Ipse *ergo Dominus atque Salvator* Vau *litteræ vocabulo designatur·* *idem* Ipse. *videlicet. cui dicitur·* Tu autem. idem Ipse es. *id est. Æternus·*

Vau · E*T veniat super me misericordia tua.* DOMINE· * SALUTARE *tuum secundum Eloquium tuum·*

Vau· *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. * quia speravi in Sermonibus tuis·*

Vau · *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque· * quia in Judiciis tuis speravi·*

Vau· *Et*[3] *custodiam Legem tuam semper. * in æternum & in sæculum sæculi·*

Vau· *Et ambulabam in latitudine· * quia Mandata tua exquisivi·*

Vau·

Vau · ET veniat super me misericordia tua. DOMINE· * SALUTARE tuum secundum Eloquium tuum·

Vau· Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. * quia speravi in Sermonibus tuis·

Vau· Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque· * quia[4] in Judiciis tuis supersperavi·

Vau· Et custodiam Legem tuam semper. * in sæculum. & in sæculum sæculi·

Vau· Et ambulabam in latitudine·* quia mandata tua[5] exquisivi·

Vau·

(1) *Vat.* in justitia tua vivifica me.

(2) *Alex. interpretatur*, Passio.

(3) *Holst. Et custodiam legem tuam semper: in æternum & in sæculum sæculi.* MS. noster primarius & Cassin. ita distinguunt: *semper in æternum: & in sæculum sæculi*, & hanc interpunctionem comprobat sua expositione Hilarius; quamvis enim alia utatur Versione, conjungit tamen: *semper in sæculum*. Sed Bruno cum edito facit.

(4) *Vat. qui subsequentem versum exprimit juxta Rom. heic habet*, quia in judiciis tuis ℟ speravi. *Et Alex. heic legit* speravi;

(5) *Pal*, ÷ ex ‡ quisivi.

Zain · *Memor fui Judiciorum tuorum a sæculo* . DOMINE . * *& consolatus sum* ·

Zain · *Defectio*[1] *animi tenuit me* . * *pro peccatoribus derelinquentibus Legem tuam* ·

Zain · *Cantabiles mihi erant Justificationes tuæ* . * *in loco incolatus mei* ·

Zain · *Memor fui nocte nominis tui* . DOMINE . * *& custodivi Legem tuam* ·

Zain · *Hæc mibi facta est* . * *quia Justificationes tuas exquisivi* ·

Zain · Memor fui Judiciorum tuorum a sæculo . DOMINE . * & consolatus sum ·

Zain .[2] Defectio tenuit me pro peccatoribus * derelinquentibus Legem tuam ·

Zain · Cantabiles mihi erant Justificationes tuæ . * in loco peregrinationis meæ ·

Zain · Memor fui [3] nocte nominis tui DOMINE · * & custodivi Legem tuam ·

Zain · Hæc facta est mihi . * quia Justificationes tuas exquisivi ·

ORATIO ·

SPem quam dedisti . Domine . in ipsa sit humilitatis nostræ consolatio : quæ nobis erit exultatio & gloriæ plenitudo : Per :

ALIA ·

DEus . qui humilitatem nostram spe vitæ æternæ interim consolaris . præsta . ut in loco peregrinationis nostræ ita tibi jugiter serviamus . ut perennis patriæ beatitudine perfruamur : Per :

VIII. HETH . *idest* . Vita : Q.H.III.

Agmen beatum desiderat videre faciem Domini . quia ejus Mandatis noscitur obsecutum · Et quia hoc desiderium in resurrectionis gloria perficietur . octava littera Vitæ *vocabulo gaudet* ·

Heth · *POrtio mea* . DOMINE · * *dixi custodire Legem tuam* ·

Heth · *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo* · * *miserere mei secundum Eloquium tuum* ·

Heth · *Quia cogitavi vias meas* . * *& converti pedes meos in Testimonia tua* ·

Heth · *Paratus sum* . *& non sum turbatus* . * *ut custodiam Mandata tua* ·

Heth · POrtio [4] mea . DOMINE · * dixi custodire Legem tuam ·

Heth · Deprecatus sum [5] faciem tuam in toto corde ÷ meo : * miserere mei secundum Eloquium tuum ·

Heth · [6] Cogitavi vias meas . * & converti pedes meos in Testimonia tua ·

Heth · Paratus sum . & non sum turbatus.* ut custodiam Mandata tua·

(1) *Vat.* 84. Defectio animæ : *& secundo a præsenti versu* : memor fui in nocte .

(2) *Vat.* Tædium tenuit me a peccatoribus &c. *Alex.* præ peccatoribus .

(3) *Vat. & Alex.* in nocte . *Vat. verò subsequentis versus vocem* mihi *nescit* .

(4) *Vat.* Portio mea es (tu) Domine : *Alex.* Dominus .

(5) *Vat. Idem* , vultum tuum *pro* faciem tuam : *& deinde obelum nescit* .

(6) *Idem Vat.* Quia cogitavi vias tuas, & averti pedes meos &c. *tum quæ infra sequuntur elemento isto* Heth *notata prorsus cum Rom. MS. idem exprimit . Cetera in præsenti* , & averti , *legitur etiam in Alex. & Pal.*

Heth · *Funes Peccatorum circumplexi sunt me* · * [1] *Legem autem tuam non sum oblitus* ·

Heth · *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* . * *super Judicia justitiæ tuæ* ·

Heth · *Particeps sum ego omnium timentium te* . * *& custodientium Mandata tua* ·

Heth · *Misericordia tua* . DOMINE. *plena est terra* · * *Justificationes tuas doce me* ·

Heth · Funes Peccatorum circumplexi sunt me · * ÷ & ⁏ Legem tuam non sum oblitus ·

Heth · Media nocte surgebam ad confitendum tibi . * super Judicia Justificationis tuæ ·

Heth · Particeps ego sum omnium timentium te . * & custodientium Mandata tua ·

Heth · Misericordia [2] tua . DOMINE . plena est terra · * Justificationes tuas doce me ·

ORATIO·

Portio nostra esto Domine . da nobis custodire Legem tuam . ut tu sis nobis hereditas . nosque sine fine possideas · Per ·

ALIA·

Deus . qui Mandata tua servantibus Portionem te esse voluisti . præsta . ut ne peccatorum funibus implicemur . [3] Justificationum tuarum vinculis illigemur · Per ·

Q.H.III. THETH . [4] *idest* . Bonum · IX.

Populus beatus gratias agit humiliatum se fuisse . ut ad Justificationes Domini perveniret . nomenque litteræ præsentis exponens . Bonum *suum dicit idem verbum Dei humiliter meditari* ·

Theth · *Bonitatem fecisti cum servo tuo* . DOMINE . * *secundum Verbum tuum* ·

Theth · *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me* · * *quia in Mandatis tuis credidi* ·

Theth · *Priusquam humiliarer . ego deliqui* · * *propterea Eloquium tuum ego custodivi* ·

Theth · *Bonus es tu . Domine* . * *& in bonitate tua doce me Justificationes tuas* ·

Theth ·

Theth · Bonitatem fecisti cum servo tuo . DOMINE . * [5] secundum Verbum tuum ·

Theth · Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me · * [6] qua Mandatis tuis credidi ·

Theth · Priusquam humiliarer . ego deliqui · * propterea Eloquium tuum [7] custodivi ·

Theth · Bonus es tu · [8] * & in bonitate tua doce me Justificationes tuas ·

Theth · Multiplicata est super me iniqui-

(1) *Vat.* 84. *cum Aug. Cass. Ver. & Græc. addita copula*: & legem tuam &c. *subsequenti autem versu MS. Archivi uterque juxta Brun.* media aute m nocte .

(2) *Alex.* Misericordia Domini plena est terra &c.

(3) *Vat.* 84. sed justificationum tuarum &c.

(4) *Alex.* TEHT, Domus.

(5) *Vat.* secundum verbum tuum ⊖ vivifica me)

(6) *Idem* , quia ⊖ in) mandatis &c.

(7) *Idem* , ⊖ ego) custodivi .

(8) *Vat addit vocem* Domine *juxta Rom. Pal. deinde*, & ÷ in ⁏ bonitate tua .

Theth · *Multiplicata est super me iniquitas superborum* · * *ego autem in toto corde meo scrutabor Mandata tua* ·

Theth · *Coagulatum est* (*sicut lac*) *cor eorum* · * *ego vero Legem tuam meditatus sum* ·

Theth · *Bonum mihi quod humiliasti me* . * *ut discerem Justificationes tuas* ·

Theth · *Bonum mihi Lex oris tui* . * *super millia auri & argenti* ·

iniquitas superborum · * ego autem in toto corde meo scrutabor Mandata tua .

Theth · Coagulatum est (sicut lac) [1] cor eorum · * ego vero Legem tuam meditatus sum ·

Theth · Bonum mihi quia humiliasti me . * ut discam Justificationes tuas ·

Theth · Bonum mihi Lex oris tui . * super millia auri & argenti ·

ORATIO ·

DIsciplinam & scientiam doce nos . Domine . ut nec malitia asperos . nec desidia remissos . nec stultitia reddat ignaros · Per ·

ALIA ·

DEus . qui nos manu plasmasti . misericordia redemisti . da nobis intellectum . ut Legem tuam immaculato corde meditemur . & te semper sancta & beneplacita confessione sectemur · Per ·

X. JOD . *idest* . Scientia *vel* . Principium · [2] Q.H.III

Cohors gloriosa petit intellectum Mandatorum sibimet debere concedi . ut veræ vitæ munere perfruatur · Et recte Scientia . *vel* . Principium *nuncupatur littera . in qua Fideles ab illo capiendi quærerent intellectum . a quo vivendi sumpserunt exordium* ·

Jod · M*Anus tuæ fecerunt me . & plasmaverunt me* · * *da mihi intellectum . ut discam Mandata tua* ·

Jod · *Qui timent te . videbunt me. & lætabuntur* · * *quia in Verbo tuo speravi* ·

Jod · *Cognovi* . DOMINE . *quia æquitas Judicia tua* · * *& in veritate tua humiliasti me* ·

Jod · *Fiat nunc misericordia tua ut conso-*

Jod · MAnus tuæ fecerunt me . & plasmaverunt me · * da mihi intellectum . [3] & discam Mandata tua ·

Jod · Qui timent te . videbunt me . & lætabuntur · * quia in Verba tua supersperavi ·

Jod · Cognovi . DOMINE , [4] quia æquitas Judicia tua · * & in veritate ÷ tua ⁝ humiliasti me ·

Jod · Fiat [5] misericordia tua ut conso-

(1) *Alex.* cor meum . *Subsequenti versu Vat. juxta Rom. legit* , ut discerem .

(2) *Alex.* Jod. Jesus .

(3) *Alex.* ut discam . *Vat. subsequenti versu* : quia Ψ in verbis tuis speravi .

(4) *Var.* quia Ψ judicia justitiæ tuæ & ʘ in veritate tua &c. *Mart. & Val.* & ÷ in ⁝ veritate ÷ tua ⁝ *Primum illum obelum quo in præpositio optimo jure notatur non negligit Thomasius ut retur Vallars. Videsis alterum ejus Psalterium* .

(5) *Vat.* Fiat vero misericordia tua ut exortetur me &c. *tum proximum , qui sequitur , obelum nescit* .

consoletur me. * *secundum Eloquium tuum servo tuo*.

Jod · *Veniant mihi miserationes tuæ. & vivam.* * *quia Lex tua meditatio mea est*.

Jod · *Confundantur superbi. quia injuste iniquitatem fecerunt in me.* * *ego autem exercebor in Mandatis tuis*.

Jod · *Convertantur ad me qui timent te.* * *& qui noverunt testimonia tua*.

Jod · *Fiat cor meum immaculatum in tuis Justificationibus.* * *ut non confundar*.

consoletur me. * secundum Eloquium tuum servo tuo.

Jod · Veniant mihi miserationes tuæ.[1] & vivam. * quia Lex tua meditatio mea ÷ est ⁝

Jod · Confundantur superbi. quia injuste iniquitatem[2] fecerunt in me. * ego autem exercebor in Mandatis tuis.

Jod · Convertantur mihi timentes te. * & qui noverunt Testimonia tua.

Jod · Fiat cor meum immaculatum in Justificationibus tuis. * ut non confundar.

ORATIO.

FAC cor[a] meum immaculatum in tuis Justificationibus. Domine. ut nec intelligentia prava nos polluat. nec dispositio sinistra confundat[b]. Per.

ALIA.

SCimus. Domine. quia justum est judicium tuum.[3] sed obsecramus misericordiam tuam. ut veniant super nos miserationes tuæ. quatenus nec cum superbis confundamur. neque cum iniquis condemnemur. Per.

Q.H.VI. CAPH · *idest*.[4] Manus. XI.

Peregrinus in hac terra populus nimium desiderium suum in adventu Domini confitetur. enumerans quantam superborum insecutionem pertulerit. Cujus mentis devotio per Caph *litteram designatur. qua* Manus *interpretatur. per quam opera vel cordis vel corporis exprimuntur.*

Caph · D*Efecit in* SALUTARI *tuo anima mea.* * *& in*[5] *Verbo tuo speravi*.

Caph · *Defecerunt oculi mei in Eloquium tuum.* * *dicentes. Quando consolaberis me?*

Caph ·

Caph · DEfecit in SALUTARE tuum anima mea. *[6] ÷ & in ⁝ Verbum tuum supersperavi.

Caph · Defecerunt oculi mei in Eloquium tuum. * dicentes. Quando[7] consolaberis me?

Caph.

[b] a nostrum.

(1) *Alex.* ut vivam.

(2) *Vat.* fecerunt ※ super) me : ego autem ※ meditabor) in mandatis tuis: *subsequentem vero versum Rom. verbis idem MS. exhibet*.

(3) *Vat.* 84. & obsecramus &c. *& infra*, miserationes tuæ ut non confundamur.

(4) *Alex. elementum interpretatur*, fructuum manuum.

(5) *Vat.* 84. *cum Aug. Cass. & Ver.* & in verbum tuum, *juxta Græc.*

(6) *Pal. Mart. & Val.* ÷ & ⁝ in verbum tuum: *Sed pressius ad Hebræorum fontes & in præpositio eodem obelo confoditur. Vat.* & ※ in verbis tuis speravi; *& Alex. habet* speravi.

(7) *Alex.* consolaveris.

Caph · *Quia factus sum sicut uter in pruina* · * *Justificationes tuas non sum oblitus* ·

Caph · *Quot sunt dies servi tui ?* * *quando facies de persequentibus me judicium ?*

Caph · *Narraverunt mihi iniqui fabulationes* . * *sed non ita ut Lex tua. Domine* ·

Caph · *Omnia mandata tua veritas* · * *iniqui persecuti sunt me . adjuva me* ·

Caph · *Paulo minus consummaverunt me in terra* · * *ego vero non dereliqui Mandata tua* ·

Caph · *Secundum misericordiam tuam vivifica me* · * [1] *& custodiam Testimonia oris tui* ·

Caph · Quia factus sum sicut uter in pruina · * Justificationes tuas non sum oblitus ·

Caph · [2] Quot sunt dies servi tui ? * quando facies de persequentibus me judicium ?

Caph · Narraverunt mihi iniqui fabulationes . * sed non ut Lex tua · [3]

Caph · Omnia Mandata tua veritas · * [4] inique persecuti sunt me . adjuva me ·

Caph · Paulo minus consummaverunt me in terra · * ego autem non dereliqui Mandata tua ·

Caph · Secundum misericordiam tuam vivifica me . * & custodiam Testimonia oris tui ·

ORATIO·

DEfecit in Salutare tuum anima [a] mea . Domine . desiderio defectio proficiat exuberantis gratiæ dono . perceptura consolationem in præmio · Per ·

ALIA·

DEus . in cujus Eloquium mentis oculi concupiscunt . & Salutari deficiunt : adjuva dies nostros . ne persequente iniquitate cadamus · Per eumdem Dominum &c.

ALIA·

AB omnibus impugnationum nequitiis Ecclesiam tuam . Domine . dexteræ tuæ protectione defende . ut inimicis nostris conversis sacris a te benedictionibus repleamur · Per ·

XII. LAMED· *idest* . Disciplina · Q.H.VI.

Plebs cælestis virtutem Domini . [5] *factaque describens . dicit omnia temporalia posse finiri . Mandata verò ejus nequaquam terminum reperire . quorum disciplinæ subdita proclamat* ·

Lamed· *IN æternum* . DOMINE . * *permanet Verbum tuum in cælo* ·

Lamed ·

Lamed . IN æternum . DOMINE . * Verbum tuum permanet in cælo ·

Lamed ·

a nostra .

(1) *Holst. & custodiam* . MSS. omnes . & Psalt. Cajet. & Bruno , & Vatic. *ut custodiam* . Sed nec Septuaginta , nec ullus veterum Interpretum hanc lectionem agnoscit.

*Et observatus a nobis Vat.*84. *habet* , ut custodiam .

(2) *Alex. & Vat.* Quod sunt dies , *tum Alex.* servo tuo .

(3) *Vocem* Domine *heic juxta Rom. annectit Vat.*

(4) *MSS. nostri omnes* , iniqui .

(5) *Vocem* factaque *Vat. omittit* .

Lamed · [1] *Et in sæculum sæculi .* * Veritas tua ·*

Lamed . *Fundasti terram . & permanet · * Ordinatione tua perseverant dies . quoniam omnia serviunt tibi ·*

Lamed · *Nisi quod Lex tua meditatio mea est . * tunc forsitan periissem in humilitate mea ·*

Lamed · *In æternum non obliviscar Justificationes tuas . * quia in ipsis vivificasti me ·*

Lamed · *Tuus sum ego . salvum me fac · * quia Justificationes tuas exquisivi ·*

Lamed · *Me expectaverunt peccatores . ut perderent me · * Testimonia tua intellexi ·*

Lamed . [2] *Omni consummationi vidi finem · * latum Mandatum tuum nimis .*

Lamed . In [3] generationem & generationem Veritas tua . * fundasti terram . & permanet .

Lamed . Ordinatione tua perseverat dies · * quoniam omnia serviunt tibi .

Lamed · Nisi quod Lex tua meditatio mea ÷ est ‡ * [4] ÷ tunc ‡ forte periissem in humilitate mea ·

Lamed . In æternum non obliviscar Justificationes tuas . * quia in ipsis vivificasti me ·

Lamed · Tuus sum ego . salvum me fac · * quoniam Iustificationes tuas [5] exquisivi ·

Lamed · Me expectaverunt peccatores . ut perderent me · * Testimonia tua intellexi ·

Lamed . Omnis consummationis vidi finem · * latum Mandatum tuum nimis ·

O R A T I O ·

IN æternum . Domine . permanet Verbum tuum in cælo · & in Ecclesiæ tuæ semper inhabitet templo . ut Habitatoris præsentia habitaculi sit claritas indefessa · Per eumdem Dominum &c.

A L I A ·

DEus . cujus in cælo veritas manet & Verbum . lux perseverat & dies . fac nos in tuo servitio jugiter permanere . ut filii lucis esse mereamur · Per eumdem Dominum &c.

MEM.

(1) *Sine copula hunc locum exhibent Vat. 84. & D. 145. juxta Aug. Caff. Ver. Ambrof. & Græc.*

(2) *Holst. omnis consummationis vidi finem .* MSS. nostræ Basilicæ , ut & ceteri quos vidi , *omni consummationi* legunt , & hanc veram Romani Psalterii lectionem agnoscit Nobilius , eamque Aquilæ interpretationi respondere notat , τῇ πάσῃ τελειώσει : Faber quoque , & Cajet. eam lectionem servant .

Observati tamen a nobis MSS. Archivi uterque , & Vat. 84. præferunt : omnis consummationis *cum Aug. Caff. Ver. Brun. Ambrof. & Græc.* πάσης συντελείας ·

(3) *Vat.* In generatione & progenie .

(4) *Vat. qui utrunque hujus loci obelum deferit :* tunc forsitan . *Mart. & Val. adverbium* tunc *sine obelo relinquunt . Illud in Hebræo olim non invenisse Hieronymum argumento sunt & vetus exemplar Alex. MS. & Hieronymianæ Versiones recens editæ a Mart. & Val. & Pal. MS. idem obelo notans ; unde colligitur meritò illud obelo resecari , non immerito , ut temere ignoratis rationibus ob unicum nostræ ætatis Hebraicum textum scribit Vallarsius .*

(5) *Pal.* ÷ ex ‡ quisivi .

XIII. MEM · *id est* . Ex quo . *vel* . Ex ipsis · [1] Q.H.VI.

Populus beatus Prophetarum atque Evangelii meditatione proficiens [2] *super docentes se ac seniores . asserit se Divina intellexisse Mandata* · *Quod ergo* Mem *interpretatur* Ex quo . *significat ex quo affectu dulcedinis . idest . ex intimo dicat* · Quomodo dilexi Legem tuam ! *Quòd verò dicitur* · Ex ipsis. *significat ex ipsis Domini Mandatis eorumdem concipiendum amorem* ·

Mem · *QUomodo dilexi Legem tuã. Domine ! * tota die meditatio mea est* ·

Mem · *Super* [3] *inimicos meos prudentem me fecisti Mandato tuo .* * quia in æternum mihi est* ·

Mem · *Super omnes docentes me intellexi · * quia Testimonia tua meditatio mea est* ·

Mem · *Super seniores intellexi . * quia Mandata tua* [4] *exquisivi* ·

Mem · *Ab omni via mala prohibui pedes meos . * ut custodiam Verbũ tuũ* ·

Mem · *A Judiciis tuis non declinavi . * quia tu Legem posuisti mihi* ·

Mem · *Quàm dulcia faucibus meis Eloquia tua! * super mel & favũ ori meo* ·

Mem · *A Mandatis tuis intellexi . propterea odio habui omnẽ viã iniquitatis · * quoniam tu legem posuisti mihi* ·

Mem . QUomodo dilexi legem tuam [5] ÷ Domine ! * : tota die meditatio mea ÷ est :

Mem · Super [6] inimicos meos prudentem me fecisti Mandato tuo . * quia in æternum mihi est ·

Mem · Super omnes docentes me intellexi . * quia Testimonia tua meditatio mea ÷ est :

Mem · Super [7] senes intellexi . * quia Mandata tua quæsivi ·

Mem · Ab omni via mala [8] prohibui pedes meos. * ut custodiam Verba tua·

Mem · A Judiciis tuis non declinavi · * quia tu Legem posuisti mihi ·

Mem · Quàm dulcia faucibus meis Eloquia tua ! * super mel [9] ori meo ·

Mem · A Mandatis tuis intellexi · * propterea odivi omnem viam iniquitatis ·

ORATIO·

DOna nobis . Domine . sic legem tuam diligere . ut eam jugiter meditemur in corde . & accepto tibi semper proficiamus in opere · Per &c.

ALIA

(1) *Alex.* medulla . *Observatum Thomasio in altero Cod. interpretari* viscera .

(2) *Vat.* super docentes seniores &c. *illis quæ interponuntur omissis* .

(3) *Archivi MS. uterque cum Brun. & Græc.* super omnes inimicos meos &c.

(4) *Denuo cum Brun. uterque Archivi MS.* quæsivi .

(5) *Vocem* Domine *& suum obelum Alex. nescit : eandem vocem sine obelo scribunt Pal. & Vat.*

(6) *Vat.* Super inimicos meos sapere me fecisti præceptum tuum , quia in æternum &c.

(7) *Vat. hoc* ℣. *Rom. sequitur* .

(8 *Vatic.* ℣ prohibui) : *& infra , sed recentissima emendatione* , ut custodiam mandata tua .

(9) *Vat. addit juxta Rom.* & favum : *ut & finito Psalmo juxta Gallicanam editionem , quæ addit Rom. ita subjungit* : ⊖ quoniam tu legem constituisti mihi) . *Alex. initio postremi versus omittit præpositionem* A .

A L I A ·

Dignare . Domine . faucibus noſtris Eloquii tui inferre dulcedinem . ut valeamus [1] a viis pravis pedum noſtrorum ſubtrahere veſtigia · Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus . in unitate Spiritus Sancti . per &c.

Q.H.VI. NUN . *id eſt* . Sempiternum . *vel* . Piſcis · [2] XIV.

Cohors [3] *beata animæ ſuæ pedibus Dominici Verbi lumen radiare congaudens . expetit retributiones Domini perpetuas . ob quas hæc littera* . Sempiterni *nomen accepit* · *Porro . quod* Piſcis *interpretatur . oſtendit eum . qui in fluctibus Sæculi lumen Verbi requirit* .

Nun · *Lucerna pedibus meis Verbũ tuum . Domine.* * *& lumen ſemitis meis* ·

Nun · *Juravi & ſtatui cuſtodire* * *Judicia juſtitiæ tuæ* ·

Nun · *Humiliatus ſum uſquequaque* . DOMINE · * *vivifica me ſecundum Verbum tuum*

Nun · *Voluntaria oris mei beneplacita fac* . DOMINE · * *& Judicia tua doce me* ·

Nun · *Anima mea* [4] *in manibus tuis ſemper* · * *& Legem tuam non ſum oblitus* ·

Nun · *Poſuerunt peccatores laqueos mihi* · * *& a Mandatis tuis non erravi* ·

Nun · [5] *Hereditatem acquiſivi Teſtimonia tua in æternum* · * *quia exaltatio cordis mei ſunt* ·

Nun · *Inclinavi cor meum ad faciendas*

Nun · Lucerna pedibus meis Verbum tuum . [6] * & lumen ſemitis meis ·

Nun · Juravi & ſtatui cuſtodire *. Judicia juſtitiæ tuæ ·

Nun · Humiliatus ſum uſquequaque . DOMINE · * vivifica me ſecundum Verbum tuum ·

Nun · Voluntaria oris mei [7] beneplacita fac . DOMINE · * & Judicia tua doce me ·

Nun · Anima mea in manibus meis ſemper · * & Legem tuam non ſum oblitus ·

Nun · Poſuerunt peccatores laqueũ mihi · * & de Mandatis tuis non erravi ·

Nun · Hereditate acquiſivi Teſtimonia tua in æternum . * quia exultatio cordis mei ſunt ·

Nun · Inclinavi cor meum [8] ad faciendas

(1) *Thomaſio obſervatum alibi legi non* a viis , *ſed* a vitiis : *quod & nobis notatum contingere in Vat.* 84. (2) *Alex.* Nun , Mens .

(3) *Vat.* Cohors beata pedibus ſuis Dominici &c. *& infra* : ſempiterni nomen accedit .

(4) *D.* 145. in manibus meis . *Aug. hoc loco monet & ipſius ætate aliquos Codices habuiſſe,* in manibus meis , *ſed plures* tuis . *Græc.* ἐν ταῖς χερσί σου .

(5) *Holſt. Hæreditate acquiſivi* . MSS. omnes legunt *hereditatem* , atque ita ſemper τὸ κληρονομεῖν vertunt: ſic etiam ſupra Pſal. 24. pag. 4. 2. *& ſemen ejus hæreditatem poſſidebit terram*, MSS. omnes legunt ! ſic etiam Pſal. 68. *pag.* 128. In Vatic. erat : *hæreditatem acquiſivi* , ſed *m* eraſum eſt .

Uterque tamen Archivi MS. habet hæreditate , *ut & Vat.* 84. *licet ſecundis curis ex* hæreditatem *factum* . *Vide quæ ad loca mox indicata tum a nobis tum ab Holſt. annotata leguntur* .

(6) *Vat. apponit vocem* Domine *cum Rom.*

(7) *Vat.* bene proſpera nunc Domine &c. *deinde ſecundo a præſenti verſu Rom. ſequitur ſcribens* : & a mandatis tuis &c.

(8) *Vat.* ut facerem juſtificationes tuas .

*ciendas Justificationes tuas in æternum . * propter retributionem* :

ciendas Justificationes tuas in æternum . * propter retributionem : .

O R A T I O .

SIt lucerna pedibus nostris Verbum tuum . Domine . & lumen semitis nostris . ut quod intelligamus instruat . & quò properemus ostendat . Per &c.

A L I A .

DEus . qui Verbum tuum lumen semitis nostris tribuisti . animam nostram ita regere digneris . ut in tuæ retributionis hereditate confidat . Per .

XV. S A M E C H . *id est.* Adjutorium . [1] Q.H VI.

Catholicum examen iniquos odio sibi fuisse dicit . Legem vero Domini se dilexisse . petens . ut ab eo susceptum mala Sæculi evadat . nomenque litteræ exponit , cum dicit . Adjuva me .

Samech . I*Niquos odio habui* . * *&* *Legem tuam dilexi* .

Samech . *Adjutor & susceptor meus es tu* . * *& in Verbo tuo speravi* .

Samech . *Declinate a me maligni* . * *& scrutabor Mandata Dei mei* .

Samech . *Suscipe me secundum Eloquium tuum . & vivam* . * *& ne confundas me ab expectatione mea* . .

Samech . *Adjuva me . & salvus ero* . * *& meditabor in tuis Justificationibus* [2] *semper* .

Samech . *Sprevisti omnes discedentes a Justificationibus tuis* . * *quia injusta cogitatio eorum est* .

Samech . *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ* . * *ideo dilexi Testimonia tua* .

Samech . *Infige timore tuo carnes meas* . * [3] *a Judiciis enim tuis timui* .

Samech . INiquos odio habui . * & Legem tuam dilexi .

Samech Adjutor & susceptor meus es tu . [4] ÷ & in ⁑ Verbũ tuũ supersperavi .

Samech . Declinate [5] a me maligni . * & scrutabor Mandata Dei mei .

Samech . Suscipe me secundum Eloquium tuum . & vivam . * & non confundas me ab expectatione mea .

Samech . Adjuva me . & salvus ero . * & meditabor in Justificationibus tuis semper .

Samech . Sprevisti omnes discedentes [6] a Judiciis tuis . * quia injusta cogitatio eorum .

Samech . Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ . * [7] ideo dilexi Testimonia tua .

Samech . Confige timore tuo carnes meas . * a Judiciis ÷ enim ⁑ tuis timui .

(1) *Apud Alex. MS.* Resumptio, *sive* requietio.

(2) *Vocem* semper *eo loco Vat.* 84. *omittit* .

(3) *Uterque Archivi MS. ut & Bruno* : a mandatis enim tuis timui .

(4) *Vat.* & in verbis tuis speravi . *Pal. & Alex. copulam* & , *quam Hebræus & Græcus noster nescit , omittunt : Mart. & Val. eam solam obelo notarunt , non voculam in unico fulti hodierno hebraico textu contra Pal. MS. fidem , & Hieronym. ex Hebr. Versiones tum Alex. MS. tum ab iisdem editas : quibus nil obstantibus , quasi flocci facienda essent , Val. more suo Thomasium carpit* .

(5) *Vat.* a me malignantes .

(6) *Alex. & Pal.* a justitiis tuis . *Vat.* a justificationibus tuis .

(7) *Vat.* ideo dilexi Ψ mandata) tua Θ semper) : *sum* .

Infige clavis a timore tuo carnes &c. *sine obelo, quem expunxit deinde in alterius Psalt. editione & Thomasius : idem adverbium* enim *ἁπλῶς scribit cum Mart. Val.*

ORATIO.

AUxiliare nobis. Domine. & salvi erimus. te enim desistente perditio. & te præsente vitalis est plenitudo. Per.

ALIA.

DEus. qui inimicos nostros semper nobis jubes diligere. & Legem tuam custodire. illumina oculos cordis nostri. ut (te semper adjuvante) tibi obediamus. & a malis operibus eruamur. Per.

Q.H.VI. AIN. *id est*. Fons. *sive*. Oculus. XVI.

Membra Domini in æternum viventia petunt sacræ Incarnationis adventum. [1] *ille enim. scilicet Christus. est* Fons *vivus. qui quæritur. iste* oculus *mundus. qui quærit.*

Ain. F*Eci judicium & justitiam.* * *ne tradas me persequentibus me.*

Ain. *Elige servum tuum* [2] *in bonū.* * *ut non calumnientur mihi superbi.*

Ain. *Oculi mei defecerunt in* SALUTARE *tuum.* * *& in Eloquium justitiæ tuæ.*

Ain. *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.* * *& Justificationes tuas doce me.*

Ain. *Servus tuus sum ego.* * *da mihi intellectum. ut sciam Testimonia tua.*

Ain. *Tempus faciendi:* DOMINE. * *dissipaverunt iniqui Legem tuam.*

Ain. *Ideo dilexi Mandata tua.* * *super aurum & topazion.*

Ain. *Propterea* [3] *ad omnia Mandata tua dirigebar.* * *omnem viam iniquam odio habui.*

Ain. FEci judicium & justitiam. * [4] non tradas me calumniantibus me.

Ain. Suscipe servum tuum in bonum. * non calumnientur me superbi.

Ain. Oculi mei defecerunt [5] in SALUTARE tuum. * & in Eloquium justitiæ tuæ.

Ain. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. * & Justificationes tuas doce me.

Ain. Servus tuus ÷ sum ⁝ ego. da mihi intellectum. * [6] ut sciam Testimonia tua.

Ain. Tempus faciendi. DOMINE. * dissipaverunt Legem tuam.

Ain. Ideo dilexi Mandata tua. * super aurum & topazion.

Ain. Propterea ad omnia Mandata tua dirigebar. * omnem viam iniquam odio habui.

ORA-

(1) *Vat.* ille enim est Fons vivus &c. *omissis verbis*: scilicet Christus.

(2) *Vat.* 84. in bono *cum Ver.*

(3) *Archivi MS. uterque cum Brunone*: ad omnia mandata tua facienda dirigebar: *tum iidem MSS. cum Vat.* 84. *& Ver.* omnem viam iniquitatis.

(4) *Vat.* non tradas me ϴ Domine) nocentibus me: *tum altero versu*,

Elige servum tuum in bonum: ϴ ut) non calumnientur &c. (5) *Alex.* in salutari tuo.

(6) *Vat. omisso paullo superius obelo heic ait*: Ψ ut) sciam &c. *Et subsequenti versu*: dissipaverunt ϴ iniqui) legem tuam.

ORATIO.

DOce nos. Domine. judicium & juſtitiam facere, ut non tradamur adverſis. nec calumniantibus ſubdamur iniquis. ſed Eloquia tua intentis mentibus diligentes. ab omnibus malignis eripiamur inſidiis. Per.

ALIA.

DEus. qui rectum judicium & juſtitiam ſponte [1] tribuis. fac ſervis tuis. ut illa ſemper meditentur (te adjuvante & miſerante) quæ tibi ſunt placita. Per.

XVII. PHE. *ideſt*. Os. *ab* ore. *non ab* oſſe. Q.H.IX.

Sanctus populus aſſerit ſe aperuiſſe os *ſuum. & adtraxiſſe ſpiritum. ut ejus audiatur oratio. Et ideo littera vocabulum* Oris *accepit. in qua parvulus quiſque & humilis introitum cordis aperit. & ſpiritu Divinæ charitatis imbibit.*

Phe. M*Irabilia Teſtimonia tua. Domine. * ideo ſcrutata eſt ea anima mea.*

Phe. *Declaratio Sermonum tuorum illuminat me. * & intellectum dat parvulis.*

Phe. *Os meum aperui. & attraxi ſpiritum. * quia Mandata tua deſiderabam.*

Phe. *Aſpice in me. & miſerere mei. * ſecundum Judicium diligentium nomen tuum.*

Phe. *Greſſus meos dirige ſecundum Eloquium tuum. * [2] & non dominetur mei omnis injuſtitia.*

Phe. *Redime me a calumniis hominum. * ut cuſtodiam Mandata tua.*

Phe. *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum. * & doce me Juſtificationes tuas.*

Phe. *Exitus aquarum tranſierunt oculi mei. * quia non cuſtodierunt Legem tuam.*

Phe. MIrabilia Teſtimonia tua. * ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Phe. Declaratio Sermonum tuorum illuminat. * [3] ÷ & ‡ intellectum dat parvulis.

Phe. Os meum aperui. & attraxi ſpiritum. [4] * quia Mandata tua deſiderabam.

Phe. Aſpice in me. & miſerere mei. * ſecundum Judicium diligentium nomen tuum.

Phe. Greſſus meos dirige ſecundum Eloquium tuum. * & non dominetur mei [5] omnis injuſtitia.

Phe. Redime me a calumniis hominum. * ut cuſtodiam Mandata tua.

Phe. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum. * & doce me Juſtificationes tuas.

Phe. Exitus aquarum [6] deduxerunt oculi mei. * quia non cuſtodierunt Legem tuam.

(1) *Vat.* 84. tribuiſti ... ut illam ſemper meditentur te adjuvante & miſerante. Per Dominum &c.

(2) *Archivi MS. uterque cum Vat.* 84. & *Brun.* ut non dominetur mei &c.

(3) *Obelus ille in Vat. deſideratur.*

(4) *Vat. idem*, quia mandata tua Ψ exquiſivi.)

(5) *Idem*, omnis iniquitas.

(6) *Vat.* tranſierunt, *juxta Rom.*

ORATIO.

RIvos lacrymarum deduxerunt oculi nostri . Domine . qui Legem tuam (vetita concupiscendo) transgrediuntur . per ea crimina abluamus . per quæ peccata commisimus . Per.

ALIA.

DEus . qui lucem verborum tuorum & intellectum das parvulis . concede . ut pectora nostra ad recipiendum Spiritum Sanctum Paraclitum aperta fiat semper . Per &c. in unitate ejusdem Spiritus Sancti per omnia &c.

Q.H.IX. SADE. *id est*. Justitia. XVIII.

Cohors Sanctorum carnis suæ triumphatrix (secundum hujus litteræ nomen) . Justitiam Domini confitetur . & Eloquia ejus ignita continua se dicit dilectione venerari .

Sade. *JUstus es . DOMINE . * & rectum Judicium tuum.*

Sade. *Mandasti justitiam Testimonia tua . * & veritatem tuam nimis.*

Sade. *Tabescere me fecit zelus domus tuæ . * quia obliti sunt Verba tua inimici mei.*

Sade. *Ignitum Eloquium tuum vehementer . * & servus tuus dilexit illud.*

Sade. *Adolescentior sum ego & contemptus . * Justificationes tuas non sum oblitus.*

Sade. *Justitia tua . justitia in æternum . * & Lex tua veritas.*

Sade. *Tribulatio & angustiæ invenerunt me . * Mandata autem tua meditatio mea est.*

Sade. *Æquitas Testimonia tua in æternum . * intellectum da mihi . & vivam.*

Sade. JUstus es . DOMINE . * & rectum Judicium tuum.

Sade. Mandasti justitiam Testimonia tua . * & veritatem tuam nimis.

Sade. [1] Tabescere me fecit zelus meus . * quia obliti sunt Verba tua inimici mei.

Sade. Ignitum Eloquium tuum vehementer . * & servus tuus dilexit illud.

Sade. [2] Adolescentulus sum ego & contemptus . * Justificationes tuas non sum oblitus.

Sade. Justitia tua . justitia in æternum . * & Lex tua veritas.

Sade. [3] Tribulatio & angustia invenerunt me . * Mandata tua meditatio mea ÷ est :

Sade. [4] Æquitas Testimonia tua in æternum . * intellectum da mihi . & vivam.

ORA-

(1) *Vat.* Tabefecit me zelus tuus , quia obliti sunt verborum tuorum inimici mei.

(2) *Idem* , Juvenior sum ego.

(3) *Idem* , Tribulatio & necessitas invenerunt me : mandata (autem) tua &c. *omisso deinde obelo Alex.* Tribulatio & angustiæ : *tum in fine versiculi una cum Psal. omittit verbum* est , *&* *quidem rectius notante Vallarf. quum eo tum Heb. destituatur , tum Græc.*

(4) *Vat. heic scribit* justitia *pro* æquitas ; *&* *in fine versiculi non* , & vivam ; *sed* , & vivifica me.

ORATIO·

IGnitum Verbum tuum servi tui (Domine) diligamus . quod in nobis peccatorum sordes decoquat . & scientiæ lumen accendat · Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat Deus . in unitate Spiritus Sancti . per omnia &c.

ALIA·

DEus . qui justus es . cujus judicium rectum · supplices tuos ab omni tribulatione & angustia libera . ut effici mereamur Mandatorum tuorum meditatione felices · Per ·

XIX. COPH . *idest* . Vocatio · [1] Q. H. IX.

Reverentissimus Chorus (juxta hujus litteræ nomen) in toto corde suo clamat ad Dominum . Justificationes ejus sedulus exquirens ·

Coph · *CLamavi in toto corde meo . exaudi me* . DOMINE · * *Justificationes tuas requiram* ·

Coph · *Clamavi* [2] *ad te . salvum me fac .* * *ut custodiam Mandata tua* ·

Coph · *Præveni in maturitate . & clamavi* · * *& in verbo tuo speravi* ·

Coph · *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo* · * *ut meditarer Eloquia tua* ·

Coph · *Vocem meam exaudi . Domine . secundum misericordiam tuam* · * *& secundum Judicium tuum vivifica me* ·

Coph · *Appropiaverunt persequentes me . iniqui* · * *a lege autem tua longe facti sunt* ·

Coph ·

Coph · CLamavi in toto corde [3] ÷ meo ⁑ . exaudi me DOMINE · * Justificationes tuas requiram .

Coph · Clamavi [4] ad te . salvum me fac . * ut custodiam Mandata tua ·

Coph · Præveni in maturitate . & clamavi · * [5] ÷ quia in ⁑ Verba tua supersperavi ·

Coph · Prævenerunt [6] oculi mei ad te diluculo. * ut meditarer Eloquia tua ·

Coph · Vocem meam [7] audi secundum misericordiam tuam . DOMINE · * & secundum judicium tuum vivifica me ·

Coph · [8] Appropinquaverunt persequentes me iniquitati · * a Lege ÷ autem ⁑ tua longe facti sunt ·

Coph ·

(1) *Alex.* vox .

(2) *Holst. clamavi ad te, salvum me fac .* MSS. simul omnes , & cum iis Faber , & Cajet. & Bruno addita particula copulativa legunt : *Clamavi ad te , & salvum me fac .*

Viri Clariss. observationem cum D. 144. confirmant & alter ejusdem Archivi MS. D. 145. atque Bruno . (3) *Obelum, ejusque vocem meo Pal. & Alex. nesciunt .*

(4 *Vat.* Clamavi ad te , & salvum me fac ⊖ ut) custodiam &c. *Pal.* & custodiam : *Alex.* clamavi a te &c.

(5) *Vat.* ⊖ &) in verbis tuis ☧ speravi *Alex.* Præveni in maturitate & exclamavi : in verba tua &c. *Pal. omissa cum Alex. voce* quia , *qua & Græc. destituitur* ÷ in ⁑ verba &c. *& quidem jure si spectes Hieronymianas ex Heb. Versiones , sive illam Alex. MS. sive editas originalem textum reddentes* : verbum tuum expectans . *At Mart. & Val.* ÷ quia ⁑ in verba tua : *sicut & subsequenti versu*, oculi mei ÷ ad te ⁑ diluculo : *illis utroque loco omnino consentit Thomasius altero Psalterio , nesciente tamen de more Vallars. eruditorum scriptis vellicandis fortasse magis intento , quàm legendis .*

(6) *Alex.* oculi mei ad diluculum .

(7) *Vat.* exaudi ⊖ Domine) secundum misericordiam tuam ÷ Domine ⁑ secundum judicium &c. *Copulam præcedentem voces* secundum judicium *recte juxta utrumque fontem Heb. & Græc. omittunt & alii MSS. Pal. atque Alex.*

(8) *Vat.* Appropiaverunt qui persequebantur me iniquitate : a lege &c. *obelo neglecto Pal. & Alex. pro* iniquitati *legunt* iniquitate .

Coph · *Prope* [1] *es tu* DOMINE · * *& omnia Mandata tua veritas* ·

Coph · *Initio cognovi de Testimoniis tuis* . * *quia in æternum fundasti ea* ·

Coph . Prope es tu DOMINE . * & omnes [2] Viæ tuæ veritas ·

Coph · [3] Initio cognovi de Testimoniis tuis . * quia in æternum fundasti ea·

ORATIO·

VOcem nostram exaudi . Domine . secundum multam misericordiam tuam . ne in judicio nos condemnes ut reos . sed pius ac misericors remuneres ut beatos · Per ·

ALIA·

DEus . qui ad te toto corde clamantes clementer exaudis . ad preces humilitatis nostræ misericordiæ tuæ memor intende · Per ·

Q.H.IX. RES . *idest* . Caput · XX.

Populus vitiorum victor se petit [4] *vivificari . quoniam Mandata Domini summo studio exquisivit · principium quoque Verborum Domini testatur esse Veritatem . & hoc est* Caput . *quod littera præsens ostendit* ·

Res · *VIde humilitatem meam . & eripe me* · * *quia Legem tuam non sum oblitus* ·

Res · *Judica judicium meum . & redime me* · * *propter Eloquium tuum vivifica me* ·

Res · *Longe est a peccatoribus salus* · * *quia Justificationes tuas non exquisierunt* ·

Res · *Miserationes tuæ multæ nimis* . DOMINE · * *secundum Judicium tuum vivifica me* ·

Res · *Multi persequentes me . & tribulantes me* · * *a Testimoniis tuis non declinavi* ·

Res · *Vidi non servantes pactum . & tabescebam* · * *quia Eloquia tua non custodierunt* ·

Res · *Vide quia Mandata tua dilexi*

Res · VIde humilitatem meam . & eripe me · * quia Legem tuam non sum oblitus ·

Res · Judica judicium meum . & redime me · * propter Eloquium tuum vivifica me ·

Res · [5] Longe a peccatoribus salus · * quia Justificationes tuas non exquisierunt ·

Res · [6] Misericordiæ tuæ multæ . DOMINE · * secundum Judicium tuum vivifica me ·

Res · Multi qui persequuntur me . [7] & tribulant me · * a Testimoniis tuis non declinavi ·

Res · Vidi [8] prævaricantes . & tabescebam · * quia Eloquia tua non custodierunt ·

Res · Vide quoniam Mandata tua dilexi

(1) *Holst. prope es tu Domine* . MSS. omnes legunt , & Cajet. *prope esto Domine* . & sic Antiphonarium S. Gregorii pag. 65. LXX. vero ἡ σὺ ·

Et Vat. 84. *præfert* esto .

(2) *Vat.* Ψ & omnia mandata tua veritas .

(3) *Alex.* In initio . *Vat.* Ab initio &c.

(4) *Vat.* justificari . *Supra Alex. elementum* Res *interpretatur* principium .

(5) *Vat.* Longe est &c. *juxta Rom. tum Pal. de more* ÷ ex ⁝ quisierunt .

(6) *Idem* , miserationes tuæ &c.

(7) *Idem* , & Θ qui) tribulant me : de testimoniis &c·

(8) *Idem* , Vidi Ψ non servantes pactum) & tabescebam .

lexi DOMINE · * *in tua misericordia vivifica me* ·

Res · *Principium verborum tuorum veritas* · * *in æternum omnia Judicia justitiæ tuæ* ·

dilexi DOMINE · * in misericordia tua vivifica me ·

Res · Principium Verborum tuorum veritas · * [1] in æternum omnia Judicia justitiæ tuæ ·

ORATIO.

MIserationes tuæ multæ (Domine) plurimas in nobis iniquitates deleant. & ad indulgentiam tuam nos emendando perducant · Per ·

ALIA ·

DEus. qui salutem Fidelium a peccatoribus elongasti. miserationum tuarum memor humilitatem nostram ab iniquorum infectatione custodi · Per.

XXI. SIN. *ideſt*. Dentes · Q.H.IX.

Sanctorum Cætus persecutiones sævientium pro charitate Domini sibi dicit esse [2] *gratissimas* · Dentes *autem* (*quos litteræ hujus nomen exprimit*) *vel Sanctorum intellige. qui Dominum laudant. vel persecutorum. de quibus dicitur* · Filii hominum. dentes eorum. arma & sagittæ ·

Sin · *PRincipes persecuti sunt me gratis* · * *& a Verbis tuis formidavit cor meum* ·

Sin · *Lætabor ego super eloquia tua* . * *sicut qui invenit spolia multa* ·

Sin · *Iniquitatem odio habui* . *& abominatus sum* · * *Legem autem tuam dilexi* ·

Sin · *Septies in die laudem dixi tibi* . * *super Judicia justitiæ tuæ* ·

Sin · *Pax multa* [3] *diligentibus Legem tuam* . *Domine* · * *& non est illis scandalum* ·

Sin · *Expectabam* SALUTARE *tuum* . DOMINE · * *& Mandata tua dilexi* ·

Sin · *Custodivit anima mea Testimonia tua* · * *& dilexit ea vehementer* ·

Sin ·

Sin · PRincipes persecuti sunt me gratis · * & a Verbis tuis [4] formidavit cor meum ·

Sin · Lætabor ego super Eloquia tua . * sicut qui invenit spolia multa ·

Sin · Iniquitatem odio habui . & abominatus sum · * Legem autem tuam dilexi ·

Sin · [5] Septies in die laudem dixi tibi . * super Judicia justitiæ tuæ ·

Sin · Pax multa diligentibus Legem tuam · * & non est illis scandalum ·

Sin · Expectabam SALUTARE tuum. DOMINE · * [6] & Mandata tua dilexi ·

Sin · Custodivit anima mea Testimonia tua · * & dilexit ea vehementer.

Sin ·

(1) *MSS. nostri omnes pressius ad Hebraicos Græcosve fontes addita copula* : & in æternum &c.

(2) *Alex. supra* SIN , *vix , heic Vat.* gravissimas.

(3) *Archivi MS. uterque cum Brun.* diligentibus nomen tuum, Domine : *Græc.* τ' οἷς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομά σου.

(4) *Pal. sequiori cura* formidabit ; *&* *Alex.* formidabit . *Vat. vero* formidavi .

(5) *Versiculo huic Vat. præmittit* Alleluja .

(6) *Vat.* ♈ & legem tuam) dilexi .

Sin · *Servavi Mandata tua & Testimonia tua* · * *quia omnes vitæ meæ* · *in conspectu tuo . Domine* ·

Sin · [1] Servavi Mandata tua & Testimonia tua · * quia omnes viæ meæ · in conspectu tuo :

ORATIO·

PAX multa diligentibus Legem tuam . Domine . & non est in ipsis scandalum . præsta ne ullis umquam cogitationibus perturbentur . qui amori tuo nihil in hoc Mundo præposuerunt · Per :

ALIA·

FAC nos . Domine . super Eloquia tua lætantes in tuis laudibus assiduè gloriari . [3] ut in pacis tuæ amore servati minas principum minimè formidemus · Per :

Q.H.IX. TAU . *idest* . Signum . *vel* . Consummatio · [4] XXII :

Sanctorum Chorus adventum Domini Salvatoris desiderans petit . ut ovem perditam revocare pietatis suæ munere dignetur · Ipse est enim nobis omnium Consummatio *virtutum . quem quicumque viderit meruerit . nil ultra quærere opus habebit · Ipsius est* Signum . *quo redempti canimus .* Signatum est super nos lumen vultus tui . Domine :

Tau · A*Ppropiet oratio mea in conspectu tuo .* DOMINE · * *secundum Eloquium tuum da mibi intellectum* ·

Tau · *Intret postulatio mea in conspectu tuo . Domine* · * *secundum Eloquium tuum eripe me* ·

Tau · *Eructabunt labia mea hymnum .* * *cum docueris me Justificationes tuas* ·

Tau · *Pronunciabit lingua mea Eloquia tua* · * *quia omnia Mandata tua æquitas* ·

Tau · *Fiat manus tua . ut salvum me faciat* · * *quia Mandata tua elegi* ·

Tau ·

Tau · APpropinquet deprecatio mea [5] in conspectu tuo. DOMINE · * juxta Eloquium tuum da mihi intellectum ·

Tau · Intret postulatio mea in conspectu tuo · * secundum Eloquium tuum eripe me ·

Tau · Eructabunt labia mea hymnum . * cum docueris me Justificationes tuas ·

Tau · [6] Pronunciabit lingua mea Eloquium tuum · * quia omnia Mandata tua æquitas ·

Tau · Fiat manus tua . [7] ut salvet me · * quoniam Mandata tua elegi ·

Tau ·

(1) *Archivi MSS. cum Brunone* : in conspectu tuo sunt , *omittuntque deinde vocem* Domine .
(2) *Vat.* Custodivit mandata tua & testimonia tua , quoniam omnes viæ meæ .
(3) *Vat.* 84. ut pacis tuæ more servati &c.
(4) *Alex.* Tau , mansuetus .
(5) *Alex.* in conspectu tuum , *facile* in conspectum tuum , *sicut habet subsequenti proxime versu . Vat. primis duobus hujus octeni versibus Rom. sequitur .*
(6) *Alex.* Pronunciavit . *Vat.* Annunciabit lingua mea eloquia tua , quia omnia mandata tua justitia .
(7) *Vat. idem* , Ψ ut salvum facias) me : quia &c.

Tau · *Concupivi* SALUTARE *tuum*. DOMINE · * *& Lex tua meditatio mea est* ·

Tau · *Vivet anima mea* [1] *& laudabit te* · * *& Judicia tua adjuvabunt me* ·

Tau · *Erravi sicut ovis quæ perierat* · *require servum tuum* · *Domine* · * *quia Mandata tua non sum oblitus* ·

Tau · Concupivi SALUTARE tuum. DOMINE · * & Lex tua meditatio mea [2] ÷ est ⁚

Tau · Vivet anima mea & laudabit te · * & Judicia tua adjuvabunt me ·

Tau · Erravi sicut ovis [3] quæ periit · * quære servum tuum . quia Mandata tua non sum oblitus ·

ORATIO·

INtroeat. [4] Domine . oratio nostra in conspectu majestatis tuæ. & sicut nos ab erroribus pristinis (ut oves perditas) revocasti . ita fac . ut Justificationum tuarum edocti præconio . mercamur ad plenam pietatis tuæ gratiam pervenire · Per ·

ALIA·

PAlma totius Beatitudinis . Deus . qui Fideles tuos ut in Lege tua ambulent . Testimonia scrutentur . Mandata custodiant . salubris provisor informas . concede nobis Justificationes tuas toto corde quærere . Eloquia intelligere . Mirabilia prædicare . ut qui hactenus (quasi perditæ oves) erravimus . tuis piis humeris restituti [5] Paradiso gloriemur · Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus . per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

PSALMUS CXIX. F.II.V.

Canticum graduum · | Canticum graduum ·

Cantica graduum cantica ascensionum sunt . quibus ad superna conscenditur ·

Propheta clamat ad Dominum ut liberetur ab iniquis . vehementerque [6] *affligitur. quod in hac vita diutius commorans . Malorum permixtione prægravatur* ·

AD DOMINUM (*cum tribularer*) *clamavi* · * *& exaudivit me* ·

DOMINE *libera animam meam a labiis iniquis* . * *& a lingua dolosa* ·

Quid detur tibi . aut quid apponatur tibi * [7] *ad linguam dolosam* ·

AD DOMINUM (cum tribularer) clamavi · * & exaudivit me ·

DOMINE libera animam meam a labiis iniquis . * [8] ÷ & ⁚ a lingua dolosa ·

Quid detur tibi . aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam ?

Sagittæ | Sagittæ

(1) *Vat*. 84. & laudabit te Deus.

(2) *Ipsum verbum* est *deferunt Pal. & Alex.*

(3) *Vat.* quæ perierat ; require servum tuum &c.

(4) *Monente Thomasio pro* invocat *prima editionis restituendum fuit* , introeat .

(5) *Vat.* 84. in paradiso .

(6) *Vocem* affligitur *Vat. nescit*.

(7) *Holst. ad linguam dolosam* . Sic nostri MSS. & Bruno ; sed Florent. & Faber : *a lingua dolosa* , quod ex versu antecedente male repetitum existimo , nam LXX. πρὸς γλῶσσαν δολίαν habent .

(8) *Obelum & copulam ipsam secundis curis deleta exhibent Pal. & Alex. Juxta Hieron. ad Sun. & Fretel. eadem copula superabundat* .

Sagittæ Potentis acutæ. * *cum carbonibus desolatoriis.*

Heu me! quia incolatus meus prolongatus est. * *habitavi cum habitantibus Cedar.* * *multum incola fuit anima mea.*

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. * *dum loquebar illis. impugnabant me gratis.*

Sagittæ [1] Potentis acutæ. * cum carbonibus desolatoriis.

Heu [2] mihi! quia incolatus meus prolongatus est. * habitavi cum habitantibus Cedar. * multum incola fuit anima mea.

Cum his [3] qui oderunt pacem eram pacificus. * cum loquebar illis. impugnabant me ÷ gratis :

ORATIO.

TRibulationum nostrarum optime mitigator Deus. libera animas Fidelium a labiis detrahentium iniquorum. ut adjutoriis spiritualibus præmunitæ. nullis impugnationibus adgraventur. Per.

F.II.V.

PSALMUS CXX.

Canticum graduum. Canticum graduum.

Propheta ad Sanctorum merita oculos elevans petit eorum adjuvari precibus. ne mens ejus hostili impugnationi succumbat. indubitanter sibi promittens. quod se integre postulare cognoscit.

LEvavi oculos meos ad Montes. * *Unde veniet auxilium mihi?*

Auxilium meum a DOMINO. * *qui fecit cælum & terram.*

Non det in commotionem pedem tuum. * *neque obdormiet qui custodit te.*

Ecce non dormitabit: * *neque obdormiet. qui custodit Israel.*

DOMINUS *custodit te.* * DOMINUS *protectio tua.* * *super manum dexteræ tuæ.*

Per diem sol non uret te. * *neque luna per noctem.*

DOMINUS *custodit te ab omni malo.* * [4] *Custodiat animam tuam Dominus.*

LEvavi oculos meos [5] in Montes. * Unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a DOMINO. * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum. * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non [6] dormitabit. neque dormiet. * qui custodit Israel.

DOMINUS [7] custodit te. * DOMINUS protectio tua. * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te. * neque luna per noctem.

DOMINUS custodit te ab omni malo. * Custodiat animam tuam ÷ Dominus :

DOMINUS DOMINUS

(1) *Vat.* sagittæ Ψ potentes) acutæ. *Finito versiculo Pal. addit* Diapsalma.

(2) *Idem Vat.* Heu Ψ me !) quod incolatus meus &c.

(3) *Alex.* qui oderant : *tum cum Vat. & Pal. inferiorem obelum delet.*

(4) *Heic & infra uterque Archivi MS.* custodiet, *quod subsequentis versus respectu observatur & in S. Brunone.*

(5) *Vat.* ad montes.

(6) *Alex.* non dormitavit: *tum Vat.* neque obdormiet. *Pal. vero versiculo subjungit* Diapsalma. (7) *Vat.* custodiat: *& infra cum Rom.* super manum dexteræ tuæ.

*DOMINUS custodiat introitum tuum * & exitum tuum . ex hoc nunc . & usque in sæculum ·*

DOMINUS Custodiat introitum tuum & exitum tuum . * ex hoc nunc . & usque in sæculum ·

ORATIO·

PRotege plebem tuam non dormitans . neque dormiens . Domine Deus protector Israel · & ne uramur per diem . [1] nec per noctem tu nos ab scandalis hujus Mundi defende · Per ·

PSALMUS CXXI. F.III.V.

Canticum graduum ·

Canticum graduum · [3]

Gaudet Propheta [2] se commonitum ad supernam Jerusalem esse venturum . ubi jam Sancti secura prosperitate consistunt · loquiturque ad Cives Jerusalem pacis eis abundantiam optans ·

*LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi . * In domum* DOMINI *ibimus ·*

*Stantes erant pedes nostri . * in atriis tuis Jerusalem ·*

*Jerusalem . quæ ædificatur ut civitas . * cujus participatio ejus in idipsum ·*

*Illuc enim ascenderunt Tribus : (Tribus Domini . * Testimonium Israel) ad confitendum nomini tuo .* DOMINE ·

Quia illic sederunt sedes in judicio. sedes super domum David ·*

*Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem · * Et abundantia diligentibus te ·*

*Fiat pax in virtute tua . * & abundantia in turribus tuis ·*

*Propter fratres meos & proximos meos . * loquebar pacem de te ·*

Et propter domum DOMINI *Dei mei.* quæsivi bona tibi ·*

LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi . * In domum DOMINI ibimus ·

Stantes erant pedes nostri . * in atriis tuis [4] ※ Jerusalem ⁑

Jerusalem . quæ ædificatur ut civitas . * cujus participatio ejus in idipsum ·

Illuc [5] enim ascenderunt Tribus : (Tribus Domini . * Testimonium Israel) ad confitendum nomini DOMINI ·

Quia illic sederunt sedes in judicio.* sedes [6] ÷ super ⁑ domum David ·

Rogate [7] ÷ quæ ad ⁑ pacem ÷ sunt ⁑ Jerusalem · * ÷ Et ⁑ abundantia diligentibus te ·

Fiat pax in virtute tua . * ÷ & ⁑ abundantia in turribus tuis ·

Propter fratres meos & proximos meos . * loquebar pacem de te ·

Propter domum [8] DOMINI Dei nostri . * quæsivi bona tibi ·

(1) *Illud* , nec per noctem *in Vat. desideratur : in Pal. vero superscribitur sequiori cura .*

(2) *Vat.* se monitum .

(3) *Alex. addit voces ,* Huic David .

(4) *Rectius MSS. nostri omnes juxta nostrum τὸν ὁ exemplar probatissimum , asterisci notam omittunt ; unde colligi posset quo jure scribat Vallars. Pal. MS. necessariam asterisci notam prætermittere .*

(5) *MSS. nostri omnes ,* Illic enim .

(6) *Vat. obelum nescit . Pal. versui subnectit* Diapsalma .

(7) *Vat.* Interrogate ÷ quæ ⁑ a pace sunt Jerusalem : & abundantia &c. *Tertium hujus loci obelum & Pal. deserit . Vat. etiam subsequenti versu occurrentem .*

(8) *Vat.* Domini Dei Ψ mei) exquisiui bona tibi .

ORATIO.

AMbulantibus in atriis Domus tuæ. omnipotens Deus. pacis abundantiam largiri dignare. ut dum te tota aviditate cordium confitemur. bona tua in cælestibus capiamus. Per.

F.III.V.

PSALMUS CXXII.

Canticum graduum.

Propheta. qui prius ad Sanctos oculos levavit. nunc ad ipsum Dominum lumina cordis erexit. petens ut ei Dominus suum donet suffragium. quia instigatione diaboli ab insultantibus multa patiebatur adversa.

*AD te levavi oculos meos. * qui habitas in cælo.*

*Ecce sicut oculi servorum. * in manibus dominorum suorum.*

*Et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ. * ita oculi nostri ad* DOMINUM *Deum nostrum. donec misereatur nobis.*

Miserere nobis. DOMINE. *miserere nobis. * quia multum* [1] *repleti sumus contemptione.*

*Et multum repleta est anima nostra. * * [2] Opprobrium abundantibus. & despectio superbis.*

Canticum graduum.

AD te levavi oculos meos. * qui habitas [3] in cælis.

Ecce sicut oculi servorum. * in manibus dominorum suorum.

Sicut [4] oculi ancillæ in manibus dominæ suæ. * ita oculi nostri ad DOMINUM Deum nostrum. donec misereatur nostri.

Miserere nostri. DOMINE. miserere nostri. * quia multum repleti sumus despectione.

÷ Quia : multum repleta est anima nostra. * Opprobrium abundantibus. & despectio superbis.

ORATIO.

CÆlorum habitator. Deus. ad te levamus oculos nostros. precantes ut (confutatis opprobriis superborum) misericordiam nobis solitam clementer indulgeas. Per.

PSAL-

(1) *Holst. repleti sumus contemptione.* MS. melior hic quoque legit *contentione*, ut ad Psalmum 106. notavi *pag.* 209. *num.* 1.

(2) *Archivi MS. uterque*, opprobrium divitum, & superborum despectionibus. *S. Bruno*: opprobriis divitum, superborum despectionibus.

(3) *Alex. & Vat.* in cælo.

(4) *In Vat. sequiori cura scriptum legitur*: Et ante sicut oculi ancillæ: *tum in fine* ℣. *juxta Rom.* misereatur nobis. *Alex.* in manibus dominæ ejus. *Palat. versiculo subjungit* Diapsalma: *tum subsequenti Vat. Rom. exprimit.*

PSALMUS CXXIII.

F.III.V.

Canticum graduum ·

Canticum graduum · [1]

Sancti Confessores fatentur se de tot ærumnis [1] Sæculi Domini miseratione liberatos . aguntque gratias . quod non sunt decepti a persecutionibus . sed (eorum insidiis contritis) erepti ·

NIsi quod DOMINUS *erat in nobis* . (*dicat nunc Israel* ·) * *nisi quia* DOMINUS *erat in nobis* ·

Dum insurgerent homines in nos . * *forsitan vivos deglutissent nos* ·

Dum irasceretur animus eorum adversus nos . * *forsitan (velut aqua) obsorbuissent nos* ·

Torrentem pertransivit anima nostra · * *forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem* ·

Benedictus DOMINUS . * *qui non dedit nos in captionem dentibus eorum* ·

Anima nostra (sicut passer) erepta est * *de laqueo venantium* ·

Laqueus contritus est . * *& nos liberati sumus* ·

Adjutorium nostrum in nomine DOMINI . * *qui fecit cælum & terram* ·

NIsi [3] ÷ quia ⁑ DOMINUS erat in nobis . * (dicat nunc Israel .) nisi ÷ quia ⁑ DOMINUS erat in nobis ·

Cum exurgerent homines in nos . * forte vivos deglutissent nos ·

Cum [4] irasceretur furor eorum in nos . * forsitan aqua absorbuisset nos ·

Torrentem [5] pertransivit anima nostra · * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem ·

Benedictus DOMINUS . * qui non dedit nos [6] in captionem dentibus eorum ·

Anima nostra (sicut passer) erepta est * de laqueo venantium ·

Laqueus contritus est . * & nos liberati sumus ·

Adjutorium nostrum in nomine DOMINI . * qui fecit cælum & terram ·

ORATIO ·

COnclude Domine [7] hiantia ora Malorum . qui sævis obtrectationum dentibus nos vorare nituntur . ut qui de nostra virtute diffidimus . Nominis tui adjutorio muniamur · Per ·

PSAL-

(1) *Vocem* Sæculi *Vat. tacet* .

(2) *Et heic Alex. subjungit* : Huic David .

(3) *Idem Vat.* nisi ÷ quod ⁑ Dominus ; *& infra denuo sed sine obelo* : nisi quod Dominus . *Pal. utroque hujus* ℣. *obelo caret , subsequenti autem idem Vat. nec hilum a Rom. differt* .

(4) *Vat.* Cum irasceretur ℣ animus eorum adversum nos ; forsitan ut aqua absorbuissent nos .

(5) *Pal.* ÷ per ⁑ transivit : *tum infra Vat.* aquam immensam , *& Pal. addit* Diapsalma .

(6) *Vat.* in capturam .

(7) *Vat.* 84. jactantia ora : *& infra alter Vat. pronomen* nos *tacet* .

F.III.V.

PSALMUS CXXIV.

Canticum graduum. | Canticum graduum.

Clamat Propheta nobis in Domino confidendum, ne laboremus incassum, petens ut rectis prosperitas, pravis vindicta proveniat.

QUI confidunt in DOMINO *sicut mons Sion.* * *Non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem.*

Montes in circuitu ejus. * *&* DOMINUS *in circuitu populi sui.* * *ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum * *super sortem Justorum.*

Ut non extendant Justi ad iniquitatem manus suas. * *Benefac*. DOMINE. *bonis & rectis corde.*

Declinantes autem ad obligationem. * *adducet* DOMINUS *cum operantibus iniquitatem. Pax super Israel.*

QUI confidunt in DOMINO sicut mons Sion.* Non commovebitur in æternum qui habitat [1] in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus. * & DOMINUS in circuitu populi sui. * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relinquet [2] Dominus virgam Peccatorum super sortem Justorum. * ut non extendant Justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac. DOMINE. * bonis & rectis corde.

Declinantes autem [3] in obligationes.* adducet DOMINUS cum operantibus iniquitatem. * Pax super Israel.

ORATIO.

REpelle. Domine. nequitias insurgentium a sorte Justorum. ut [4] qui in te toto corde confidunt. nullis tentationum imbribus quatiantur.

F.III.V.

PSALMUS CXXV.

Canticum graduum. | Canticum graduum.

Sanctissimi viri Domini miseratione liberati gratias agunt quod de obnoxietate sævissima peccatorum in tantam gratiam sunt recepti. ut inter Gentes probarentur esse laudabiles. deprecantes ut Captivitas eorum commutetur in gaudium.

IN convertendo DOMINUS *Captivitatem Sion.* * *facti sumus sicut consolati.*

Tunc repletum est gaudio os nostrum. *

IN convertendo [5] DOMINUS Captivitatem Sion. * facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum. *

(1) *Mart. & Val. atque Thomasius ipse:* ✝ in ⁑ Jerusalem.

(2) *Vat.* Quia non remittet ☧ virgam &c. *vocem* Dominus *ejus loci nesciunt & Alex. atque Pal. qui postremus versiculo subjungit* Diapsalma.

(3) *Alex.* in obligatione. *Vat.* ※ ad obligationem).

(4) *Vat.* ut qui toto corde confidunt.

(5) *Alex.* Dominum.

ſtrum . & lingua noſtra exultatione ·*

Tunc dicent inter Gentes . Magnificavit DOMINUS *facere cum illis ·* Magnificavit* DOMINUS *facere nobiſcum . facti ſumus lætantes ·*

Converte DOMINE *Captivitatem noſtram .* ſicut torrens in Auſtro ·*

Qui ſeminant in lacrymis . in gaudio metent . euntes ibant & flebant .* mittentes ſemina ſua ·*

*Venientes autem . venient in exultatione . * portantes manipulos ſuos ·*

ſtrum .* & lingua noſtra exultatione ·

Tunc dicent inter Gentes . * Magnificavit DOMINUS facere [1] cum eis ·

Magnificavit DOMIMUS facere nobiſcum . * facti ſumus lætantes ·

Converte . [2] DOMINE . Captivitatem noſtram . * ſicut torrens in Auſtro ·

Qui ſeminant in lacrymis . * [3] in exultatione metent ·

Euntes ibant & flebant . * [4] mittentes ſemina ſua ·

Venientes ÷ autē: venient cum exultatione .* portantes manipulos ſuos :

ORATIO·

CONſolare . Domine . populum tuum . & libera nos a captivitate peſſima vitiorum . ut quod hic in lacrymis ferimus . te retribuente [5] cum gaudio metamus ·

PSALMUS CXXVI. F.IV.V.

Canticum graduum Salomonis ·

Canticum graduum [6] Salomonis ·

Providens Propheta novi Teſtamenti gratiam . docet ne quis propriis viribus aliquid boni applicet . ſed Domino largitori · Loquitur etiam de ipſo Domino & Apoſtolis . vel quicumque ipſius mandata perficiunt ·

NIſi DOMINUS *ædificaverit domum .* in vanum laborant qui ædificant eam ·*

Niſi DOMINUS *cuſtodierit civitatem .* in vanum vigilant qui cuſtodunt eam ·*

In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere . ſurgite poſtquam ſederitis . qui manducatis panem doloris ·*

Cum dederit Dilectis ſuis ſomnum . hæc*

NIſi DOMINUS ædificaverit domum . * [7] in vanum laboraverunt qui ædificant eam ·

Niſi DOMINUS cuſtodierit civitatem . * fruſtra vigilat qui cuſtodit [8] eam ·

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere · * ÷ ſurgite : poſtquam ſederitis .* qui manducatis panem doloris · [9]

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum · * ecce

(1) *Vat.* cum illis .
(2) *Alex.* Convertere .
(3) *Alex. idem ,* in gaudio . *Vat.* Ψ in gaudio) .
(4) *Alex. & Pal.* portantes ſemina ſua ; *ſubſequenti autem verſu Vat. obelum negligit , & cum Pal. atque Alex. habet :* venient in exultatione .
(5) *Vat.* 84. cum gaudio manipulos reportemus .
(6) *Vocem,* Salomonis *tacent Vat. & Pal. MSS.*
(7) *Vat.* in vanum Ψ laborant) qui &c. *& qui ſequuntur , duobus verſubus omiſſa in illorum altero obeli nota Rom. exprimit .*
(8) *Vocem illam Hebræorum fons hodiernus non reſonat , nec Græc. noſtrum , nec Alex. MS. editio Gallicana : eam Mart. & Val. obelo notarunt ; ſed Thomaſius etiam cognito Mart. conſilio ſatius duxit cum noſtris MSS. Pal. & Vat. juxta Alex. Verſ. Heb. & editis Hieronymianis ſine obelo relinquere . Minus bene igitur Vallarſ. rem improbat .*
(9) *Heic habet Pal. MS.* Diapſalma .

hæc est hereditas DOMINI. *filii.* [1] *merces fructus ventris.*

Sicut sagittæ in manu potentis. * *ita filii excussorum.*

Beatus vir. qui implevit desiderium suum ex ipsis. * *non confundetur. dum loquetur inimicis suis in porta.*

ecce hereditas DOMINI. [2] filii. merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis. * ita filii excussorum.

Beatus [4] vir. qui implevit desiderium suum ex ipsis. * non confundetur. cum loquetur inimicis ÷ suis ⁝ in porta.

ORATIO.

DOmorum spiritualium ædificator. Deus. ut nos custodias deprecamur. imple in te desiderium nostrum. & Electis tuis nos adjunge pro meritis. Per.

ALIA.

DOmorum spiritualium ædificator. Deus. ut nos custodias deprecamur. & ut nos Electis tuis adjungere digneris. imple amore tuo desiderium & voluntatem nostram. Per.

F.IV.V.

PSALMUS CXXVII.

Canticum graduum.

Propheta bona timentium Deum enumerans. eos benedicit. ut æterna gaudia consequantur.

B*Eati omnes qui timent* DOMINUM.* *qui ambulant in viis ejus.*

Labores [5] *fructuum tuorum manducabis.* * *beatus es. & bene tibi erit.*

Uxor tua (sicut vitis abundans) * *in lateribus domus tuæ.*

Filii tui (sicut novellæ olivarum) * *in circuitu mensæ tuæ.*

Ecce sic benedicetur omnis homo. * *qui timet* DOMINUM.

Benedicat te DOMINUS *ex Sion.* * *& videas quæ bona sunt in Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*

Et

Canticum graduum.

BEati omnes. qui timent DOMINUM.* qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum [6] ※ quia ⁝ manducabis. * beatus es. & bene tibi erit.

Uxor tua (sicut vitis abundans) * in lateribus domus tuæ.

Filii tui (sicut [7] novellæ olivarum) * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo. * qui timet DOMINUM.

Benedicat [8] tibi DOMINUS ex Sion. * & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et

(1) *Vat.* 84. mercis.

(2) *Alex.* fili.

(3) *Vat.* ita ʘ &) filii excussorum.

(4) *Vat. idem*: beatus qui implebit: *& Alex.* implebit. *tum cum eodem Vat.* non confundentur cum loquentur inimicis suis &c.

(5) *Holst. Labores fructuum tuorum.* Sic Ambros. LXX. *τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου*. Ambiguitas vocis *καρπὸς* Interpreti nostro impofuit, quæ & *fructum* & *volam*, sive *palmam manus* significat.

(6) *Asterisci signum & vocem sub eo positam omittit Vat.*

(7) *Alex. & Pal.* sicut novella olivarum. *Vat. subsequenti versiculo*: omnis homo, *juxta Rom.*

(8) *Alex. & Vat.* Benedicat te Dominus: *tum Vat.* & videas quæ sunt bona Jerusalem. *Pal.* ℣. *subnectit* Diapsalma.

Et videas filios filiorum tuorum . *
Pax super Israel ·

Et videas filios filiorum tuorum . *
[1] pacem super Israel ·

ORATIO·

Timentibus Nomen tuum. Domine. beatitudinem largire perpetuam. ut talis nobis actio. talisque sit vita. quæ celsum de bonis fructibus meritum reportet ad sidera · Per ·

PSALMUS CXXVIII. F.IV.V.

Canticum graduum ·

Canticum graduum ·

Propheta monet Ecclesiam ut dicat [2] *quot certamina a suis pertulerit hostibus. prædicens quod eis in Judicio futuro noverat esse venturum* ·

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea · * (*dicat nunc Israel* .) *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea* · * *etenim non potuerunt mihi* ·

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores · * *prolongaverunt iniquites suas* ·

DOMINUS *justus concidet cervices peccatorum* · * *Confundantur & revereantur omnes qui oderunt Sion* ·

Fiant sicut fœnum ædificiorum · * *quod (priusquam evellatur) arescit* .

De quo [3] *non implevit manum suam qui metet* · * *nec sinum suum qui manipulos colliget* ·

Et non dixerunt qui præteribant . *Benedictio* DOMINI *super vos* · * *benediximus vos in nomine* DOMINI ·

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea · * (dicat nunc Israel ·)

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea · * etenim non potuerunt mihi ·

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores · * prolongaverunt [4] iniquitatem suam .

DOMINUS justus [5] concidit cervices peccatorum · * Confundantur & convertantur retrorsum * omnes qui oderunt Sion ·

Fiant sicut fœnum tectorum · * quod (priusquam evellatur) [6] exaruit ·

De quo non implevit manum suam qui [7] metit · * & sinum suum qui manipulos colligit ·

Et non dixerunt [8] qui præteribant · * Benedictio DOMINI super vos · * benediximus vobis in nomine DOMINI .

ORATIO·

Ab omnium impugnationum nequitiis Ecclesiam tuam . Domine . dexteræ tuæ protectione defende . ut inimicis retrorsum conversis . sacris a te benedictionibus repleatur · Per ·

(1) *Vat.* pax : *& in Alex. licet modo legatur* pacem , *habita tamen spatii ratione , & sequiori emendatione neglecta , conjicitur primo* pax *scriptum fuisse : Græc.* εἰρήνη·

(2) *Vat.* qood .

(3 *Archivi MS. uterque cum Brun.* non implebit *& infra cum eodem Brunone, Aug. Cass. Ver. juxta Græc.* & sinum suum , *mutata negandi vocula in alteram copulandi* .

(4) *Vat. juxta Rom.* iniquitates suas : *tum addit Pal.* Diapsalma .

(5) *MSS. nostri omnes* , concidet : *& Vat. infra loco* convertantur *habet* avertantur : *subsequenti autem versu Rom. sequitur* .

(6) *Alex.* aruit .

(7) *Pal. & Vat.* metet : *tum Vat.* Ψ nec) sinum ; *& infra* , colliget : *Alex.* collegit .

(8) *Vat.* Et non dixerunt prætereuntes &c.

F.IV.V.

PSALMUS CXXIX.

Canticum graduum ·

Clamat Propheta ad Dominum ut a peccatorum profundo liberetur. benevolentiam boni Judicis quærens de calamitatibus indicatis ·

DE *profundis clamavi ad te.* DOMINE · * *Domine exaudi* [1] *orationem meam ·*

*Fiant aures tuæ intendentes * in orationem servi tui ·*

(*Si iniquitates observaveris. Domine · * Domine quis sustinebit ?*)

Quia [2] *apud te propitiatio est · * & propter legem tuam sustinui te.* DOMINE ·

*Sustinuit anima mea Verbum tuum · * speravit anima mea in Domino ·*

*A custodia matutina usque ad noctem. * speret Israel in* DOMINO ·

Quia apud DOMINUM *misericordia est. * & copiosa apud eum redemptio ·*

*Et ipse redimet Israel * ex omnibus iniquitatibus ejus ·*

Canticum graduum ·

DE profundis clamavi ad te DOMINE · * Domine [3] exaudi vocem meam ·

Fiant aures tuæ intendentes * [4] in vocem deprecationis meæ ·

(Si iniquitates [5] observaveris. Domine · * Domine quis sustinebit ?)

Quia apud te propitiatio est · * [6] & propter legem tuam sustinui te. DOMINE ·

Sustinuit anima mea [7] ÷ in ‡ Verbo ejus · * speravit anima mea in Domino ·

A [8] custodia matutina usque ad noctem. * speret Israel in DOMINO ·

Quia apud DOMINUM [9] misericordia. * & copiosa apud eum redemptio ·

Et ipse redimet Israel * ex omnibus iniquitatibus ejus ·

ORATIO ·

INtendant (quæsumus) Domine. pietatis tuæ aures in orationem supplicum. quia apud te est propitiatio peccatorum. ut non observes iniquitates nostras. sed impertias nobis misericordias tuas · Per ·

PSAL-

(1) *Vat.* 84. *cum Ambros.* vocem meam. *Tertio autem versu*, Si iniquitatem; *& quinto denuo cum Ambros.* Sustinuit anima mea in verbo tuo.

(2) *Bruno tam in edito Psalt. quàm in Archivi MS. utroque und cum Ambros.* apud Dominum.

(3) *Pal.* ÷ ex ‡ audi.

(4) *Vat.* in vocem orationis meæ.

(5) *Pal.* observabis. *Alex.* oblervaberis.

(6) *Vat.* ʘ &) propter nomen tuum sustinui &c. *quam reprobandi signo Vat. notat copulam, Alex. & Pal. omnino rejiciunt. Vat. idem eo, qui proxime sequitur, versu Rom. imitatur.*

(7) *Alex. & Pal.* in verbum ejus : *Thomasius & recentiores Hieron. editiones sine obelo*, in verbum ejus : *& hic recoctam crambem nobis parat Val. Carum malè emendans.*

(8) *Vat.* a vigilia matutina usque in noctem &c.

(9) *Idem*, misericordia ʘ est) & copiosa : *tum Psalmum claudens ait :* ab omnibus iniquitatibus Ψ eorum.

PSALMUS CXXX. F.IV.V.

Canticum graduum

Canticum graduum [1] ※ David.

Exemplo suo Propheta humilitatem Christianum populum docens. [1] pœnam ei gravissimam ponit si mandata Domini non cum summa humilitate susceperit. hortaturque Israelem jugiter sperare in Domino. quatenus Sæculi adversa valeat tolerare.

DOMINE. *non est exaltatum cor meum. * neque elati sunt oculi mei.*

*Neque ambulavi in magnis. * neque in mirabilibus super me.*

*Si non humiliter sentiebam. * sed exaltavi animam meam.*

*Sicut [2] ablactatus super matrem suam. * ita retribues in animam meam.*

Speret Israel in DOMINO. * *ex hoc nunc. & usque in sæculum.*

DOMINE. non est exaltatum cor meum. * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis. * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam. * sed exaltavi animam meam.

Sicut [4] ablactatus est super matre sua. * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino. * ex hoc nunc. & usque in sæculum.

ORATIO.

NE permittas nos exaltari in superbiis Sæculi omnipotens Pater. sed qui mitis es & humilis corde. doce nos [5] humilibus tibi ac placitis moribus consentire. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti. Deus. per omnia &c.

PSALMUS CXXXI. F.V.V.

Canticum graduum.

Canticum graduum.

Hic Psalmus Dominicæ Incarnationis sacramenta describit. cujus Adventus Ecclesiam benedicat. Sacerdotes glorificet. inimicos confundat. & super ipsum Dominum floreat Sanctificatio æternæ justitiæ.

M*Emento.* DOMINE. *David. * & omnis mansuetudinis ejus.*

Sicut juravit DOMINO. * *votum vovit Deo Jacob.*

MEmento. DOMINE. David. * & omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit DOMINO. * votum vovit Deo Jacob.

(1) *Vat.* pœnam gravissimam ponit, *neglecta vocula* ei.

(2) *Holst. Sicut ablactatus super matrem suam*. Sic MS. noster melioris notæ, & duo recentiores, & Cajet. & LXX. ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Alter MS. & Bruno, & Fabri editio, *matre sua*. Sic quoque in sequentibus, ubi idem MS. & recentiorum alter, & Bruno, *in animam meam*, ut LXX. ἐπὶ τὴν ψυχήν μου, ubi itidem alter MS. & Cajet. *in anima mea*: ex quibus *apparet* quàm religiosè noster Interpres LXX. expresserit.

(3) *Et signum asterisci, & ipsam vocem* David *MSS. nostri, & quidem omnes, nesciunt.*

(4) *Præsenti versiculo Vatic. Rom. exprimit.*

(5) *Vat.* humilibus tibi placitis consentire. *Fal.* humilibus tibi placitis actibus consentire.

Si introiero in tabernaculum domus meæ . si ascendero in lectum stratus mei ·*

*Si dedero somnum oculis meis . * aut palpebris meis dormitationem . * aut requiem temporibus meis .*

Donec inveniam locum DOMINO . * *tabernaculum Deo Jacob ·*

Ecce [1] *audivimus eum in Ephrata ·* invenimus eum in campis silvæ ·*

Introibimus [2] *in tabernaculum ejus·* adorabimus in loco . ubi steterunt pedes ejus ·*

Exurge . DOMINE. *in requiem tuam.* tu & arca sanctificationis tuæ ·*

Sacerdotes tui induantur [3] *justitiam ·* & Sancti tui exultent ·*

*Propter David servum tuum . * non avertas faciem* CHRISTI *tui ·*

Juravit DOMINUS *David veritatem .* (& non frustrabitur eum ·)*

*De fructu ventris tui ponam super Sedem meam · * Si custodierint filii tui testamentum meum . * & testimonia mea hæc . quæ docebo eos ·*

*Et filii eorum usque in sæculum sæculi .**

Si introiero in tabernaculum domus meæ . * [4] si ascendero in lectum strati mei ·

Si dedero somnum oculis meis .* [5] & palpebris meis dormitationem ·

÷ Et requiem temporibus meis ⁝ .* donec inveniam locum DOMINO .* tabernaculum Deo Jacob ·

Ecce audivimus eam in Ephrata .* invenimus eam in campis silvæ ·

Introibimus [6] in tabernaculum ejus · * adorabimus in loco . ubi steterunt pedes ejus ·

Surge . DOMINE . in requiem tuam.* tu & arca sanctificationis tuæ ·

Sacerdotes tui [7] induantur justitiam .* & Sancti tui exultent ·

Propter David servum tuum . * non avertas faciem CHRISTI tui ·

Juravit Dominus David veritatem.* [8] (÷ & ⁝ non frustrabitur eam ·) * De fructu ventris tui ponam super Sedem tuam ·

Si custodierint filii tui testamentum meum . * [9] & testimonia mea hæc . quæ docebo eos .

Et

(1) *Holst. Ecce audivimus eum , invenimus eum* . Sic MSS. nostri , Bruno , & Cajet. sed Florent. Faber. & Ambros. *eam* , sicut LXX. & Vulgata . Chrysostomus illud *αὐτὴν* de Arca fœderis explicat , ut & Compilator ejus Euthymius, quam explicationem ut verissimam amplectitur Bellarminus , & minus rectè Hieronymum masculinè *eum* vertisse censet . Sed cum ille omnes Codd. latinos *ram* habere affirmet , videtur non inspexisse Psalterium Vaticanum. Puto autem vocem *eum* commode referri posse ad locum Domini , ita ut utraque lectio eundem sensum constituat ; nam mox ipsam Arcam vocat locum, *ubi steterunt pedes ejus* .

(2) *Holst. introibimus* , & *adorabimus* : ita LXX. Sed MS. melior noster , Florent. Cass. & Bruno , *introivimus* , & *adoravimus* legunt ; quod pronunciationis vitio factum , unde magna ubique litterarum V & B confusio in libris editis & MSS.

Et observati a nobis tum Archivi , tum Vat.84. MSS. legunt , introivimus & adoravimus , *quam lectionem sequitur & Vat. ille , quo pro Gallicano utimur .*

(3) *Archivi uterque MS. & Vat.84. tum Cass. Brun. & Ambros.* justitia ; *sed Septuaginta , δικαιοσύνην ·*

(4) *Vat.* super lectum stratus mei .

(5) *Pal. & ex eo Val.* ÷ & ⁝ palpebris . *Vat.* aut palpebris : *tum altero hemistichio minus bene sine obelo ,* aut requiem . *Pal. etiam corrupte unicam & copulam obelo notat pro toto hemistichio scribens* ÷ & ⁝ requiem &c.

(6) *Pal.* in tabernaculum ÷ ejus ⁝ *Alex.* in tabernacula ejus . *Tum altero versiculo Vat. juxta Rom.* exurge Domine &c.

(7) *Alex.* induentur justitia : *& Pal. atque Vat. pro* justitiam *præferunt* justitia .

(8) *Temere MSS. nostri eo obelo destituuntur, quem tum nostri temporis Hrb. astruit & Hieronymiana Versione MS. Alex. Insuper Alex. idem Gallicano exemplari , & Pal.* & non frustrabit eum: *Græc. αὐτὸν ·*

(9) *Vat.* & testimonia mea, & quæ docebo eos.

*culi. * sedebunt*[1] *super Sedem meam.*
Quoniam elegit DOMINUS *Sion. **
[2] *praelegit eam in habitationem sibi.*
*Hæc requies mea in sæculum sæculi. * hic habitabo. quoniam elegi eam.*
*Viduam ejus benedicens benedicam. * pauperes ejus saturabo panibus.*
Sacerdotes ejus[3] *induam* SALUTARE. *& Sancti ejus exultatione exultabunt.*
*Illuc producam cornu David. * paravi lucernam* CHRISTO *meo.*
Inimicos ejus[4] *induam confusionem. * super ipsum autem florebit Sanctificatio mea.*

Et filii eorum[5] usque in sæculum. * sedebunt super sedem tuam.
Quoniam[6] elegit DOMINUS Sion. * elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in sæculum ÷ sæculi:* hic habitabo. quoniam elegi eã.
Viduam ejus benedicens benedicam. * pauperes ejus saturabo panibus.
Sacerdotes ejus induam[7] SALUTARI. * & sancti ejus exultatione exultabunt.
Illuc[8] producam cornu David. * paravi lucernam CHRISTO meo.
Inimicos ejus induam[9] confusione. * super ipsum autem efflorebit Sanctificatio mea.

ORATIO.

IN omni ingressu nostro memor esto nostri. omnipotens Deus. & indue nos Sacerdotali Justitia. ut induci mereamur in tabernacula sempiterna. Per.

PSALMUS CXXXII. F.V.V.

Canticum graduum.

Canticum graduum ※[10] David :

Post præcedentis Psalmi gloriosissimam prædicationem Propheta beatam prædicat unitatem. ut qui se Christiana Religione constringunt. in una charitatis convenientia perseverent.

*ECce quam bonum & quam jucundum. * habitare fratres in unum.*

Sicut

ECce quam bonum & quam jucundum. * habitare fratres in unum.

Sicut

(1) *Holst. super sedem meam*. Sic constanter omnes MSS. & Cajet. & Bruno legunt: Sed Ambros. & Faber *tuam* habent, ut LXX. ceteræque omnes editiones. Attamen haudquaquam mutanda est nostrorum Codd. lectio, quam, ut Bandinus notat, & Beda in cap. 1. S. Matt. & S. Cyprianus Lib. 1. ad Quirinum cap. 11. confirmant.

(2) *Holst Et prælegit eam*. MSS. omnes, & Cajet. & Ambros. & Bruno, & Faber copulam expungunt, quam nec LXX. nec Hebræi agnoscunt.

(3) *Holst. Sacerdotes ejus induam Salutari.* legendum *Salutare* ex omnibus nostris MSS. Brunone, & Cajet. & Ambros. & Fabro, & LXX. qui *σωτηρίαν* habent.

Vat. 84. induant Salutare.

(4) *Holst. inimicos ejus induam confusione.* MS. noster melioris notæ legit *confusionem*, ut *ἐνδύσω αἰσχύνην*, ut Psalt. 92. *pag.* 177. *decorem induit, induit Dominus fortitudinem*, & paullo ante, *induam Salutare*.

MSS. a nobis observati, Vat. 84. *& Archivi habent*, confusione.

(5) *Vat. idem*, usque in æternum.

(6) *Vat.* Quia elegit Dominus Sion: præelegit eam in habitaculum sibi. *& subsequenti versu obelo prætermisso idem MS. Rom. imitatur.*

(7) *Vat.* Salutare.

(8) *MSS. nostri omnes pro* illuc *habent* illic.

(9) *Alex.* confusionem: *& infra Pal.* ÷ ef : florebit. *Vat. ἁπλῶς*, florebit.

(10) *Vocem* David, *ejusque proinde signum Vat. & Pal. MSS. nesciunt.*

Sicut[1] *unguentū in capite.* * (*quod descendit in barbam. barbam*) *Aaron.*
Quod descendit in oram vestimenti ejus. * *sicut ros Hermon.* * *qui descendit in montem Sion.*
Quoniam illic mandavit DOMINUS *benedictionem.* * *& vitam usque in sæculum.*

Sicut unguentum in capite. * (quod descendit[2] in barbam. barbam) Aaron.
Quod descendit[3] in oram vestimenti ejus. * sicut ros Hermon. qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mandavit DOMINUS benedictionem * [4] ÷ & ⁝ vitam usque in sæculum.

O R A T I O.

INfunde. Domine. in Ecclesiam tuam charitatem nostræ fraternitatis & pacis. ut rore unguenti spiritalis aspersi. benedictionis tuæ gratia jocundemur. Per.

Q.C. PSALMUS CXXXIII.

Canticum graduum.

Canticum graduum.

Post monita mutuæ dilectionis nunc consequenter suadet. ut felix adunatio in laudes Domini flagrantissimo charitatis studio concitetur.

ECce nunc benedicite DOMINUM. * *omnes servi* DOMINI.
Qui statis in domo DOMINI. * *in atriis domus Dei nostri.*
In noctibus extollite manus vestras in Sancta. * *& benedicite* DOMINUM.
Benedicat te DOMINUS *ex Sion.* * *qui fecit cælum & terram.*

ECce[5] ÷ nunc ⁝ benedicite DOMINUM. * omnes servi DOMINI.
Qui statis in domo DOMINI. * ÷ in atriis domus Dei nostri ⁝
In noctibus[6] extollite manus vestras in Sancta. * & benedicite DOMINUM.
Benedicat te DOMINUS ex Sion. * qui fecit cælum & terram.

O R A T I O.

BEnedicentes te omnes servi tui. Domine. deprecamur. ut nos Mundi hujus nocte contectos inluminare digneris. quatenus dum manus nostras in bonis operibus elevamus. benedictionem a te largissimam consequamur. Per.

PSAL-

(1) *Holst.* MS. melior legit: *sicut unguentum in capite ejus*, cujus lectionis apud alios nullum vestigium extat, nisi in Breviario Cajet.
(2) *Vat.* in barbam ⊖ in ; barbam Aaron.
(3) *Alex. cum Pal.* in ora. *Vide de hac legendi ratione Vallars.*
(4) *Pal. & Vat. sine eo obelo legunt. Alex. contra* ⋇ & v itam &c. *neutrum probandum videtur.*
(5) *Eo signo destituuntur MSS. nostri omnes. Vat. & illo subsequentis versiculi; insuper & ejus postremam vocem* nostri *omittit.*
(6) *Pal.* ÷ ex ⁝ tolite.

PSALMUS CXXXIV.

F.V.V.

ALLELUJA

Propheta laudes Domino dicit esse solvendas . magnalia ipsius diversa commemorans . destruensque falsitatem . idolorum cultores redarguit .

L*Audate nomen* DOMINI . * *laudate servi* DOMINUM .

Qui statis in domo DOMINI . * *in atriis domus Dei nostri .*

Laudate Dominum . quoniam benignus est DOMINUS . * *psallite nomini ejus . quoniam suavis est .*

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus . * *Israel in possessionem sibi .*

Quia ego cognovi quod magnus est DOMINUS . * *& Deus noster præ omnibus diis .*

Omnia quæcumque voluit DOMINUS *fecit in cælo & in terra .* * *in mari* [1] *& in abyssis .*

Et [2] *educens nubes ab extremis terræ .* * *fulgura in pluviam fecit .*

Qui producit ventos de thesauris suis . * *qui percussit primogenita Ægypti* * *ab homine usque ad pecus .*

Misit signa & prodigia (in medio tui . Ægypte) * *in Pharaonem . & in omnes servos ejus .*

Qui percussit gentes multas . * *& occidit reges fortes .*

Seon regem Amorræorum . & Og regem Basan . * *& omnia regna Chanaan occidit .*

Et dedit terram eorum hereditatem . * *hereditatem Israel populo suo .*

DOMINE .

ALLELUJA

LAudate nomen DOMINI . * laudate servi DOMINUM .

Qui statis in domo DOMINI . * in atriis domus Dei nostri .

Laudate Dominum . quia bonus DOMINUS . * psallite nomini ejus . [3] quoniam suave .

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus . * Israel [4] in possessionem sibi .

Quia ego cognovi quod magnus ÷ est : DOMINUS . * & Deus noster præ omnibus diis .

Omnia [5] quæ ÷ cumque : voluit DOMINUS fecit in cælo & in terra . * in mari & in omnibus abyssis .

Educens nubes ab extremo terræ . * fulgura in pluviam fecit .

Qui [6] producit ventos de thesauris suis . * qui percussit primogenita Ægypti * ab homine usque ad pecus .

÷ Et : misit signa & prodigia (in medio tui . Ægypte) * in Pharaonem . & in omnes servos ejus .

Qui percussit gentes multas . * & occidit [7] reges fortes .

Sehon regem Amorrhæorum . & Og regem Basan . * & omnia regna [8] Chanaan .

Et dedit terram eorum hereditatē . * hereditatem [9] Israel populo suo .

DOMINE .

(1) *Archivi MS. uterque cum Aug. Brun. Ver. Ambros.* & in omnibus abyssis. *Sed Græc.* ἐν πάσαις ἀβύσσοις .

(2) *Copulam heic nesciunt cum Aug. Cass. Brun. Ver. Ambros. & Græc. uterque MS. Archivi : & deinde cum iisdem fontibus , & Vat.* 84. ab extremo terræ .

(3) *Vat.* quoniam bonus .

(4) *Idem ,* in hereditatem sibi : *& subsequenti hemistichio omisso verbo cum obeli signo ,* quod magnus Dominus: . *Verbum idem sine obelo relinquit cum Alex. Pal.*

(5) *Alex.* Omnia quæ voluit . *Vat. omisso obelo :* ☧ fecit in cælo &c.

(6) *Huic versiculo Vat. præmittit* Alleluja , *& infra scribit* non primogenita , *sed* primitiva . *Insuper & proxime insequentem obelum nescit .*

(7) *Vat.* Reges potentes .

(8) *Alex.* Chaan .

(9) *Vat.* Israel Ψ servo) suo .

DOMINE. *nomen tuum in æternum.* * DOMINE. *memoriale tuum in sæculum sæculi.*

Quia judicabit DOMINUS *populum suum.* * *& in servis suis consolabitur.*

Simulacra Gentium argentum & aurum. * *opera manuum hominum.*

Os habent. & non loquentur. * *oculos habent. & non videbunt.*

Aures habent. & non audient. * *nares habent. & non odorabunt.*

Manus habent. & non palpabunt. * *pedes habent. & non ambulabunt.*

Non clamabunt in gutture suo. * *neque enim est spiritus in ore ipsorum.*

Similes illis fiant qui faciunt ea. * *& omnes qui confidunt in eis.*

Domus Israel benedicite DOMINUM. * *domus Aaron benedicite* DOMINUM. * *domus Levi benedicite* DOMINUM.

Qui timetis DOMINUM *benedicite* DOMINUM. * *Benedictus* DOMINUS *ex Sion. qui habitat in Jerusalem.*

DOMINE. nomen tuum in æternum. * DOMINE. memoriale tuum [1] in generationem & generationem.

Quia judicabit DOMINUS [2] populum suum. * & in servis suis deprecabitur.

Simulacra Gentium argentum & aurum. * opera manuum hominum.

Os habent. & non loquentur. * oculos habent. & non videbunt.

Aures habent. & non audient. [3] * neque enim est spiritus in ore ipsorum.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Similes illis fiant qui faciunt ea. * [4] & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite DOMINO. [5] * domus Aaron benedicite DOMINO.

Domus Levi benedicite DOMINO. * qui timetis DOMINUM benedicite [6] DOMINO.

Benedictus DOMINUS ex Sion. * qui habitat in Jerusalem.

ORATIO.

SUavitatis eximiæ. Deus. (quem omnis terra pro dulcedinis benignitate conlaudat) rogamus. ut ablato a nobis vanæ superstitionis errore tuis voluntatibus connectamur. Per.

PSAL-

(1) *Pal.* in generatione & generationem. *Vat.* in generatione & progenie.

(2) *Vat. idem*, plebem suam, & in servis suis consolabitur. *Alex. initio versiculi*, Quia judicavit.

(3) *Vat.* ⊖ nares habent &c. *cum illis quæ ex Psal. centesimo tricesimo tertio desumpta supra Gallicanum exhibet Rom. juxta* LXX. *Eadem sed obelis notata exhibet & Alex. qui ea concludens ait* : neque enim est spiritus in ore eorum.

(4) *Pal. & ex eo Vat.* ÷ & ⁑ omnes : *prosequitur Alex.* qui sperant in eis.

(5) *Vat. heic & sequenti proximo hemistichio juxta Rom. legit*, Dominum.

(6) *Et heic* Dominum *Vat. habet*.

PSALMUS CXXXV. F.V.V.

ALLELUJA ALLELUJA

Magnificentiam Domini Propheta declarans miracula refert. quæ fecerat in Ægypto. & in gente Judæorum. misericordiam ejus sæpius nobis inculcans. quia illius est misericordia omne quod possumus. & clementia omne quod vivimus.

Confitemini DOMINO. *quoniam bonus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Confitemini Deo deorum. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Confitemini Domino dominorum. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Qui facit mirabilia magna solus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Qui fecit cælos in intellectu. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Qui fundavit terram super aquas. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Qui fecit luminaria magna solus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Solem [1] in potestate diei. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Lunam & stellas [2] in potestate noctis. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Qui percussit Ægyptum cum primitivis eorum. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Et eduxit Israel de medio ejus. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*In manu forti & brachio excelso. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

 Qui

Confitemini DOMINO. quoniam bonus. * quoniam [4] in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo deorum. * [5] quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Domino dominorum. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui facit mirabilia magna solus. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui fecit cælos in intellectu. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui firmavit terram super aquas. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui fecit luminaria magna. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Solem [6] in potestatem diei. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Lunam & stellas in potestatem noctis. * quoniam in æternum misericordia ejus. [7]

Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui eduxit Israel de medio eorum. * quoniam in æternum misericordia ejus.

In manu potenti & brachio excelso. * quoniam in æternum misericordia ejus.

 Qui

(1) *Holst. in potestate.* MS. melior legit utrobique, *in potestatem*, ut LXX. *εἰς ἐξουσίαν.* De hujus lectionis sinceritate non est dubitandum, quam & Cajetanum Breviarium exhibet, & Ambrosianum.

(2) *Vat.* 84. in potestatem.

(3) *Vat.* in sæculum.

(4) *Idem*, Θ quoniam bonus) quoniam in sæculum &c.

(5) *Idem*, Θ quoniam bonus) quoniam in sæculum &c. *atque ita deinceps pro singulis totius Psalmi versiculis, & in aliis Rom. sequitur.*

(6) *Alex.* in potestate diei.

(7) *Eo loci addit Pal.* Diapsalma.

*Qui divisit mare Rubrum in divisiones. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et eduxit Israel per medium ejus. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et excussit Pharaonem & exercitum ejus [2] in mare Rubro. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Qui transduxit populum suum per Desertum. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Qui eduxit aquam de petra rupis. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Qui percussit reges magnos. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et occidit reges mirabiles. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Seon regem Amorraeorum. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et Og regem Basan. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et dedit terram eorum hereditatem. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Hereditatem Israel servo suo. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

*Et redemit nos de manu inimicorum nostrorum. * quoniam in saeculum misericordia ejus.*

Qui

Qui divisit mare Rubrum [3] in divisiones. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et [4] eduxit Israel per medium ejus. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et excussit Pharaonem [5] & virtutem ejus in mari Rubro. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui [6] traduxit populum suum per Desertum. * quoniam in æternum misericordia ejus.

. . . .

. . . .

Qui percussit reges magnos [7]. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et occidit reges fortes. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Sehon regem Amorrhæorum [8]. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et Og regem Basan. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et dedit terram eorum hereditatem. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Hereditatem Israel servo suo. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri [9]. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et [10] redemit nos ab inimicis nostris. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui

(1) *Holst.* Excidit deinde versum, qui ex omnibus MSS. & Fabro, ac LXX. & Heb. & Cajet. restituendus. *Et eduxit Israel per medium ejus, quoniam in saeculum &c.* Ambros. *Et produxit Israel per medium ejus.*

(2) *Holst. in mare rubro.* MS. melior, & Faber: *in mare rubrum.* Sic LXX. εἰς θάλασσαν ἐρυθράν.

(3) *Vat.* In divisiones aquarum.

(4) *Alex.* Et duxit. *Vat.* Et perduxit &c.

(5) *Vat.* & omnem potentiam ejus.

(6) *Alex.* Qui transduxit. *Vat.* perduxit: *tum cum Pal. & Alex. Graeco propius*: in deserto.

(7) *Duobus versiculis in unum junctis heic addit Vat.* & occidit reges fortes, Θ quoniam bonus) &c.

(8) *Et heic additis*: Et Og regem Basan, *in unum versiculos duos jungit Vat. quod & de duobus proxime sequentibus in eodem MS. factum visitur.*

(9) *Vat. vocem* Dominus *juxta Rom. addit, atque consuetum signum, quo voces* quoniam bonus *notantur, omittit.*

(10) *Alex.* Et redimit. *Vat.* Qui eripuit: *duobus versiculis & heic in unum junctis signa nulla exhibet, ultimumque Psalmi versiculum, ascititium sane, prorsus nescit. Eundem nescit & nostrum τῶν ό exemplar. a Pal. vero temere sine obelo relinquitur.*

*Qui dat escam omni carni. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Confitemini Deo cæli. * quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*Confitemini Domino dominorum. * quoniam bonus. quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Qui dat escam omni carni. * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo cæli. * quoniam in æternum misericordia ejus.

÷ Confitemini Domino dominorum. * quoniam in æternum misericordia ejus.

O R A T I O.

MEmor humilitatis nostræ miserere nobis. omnipotens Deus. & qui quondam Patribus nostris terram adversariorum in hereditatem donasti. nos a peccatis liberos [1] cum tua hereditate constitue. Per.

PSALMUS CXXXVI. F.V.V.

[2] Psalmus David. Lamentatio Jeremiæ.

÷ [5] Psalmus David. Jeremiæ !

Tripliciter hic Psalmus intelligi potest. de captivitate Judaica in Babylone. & de peccatoribus ab Ecclesia ejectis. & de ea qua primi nostri Parentes de Paradiso expulsi sunt.

*SUper flumina Babylonis illic sedimus & flevimus. * dum recordaremur tui Sion.*

*In salicibus (in medio ejus) * suspendimus organa nostra.*

*Quia illic interrogaverunt nos. qui captivos duxerunt nos. * [3] verba cantionum. & qui abduxerunt nos.*

*Hymnum cantate nobis de canticis Sion. * Quomodo cantabimus canticum* DOMINI *in terra aliena?*

*Si oblitus fuero tui Jerusalem. * oblivìscatur me dextera mea.*

Adhæreat lingua mea faucibus meis. si non meminero tui.*

*Si [4] non proposuero tui Jerusalem. **

SUper flumina Babylonis illic sedimus & flevimus. * [6] cum recordaremur Sion.

In salicibus (in medio ejus) * suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogaverunt nos. * qui captivos duxerunt nos. * verba cantionum.

Et qui abduxerunt nos. * Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum DOMINI * in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Jerusalem. * [7] oblivioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis.* si non meminero tui.

(1) *Vat.* 84. in tuam hereditatem constitue.

(2) *Archivi MSS. pro Titulo*: David Psalmus Hieremiæ. *Vat.* 84. Psalmus David, Prophetia de Captivitate Jerusalem in Babylone.

(3) *Vat.* 84. Verba canticorum, *cum Aug. & Ver. tum cum Brun.* & qui adduxerunt nos.

(4) *Holst. si non proposuero Jerusalem.* MSS. nostri, & ceteri, quos vidi, & Bruno legunt: *si non proposuero tui Jerusalem*; atque ita Altetiana editio habet, & Cajet. sed Bandinus expunxit, quod nullum ejus lectionis vestigium apud LXX. & Hebræos invenerit. Ambros. legit, *præposuero*: LXX. προανατάξωμαι.

(5) *Vat.* ἁπλῶς David Psalmus. *Alex. & Pal. obeli notam omittunt.*

(6) *Vat. cum Rom.* dum recordaremur tui Sion.

(7) *Et heic Vat. Rom. exprimit.*

lem. * *in principio lætitiæ meæ.*

Memento. DOMINE. *filiorum Edom.** *in die Jerusalem.*

*Qui dicunt. Exinanite. exinanite.** *quousque ad fundamentum in ea.*

Filia Babylonis misera. * *beatus*[1] *qui retribuet tibi retributionem tuam.** *quam tu retribuisti nobis.*

Beatus qui tenebit. * *& allidet*[2] *parvulos tuos ad petram.*

Si non proposuero[3] Jerusalem. * in principio lætitiæ meæ.

Memor esto DOMINE filiorum Edom. * in die Jerusalem.

Qui dicunt. Exinanite. exinanite. *[4] usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis[5] misera. * beatus qui retribuet tibi retributionem tuam. * quam retribuisti nobis.

Beatus[6] qui tenebit. * & allidet parvulos tuos ad petram.

ORATIO.

CAptivitatum nostrarum potentissime absolutor Deus. concede nobis laudes tuas spiritali canere concentu. ut quos onus noxæ a te fecit exules. allevatio potentis dexteræ tuæ cælestes restituat cives. Per.

F.VI.V.

PSALMUS CXXXVII.

[7] Ipsi David.

[10] ÷ Ipsi ‡ David.

Universalis Ecclesia Domini beneficia sibi attributa conlaudans monet. ut reges terræ Dominum confiteantur excelsum. orans ne peccatores conversos despiciat[8]*. quos creare dignatus est.*

COnfitebor tibi. DOMINE. *in toto corde meo. quoniam exaudisti omnia verba oris mei.** *& in conspectu Angelorum psallam tibi.*

*Adorabo ad templum sanctum tuum.** *& confitebor nomini tuo.*[9] *Domine.*

Super

COnfitebor tibi. DOMINE. in toto corde meo. * [11] ÷ quoniam audisti verba oris mei ‡

In[12] conspectu Angelorum psallam tibi. * adorabo ad templum sanctum tuum. * & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua. *

(1) *Vat.* 84. qui retribuit tibi retributionem, quam &c. *omisso pronomine* tuam.

(2) *MSS. Archivi, & Vat.* 84. *cum Brun.* parvulos suos. *Græc* τὰ νήπιά σου.

(3) *Alex.* si non præposuero: *sequitur Vat.* (tui) Jerusalem.

(4) *Vat.* quousque.

(5) *Minus apposite Pal. scribit*, ÷ misera ‡.

(6) *Vat.* Beatus qui tenebit parvulos suos, & allidet ad petram. *& Alex: habet*, parvulos suos.

(7) *Vat.* 84. Psalmus ipsi David. *MS. alter juxta Thomasium*: Psalmus David.

(8) *Quæ hinc sequuntur Vat. omittit.*

(9) *Rectius juxta Græc. Cass. Ver. Ambros. vocem* Domine *heic expungit Vat.* 84.

(10) *Eum Titulum sine obelo exhibent MSS. nostri.*

(11) *Hujus hemistichii solum primam vocem quia obelo Vat. notat; minus tamen bene, & fortasse Antiquarii incuria. Illud abest & ab Heb. fonte, & a Græc. nostro exemplari.*

(12) *Alex. & Vat.* Et in conspectu &c. *Eam copulam retinent Mart. atque Val. sed obelo notatam.*

Super[1] *misericordia tua & veritate tua* · * *quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum* ·

In quacumque die invocavero te . * *exaudi me* · * *multiplicabis in anima mea virtutem tuam* ·

Confiteantur tibi . DOMINE . *omnes reges terræ* . * *quoniam audierunt omnia verba oris tui* . * *& cantent in canticis* DOMINO ·

Quoniam magna est gloria DOMINI · * *quia excelsus* DOMINUS *& humilia respicit*. *& alta a longe agnoscit* ·

Si ambulavero in medio tribulationis . *vivificabis me* · * *& super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam* . *& salvum me fecit dextera tua* ·

DOMINE . *retribue pro me* · * DOMINE *misericordia tua*[2] *in sæculum* · * *opera manuum tuarum ne despicias* ·

tua · * quoniam magnificasti super[3] ※ omne ⁏ nomen sanctum tuum ·

In[4] ÷ quacumque ⁏ die invocavero ÷ te ⁏ . exaudi me · * multiplicabis in anima mea virtutem ·

Confiteantur[5] tibi . DOMINE . omnes reges terræ . * quia audierunt ÷ omnia ⁏ verba oris tui ·

Et[6] cantent in viis DOMINI . * quoniam magna ÷ est ⁏ gloria DOMINI ·

. Quoniam excelsus DOMINUS . & humilia respicit . * & alta a longe[7] cognoscit ·

Si ambulavero in medio tribulationis . vivificabis me · *[8] ÷ & ⁏ super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam. * & salvum me fecit dextera tua ·

DOMINUS[9] retribuet pro me · * DOMINE . misericordia tua in sæculum · * opera manuum tuarum ne despicias ·

ORATIO·

MUltiplica . Domine . virtutem tuam in animabus supplicum . ut dum te in templo sancto tuo jugiter adoramus . in conspectu tuo cum sanctis Angelis gloriemur · Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . qui vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti . per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

PSAL-

(1) *Holst. super misericordia tua , & veritate tua* . Sic omnes MSS. & Bruno , & LXX. ἐπὶ τῷ ἐλέει σου *&c*. Faber, & Cajet. & Ambros. nescio unde ediderint , *super misericordiam tuam & veritatem tuam* , quæ lectio Bandino cur non arriserit latet , ut notæ ejus ostendunt .

Vat.84. *habet* , misericordiam tuam & veritatem tuam .

(2) *Vat*. 84. in sæcula .

(3) *Præstares sane eam asterisci notam , quam MSS. nostri omnes nesciunt , expungere* ; *Græc. enim* : ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πάντας τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον · *Vat*. super misericordiam tuam & veritatem tuam , quoniam magnificasti super omnia nomen &c

(4) *Oscitantem cum Antiquario Pal. MS. hoc loco Thomasium facit Vallars. ob vocem* quacumque *nullo obeli signo affectam* . *Illud temere dictum esse atque injuria satis demonstraret alterius Thomasiani Psalt. editio* ; *sed eo in præsentia opus nullum* ; *exhibetur siquidem in prima hujus editione* : in quacumque ⁏ die invocavero ÷ te ⁏ *ubi grandiora puncta* ⁏ *post vocem* quacumque *posita æquum lectorem monent non oscitantem clarissimum Auctorem , sed Typographum reprehendendum esse* . *Rem apertam adeo ita se habere fortasse & animo præconceperat Vallars. licet deinde aut festinus nimis in notulis suis consarciendis , aut dormitans secus scripserit* . *Ceterum Vat*. In quacumque die invocavero te , citò exaudi me .

Multiplicabis in anima mea in virtute tua . *Versiculo Pal. subjungit* Diapsalma .

(5) *Vat*. Ψ Confitebuntur) tibi : *& deinde obelum præterit* .

(6) *Vat*. Ψ Ut cantent) in viis Ψ tuis) Domine , quia magna gloria Domini . *Verbum ipsum* est *omittunt & Palat. atque Alex*.

(7) *Alex*. cognoscet .

(8) *Et copulam & obelum MSS. nostri omnes nesciunt , & quidem pressius ad fontes qua Hebraicos , qua Græcos* .

(9) *Vat*. Ψ Domine retribue) pro me : *& infra scribit* , in æternum , *non vero*, in sæculum .

F.VI.V. **PSALMUS CXXXVIII.**

[1] In Finem · Psalmus David · | In Finem · Psalmus David ·

Christus ad Patrem de pausatione & Resurrectione sua loquitur . potentiam Paternæ Divinitatis exponens . quia (in eo quod homo est) [2] *nusquam ab ejus notitia se possit abscondere ; insuper omnium asserens Sanctorum confortatum esse Principatum* ·

DOMINE . probasti me . & cognovisti me · * *tu cognovisti sessionem meam .* * *& resurrectionem meam·*

Intellexisti cogitationes meas a longe · semitam meam & directionem meam investigasti . & omnes vias meas prævidisti . * *quia non est dolus in lingua mea ·*

Ecce tu . DOMINE . *cognovisti omnia* * *novissima & antiqua ·*

Tu formasti me . * *& posuisti super me manum tuam ·*

Mirabilis facta est scientia tua ex me · * *confortata est .* [3] *nec potero ad eam ·*

Quo ibo a spiritu tuo ? * *& a facie tua quo fugiam ?*

Si ascendero in cælum . tu illic es · * [4] *& si descendero in infernum . ades ·*

Si sumpsero pennas meas ante lucem. * *& habitavero in postremo maris·*

Etenim illuc manus tua deducet me. * *& te-*

DOMINE . probasti me . & cognovisti [5] ÷ me ‡ * tu cognovisti sessionem meam . * & resurrectionem meam ·

Intellexisti cogitationes meas [6] de longe · * semitam meam . & funiculum meum investigasti ·

Et omnes vias meas prævidisti . * quia non est sermo in lingua mea ·

Ecce . DOMINE . ÷ tu ‡ cognovisti omnia novissima & antiqua · * [7] ÷ tu ‡ formasti me . & posuisti super me manum tuam ·

Mirabilis [8] facta est scientia tua ex me · * confortata est . ÷ & ‡ non potero ad eam ·

Quo ibo a spiritu tuo ? * & quo a facie tua fugiam ?

Si [9] ascendero in cælum. tu illic es· * si descendero in infernum . ades ·

Si [10] sumpsero pennas ÷ meas ‡ diluculo . * ÷ & ‡ habitavero in extremis maris ·

Etenim

(1) *Vat.* 84. *omittit verba* , In Finem .

(2) *Vat.* nusquam ab ejus se notitia posset abscondere &c. (3) *Vat.* 84. & non potero .

(4) *Copulam ejus loci omittit D.* 145. *juxta Græc. exemplaria & Aug. Cass. Brun. atque Ver.*

(5) *Ejus loci obelum nesciunt MSS. quibus utimur .*

(6) *Alex.* de longe : semita mea &c. *Vat.* a longe : semitam meam & funem meum ⊖ tu) investigasti . *Et subsequenti versu cum Romano:* quia non est dolus in lingua mea .

(7) *Pal.* tu formasti me , *sine obelo* .

(8) *Vat.* Mirificata est scientia tua &c. *sine ullo obelo . Mart. & Val.* Mirabilis ÷ facta est ‡ scientia ÷ tua ‡ ex me &c. *Thomasius altera Psalt. editione* : mirabilis ÷ facta est ‡ scientia ÷ tua ‡ ex me . *Hujus loci occasione in reprehendendo Thomasio denuò fallitur Vallars.*

(9) *Vat.* Si ascendero Ψ in cælos) tu illic es . ⊖ &) si descendero &c. *Mart.* ÷ tu ‡ illic es . *Contra Val. ex Pal. MS.* tu illic ÷ es ‡ . *Utrumque contra Hebraici textus rationem , & Alex. MS. antiquam ex Heb. Vers. pronomen tu satis exprimit vox* אתה : *verbum es licet sermonis illius natura non exprimat , subintelligit tamen , & obeli nimio plus multiplicari deberent , si quoties verbum ejusmodi Hebraicus fons non exprimit , sed subintelligit , eidem verbo apponendi essent in Latina Versione : & revera idem verbum hoc loco reddit Hieronymus Versione sua, juxta Alex. MS.*

(10) *Vat.* Si assumpsero pennas ÷ meas ‡ a matutino , & inhabitavero . *Pal. etiam copulam præcedentem vocem* habitavero *sine obelo reliquit.*

& tenebit me dextera tua.

*Et dixi. forsitan tenebræ conculcabunt me. * & nox illuminatio mea in deliciis meis.*

*Quia tenebræ non obscurabuntur abs te. * & nox (sicut dies) illuminabitur.*

*Sicut tenebræ ejus. ita & lumen ejus. * quia tu Domine possedisti renes meos. & suscepisti me de utero matris meæ.*

*Confitebor tibi. Domine. quoniam terribiliter mirificatus es. * mira opera tua. & anima mea novit nimis.*

*Non est occultatum os meum abs te. quod fecisti in occulto. * & substantia mea in inferioribus terræ.*

*Imperfectum meum viderunt oculi tui. * & in libro tuo omnes scribentur.*

*Dies formabuntur. & nemo in eis. * Mihi autem nimis honorificati sunt Amici tui. Deus. * nimis confortatus est Principatus eorum.*

*Dinumerabo eos. & super arenam multiplicabuntur. Resurrexi. & adhuc tecum sum. * Si occidas. Deus. peccatores.*

*(Viri sanguinum declinate a me. * quia dicitis in cogitationibus vestris.)* accipient in vanitate civitates suas.*

Nonne qui te oderunt. DEUS*. oderam illos? * & super inimicos tuos tabescebam?*

Per-

Etenim illuc manus tua deducet me. *[1] & tenebit me dextera tua.

Et dixi. Forsitan tenebræ[2] conculcabunt me? Et nox illuminatio mea in deliciis meis.

÷[3] Quia ⁝ tenebræ non obscurabuntur a te. * & nox (sicut dies) illuminabitur. * sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus.

Quia[4] tu possedisti renes meos. * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor[5] tibi. quia terribiliter magnificatus es. * mirabilia opera tua. & anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum a te. quod fecisti[6] in occulto. * & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum[7] meum viderunt oculi tui. * & in libro tuo omnes scribentur. * dies formabuntur. & nemo in eis.

Mihi autem nimis[8] honorificati sunt Amici tui Deus. * nimis confortatus est Principatus eorum.

Dinumerabo eos. & super arenam multiplicabuntur. * Exurrexi.[9] & adhuc sum tecum.

Si occideris. Deus. peccatores. * (viri sanguinum declinate a me.

Quia[10] dicitis in cogitatione.) * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te DOMINE. oderam? * & super inimicos tuos tabescebam?

Per-

(1) *Vat.* & apprehendet me.
(2) *Vat.* Ψ conculcaverunt me: & nox illuminatio in epulatione mea. *Alex.* illuminatio in deliciis meis, *juxta Græc.*
(3) *Sine eo obelo scribunt eo loci MSS. nostri omnes cum Mart. & Val. sed Alex. Vers. ex Hebræo signum illud exigit: hodiernus vero textus Hebræorum pro* quia *resonat* etiam.
(4) *Vat.* Quoniam tu, Domine, possedisti &c.
(5) *Idem*, Confitebor tibi Θ Domine) quia terribiliter magnificatus es: mira opera tua, & anima mea cognoscet valde: *sequioribus autem curis factum legitur*: cognoscit valde.
(6) *Vat.* in obscuro.
(7) *Idem*. Inoperatum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scri Ψ buntur) Per diem formabuntur, & nullus in ipsis.
(8) *Idem*, honorati sunt: & *infra*: nimium confortatus est.
(9) *Idem*, & adhuc tecum sum.
(10) *Alex.* Quia dicis: & *in fine versiculi*, civitates suas. *Vat. insigni discrimine* Quia contemptiosi estis in cogitationibus: accipient in vanitate &c.

*Perfecto odio oderam illos . * [1] & inimici facti sunt mihi ·*

*Proba me Deus . & scito cor meum · * interroga me . & cognosce semitas meas ·*

Et vide si via iniquitatis in me est · & deduc me [2] in viam æternam ·*

Perfecto odio oderam illos . * [3] & inimici facti sunt mihi ·

Proba me Deus . & scito cor meum · * [4] interroga me . & cognosce semitas meas ·

Et vide si via iniquitatis in me est · * & deduc me in via æterna ·

ORATIO·

CÆli [5] . terræque prospector . Deus · (quo moriente inluminata sunt tartara . quo resurgente Sanctorum est multitudo gavisa . quo ascendente Angelorum exultavit caterva .) precamur tantæ gloriæ excellentem virtutem . ut directi in via æterna illo tueamur brachio . quo honorabiles Amici tui tecum gloriantur in cælo · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus . per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

F.VI.V.

PSALMUS CXXXIX.

In Finem · Psalmus David ·

[7] In Finem · Psalmus David ·

Ecclesia Dominum deprecatur . ut ab iniquo diabolo liberetur . dicens in futuro judicio vindictam super eos venturam . qui pauperes ejus insanis motibus persequuntur ·

*ERipe me . Domine . ab homine malo · * a viro iniquo libera me ·*

*Qui cogitaverunt malitias [6] in corde · * tota die constituebant prælia ·*

*Acuerunt linguas suas sicut serpentes · * venenum aspidum sub labiis eorum ·*

Diapsalma ·

*Custodi me . DOMINE . de manu peccatoris · * & ab hominibus iniquis libera me ·*

*Qui cogitaverunt supplantare gressus meos . * absconderunt superbi laqueos mihi ·*

Et

ERipe me. Domine. ab homine malo [8] · * a viro iniquo eripe me ·

Qui cogitaverunt iniquitates in corde . * tota die constituebant prælia ·

Acuerunt [9] linguas suas sicut serpentis · * venenum aspidum sub labiis eorum ·

Diapsalma .

Custodi me. DOMINE. de manu peccatoris · * [10] & ab hominibus iniquis eripe me ·

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos . * absconderunt superbi laqueum mihi ·

Et

(1) *D.* 144. *una cum Vat.* 84. *Aug. & Ver. copulam ejus loci expungunt .*

(2) *Holst. in via æterna .* MSS. nostri , & Faber , & Cajet. & Bruno: *in viam æternam .* Sed LXX. *ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ* , & sic Ambros.

(3) *Alex. & Pal. eam copulam nesciunt . Vat.* oderam eos Θ &) inimici &c. *ita exigente Hebræorum & Græcorum utroque fonte .*

(4) *Vat.* affige me , & scito vias meas .

(5) *Vat.*84. Cæli & terræ , aerisque prospector Deus &c. *apud Thomas. MS. alter loco prospector habet* protector .

(6) *Vat.* 84. in corde suo .

(7) *In Pal. voces* In Finem *desiderantur .*

(8) *Vat.* Θ &) a viro iniquo .

(9) *Alex. & Pal.* Acuerunt linguam suam sicut serpentes . *Vat.* Acuerunt Ψ linguas suas) sicut serpentes . *Græc. γλῶσσαν αὐτῶν · Tum Vat. atque Pal. idem omittunt subsequens* Diapsalma .

(10 *Tacet Alex.* & *copulam . Vat.* Θ &) Ψ a viro) iniquo libera me .

Et funes extenderunt[1] *in laqueum pedibus meis* · * *juxta iter scandalum posuerunt mibi* ·

Diapsalma ·

Dixi DOMINO . *Deus meus es tu* · * *exaudi* DOMINE *vocem orationis meæ* ·

DOMINE . *Domine . virtus salutis meæ* . * *obumbra caput meum in die belli* ·

Ne tradas me a desiderio meo peccatori · * *cogitaverunt adversus me* .* *ne derelinquas me . ne umquam exaltentur* ·

· Diapsalma ·

Caput circuitus eorum .* *labor labiorum ipsorum cooperiet eos* .

Cadent super eos carbones ignis ·* [2] *in ignem dejicies eos* · *in miseriis non subsistent* ·

Vir linguosus non dirigetur super terram · * *virum injustum mala capient*[3] *in interitu* ·

Cognovi quoniam faciet DOMINUS *judicium inopum*.* *& vindictam pauperum* ·

Veruntamen justi confitebuntur nomini tuo · * *& babitabunt recti cum vultu tuo* ·

Et [4] funes extenderunt in laqueum .* juxta iter scandalum posuerunt mihi ·

Diapsalma ·

Dixi [5] Domino . Deus meus es tu ·* exaudi DOMINE vocem deprecationis meæ ·

DOMINE . Domine virtus salutis meæ . * obumbrasti [6] ÷ super ‡ caput meum in die belli ·

Ne [7] tradas me . DOMINE . a desiderio ÷ meo‡ peccatori· * cogitaverunt contra me . ne derelinquas me . * ne forte exaltentur ·

Diapsalma ·

Caput circuitus eorum . * labor labiorum ipsorum [8] operiet eos ·

Cadent super eos [9] carbones . * in ignem dejicies eos · * in miseriis non subsistent ·

Vir linguosus non dirigetur in terra · * virum injustum mala capient in interitu ·

Cognovi quia faciet DOMINUS judiciũ inopia* ÷ &‡ vindictã pauperũ·

Verumtamen Justi confitebuntur nomini tuo · * [10] ÷ & ‡ habitabunt recti cum vultu tuo ·

ORATIO ·

VIrtus salutis nostræ . Deus . defende Ecclesiam a diffidentium veneno mortifero . ut a te obumbrati numquam obligemur a laqueis inimici · Per·

(1) *Uterque Archivi MS. unà cum Vat.* 84. *& Brun.* in laqueo .

(2) *Vat.*84. *addita copula* , & in ignem . *Aug. & Ver. omissis vocibus* in ignem *præfert* : & dejicies eos .

(3) *Holst. in interitum* . Sic Ambros. sed MSS. omnes , & Faber, & Cajet. *in interitu*: at LXX. *εἰς καταφθοράν* , vel ut MS. Barberini *διαφθοράν* .

(4) *Vat.* Et funibus prætenderunt laqueum pedibus meis , detinentes semitas scandalum apposuerunt mihi : *quod sequitur deinde* Diapsalma *idem MS. una cum Pal. omittit* .

(5) *Alex.* Dixi : Domie &c. *infra Mart. & Val.* ÷ ex ‡ audi . Vat. *pro* exaudi *habet* auribus percipe .

(6) *Eum obelum Vat. nescit . Pal. verò versiculo subjungit* Diapsalma .

(7) *Alex.* Non tradas , Domine &c. *præteritque deinde cum Pal. & Vat. obelum . Vat.* Non tradas me Domine , a desiderio meo peccatori . Cogitaverunt adversus me , non me derelinquas, ne quando exaltentur . *Pal. subsequens præterit* Diapsalma .

(8) *Alex.* operuit eos .

(9) *Vat.* carbones ⊖ ignis) in ignem . *Deinde duobus , qui proxime sequuntur , versibus Rom. exprimit : eorum ultimo occurrentem obelum MSS. nostri omnes omittunt* .

(10) *Vat. eam copulam sine obelo scribit, quam longe melius prorsus omittunt Alex. & Pal. Hieronymus ad Sunn. docet eam supervacuare* .

ALIA.

CUstos omnium Fidelium. Deus; tuere nos ab insidiis iniquorum. ut justificati confiteamur Nomini sancto tuo. & habitemus recti in conspectu tuo. Per.

F.VI.V.

PSALMUS CXL.

Psalmus David.

Supplicat Propheta ut inter istos Mundanos actus a diversis liberetur erroribus. [1] ne in peccatorum retiacula cadat.

DOMINE. *clamavi ad te. exaudi me. * intende voci orationis meæ dum clamavero ad te.*

*Dirigatur oratio mea * (sicut incensum) in conspectu tuo.*

*Elevatio manuum mearum * sacrificium vespertinum.*

Pone. DOMINE. *custodiam ori meo. * & ostium circumstantiæ labiis meis.*

*Ut non declines cor meum in verbum malum. * ad excusandas excusationes in peccatis.*

*Cum hominibus operantibus iniquitatem. * [2] & non combinabor cum electis eorum.*

*Corripiet me justus in misericordia & increpabit me. * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

*Quoniam [3] adhuc oratio mea in beneplacitis eorum. * absorpti sunt. continuati petræ. * judices eorum. audient verba mea. quoniam potuerunt.*

Sicut

Psalmus David.

DOMINE. clamavi ad te. exaudi me. * intende [4] voci meæ cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea (sicut incensum) in conspectu tuo. *elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone. DOMINE. custodiam ori meo. * ÷ & : ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ. * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem. * [5] & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia. [6] & increpabit me. * oleum ÷ autem: peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc [7] ÷ & : oratio mea in beneplacitis eorum. * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea. quoniam potue-

(1) *Quæ hinc usque ad Tituli hujus finem sequuntur Vat. nescit.*

(2) *Holst. & non combinabor* MSS. nostræ Basilicæ, & Cajet. legunt, *comminabor*: sed LXX. συνδυάσω. MS. Florent. *communicabor*, pro quo in editione Fabri, & Versione Sixtinæ, *communicabo*. At *comminabor* sine dubio corruptum ex *combinabor*: sic etiam vetus Glossarium *combino* συνδυάζω, & S. Bruno ita legit.

(3) *Holst. Quoniam adhuc & oratio mea.* MSS. omnes antiqui & recentes, & Faber, & Cajet. & Bruno pro & legunt *est*; sed contra LXX. & Hebræos.

Et observati a nobis D. 145. atque Vat. 84. cum Cass. legunt: adhuc est oratio. *Cetera copulam quam heic cum Ambros. omittit Psalt. Romanum, retinent cum Græc. & Heb. Aug. Bruno, & Ver.*

(4) *Vat. in præsenti versu Rom. sequitur: & primum, qui hinc occurrit, deinceps obelum delet.*

(5) *Vat.* & non conbinabo eum electis eorum.

(6) *Vat.* & arguet me: oleum &c. *Alex.* & increpavit me.

(7) *Expungendus eo loco obelus videtur, quem non tuentur MSS. nostri, non vetus ex Heb. Alex. Vers. non Hebræus fons, non Mart. aut Vallars.*

Sicut crassitudo terræ eructat super terram . [1] dissipata sunt ossa nostra secus infernum ·*

Quia ad te . DOMINE *. Domine oculi mei · * in te speravi . ne auferas animam meam ·*

*Custodi me a laqueo . (quem statuerunt mibi) * [2] & a scandalis operantibus iniquitatem ·*

*Cadent in retiaculum ejus peccatores · * singulariter sum ego donec transeam ·*

tuerunt ·* sicut crassitudo terræ [3] erupta est super terram ·.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum ·* Quia ad te . DOMINE . Domine oculi mei . * in te speravi . non auferas animam meam ·

Custodi me [4] a laqueo (quem statuerunt mihi) * & a scandalis operantium iniquitatem ·

Cadent [5] in retiaculo ejus peccatores · * singulariter sum ego donec transeam ·

ORATIO·

POne . Domine . custodiam ori nostro . ne inania proferamus . ut misericordia tua correpti ab omnibus iniquitatum scandalis protegamur · Per·

PSALMUS CXLI. F.VI.V.

Intellectus . David . cum esset in spelunca . [6] Oratio ·

Intellectus . David . cum esset in spelunca . Oratio ·

Christus ad Patrem clamat dolos Judaicæ persecutionis exponens . liberarique se de inferno deprecatur . quoniam omnium Sanctorum fides in ejus Resurrectione pendebat ·

VOce mea ad DOMINUM *clamavi .* voce mea ad* DEUM *deprecatus sum ·*

Effundam in conspectu ejus orationem meam . & tribulationem meam ante ipsum [7] pronunciem ·*

In deficiendo in me spiritum meum · Et tu cognovisti semitas meas ·*

VOce mea ad DOMINUM clamavi .* voce mea ad DOMINUM deprecatus sum ·

Effundo in conspectu ejus [8] orationem meam .* ÷ & ⁝ tribulationem meam ante ipsum pronuncio ·

In [9] deficiendo ex me spiritum meum ·* Et tu cognovisti semitas meas ·

(1) *Holst. Dissipata sunt ossa mea.* MSS. omnes, Faber , Ambrof. & Cajet. & Bruno legunt *nostra* ; atque ita LXX. editionis Sixtinæ , & ceteri Interpretes a Flaminio laudati in notis , Symmachus , Aquila , & V. editio , & ipsi Hebræorum fontes : alii legunt ὀστᾶ αὐτῶν , *ossa eorum* , ut Complutens . MS. Barberini , Apollinaris , & alii . Sed lectionis *ossa mea* nullum vestigium apud veteres apparet , & ideo MSS. Codicum lectio restituenda .

(2) *Holst. a scandalis operantium* . MS. melior & recentior uterque , & Bruno , & Faber, & Cajet. *operantibus* : id ex ambiguitate LXX. ἀπὸ σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν , ortum & hoc veteris Interpretis erratum puto ab Hieronymo correctum .

(3) *Vat.* eructat , *juxta Rom. pro* erupta est .

(4) *Vat.* a laqueo ⊙ hoc) quem &c. *Paullo infra Alex.* & scandalis &c. *omissa præpositione* a . (5) *Vat.* in setia ejus .

(6) *Postremam hanc Tituli vocem* oratio· D. 145. *omittit* .

(7) *Vat.* 84. *cum Cass. & Ambrof.* pronuncio .

(8) *Alex.* deprecationem meam : *tum illico sequentem copulam & obelum simul cum Pal. & Vat. expungit , quod & a Vat. ob Pal. MS. & consentientes Heb. atque Græc. fontes præstatur* .

(9) *Vat.* In deficiendo Ψ. in) me spiritum meum , & tu cognovisti Ψ semitam) meam .

In via hac. qua ambulabam. abscon- derunt* [1] *superbi laqueos mibi.*

Considerabam a dextris. & videbam. & non erat qui agnosceret me.*

Periit fuga a me. & non est qui requirat animam meam.*

Clamavi ad te. DOMINE. *dixi. Tu es spes mea.* portio mea in terra viventium.*

Intende in orationem meam. quia humiliatus sum nimis.*

Libera me a persequentibus me. quoniam confortati sunt super me.*

Educ de carcere animam meam. ad confitendum nomini tuo. Domine.*

Me expectant justi. donec retribuas mibi.*

In via hac. [2] qua ambulabam.* absconderunt laqueum mihi.

Considerabam [3] ad dexteram. & videbam. * & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me. * [4] & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te. DOMINE. dixi. [5] Tu es spes mea. * portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam.* quia humiliatus sum [6] nimis.

Libera me a persequentibus me.* quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam.* ad confitendum nomini tuo. * me expectant justi. donec retribuas mihi.

ORATIO.

DEprecantes. Domine. voce humili pietatem tuam exposcimus. ut adjuti a te Spe nostra. portionem cum Electis tuis in terra viventium sortiamur. Per.

F.VI.M. PSALMUS CXLII.

Psalmus David. [7] quando eum filius suus persequebatur.

Psalmus [9] David. ÷ quando persebatur eum Absalon filius ejus :

Propheta ex persona uniuscujusque Fidelis supplicans sibi Domini misericordiam subvenire. rogat Dominum Christum. ne cum servo suo velit inire judicium. velociterque [8] *pervenire se petit ad veniam. ne ab inimicorum tardetur insidiis.*

DOMINE *exaudi orationem meam.* auribus percipe obsecrationem*

DOMINE exaudi orationem meam.* auribus percipe [10] obsecrationem

(1) *Vocem* superbi *bujus loci omissum uterque Archivi MS. ut & Vat.* 84. *Aug. Cass. Brun. & Ver.*

(2) *Alex.* quam ambulabam. *Vat. sequiori cura præsenti versu Romano similis factus legitur.*

(3) *Vat.* a dextris. *Pal. infra:* ÷ & : non erat &c. *minus tamen ad rem.*

(4) *Meritò hoc loco idem Pal.* ÷ & : non est &c. *Alex.* Perit fugam a me, & non est qui sequiret &c.

(5) *Vat.* Tu ÷ es : spes mea.

(6) *Idem Vat. pro* nimis *præfert* valde. *Et sequentibus statim versiculis.*

Eripe me de persequentibus me, quoniam prævaluerunt super me.

Educ de carcere animam meam &c.

(7) *Vat.* 84. quando persequebatur eum Filius ejus Absalon.

(8) *Vat.* supervenire petit ad veniam.

(9) *MSS. nostri neglecto obelo varie Titulum efferunt. Vat.* Psalmus ipsi David, quando eum suus filius persequebatur. *Alex. quem Tomasius pro Romano hoc Psalmo habet, eundem exhibet. Pal.* Psalmus David, quando eum suus filius persequebatur.

(10) *Vat.* deprecationem meam. *Pal. infra:* ÷ ex : audi me.

*nem meam. * in veritate tua exaudi me in tua justitia.*

Et [1] *ne intres in judicium cum servo tuo. * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

*Quia persecutus est inimicus animam meam. * humiliavit in terra vitam meam.*

*Collocavit me in obscuro sicut mortuos sæculi. * & anxiatus est in me spiritus meus. ** [2] *in me turbatum est cor meum.*

*Memor fui dierum antiquorum. * & meditatus sum in omnibus operibus tuis. * & in factis manuum tuarum* [3] *meditabar.*

*Expandi manus meas ad te. * anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Diapsalma. *velociter exaudi me.*

DOMINE. *defecit spiritus meus. ne avertas faciem tuam a me. * & ero similis descendentibus in lacum.*

*Auditam mihi fac mane misericordiam tuam. * quia in te speravi. Domine.*

*Notam mihi fac viam in qua ambulem. * quia ad te. Domine. levavi animam meam.*

Eripe me de inimicis meis. DOMINE. *ad te confugi. doce me facere voluntatem tuam. * quia tu es Deus meus.* *Spiri-*

(1) *Holst. Et ne intres in judicium.* MS. melior, & Bruno, & Faber, *in judicio*: sed Septuaginta *εἰς κρίσιν*, & ita Gregor. Magnus Moral. lib. 18. cap. 26. & Ambros.

(2) *MS. Archivi uterque cum Vat.* 84. *& Brun. addita copula*: & in me.

(3) *MSS. Archivi & Vat.* 84. *cum Ambros.* meditabor.

(4) *MSS. nostri omnes*, in judicio.

(5) *Vat.* in tenebris sicut mortuos æterni: & anxiatus est &c.

(6) *Vat.* Memoratus sum dierum antiquorum, & meditatus sum ....., ʘ & in factis manuum tuarum meditabor.

(7) *Mart. & Val.* ※ sicut ⁝ terra &c. *contradicentibus nostris MSS. omnibus, & Græco textu scribente ὡς γῆ ἄνυδρός σοι.*

tionem meam. * in veritate tua exaudi me in tua justitia.

Et non intres [4] in judicium cum servo tuo. * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam. * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me [5] in obscuris sicut mortuos sæculi. * & anxiatus est super me spiritus meus. * in me turbatum est cor meum.

Memor [6] fui dierum antiquorum. * meditatus in omnibus operibus tuis. * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te. * anima mea [7] sicut terra sine aqua tibi.

Diapsalma.

Velociter exaudi me. DOMINE. * defecit spiritus meus.

Non [8] avertas faciem tuam a me. * & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam. * quia in te speravi [9].

Notam fac mihi viam. [10] in qua ambulem. * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis DOMINE. [11] ad te cofugi. * doce me facere voluntatem tuam. quia Deus meus ÷ es ⁝ tu. Spiri-

Quod vero huic versiculo subjungitur Diapsalma *ad finem proxime sequentis Pal. repræsentat.*

(8) *Alex.* Non avertat.

(9) *Vocem* Domine *juxta Rom. heic Vat. addit, prosequiturque alterum versiculum*: Notam mihi fac, Domine, viam in quam ambulem: quoniam ad te ʘ Domine) levavi.

(10) *Et Alex.* in quam ambulem.

(11) *Vat.* ʘ quia) ad te confugi: *& in fine ℣. sine obelo*, quia tu es Deus meus. *Martianæus*, quia Deus meus ÷ es tu. *Omissis, fortasse typographi incuria, grandioribus punctis. His pone pronomen tu locum statuit pro Mart. Vallars. in eumque censoriam virgulam ut exerceat, ubi liquido non constat, quod & cum Thomasio factum haud raro notavimus, eum errasse comminiscitur.*

*Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam • * propter nomen tuum.* DOMINE . *vivificabis me in æquitate tua •*

*Et educes de tribulatione animam meam • * & in misericordia tua disperdes inimicos meos •*

*Et perdes omnes qui tribulant animam meam . * quoniam servus tuus ego sum •*

Spiritus tuus bonus deducet me [1] in terram rectam • * propter nomen tuum . DOMINE . vivificabis me in æquitate tua •

Educes [2] de tribulatione animam meam • * & in misericordia tua disperdes inimicos meos •

Et perdes omnes qui tribulant animam meam • * quoniam ego servus tuus sum •

ORATIO•

DEus . qui matutinam sacræ Resurrectionis tuæ auditam fecisti jocunditatem . cum ex inferno rediens replesti terram gaudiis . quam reliqueras in obscuris . rogamus potentiæ tuæ ineffabilem Majestatem . ut sicut tunc catervam Apostolicam gaudere sacra fecisti in Anastasi . ita hanc Ecclesiam tuam misericordiam expansis manibus flagitantem . splendore cælestis jubaris inlustrare digneris . Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus &c.

S.V. PSALMUS CXLIII.

[3] David ad Goliam •

÷ Psalmus ⁝ David ÷ adversus Goliath ⁝

Bellum istud Davidicum ad designandum certamen Domini Salvatoris est præmissum • [4] ut sicut iste Goliam saxei teli dimicatione prostravit . ita per Petram (quæ est Christus) fortitudo diabolica vinceretur •

B*Enedictus* DOMINUS *Deus meus . qui docet manus meas ad prælium . * & digitos meos ad bellum •*

Misericordia mea & refugium meum . susceptor meus . & liberator meus •*

Protector meus . & in ipso speravi . subjiciens populos sub me •*

DOMINE . *quid est homo . quod innotuisti ei ? * aut filius hominis . quoniam reputas eum ?*

*Homo vanitati similis factus est • * dies*

BEnedictus DOMINUS Deus meus.* qui docet manus meas ad prælium . * [5] ÷ & ⁝ digitos meos ad bellū•

Misericordia mea . & refugium meum • * susceptor meus . & liberator meus •

Protector meus . [7] & in ipso speravi.* qui subdit populum meum sub me•

DOMINE . quid est homo . [8] quia innotuisti ei ? * ÷ aut ⁝ filius hominis. quia reputas eum ?

Homo

(1) *Alex.* in terra recta . *Et ad finem versus Vat.* in justitia tua .

(2) *Vat.* ʘ Et) educes &c.

(3) *MSS. Archivi :* David adversus Goliat. *Vat.* 84. Psalmus David cum pugnasset adversus Goliad. *MS. alter a Thomasio notatus :* Psalmus David in Goliam .

(4) *Vat.* ut sicut Goliad teli dimicatione prostravit , ita &c.

(5) *MSS. nostri utrumque obeli signum nesciunt; tum varie & heic Titulum efferunt. Alex. & Pal. primam vocem omittunt cum Vat. qui Vat. habet :* ipsi David ad Goliam .

(6) *Rectius quidem ipsam copulam , quam & Græc. quo utimur , exemplar nescit , Alex. MS. omittit .*

(7) *Alex.* & in eo speravi : *tum cum Pal.* qui subdit : *Vat. secundis curis factum exhibet :* qui subdidit .

(8) *Vat.* quod innotuisti ei ÷ aut ⁝ filius hominis quoniam Ψ cogitas) cum . *Pal. obelum præterit cum Alex.*

dies ejus (sicut umbra) prætereunt ·

DOMINE *inclina cælos tuos . & descende . * tange montes . & fumigabunt ·*

*Corusca coruscationes tuas & dissipabis eos . * emitte sagittas tuas . * & conturbabis eos ·*

*Emitte manum tuam de alto . * eripe me & libera me de aquis multis . * & de manu filiorum alienorum .*

*Quorum os locutum est vanitatem . * & dextera eorum dextera iniquitatis ·*

*Deus canticum novum cantabo tibi . * in psalterio decem chordarum psallam tibi ·*

*Qui das salutem regibus . * qui liberas David servum tuum de gladio maligno ·*

*Eripe me & libera me de aquis multis . * & de manu filiorũ alienorũ ·*

*Quorum os locutum est vanitatem . * & dextera eorum dextera iniquitatis ·*

*Quorum filii (sicut novellæ plantationes) * [1] stabiliti a juventute sua ·*

*Filiæ eorum compositæ . * circumornatæ ut similitudo templi ·*

*Promptuaria eorum plena . * [2] eructantia ex hoc in illud ·*

Oves

Homo vanitati [3] similis factus est . * dies ejus (sicut umbra) prætereunt ·

DOMINE inclina cælos tuos . & descende . * tange montes . & fumigabunt ·

Fulgura [4] coruscationem . & dissipabis eos . * emitte sagittas tuas . & conturbabis eos ·

Emitte manum tuam [5] de alto. * eripe me . & libera me de aquis multis . * de manu filiorum alienorum ·

Quorum os locutum est vanitatem · * & dextera eorum dextera iniquitatis ·[6]

Deus canticum novum cantabo tibi . * in psalterio dechacordo psallam tibi ·

Qui das salutem regibus . * qui redemisti David [7] servum tuum de gladio maligno . eripe me ·

Et [8] erue me de manu filiorum alienorum . * quorum os locutum est vanitatem . * & dextera eorum dextera iniquitatis ·

Quorum filii [9] (sicut novellæ plantationes) * in juventute sua ·

Filiæ eorum [10] compositæ . * circumornatæ ut similitudo templi ·

Promptuaria eorum plena . * eructantia [11] ex hoc in illud ·

Oves

(1) *Holst. stabiliti a juventute sua .* Sic Bruno . At MS. noster antiquior & melior legit *stabilita* , quod quidam eradendo interpolare conatus est : Septuaginta tamen , ceterique Interpretes græci antiqui posteriori huic lectioni favent ; ut & Ambros. nam LXX. *ἡδρυμμένα* legunt : Aquila *μεμεγαλυμμένα* : Symmachus *ηὐξημένα* : omnes scilicet hanc vocem ad *νεόφυτα* , hoc est , *novellas plantationes* referentes , non ad filios : atque ita S. Augustinus *constabilita* legit in suo Cod. *Vat.* 84. sicut novellæ plantationum stabilitæ, *confirmans observationem , quam nihili fecisse constat Psalterii hujus Romanos Editores cum Parisiensi & Veronensi , qui facile Romanam Editionem exscripserunt .*

(2) *Holst. eructantia .* Uterque MS. noster , *eructuantia .*

(3) *Vat.* adsimilatus est : *& infra non* prætereunt , *sed* transeunt .

(4) *Vat.* Corrusca Ψ corruscationes tuas) & dissipabis eos : mitte sagittas &c.

(5) *Vat.* de alto , Θ &) eripe me . *Pal. vero paullo inferius addita copula* : & de manu &c.

(6) *Habet eo loci Pal.* Diapsalma : *& insequentem statim versiculum Vat. juxta Rom. exprimit .*

(7) *Pal.* servum suum , *sed sequiori cura factum . Vat.* qui Ψ liberas David servum tuum) de gladio . *Alex.* qui redimit David servum suum &c.

(8) *Vat. addito hemistichio cum Rom.* & libera me Θ de aquis multis) & de manu filiorum alienorum &c. *Alex.* Et eripe me de manu filiorum alienigenorum &c.

(9) *Alex. cum Pal.* sicut novellæ: *prosequitur Vat.* plantationis Θ stabilitæ) Ψ a) juventute sua.

(10) *Pro* compositæ *Vat.* decoratæ *exhibet .*

(11) *Vat.* ex hoc in hoc .

*Oves eorum fœtosæ . abundantes in itineribus suis · * boves eorum crassæ ·*

*Non est ruina maceriæ . neque transitus . * neque clamor in plateis eorum ·*

*Beatum dixerunt populum . cui hæc sunt · * beatus populus . cujus* DOMINUS *Deus eorum ·*

Oves eorum fœtosæ . * [1] abundantes in egressibus suis · * boves eorum crassæ ·

Non est ruina maceriæ . neque transitus. * neque clamor in plateis eorum ·

Beatum [2] ÷ dixerunt ⁝ populum . cui hæc sunt · * beatus populus. cujus DOMINUS Deus ejus ·

ORATIO·

DOce nos . Domine . spiritalibus armis noxialibus culpis resistere . ne vanitati Mundanæ subjecti a tui juris dominatione pellamur · Per ·

ALIA·

DUx & doctor victoriæ nostræ . Deus . concede nobis tales fieri . ut valeamus resistere & superare omnes adversarios nostros · & mitte manum tuam de alto ad protegendum nos inter hujus sæculi tempestates . ut magnificemus nomen sanctum tuum . dicentes · Beatus populus . cujus Dominus Deus ejus · Per ·

S.V. PSALMUS CXLIV.

Laudatio [1] ipsi David ·

Laudatio ipsi David .

Laudationem Domini Propheta variis narrationibus explicat ·

Aleph· *EXaltabo te Deus rex meus · * & benedicam nomen tuum in æternum. & in sæculum sæculi·*

Beth· *Per singulos dies benedicam te · * & laudabo nomen tuum in æternum . & in sæculum sæculi ·*

Gimel· *Magnus* DOMINUS *. & laudabilis nimis . * & magnitudinis ejus non est finis ·*

Daleth · *Generatio & generatio . laudabunt opera tua . * & potentiam tuam*

Aleph· EXaltabo te Deus meus [3] rex . * & benedicam [4] nomini tuo in sæculum. * & in sæculum ÷ sæculi ⁝

Beth · Per singulos dies benedicam tibi · * & laudabo nomen tuum in sæculum . & in sæculum ÷ sæculi ⁝

Gimel· Magnus DOMINUS . & laudabilis nimis . * & magnitudinis [5] ejus non est finis ·

Daleth· Generatio & generatio [6] laudabit

(1) *Vat.* abundantes Ψ in itineribus) suis . *Proxime sequenti versiculo idem MS. vocem* maceriæ *obelo notat .*

(2) *Vat.* Beatificaverunt populum cujus sunt ista, ⁊ beatus populus cujus ⊖ est) Dominus Deus Ψ eorum) . *Cetera obelum , quo vox* dixerunt *resecatur , rectius MSS. nostri omnes omittunt ; illud enim Hebraici fontis* אשרי *optime exponitur* beatum dixerunt *, sicut & illud Græc.* ἐμακάρισαν .

(3) *Vocem* ipsi *omittunt uterque Archivi MS. sicut & pro Gallicano exemplari eandem Alex. præterit .*

(4) *Vat.* nomen tuũ, *juxta Rom. & Alex. & Pal. omittunt librarii oscitantia Hebraica elementa: insuper cum Vat. & hujus versiculi atque proxime sequentis obelos .* (5) *Vocem* ejus *Pal. nescit .*

(6) *Pal. cum Alex.* laudabunt : *Vat. prosequitur :* opera tua & virtutem tuam pronuntiabunt .

tuam pronunciabunt·

He· *Magnificentiam majestatis tuæ ⁚ & sanctitatem tuam loquentur · * & mirabilia tua narrabunt·*

Vau· *Virtutem* [1] *terribiliorum tuorum dicent · * & magnitudinem tuam narrabunt·*

Zain· *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt · * & justitia tua exultabunt·*

Heth· *Misericors & miserator* . DOMINUS . * *patiens & multum misericors·*

Theth· *Suavis* DOMINUS *universis . * & miserationes ejus super omnia opera ejus·*

Jod· *Confiteantur tibi* . DOMINE . *omnia opera tua · * & Sancti tui benedicent te·*

Caph· *Gloriam regni tui dicent . * & potentiam tuam loquentur·*

Lamed· *Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam . * & gloriam magnificentiæ Regni tui·*

Mem· *Regnum tuum . Domine . regnum omnium sæculorum · * & dominatio tua in omni generatione & progenie·*

Fidelis DOMINUS *in verbis suis . * & sanctus in omnibus operibus suis·*

Samech· *Allevat* DOMINUS *omnes* [2] *qui ruunt . * & erigit omnes elisos·*

Ain· *Oculi omnium in te sperant.*

 Domi-

dabit opera tua · * & potentiam tuam pronunciabunt·

He· Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ [3] loquentur · * & mirabilia tua narrabunt·

Vav· Et virtutem terribilium tuorum dicent · * [4] & magnitudinem tuam narrabunt.

Zain· Memoriam [5] abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt · * & justitia tua exultabunt·

Heth· Miserator & misericors DOMINUS. * patiens [6] & multum misericors·

Theth· Suavis [7] DOMINUS universis · * & miserationes ejus super omnia opera ejus·

Jod· Confiteantur tibi . DOMINE ⁚ omnia opera tua · * & Sancti tui [8] benedicant tibi·

Caph· Gloriam Regni tui dicent . * & potentiam tuam loquentur·

Lamed· Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam . * & gloriam magnificentiæ Regni tui·

Mem· Regnum tuum . regnum omnium sæculorum · * & dominatio tua in omni generatione [9] & generationem·

÷ Fidelis [10] DOMINUS in omnibus verbis suis . * & sanctus in omnibus operibus suis ⁚

Samech· [11] Allevat DOMINUS omnes qui corruunt · * & erigit omnes elisos·

Ain· Oculi omnium in te sperant. [12]

 Domi-

(1) *Holst. virtutem terribilium.* Uterque Codex, & recentior noster, & Cajet. *terribiliorum*, & S. Bruno , in quo interpolatum .

(2) *Vat.* 84. *cum. Cass.* qui corruunt .

(3) *Rectè vocem* loquentur *obelo resecat Vat. tum pro* narrabunt *præfert* enarrabunt .

(4) *Vat.* & ⁜ mirabilia tua) annuntiabunt . *Alex.* loquentur *pro* narrabunt *Vulgata* .

(5) *Vat.* Memoriam multitudinis suavitatis tuæ &c.

(6) *Idem* : & multæ misericordiæ , *postquam in superioribus hujus versiculi ea ratione verba disposuerat , qua Rom. exhibet .*

(7) *Vat.* suavis Dominus ⊖ in) omnibus : & miserationes &c. *tum tres proxime sequentes versiculos idem MS. juxta Rom. describit .*

(8) *Alex.* confiteantur tibi .

(9) *Alex.* & progenie .

(10) *Sine obelo , oscitante Antiquario , hunc versum exhibent Vat. & Pal.*

(11) *Vat.* Confirmat Dominus omnes ruentes , & erigit &c.

(12) *Recte quidem MSS. nostri omnes vocem* Domine *prætermittunt , quæ neutro in fonte resonat : si vero non omittatur , deberet obelo notari , quod neque Thomasius , neque Hieronymiani Editores præstarunt . Vat. prosequitur :* & tu das escam ⁜ illis) in tempore .

*Domine · * & tu das escam illis in tempore opportuno ·*

Phe · [1] *Aperis tu manum tuam . * & imples omne animal benedictione ·*

Sade · *Justus* DOMINUS *in viis suis . * & sanctus in omnibus operibus suis ·*

Coph · *Prope est* DOMINUS *omnibus invocantibus eum * in veritate ·*

Res · [2] *Voluntatem timentium se faciet . * & orationes eorum exaudiet · & salvos faciet eos ·*

Sin · *Custodit* DOMINUS *omnes diligentes se . * & omnes peccatores disperdet ·*

Tau · *Laudem* DOMINI *loquetur os meum · * & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus in æternum . * & in sæculum sæculi ·*

Domine · * & tu das escam illorum in tempore opportuno ·

Phe · Aperis ÷ tu ‡ manum tuam. * [3] & imples omne animal benedictione ·

Sade · Justus DOMINUS in omnibus viis suis . * & sanctus in omnibus operibus suis ·

Coph · Prope est DOMINUS omnibus invocantibus eum . * [4] omnibus invocantibus eum in veritate ·

Res · Voluntatem timentium se faciet . * & deprecationem eorum [5] exaudiet · & salvos faciet eos ·

Sin · Custodit DOMINUS omnes diligentes se · * & omnes peccatores disperdet ·

Tau · Laudationem DOMINI [6] loquetur os meum · * & benedicat omnis caro nomini sancto ejus . * in sæculum . & in sæculum ÷ sæculi ‡

ORATIO ·

Regnator omnium sæculorum . Domine . qui spiritalem cibum omni animæ opportuno ministras in tempore . concede nobis te perpetualiter benedicere . tuamque potentiam cum Electis tuis fiducialiter exaltare · Per ·

ALIA ·

Prope esto . Domine . omnibus invocantibus te in veritate . imple devotionem timentium te . & deprecationem eorum exaudi . ut salvi a te facti diligamus te . & benedicamus nomen sanctum tuum · Per ·

PSAL-

(1) *Holst. aperis manum tuam* . Omnes MSS. & Faber , & Cajet. & Ambros. *aperis tu manum*; atque ita LXX. *ἀνοίγεις σὺ* , & Hebr. & sic S. Bruno .

(2) *Vat.* 84. Voluntates timentium se faciet , orationes &c. *omissa copula* .

(3) *Vat. haud perperam superiori obelo neglecto heic habet* : & adimples .

(4) *Vat.* omnibus qui invocant eum in veritate . *Thomasius in altero Psalt. Mart. & Val.* ※ omnibus invocantibus eum ‡ in veritate , *quod minus recte se habet si nostrum τῶν ὁ exemplar respicias* .

(5) *Pal.* ÷ ex ‡ audiet : *tum Vat. prosequitur* , & salvabis eos .

(6) *Alex.* loquitur os meum : *& infra* , nomen sanctum ejus *pro* nomini sancto ejus . *Demum Pal. & Vat. obelum nesciunt* .

PSALMUS CXLV.

S.V.

ALLELUJA

ALLELUJA

÷ Aggæi & Zachariæ :

Propheta dicit in hominibus minime confidendum . ſed totam ſpem in Domino eſſe ponendam . ne aliquid ab eo peteretur tepide . ſi & alius crederetur poſſe præſtare :

Lauda anima mea DOMINUM . * *laudabo* DOMINUM *in vita mea* . * *pſallam Deo meo quamdiu ero :*

Nolite confidere in principibus . * *neque in filiis hominum . in quibus non eſt ſalus* .

Exiet ſpiritus ejus . revertetur in terram ſuam . * *in illa die peribunt omnes cogitationes eorum* .

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus . * *ſpes ejus in* DOMINO *Deo ipſius* .

Qui fecit cælum & terram . * *mare & omnia quæ in eis ſunt* .

Qui cuſtodit veritatem in ſæculum . * *facit judicium injuriam patientibus . dat eſcam eſurientibus* .

DOMINUS *erigit eliſos* . * DOMINUS *ſolvit compeditos* . * DOMINUS *illuminat cæcos* . * [1] DOMINUS *dirigit juſtos* .

DOMINUS *cuſtodit advenam* . * *pupillum &* [2] *viduam ſuſcipiet* . * *& viam Peccatorum exterminabit* .

Regnabit DOMINUS *in æternum* . * *Deus tuus (Sion) in ſæculum ſæculi* .

Lauda anima mea DOMINUM . * laudabo DOMINUM in vita mea . * pſallam Deo meo quamdiu [3] fuero .

Nolite confidere in principibus . * [4] in filiis hominum . in quibus non eſt ſalus .

Exibit [5] ſpiritus ejus . & revertetur in terram ſuam . * in illa die peribunt ÷ omnes : cogitationes eorum .

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus . * ſpes ejus in DOMINO Deo ipſius . qui fecit cælum & terram . * mare & omnia quæ in eis ſunt .

Qui cuſtodit veritatem in ſæculum . * [6] facit judicium injuriam patientibus . * dat eſcam eſurientibus .

DOMINUS ſolvit compeditos . * DOMINUS illuminat cæcos .

DOMINUS erigit [7] eliſos . * DOMINUS diligit juſtos .

DOMINUS cuſtodit advenas . * pupillum & viduam ſuſcipiet . * [8] & vias Peccatorum diſperdet .

Regnabit DOMINUS [9] in ſæcula . * Deus tuus (Sion) in generationem & generationem .

ORA-

(1) *Holſt.* *Dominus diligit juſtos* . MSS. omnes, & Cajet. legunt , *dirigit* : ſed apud LXX. ἀγαπᾷ S. Bruno quoque exponit : *quia ipſius gratia eſt , quòd a recto itinere non diſcedunt* .

(2) *Holſt.* *Viduam ſuſcipiet.* MSS. noſtri, & Cajet. *ſuſcipit* ; ſic etiam recentior MS. noſter . At S. Bruno , *ſuſcipiet* , cum LXX. ἀναλήψεται.

(3) *Vat. juxta Rom.* ero .

(4) *Idem Vat.* neque in filiis hominum ⊖ in) quibus non eſt ſalus . *Voculam* in *prorſus omittunt juxta utrumque , Græc. & Heb. fontem , MSS. Pal. & Alex.*

(5) *Alex.* ſpiritus eorum , & revertetur in terra ſua &c. *tum cum Pal. & Vat. minus bene vocem* omnes *ſine obelo ſcribit* .

(6) *Vat.* faciens judicium &c. *Quæ vero ſequentibus duobus verſiculis habentur MS. idem ita diſponit* : Alleluja . Dominus ſolvit compeditos : Dominus erigit eliſos .

Dominus illuminat cæcos : Dominus diligit juſtos.

(7) *Alex.* & *Pal.* alliſos .

(8) *Alex. & Pal.* & viam , *minori numero*.

(9) *Vat. heic Rom. ſequitur . Pal. infra* : in generatione & generationem :

ORATIO.

GLoriose omnipotens Deus, in quem Beatorum animæ totam spei confidentiam ponunt, concede nobis, ut adjutorio tuo inluminati valeamus te jugiter mente pura diligere. Per.

ALIA.

LAus & jubilatio nostra, Deus, absolve nos a vinculis peccatorum, ut qui frequenter delinquentes cecidimus, te miserante pœnitentes erigamur. Per.

S.V. PSALMUS CXLVI.

ALLELUJA [1]

Hortatur Propheta populum devotum laudare Dominum, qui supplicantibus beneficia profutura concedit. quoniam qui de suis viribus confidunt, ei placere non possunt.

L*Audate* DOMINUM *. quoniam bonus est psalmus . * Deo nostro jucunda sit laudatio.*

Ædificans Jerusalem DOMINUS *. * & dispersiones Israel* [2] *congregans.*

*Qui sanat contritos corde . * & alligat contritiones eorum.*

*Qui numerat multitudinem stellarum . * & omnibus eis nomina vocat.*

*Magnus Dominus noster . & magna virtus ejus . * & sapientiæ ejus non est numerus.*

Suscipiens [3] *mansuetos* DOMINUS *. * humiliat autem peccatores usque ad terram.*

Incipite DOMINO *in confessione . * psallite Deo nostro in cithara.*

*Qui operit cælum nubibus . * & parat terræ pluviam.*

Qui

ALLELUJA [4]

LAudate DOMINUM . quoniam [5] bonus est psalmus . * Deo nostro sit jucunda ※ decoraque ⁝ laudatio.

Ædificans Jerusalem DOMINUS . * [6] dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde . & * alligat [7] contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum . * [8] & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster . & magna virtus ejus . * [9] & sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens [10] mansuetos DOMINUS . * humilians ÷ autem ⁝ peccatores usque ad terram.

Præcinite DOMINO in confessione . * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus . * & parat terræ pluviam.

Qui

(1) *Nomina*, Aggæi & Zacchariæ *subjungit uterque Archivi MS.*

(2) *D.* 144. congregat.

(3) *Holst. suscipiens mansuetos Dominus : humilians autem &c.* MS. melior, *suscipiet*; & deinde, *humiliat* : alter MS. & recentior, *suscipiens*, tum *humiliat &c.* & sic Faber, & Cajet. & Ambros. LXX. ἀναλαμβάνων, & ταπεινῶν, utrobique per participium.

(4) Aggæi & Zacchariæ *nomina Titulo addit Alex. quæ Mart. & Val. obelo notant.*

(5) *Alex.* quoniam bonum psalmus : & *Pal.* verbum est *omittit* : *Vat. vero integro versiculo Rom. sequitur.*

(6) *Vat.* ⊖ &) dispersiones Israel &c. *Alex.* dispersionis Israel.

(7) *Alex.* contritionis illorum.

(8) *Pal. & ex eo Val.* ÷ & ⁝ omnibus &c. *Alex.* nomina vocans.

(9) *Vat. versiculo præmittit* Alleluja : *heic autem habet* : & sapientia ejus &c. *tum subsequenti & altero Rom. imitatur, denuò præmissa postremo voce* Alleluja.

(10) *Alex.* mansuetus : *tum Vat. obelum nescit.*

Qui producit in montibus fœnum. * *& herbam servituti hominum*·

Qui dat jumentis escam ipsorum· * *& pullis corvorum invocantibus eum*·

Non in viribus equi voluntatem habebit· * *neque* [1] *in tabernaculis viri beneplacitum est ei*·

Beneplacitum est DOMINO *super timentes eum*. * *& in eos qui sperant in misericordia ejus*·

Qui producit in montibus fœnum.* [2]
÷ & herbam servituti hominum ⁑

Qui dat jumentis escam ipsorum · *
÷ & ⁑ pullis corvorum invocantibus eum ·

Non [3] in fortitudine equi voluntatem habebit · * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei ·

Beneplacitum [4] est DOMINO super timentes eum . * ÷ & in eis ⁑ qui sperant super misericordia ejus ·

ORATIO·

Ædificator cælestis Jerusalem. Deus. qui multitudinem stellarum & concludis numero. & nominatim singulas vocas. sana (quæsumus) contritos corde. & dispersos congrega. atque nos innumerabili sapientia tua locupleta · Per·

PSALMUS CXLVII. S.V.

ALLELUJA — ALLELUJA

Propheta Jerusalem. idest. supernam alloquitur Civitatem. ut secura jam reddita in civibus suis. Dominum jugi exultatione conlaudet. [5] *enumerans quanta populo suo pius Miserator indulserit*·

L*Auda Jerusalem* DOMINUM · * *lauda Deum tuum Sion*·

Quoniam confortavit feras portarum tuarum. [6] * *benedixit filios tuos in te*·

Qui posuit fines tuos pacem. * *& adipe frumenti satians te*·

Qui

LAuda Jerusalem [7] DOMINUM · * lauda Deum tuum Sion ·

Quoniam confortavit feras portarum tuarum · * benedixit filiis tuis in te ·

Qui [8] posuit fines tuos pacem. * ÷ & ⁑ adipe frumenti satiat te ·

Qui

(1) *Holst. in tabernaculis viri*. Interpres noster legit apud LXX. ἐν ταῖς σκηναῖς τοῦ ἀνδρὸς, quam lectionem etiam S. Hilarius & Augustinus agnoscunt. Vulgata, sive Hieronymus editionis nostræ corrector, legit: ἐν ταῖς κνήμαις, ut habet Complut. & Sixtina: Nam septuaginta vocem Hebræorum בשוקי *brachium*, vel tibiam ubique vertunt. Itaque nostra hæc versio ex Græci textus errore, sive varietate orta est.

(2) *Mart. & Thomas. altero Psalt.* ÷ Qui ⁑ producit &c. *Versiculo præmissa voce* Alleluja *obelo heic solam copulam &* Vat. *notat, fortasse Antiquario præpropere grandiora puncta scribente. Idem MS. primam vocem* Qui *sequentis statim versiculi sub asterisco reposuit, & deinde habet*, escam illorum.

(3) *Vat.* Non in viribus equi voluntatem habebit, neque in tibialibus viri bene placebunt.

(4) *Mart. & Val.* ÷ Bene ⁑ placitum, *sed minus bene, aut si non male eadem sit ratio & superioris ejusdem vocis. Deinde solum copulam &* iidem *obelo notant, eximentes voces* in eis: *quod iterum minus probandum: Hebræus enim resonat*, exspectantes, *vel cum Alex: MS.* exspectant in misericordia ejus, *quod satis exprimit illud*: qui sperant.

(5) *Vat.* enumeransque, *fortasse legendum* enumeratque, *ut habetur in altero Vat.* 84.

(6) *Vat.* 84. *addita copula*: & benedixit.

(7) *Alex.* Domino.

(8) *Huic versiculo præmittit Vat.* Alleluja: *tum occurrentem in eo obelum nescit.*

Qui emittit eloquium suum terræ. * *velociter currit sermo ejus.*

Qui dat nivem sicut lanam. * *nebulam* [1] *(velut cinerem) spargit.*

Mittit crystallum suam sicut frusta panis. * *ante faciem frigoris ejus* [2] *quis subsistet?*

Mittet [3] *verbum suum. & liquefaciet ea.* * *flabit spiritus ejus. & fluent aquæ.*

Pronuncians verbum suum Jacob. * *justitias & judicia sua Israel.*

Non fecit taliter omni nationi. * *& judicia sua non manifestavit eis.*

ALLELUJA

Qui [4] emittit eloquium suum terræ. * velociter currit sermo ejus.

Qui [5] dat nivem sicut lanam. * nebulam (sicut cinerem) spargit?

Mittit [6] crystallum suam sicut buccellas. * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet [7] verbum suum. & liquefaciet ea. * flabit spiritus ejus. & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Jacob. * [8] justitias & judicia sua Israel.

Non fecit taliter [9] omni nationi. * & judicia sua non manifestavit ÷ eis ⁝

ALLELUJA.

ORATIO.

CONforta, Domine, portas Ecclesiæ tuæ, & pone terminos ejus pacem; eique adipem spiritalis tritici dignanter adtribue. Per.

(1) *Holst. velut cinerem spargit.* Omnes MSS. & Faber & Cajet. & Bruno, *aspargit.* Alter ex his auctoribus habet, *aspergit.* Verbum Hebraicum יְפַזֵּר σπύσσειν, alibi vertunt διασπείρειν, διασκορπίζειν, διαχέειν.

Et in utroque Archivi MS. habetur aspergit.

(2) *Holst. quis subsistet?* MSS. nostri, & Cajet. & Bruno, *subsistit*: sed LXX. ὑποστήσεται, & S. August. & Ambros. *subsistet* legit. Faber *sustinebit*, ut Vulgata, & sic Florent. Nobilius autem, qui hanc Romani Psalterii lectionem esse affirmat, nostros, hoc est, Romanos Codd. non inspexit.

Subsistet *& a nobis observatum erat in utroque Archivi MS. atque in Vat.* 84.

(3) *Holst. Mittet verbum suum.* MSS. nostri, etiam recentior, & Faber, & Cajet. & Bruno legunt, *mittit.* Interpres olim apud LXX. legit ἐξαποστέλλει, ubi nunc ἐξαποστελεῖ in futuro habetur. Alter quoque MS. noster *liquefacit* in præsenti scribit, ubi itidem in futuro τήξει.

At Vat. 84. *habet*, mittit.

(4) *Alex.* qui emittet.

(5) *Huic & proxime sequentibus duobus aliis versiculis iterum Vat. præmittit* Alleluja.

(6) *Vat.* Mittit Crystallum suum Ψ tamquam frusta panis) contra faciem frigoris ejus quis subsistet?

(7) *Pal. Mart. & Val.* ÷ E ⁝ mittet verbum suum, *Alex. prosequitur*, & liquefacit ea.

(8) *Vat.* Ψ justitiam) & Ψ judicium) ☧ Ψ in) Israel.

(9) *Vat.* omni genti: *tum vocem* eis *MSS. nostri omnes & Marten. atque Valar. sine obelo relinquunt: ratio ipsis esse posset Hebræum reddere*: & judicia non cognoscent ea, *hoc est* ea judicia, *quod satis exprimitur verbis* judicia sua; *unde sequitur voculam* eis *in Hebræo non haberi, & ideo jure meritoque a Thomasio obelo notari. Insuper & vox* Alleluja, *qua Psalmus iste clauditur, in MSS. nostris desideratur.*

PSALMUS CXLVIII. Q.M.

[1] ALLELUJA — ALLELUJA

Propheta per paucarum commemorationem [2] creaturarum omnes creaturas ad Domini laudes hortatur. rationales & intellectuales per se. intellectu autem vel sensu carentes per illas utique. quæ opera Domini (sapientissima consideratione) conlaudant.

Laudate DOMINUM *de cælis.* * *laudate eum in excelsis.*

Laudate eum omnes Angeli ejus. * *laudate eum omnes Virtutes ejus.*

Laudate eum sol & luna. * *laudate eum omnes stellæ & lumen.*

Laudate eum cæli cælorum. * *& aquæ (quæ super cælos sunt)* * *laudent nomen* DOMINI.

Quia ipse dixit. & facta sunt. * *ipse mandavit. & creata sunt.*

Statuit ea in æternum. & in sæculum sæculi. * *præceptum posuit. & non præteribit.*

Laudate DOMINUM *de terra.* * *dracones & omnes abyssi.*

Ignis. grando. nix. glacies. spiritus procellarum. * *(quæ faciunt verbum ejus.)*

Montes & omnes colles. * *ligna fructifera & omnes cedri.*

Bestiæ & universa pecora. * *serpentes & volucres pennatæ.*

Reges terræ & omnes populi. * *principes & omnes judices terræ.*

Juvenes & virgines. * *seniores cum junioribus* * *laudent Nomen* DOMINI.

Quia exaltatum est Nomen ejus solius.

Laudate [3] DOMINUM de cælis. * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus. * laudate eum omnes Virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna. * laudate eum omnes stellæ ÷ & ⁏ lumen.

Laudate eum cæli cælorum. * & aquæ [4] omnes (quæ super cælos sunt) laudent nomen DOMINI.

Quia ÷ ipse dixit. & facta sunt ⁏ * ipse mandavit. & creata sunt.

Statuit [5] ea in æternum. & in sæculum ÷ sæculi ⁏ * præceptum posuit. & non præteribit.

Laudate DOMINUM de terra. * [6] dracones & omnes abyssi.

Ignis. grando. nix. glacies. * [7] spiritus procellarum. (quæ faciunt verbum ejus.)

Montes & omnes colles. * ligna fructifera & omnes cedri.

Bestiæ & universa pecora. * serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ & omnes populi. * principes & omnes judices terræ.

Juvenes & virgines. * senes cum junioribus laudent Nomen DOMINI. * quia exaltatum est Nomen ejus solius.

Con-

(1) *Geminum* Alleluja *hoc Titulo exhibet D.*145.

(2) *Vox.* creaturarum *desideratur in MSS. Vat. Pal. & Vat.* 84.

(3) *Vat. singulis hujus Psalmi versiculis, exceptis* V VIII. X. *&* XIII. *præmittit vocem* Alleluja : *insuper & obelum tertio occurrentem omittit.*

(4) *Vocem* omnes *saltem obelo notandam, rectius, quum nec in Græco reperiatur, prorsus expungunt MSS. nostri omnes. Alex.* & aqua quæ super cælum est &c. *Ad hæc MSS. nostri iidem male, qui proxime sequitur, obelum negligunt.*

(5) *Alex. & Pal.* Statuit ea in sæculum ÷ & in sæculum ⁏ sæculi.

(6) *Alex.* dracones, abyssi, *omissis* & omnes.

(7) *Vat.* spiritus procellæ, qui faciunt &c.

*lius. * Confessio ejus super cælum & terram.*

Et [1] *exaltavit cornu populi sui. * Hymnus omnibus Sanctis ejus. filiis Israel. populo appropinquanti sibi.*

ALLELUJA

Confessio ejus super cælum & terram. * [2] & exaltavit cornu populi sui. Hymnus omnibus Sanctis ejus. * filiis Israel. populo appropinquanti sibi.

ALLELUJA

ORATIO.

Excelsarum [3] ædium supereminens & excelsa potestas. Deus. concede famulis tuis. ut sicut cuncta quæ cernimus te jubente creata sunt. ita quæ præcipis te custode serventur. Per.

Q.M.

PSALMUS CXLIX.

ALLELUJA ALLELUJA

Canticum novum Propheta Domino Christo dicit esse cantandum. qui de toto orbe terrarum universalem Jerusalem sua pietate construxit. & gaudia Sanctorum virtutesque describens. vindictam peccantium gloriam dicit esse Justorum.

Cantate DOMINO *canticum novum. ** [4] *laudatio ejus in ecclesia sanctorum.*

Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum. & filii Sion exultent* [5] *super Rege suo.*

*Laudent nomen ejus in choro & tympano. ** [6] *in psalterio psallant ei.*

Quia beneplacitum est DOMINO *in populo suo. ** [7] *exaltabit mansuetos in salutem.*

*Exultabunt sancti in gloria. * lætabuntur in cubilibus suis.*

Exal-

Cantate DOMINO canticum novum. * [8] laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum. * ÷ & ‡ filii Sion [9] exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro. * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est DOMINO in populo suo. * ÷ & ‡ exaltabit mansuetos [10] in salutem.

Exultabunt sancti in gloria. * lætabuntur in cubilibus suis.

Exal-

(1) *Vat.* 84. & exaltabit, *cum Cass. & Ambros. Græc.* ὑψώσει.

(2) *Vat.* & exaltabit, *& absoluto Psalmo una cum Alex. & Pal. vocem* Alleluja *denuo omittit.*

(3) *Apud Thomasium, al.* sedium, *& infra al.* ita & quæ præcepisti facere te adjuvante custodire valeamus. *al.* quæ præcepisti custodire servemus.

(4) *Holst. laudatio ejus in Ecclesia Sanctorum.* Ita & nostri, & ceteri quos vidi Codd. MSS. & Vat. & Faber, & Psalt. Cajet. & Ambrosianum & S. Bruno legunt, non autem *laus ejus*. In Græco LXX. αἴνεσις, quam Vulgatus interpres noster passim *laudationem* reddit, ut *psal.* 55. ℣. 10 *pag.* 102. *psal.* 110. ℣. *ultimo pag.* 215. *&* 146. ℣. 1. *pag.* 284.

(5) *Vat.* 84. *cum Cass.* super regem suum.

(6) *Idem Vat.* 84. *cum utroque Archivi MS. Aug. Cass. Brun. Ver. Ambros. & Græc.* & Psalterio, *mutata præpositione* in, *& ejus loco posita copula* &.

(7) *Vat.*84. *una cum D.* 145. *juxta Græc.* & ὑψώσει *Aug. Cass. Brun. atque Ambros.* & exaltabit.

(8) *Vat.* laudatio, *juxta Rom. Illud & observetur, quod in hoc Psalmo singulis versiculis, primo excepto. MS. ille præmittit vocem* Alleluja.

(9) *Vat.* exultent super Regem suum.

(10) *Alex.* in salute: *præcedentem proxime obelum Vat. nescit.*

Exaltationes [1] *Dei in faucibus eorum* . * *& gladii ancipites in manibus eorum* .

Ad faciendam vindictam in nationibus . * [2] *increpationes in populis* .

Ad alligandos reges eorum in compedibus . * *& nobiles eorum in vinculis ferreis* .

Ut faciant in eis judicium conscriptum . * *Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus* .

Exaltationes [3] Dei in gutture eorum . * & gladii ancipites in manibus eorum .

Ad faciendam vindictam in nationibus . * increpationes in populis .

Ad alligandos reges eorum in compedibus . * & nobiles eorum [4] in manicis ferreis .

Ut faciant in eis judicium [5] conscriptum . * Gloria ÷ hæc ‡ est omnibus Sanctis ejus .

ALLELUJA

ORATIO.

AUctor totius bonitatis . Deus . qui omnem mansuetudinem te humiliter confitentem exaltas . præsta . ut sicut Sanctos exultare facis in gloria . ita præsentem Ecclesiam custodire digneris ab hujus Sæculi delectationibus impollutam . Per .

PSALMUS CL. Q.M.

ALLELUJA

[7] ※ ALLELUJA ‡

Admonetur Civitas Dei . ut de Mundi ambitu congregata . Domino laudes & ore cantet & animo .

LAudate Dominum in Sanctis ejus . * *laudate eum in firmamento virtutis ejus* .

Laudate eum [6] *in Potentatibus ejus* . * *laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus* .

Laudate eum in sono tubæ . * *laudate eum in psalterio & cithara* .

Laudate eum in tympano & choro . * *laudate eum in chordis & organo* .

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus

LAudate Dominum in Sanctis ejus . * laudate eum in firmamento virtutis ejus .

Laudate [8] eum in Virtutibus ejus . * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus .

Laudate eum in sono tubæ . * laudate eum in psalterio & cithara .

Laudate eum in tympano & choro . * laudate eum in chordis & organo .

Laudate eum in cymbalis ÷ bene ‡ sonan-

(1) *Archivi MS. uterque , Vat.* 84. *cum Aug. Cass. & Brun.* exultationes Dei &c.

(2) *Archivi uterque MS. cum Brun. addita copula :* & increpationes .

(3) *Pal.* Exultationes . *Vat.* Exultationes Dei in faucibus eorum , & gladii bis acuti in manibus eorum .

(4) *Vat. juxta Rom.* in vinculis ferreis.

(5) *Vat.* ÷ con ‡ scriptum : *alterum deinde obelum nescit una cum Pal. & Alex. nec ideo improbandi hi MSS. textus enim Hebræus interpretari potest &* decor est , *cum Alex. Vers. Hieronymiana , vel* decor hic , *ut in editis legitur interlinearibus, ut ajunt, interpretationibus . Postremò vocem* Alleluja *iidem MSS. prætermittunt.*

(6) *D.* 145. *cum Aug. & Brun.* in virtutibus.

(7) *Asterisci signum prætereunt MSS. nostri , & quidem rectè juxta τῶν ό exemplar nostrum*

(8) *Huic versiculo , quem juxta Rom. exprimit , Vat. præmittit* Alleluja .

nantibus. * *laudate eum in cymbalis*[1] *bene tinnientibus.* * *Omnis spiritus laudet Dominum.*

sonantibus. * laudate eum in cymbalis jubilationis. * Omnis spiritus laudet Dominum.

ALLELUJA

ORATIO.

HArmoniæ nostræ suavissimum melos. Deus. qui nostri pectoris modulamina[2] nunc flatibus. nunc fletibus præcipis exerceri. præsta. ut dum illa spiritali affectu concinimus. perpetualibus Choris inserti te cum Sanctis omnibus conlaudemus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EXPLICIUNT PSALMI DAVID.

Versus habent[3] *V̄ Deo gratias Amen.*

DE COMPLETIONE VEL ORDINE PSALMORUM.

Primus itaque Quinquagenarius Fide imbuit credere volentes. Secundus autem Spe cælestis remunerationis erudit credentes. Tertius vero Quinquagenarius spernntes in Domino perfectione consummat Charitatis. Sive Primus ab exordio Mundi usque ad Christi Incarnationem continet sacramenta. Secundus plane Quinquagenarius ab adventu Christi primo usque ad secundum. Tertius tandem illum gloriosum ostendit concentum. qui sine fine in Dei erit Electis. Quinquagesimus Psalmus est de Pœnitentia. Centesimus de misericordia & Judicio. Centesimus quinquagesimus de Dei laude in Sanctis ejus. Sic enim ad æternam tendimus vitam. primitus nostra peccata damnando. deinde bene vivendo. ut post condemnatam malam vitam & gestam bonam mereamur æternam. Vocati enim renunciamus diabolo per Pœnitentiam. ne sub jugo ejus remaneamus. Justificati sanamur per Misericordiam. ne Judicium timeamus. Glorificati transimus in vitam æternam. ubi Dominum sine fine laudemus.

INCI-

(1) *D.* 145. *pro* bene tinnientibus *habet* jubilationis, *cum Aug. Brun. Ver. & Ambros.*

(2) *Vat. & Pal.* nunc flatibus, nunc fidibus præcipis. *Vat.* 84. nunc flatibus, nunc fidelibus præceptis jubes exerceri.

(3) Habent versus 5000. *ita Cod. Vat.* 4226.

INCIPIUNT·
BENEDICTIONES
TRIUM PUERORUM.

Tres pueri Ananias . Azarias . & Misael (jussu Nabuchodonosor Regis Babylonis) missi in fornacem ignis ardentis . & (Angelo descendente . & quasi vento roris flante) a flamma liberati . Deum uno ore benedicant · Fideles item a Rege confusionis diabolo igne cupiditatis atque luxuriæ inflammati . sed flatu Spiritus Sancti per adventum Christi . qui est Magni Consilii Angelus (hoc est suæ & Paternæ Adnunciator Voluntatis) ab hoc igne illæsi servati . pro ereptione sua gratias referunt liberatori suo ·

JUXTA VETEREM EDITIONEM·

Angelus autem Domini simul descendit cum eis (qui erant cum Azaria) in fornacem . & fecit medium fornacis ut spiritum roris sibilantem . & non tetigit eos omnino ignis . neque contristavit . neque molestus fuit eis·

Tunc [2] hi tres pueri (sicut ex uno ore) laudabant. & benedicebant Dominum in fornace . dicentes·

*BEnedictus es Domine Deus patrum nostrorum . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula·*

Be-

Angelus autem Domini descendit cum Azaria & Sociis ejus in fornacem. & excussit flammam ignis de fornace . & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem . & non tetigit eos omnino ignis . neque contristavit . nec quidquam molestiæ intulit ·

Tunc hi tres (quasi ex uno ore) laudabant . & glorificabant . & benedicebant Deum in fornace . dicentes ·

BEnedictus es Domine Deus patrum nostrorum . * & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula ·

Et

(1) *Has Benedictiones , quarum meminit Clariss. Merati Sect. 5. Cap. 10. Part. 1. Tom: 2 pag. 298. edidit Thomasius ex vetustissimo MS. Reginæ Sueciæ nunc Alex. 11. quem sæpe laudavimus in Psalterii recensione . Nos insuper easdem exegimus tum ad alterum MS. Vat. 82. variantia loca notando ; tum etiam ad edita exemplaria Clarissimi Sabatier cap. 3. Danielis Vet. Ital. & Veronensis Codicis a Blanchino editi Vindic. Canon. Script. pag. 275. & seqq.*

(2) *Sabatier Danielis cap. 3. ℣. 51.* Tunc hi tres quasi ex uno ore hymnum dicebant , & glorificabant Deum in fornace , dicentes . *Ab ea legendi ratione vix differt Veronensis* Codex , *qui initio habet :* Tunc illi tres , *& deinde loco ,* & glorificabant Deum , *legit :* & magnificabant & benedicebant Dominum, *quod , judice laudato Sabatier , Græco est similior , qui habet :* καὶ εὐλόγουν

Benedictum [1] *Nomen gloriæ tuæ . quod est sanctum . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula ·*

*Benedictus es in Templo sancto gloriæ tuæ . * & laudabilis* [2] *& superexaltatus in sæcula ·*

Benedictus es [3] *qui vides abyssos . sedes super Cherubim . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula ·*

Benedictus es [4] *super sedem Regni tui . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula ·*

Benedictus [5] *es in firmamento cæli . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula ·*

BEnedicite omnia opera Domini [6] *Domino · * hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula ·*

*Benedicite cæli Domino · * hymnum dicite &c.*

*Benedicite Angeli Domini Domino · * hymnum dicite &c.*

Benedicite aquæ omnes [7] *(quæ super cælos sunt) Domino · * hymnum dicite &c.*

Benedicite omnes Virtutes [8] *Domini Domino · * hymnum dicite &c.*

Be-

Et benedictum Nomen gloriæ tuæ sanctum . * & laudabile & superexaltatum in omnibus sæculis ·

Benedictus es in Templo sancto gloriæ tuæ . * & superlaudabilis & supergloriosus in sæcula ·

Benedictus es in throno Regni tui .* & superlaudabilis & superexaltatus in sæcula ·

Benedictus es qui intueris abyssos . & sedes super Cherubim . * & laudabilis & superexaltatus in sæcula ·

Benedictus es in firmamento cæli . * & laudabilis & gloriosus in sæcula ·

BEnedicite omnia opera Domini Domino · * laudate & superexaltate eum in sæcula ·

Benedicite Angeli Domini Domino·* laudate & superexaltate eum in sæcula·

Benedicite cæli Domino . * laudate &c.

Benedicite aquæ omnes (quæ super cælos sunt) Domino · * laudate & superexaltate &c.

Benedicite omnes Virtutes Domini Domino · * laudate &c.

Be-

(1) *Et heic pressius ad Græc. Vat.* 82. *addita copula* & benedictum : *& infra juxta Septuaginta similiter una cum Sabat.* & laudabile & superexaltatum in sæcula . *Ver.* nomen gloriæ tuæ illud sanctum & superexaltatum &c.

(2) *Sab. loco* & superexaltatus *habet cum Ver.* & gloriosus . *Ver.* in templo sanctæ claritatis tuæ · *Quæ versum præsentem excipiunt in Vat.* 82. *usque ad illud* : Benedicite omnia opera Domini , *initium cantici juxta Ecclesiæ ritus in Laudibus Matutini , prorsus diversa sunt tum a nostra Versione Alex. tum ab illa Sabat. ab eadem nostra non multum discrepante : habet enim non multum dissimilia ab iis quæ Thomasius infra edidit. Sunt enim*

Benedictus es super sedem divinitatis tuæ ; & laudabilis & superexaltatus in sæcula .

Benedictus es super thronum sanctum regni tui , & laudab. &c.

Benedictus es super sceptra Divinitatis tuæ ; & laudab. &c.

Benedictus es qui sedes super Cherubim & Seraphim , & laudab. &c.

Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum , & super undas maris , & laudab. &c.

Benedicant te omnes Angeli , & Sancti tui , & ladabilis &c.

Benedicant te Cæli , Terra , Mare , & omnia quæ in eis sunt ; & laudab. &c

(3) *Sab.* Benedictus es videns Abyssos , sedens super &c. *Ver.* qui vides abyssos , sedens &c.

(4) *Ver. omisso verbo* es *ait* : super trono: *Græc.* ἐπὶ θρόνου·

(5) *Ver.* Benedictus in solidamento cæli .

(6) Dominum *heic & in sequentibus perpetuò Vat. una cum Sab. qui postremus sine aspiratione constanter legit* umnum·

(7) *Sab.* quæ estis super cælos .

(8) *Sab. omittit vocem* Domini ; *ejus loco Ver. habet* Dei ; *Græc.* πᾶσαι αἱ δυνάμεις Κυρίου·

*Benedicite sol & luna Dominum. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [1] *stellæ cæli Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [2] *imber & ros Domino. * hymnum dicite &c.*

*Benedicite omnes spiritus Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite ignis [3] *& æstus Domino. * hymnum dicite &c.*

*Benedicite noctes & dies Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [4] *tenebræ & lumen Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [5] *frigus & æstus Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [6] *pruina & nives Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [7] *fulgura & nubes Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicat [8] *terra Domino. * hymnum dicat & superexaltet eum in sæcula.*

*Benedicite montes & colles Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [9] *omnia nascentia in terra Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite maria & flumina [10] *Domino. * hymnum dicite &c.*

*Benedicite fontes Domino. * hymnum dicite & superexaltate &c.*

Benedicite [11] *ceti & omnia quæ moventur in aquis Domino. * hymnum dicite &c.*

Benedicite [12] *volucres cæli Domino. * hymnum dicite &c.*

Bene-

Benedicite sol & luna Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite stellæ cæli Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite omnis imber & ros Domino. * laudate &c.

Benedicite omnes spiritus Dei Domino. * laudate &c.

Benedicite ignis & æstus Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite frigus & æstus Domino. * laudate &c.

Benedicite rores & pruina Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite gelu & frigus Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite glacies & nives Domino. * laudate &c.

Benedicite noctes & dies Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite lux & tenebræ Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite fulgura & nubes Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicat terra Dominum. * laudet & superexaltet &c.

Benedicite montes & colles Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite universa germinantia in terra Domino. * laudate &c.

Benedicite fontes Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite maria & flumina Domino. * laudate & superexaltate &c.

Benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino. * laudate & su-

(1) *Sab.* sidera cæli.

(2) *Sab. & Ver.* omnis imber &c. *Gr.* πᾶς ὄμβρος.

(3) *Sab.* & æstas.

(4) *Sab. & Ver.* lux & tenebræ.

(5) *Sab.* hiems & æstus.

(6) *Ver.* pruinæ & rigores Domino. *Sab.* glacies & nives.

(7) *Ver.* fulgur & nubes.

(8) *Ver.* Benedicite terra Dominum: hymnum dicite &c.

(9) *Ver.* omnia quæ nascimini. *Sab. hoc versu omittit vocem* Dominum.

(10) *Vat.* 82. *additis hoc loco:* & fontes, *subsequentem cum præsenti versu conjungit.*

(11) *Sab.* cete, *tum Ver.* & omnia quæ movemini in aquis.

(12) *Ver.* omnia volatilia, *non* volucres.

Benedicite[1] *bestiæ & jumenta Dominum* · * *hymnum dicite &c.*

Benedicite filii hominum Dominum · * *hymnum dicite &c.*

Benedicat Israel Domino · * *hymnum dicat & superexaltet eum in sæcula* ·

Benedicite[2] *Sacerdotes Domini Domino* · * *hymnum dicite &c.*

Benedicite servi Domini Domino · * *hymnum dicite &c.*

Benedicite spiritus & animæ Justorum Domino · * *hymnum dicite &c.*

Benedicite[3] *humiles corde Domino* .* *hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula* ·

Benedicite Ananias. Azarias. Misahel. Domino · * *hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula* ·

Benedicimus[4] *Patrem & Filium & Sanctum Spiritum* · * *hymnum dicimus & superexaltamus eum in sæcula* .

& superexaltate &c.

Benedicite omnes volucres cæli Domino · * laudate &c.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino · * laudate &c.

Benedicite filii hominum Domino · * laudate &c.

Benedicat Israel Dominum · * laudet & superexaltet eum in sæcula ·

Benedicite Sacerdotes Domini Domino · * laudate &c.

Benedicite servi Domini Domino ·* laudate &c.

Benedicite spiritus & animæ Justorum Domino · * laudate &c.

Benedicite Sancti & humiles corde Domino · * laudate &c.

Benedicite Anania . Azaria . Misael. Domino · * laudate &c.

Benedicimus Patrem & Filium & Sanctum Spiritum ·* laudamus & superexaltamus eum in sæcula .

Finiunt Benedictiones trium Puerorum ·

ORATIO·

DEus quem omnia opera benedicunt . quem cæli glorificant . Angelorum multitudo conlaudant . quæsumus te . ut sicut tres Pueros de camino ignis (non solum inlæsos . sed etiam tuis laudibus conclamantes) liberasti . ita nos peccatorum nexibus obvolutos . velut de voragine ignis eripias . ut . dum te Deum Patrem benedictione laudamus . criminum flammas operumque carnalium incendia superantes . hymnum tibi debitum jure meritoque reddamus · Per ·

ALIA·

DEus . qui tribus Pueris in camino ignis positis quartus adesse dignatus es . cui facillimum est ignium temperare naturas . & extinguere flammarum impetus . eandem . Domine . ad protegendas & liberandas animas nostras extende virtutem · Per Dominum nostrum Jesum Cristum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat una cum Sancto Spiritu . in sæcu la sæculorum ·

INCI-

(1) *Ver.* omnes bestiæ & pecora . *Vat.* 82. bestia & omnia jumenta . *MS. Alex. Græc. apud Sabat. & Complut.* τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη·

(2) *Ver.* Sacerdotes Dei : *& subsequenti versu* : servi Dei .

(3) *Vat.* 82. *cum Sab.* Benedicite sancti & humiles &c. *Ver. solum græcè præsentem versiculum exhibet* : Eulogite osiy , ce tapyni ten cardian .

(4) *Sab.* Benedicamus : *& infra loco* , hymnum dicimus , *cum Vat.* 82. hymnum dicamus & superexaltemus &c.

INCIPIUNT
CANTICA CONSUETUDINARIA

Dispofita per Hebdomadam. ficut pfallit Ecclefia Romana.

DIE · DOMINICO · AD · MATUTINUM

BENEDICTIONES SIVE CANTICUM TRIUM PUERORUM.

Tres Pueri cohortantur omnem creaturam, ut laudet Dominum non voce fed opere. Quia ex creaturis confequenter Creator intelligitur. & in fingulis operibus atque effectibus. Dei magnificentia demonftratur.

Benedicite omnia opera Domini Dominum.

*Benedicite cæli Dominum. * benedicite Angeli Domini Dominum.*

*Benedicite aquæ (quæ fuper cælos funt) Dominum. * benedicite omnes Virtutes Domini Dominum.*

*Benedicite fol & luna Dominum. * benedicite ftellæ cæli Dominum.*

*Benedicite imber & ros Dominum. * benedicite omnis fpiritus Dominum.*

*Benedicite ignis & æftus Dominum. * benedicite noctes & dies Dominum.*

*Benedicite tenebræ & lumen Dominum. * bedicite frigus & cauma Dominum.*

*Benedicite pruina & nives Dominum. benedicite fulgura & nubes Dominum. * Benedicat terra Dominum.*

*Benedicite montes & colles Dominum. * benedicite omnia nafcentia terræ Dominum.*

*Benedicite maria & flumina Dominum. * benedicite fontes Dominum.*

Benedicite cete & omnia quæ moventur

Benedicite omnia opera Domini Domino. * laudate & fuperexaltate eum in fæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino. * benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes (quæ fuper cælos funt) Domino. * benedicite omnes Virtutes Domini Domino.

Benedicite fol & luna Domino. * benedicite ftellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino. * benedicite omnes fpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æftus Domino. * benedicite frigus & æftus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino. * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino. * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino. * benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum. * laudet & fuperexaltet eum in fæcula.

Benedicite montes & colles Domino. * benedicite univerfa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino. * benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino. * benedicite omnes

*ventur in aquis Dominum. * benedicite volucres cœli Dominum.*

*Benedicite bestiæ & universa pecora Dominum. * Benedicat Israel Dominum.*

*Benedicite Sacerdotes Domini Dominum. * benedicite servi Domini Dominum.*

*Benedicite spiritus & animæ justorum Dominum. * benedicite sancti & humiles corde Dominum.*

Benedicite, Anania. Azaria Misael. Dominum.

*Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu. * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.*

*Benedictus es in firmamento cœli. * & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.*

omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino. * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum. * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino. * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ justorum Domino. * benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania. Azaria, Misael. Domino. * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu. * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli. * & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.

ORATIO.

DEus, cujus adorandæ potentia Majestatis flammæ sævientis incendium sanctis tribus Pueris in splendorem demutatum est animarum. Ecclesiæ tuæ similibus adesto remediis. & de gravioribus Mundi hujus adversitatibus propitiatione cælesti populus tuus ereptus exultet. Per.

ALIA.

DEus, qui tribus Pueris mitigasti flammas ignium. concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum nostrum Jesum Cristum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

FERIA

FERIA II. AD MATUTINUM

CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ

Esaias Propheta Ecclesiæ plebem, sive animam fidelem ad laudandum Deum provocat, quatenus ejus gratiæ hoc deputet, quod ab inimicis liberata, & a filiis iræ separata, filia reconciliationis & misericordiæ sit effecta.

Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi. conversus est furor tuus & consolatus es me.*

Ecce Deus SALVATOR meus. fiducialiter agam & non timebo.*

Quia fortitudo mea & laudatio mea Dominus. & factus est mihi in salutem.*

Haurietis aquas (in gaudio)[1] *de fonte SALVATORIS. & dicetis in illa die.* Confitemini Domino, & invocate nomen ejus.*

Notas facite in populis adinventiones ejus. mementote quoniam excelsum est Nomen ejus.*

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit. annunciate hoc in universa terra.*

Exulta & lauda habitatio Sion. quia magnus*[2] *est in medio tui Sanctus Israel.*

Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi.* conversus est furor tuus & consolatus es me.

Ecce Deus SALVATOR meus.* fiducialiter agam & non timebo.

Quia fortitudo mea & laus mea Dominus.* & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas (in gaudio) de fontibus SALVATORIS.* & dicetis in illa die. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus.

Notas facite in populis adinventiones ejus.* mementote quoniam excelsum est Nomen ejus.

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit.* annunciate hoc in universa terra.

Exulta & lauda habitatio Sion.* quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

ORATIO.

Furorem tuæ indignationis (quem justè meremur) Salvator omnium Deus propitiatus averte. & præsta, ut confessionis tibi canticum fiducialiter decantantes, cælestem habitantibus Sion in perpetuum nos sociari gaudeamus. Per.

(1) *Vat.* 84. de fontibus; *quod & Thomasius sequitur in altera Psalt. editione.*
(2) *Verbum* est *hic tacet Vat.* 84.

Oratio sive Scriptura Ezechiæ Regis Juda . cum ægrotasset . & convaluisset de infirmitate sua · [1]

Ezechias Rex Juda post redditam sanitatem de infirmitate consurgens . narrat quid tempore prementis angustiæ . imminentisque languoris tacitus cogitarit · Hoc canticum bene convenit his . qui post longam ægritudinem animæ a peccatorum gravedine sanantur ·

*EGo dixi in dimidio dierum meorum . * Vadam ad portas inferi · Quæsivi residuum annorum meorum .* dixi . Non videbo Dominum Deum in terra viventium ·*

*Non aspiciam hominem ultra . [2] & habitatorem · * quievit generatio mea . ablata est & convoluta est a me quasi tabernacula pastorum ·*

*Præcisa est (velut a texente) vita mea · * dum adhuc ordirer succidit me ·*

*De mane usque ad vesperum fineis me . * a vespere usque ad mane quasi leo sic contrivit omnia ossa mea ·*

*De mane usque ad vesperum finies me · * sicut pullus hirundinis sic clamabo . meditabor ut columba ·*

*Attenuati sunt oculi mei . * aspicientes in excelso ·*

*Domine vim patior . responde pro me · * Quid dicam ? aut quid respondebit mihi . [3] cum ipse fecerim ?*

*Recogitabo omnes annos meos . * in amaritudine animæ meæ ·*

*Domine si sic vivitur . aut in talibus vita spiritus mei . * corripies me . & vivificabis me ·*

Ecce

EGo dixi in dimidio dierum meorum . * Vadam ad portas inferi · Quæsivi residuum annorum meorum · * dixi . Non videbo Dominum Deum in terra viventium ·

Non aspiciam hominem ultra . * & habitatorem quietis ·

Generatio mea ablata est . * & convoluta est a me quasi tabernaculum pastorum ·

Præcisa est (velut a texente) vita mea · * dum adhuc ordirer succidit me · * de mane usque ad vesperam finies me ·

Sperabam usque ad mane · * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea ·

De mane usque ad vesperam finies me · * sicut pullus hirundinis sic clamabo . * meditabor ut columba ·

Attenuati sunt oculi mei . * suspicientes in excelsum ·

Domine vim patior . responde pro me · * Quid dicam ? aut quid respondebit mihi . * cum ipse fecerit ?

Recogitabo tibi omnes annos meos . * in amaritudine animæ meæ ·

Domine si sic vivitur . & in talibus vita spiritus mei · * corripies me . &

vivifica-

(1) *Titulus hujus Cantici in MS. Chisiano , ut Thomasio notatum , ita se habet :* Canticum Ezechiæ regis in Isaia . *Vat. 5729. ἁπλῶς* Scriptura Ezechiæ Regis .

(2) *Holst. & habitatorem quietis : generatio mea ablata est &c.* Uterque MS. nostræ Basilicæ , & Cajet. & Vatic. *non aspiciam hominem ultra & habitatorem : quievit generatio mea, ablata est &c.* Quæ lectio admiranda est, & fontes ex quibus sua Interpres noster transtulit , indicat ; hic enim locus ex Theodotionis & Aquilæ Versione expressus est , cujus vestigia Procopius ad hunc Isaiæ textum nobis servavit ; legebat enim Θ. *οὐ μὴ ἴδω ἄνθρωπον ἔτι μετὰ κατοικούντων· ἐξέλιπεν ἡ γενεά μου :* & Aquila : *ἐπαύσατο γενεά μου·* quæ noster ad verbum expressit , *defecit , cessavit , quievit generatio mea .*

(3) *Vat. 84.* cum ipse fecerit .

Ecce in pace amaritudo mea amarissima. * *Tu autem eruisti animam meam. ut non periret.*

Et projecisti post tergum tuum omnia peccata mea. * *quia non infernus confitebitur tibi. neque mors laudabit te.*

Non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. * *vivens vivens ipse confitebitur tibi. sicut & ego hodie.*

Pater filiis notam faciet veritatem tuam. * *Domine salvos nos fac. & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.*

vivificabis me. * ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret. * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi. * neque mors laudabit te. * non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi. sicut & ego hodie. * Pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac. * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Juxta veterem Editionem [1].

ORATIO [2] EZECHIÆ REGIS JUDÆ.

EGo dixi [3] in altitudine dierum meorum. Ibo in portas inferni.

Relinquam [4] annos meos reliquos.

Dixi. Jam non videbo Salutare Dei [5] super terram.

Nec videbo ultra [6] hominem de cognatione mea.

Dereliqui [7] reliquum vitæ meæ.

Exiit. & abiit a me [8] sicut qui destruit tabernaculum stabilitum.

Spiritus meus apud me factus est sicut lanifica proximans [9] demere tela.

In die illa traditus sum usque ad mane. * [10] tamquam leo sic ossa mea conteruit. a die enim usque ad noctem traditus sum.

Ut hirundo ita clamabo. [11] & sicut columba sic meditabor.

Defecerunt enim oculi mei videre altitudinem cæli ad Dominum. qui misertus est mihi. [12] & abstulit dolorem animæ meæ.

Domine [13] (de ipso enim nunciatum est tibi) * resuscitasti spiritum meum & consolatus vixi. * [14] liberasti animam meam ne periret. & projecisti post

(1) *Ex MS. Alex.* 11.

(2) *Miratur hoc loco Hieronymus quomodo Septuaginta pro* scriptura, orationem *posuerint, quum Hebraicus fons primum resonet, non secundum.*

(3) *Sab.* in excelsum, *& deinde*: in portis inferorum. *Hieron. locum juxta* LXX. *allegans habet*: in excelso dierum meorum.

(4) *Sab.* Relinquo annos reliquos.

(5) *Sab.* in terra viventium, *quod Hieron. Comment. in hunc locum, & Græc. textu confirmatur.*

(6) *Sab.* hominem adhuc inhabitantem. Defecerunt ex cognatione mea.

(7) *Sab.* residuum. *Græc.* τὸ ἐπίλοιπον.

(8) *Sab.* quemadmodum tabernaculum quod statuerat, destruit.

(9) *Sab.* telam demere: *notatum tamen eidem MS. Sorbon. n.* 459. *annorum* 500. *unde Canticum hoc exhibet, vitiose habere*: tela dexteræ.

(10) *Sab.* sicut leo ita contrivit omnia ossa mea.

(11) *Sab.* & sicut columbæ meditabor.

(12) *Sab.* & abstulit a me dolorem vitæ meæ.

(13) *Sab.* de ipsa enim: *Græc.* περὶ αὐτῆς. *infra*: & excitasti meum spiritum.

(14) *Sab.* vidi enim animam meam ut non pereat.

post me omnia peccata mea.

Non enim qui in inferno sunt laudabunt te. * neque qui mortui sunt benedicunt te. * neque [1] sperabunt qui in inferno sunt misericordiam tuam.

Qui vivunt benedicunt te. * quemadmodum & ego.

Pater [2] filiis notam facit veritatem tuam. * Domine psalmos nostros cantabimus. * cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

ORATIO.

CORripe nos, Domine (quæsumus) in tua misericordia. qui non mortem peccatoris, sed vitam semper inquiris. ut psalmos nostros jugiter in domo tua canentes. ab inferi porta (te protegente) erui mereamur. Per.

FERIA IV. AD MATUTINUM

CANTICUM SIVE ORATIO ANNÆ. [3]

Canticum hoc quod in libro Regum prophetico spiritu Anna Mater beati Samuelis Prophetæ protulit. multa sacramenta de Christo, & ejus Ecclesia continet. Dei enim ope totius Ecclesiæ fortitudo subsistit. multitudo amplificatur. atque stabilitas confirmatur.

*EXultavit cor meum in Domino. * & exaltatum est cornu meum in Deo meo.*

*Dilatatum est os meum super inimicos meos. * quia lætata sum in salutari tuo.*

*Non est Sanctus ut est Dominus. * neque enim est alius extra te. * & non est fortis sicut Deus noster.*

*Nolite multiplicare loqui sublimia. gloriantes. * recedant vetera de ore vestro.*

*Quia Deus scientiarum Dominus est. * & ipsi præparantur cogitationes.*

*Arcus fortium superatus est. * & infirmi accincti sunt robore.*

Repleti prius pro panibus se locaverunt

EXultavit cor meum in Domino. * & exaltatum est cornu meum [4] in Deo meo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos. * quia lætata sum in salutari tuo.

Non est Sanctus ut est Dominus. * neque enim est alius extra te. * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolite [5] multiplicare loqui sublimia. * gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro. * quia Deus scientiarum Dominus est. * & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est. * & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius [6] pro panibus se locaverunt. * & famelici saturati sunt.

Donec

(1) *Sab.* sperant. *Græc.* ἐλπιοῦσιν.

(2) *Prorsus dissonat heic Sabat. ajens:* nam & ex hodierno faciam filios, annuntiabunt justitiam tuam.

Domine salutis meæ, nec desinam benedicens te cum psalterio omnibus diebus vitæ meæ in conspectu domus Dei mei.

(3) *Ita hæc inscriptio in Vat. 4729. Sed Chisianus MS. addit:* matris Samuelis. *& Vatic.* 4226. uxoris Sophim. *Vat. vero* 82. *ait:* Canticum seu Oratio Annæ.

(4) *Alex.* in Domino, *omissa deinde voce,* meo.

(5) *Alex.* multiplicari.

(6) *Alex.* saturati prius.

verunt . *& famelici saturati sunt* .

Donec sterilis peperit plurimos . * *& quæ multos habebat filios infirmata est* .

Dominus mortificat & vivificat . * *deducit ad inferos* . *& reducit* .

Dominus pauperem facit & ditat . * *humiliat & sublimat* .

Suscitans de pulvere egenum . * *& de stercore erigens pauperem* .

Ut sedeat cum principibus . * *& solium gloriæ teneat* .

Domini enim sunt cardines terræ .* *& posuit super eos Orbem* .

Pedes sanctorum suorum servabit . * *& impii in tenebris conticescent* .

Quia non in fortitudine sua roborabitur vir . * *Dominum formidabunt adversarii ejus* . *& super ipsos in cælis tonabit* .

Dominus judicabit fines terræ . *& dabit imperium Regi suo* . * *& sublimabit cornu Christi sui* .

Donec sterilis peperit plurimos . * & quæ multos habebat filios infirmata est .

Dominus mortificat & vivificat . * deducit ad inferos . & reducit .

Dominus pauperem facit & ditat . * [1] humiliat & sublevat .

Suscitat de pulvere egenum . * & de stercore elevat pauperem .

Ut sedeat cum principibus . * & solium gloriæ teneat .

Domini enim sunt cardines terræ . * & posuit super eos Orbem .

Pedes sanctorum suorum servabit . * & impii in tenebris conticescent . * quia non in fortitudine sua roborabitur vir .

Dominum formidabunt adversarii ejus . * & super ipsos in cælis tonabit .

Dominus judicabit [2] fines terræ . * & dabit imperium Regi suo . * & sublimabit cornu Christi sui .

Juxta Veterem Editionem [3].

Ex Cod. Vatic. 82.

Confirmatum est cor meum in Domino . *& exaltatum est cornu meum in Deo meo* .

Dilatatum est os meum super inimicos meos . *lætor ego in salute tua* .

Quoniam non est sanctus quomodo Dominus . *& non est justus quomodo Deus noster* . *& non est sanctus præter te* .

Nolite gloriari ⊙ superbè) . *& nolite*

Confirmatum est cor meum in Domino . * exaltatum est cornu meum [4] in Deo salutari meo .

Dilatatum est [5] os meum super inimicos meos . * lætata sum in salute tua .

Quoniam [6] non est deus alius sicut Dominus .* & non est justus sicut Deus noster . * & non est sanctus præter te .

Nolite gloriari [7] superbè . & nolite loqui

(1) *Eo loco copulam tacet idem Alex.*

(2) *Alex.* fines orbis terræ .

(3) *Ex Alex.* 11. *cui e regione libuit addere Versionem alteram ejusdem Cantici ex Vat.* 82. *haud sanè absimilem illi , quam ad calcem alterius Psalt. edidit Thomasius ex Ambrosiano Psalterio* .

(4) *Alex. & Ver. juxta Græc.* in Deo meo , *omissa voce* , salutari .

(5) *Ver. voces* , os meum *præteris Antiquarii oscitantia, quum easdem exprimat idem MS. Græcis vocibus* . *Infra idem MS.* lætor in sanctitate tua . *Sab.* lætata sum in salutari tuo .

(6) *Sab.* non est Sanctus , sicut Dominus . *Ver.* non est sanctus alius Deus , quomodo noster : & non est sanctus præter te , Domine .

(7) *Vocem* , superbe *omittit Sab. tum pro* magniloquium *Ver.* magnum verbum . *Græc.* μεγαλοῤῥημοσυνη .

lite loqui excelsa · θ &) *non exeat verbum magnum ex ore vestro* ·

Quoniam Deus Ψ *scientiæ*) *Dominus* · ⁊ *Deus qui præparat voluntates suas* .

Arcum potentium infirmavit · & *infirmos præcinxit virtute* ·

Pleni panibus minorati sunt · & *esurientes transierunt terram* ·

Sterilis peperit septem · & *fætosa in filiis infirmata est* ·

Dominus mortificat & vivificat · *deducit ad inferos & reducit* ·

Dominus pauperes & divites facit . *humiliat* . & *exaltat* ·

Suscitat a terra pauperem . & *de stercore suscitat inopem* ·

Et sedere facit eum cum potentibus plebis · & *sedem gloriæ possidere facit eum* ·

Dat votum oranti · & *benedicit annos justi* ·

Quia non in virtute sua potens est vir · *Dominus infirmum facit adversarium ejus* . *Dominus sanctus* ·

Non glorietur sapiens in sapientia sua · *neque glorietur potens in virtute sua* · *neque glorietur dives in divitiis suis* ·

Sed

loqui excelsa · * neque exeat magniloquium ex ore vestro ·

Quoniam Deus scientiæ Dominus [1] est ·

Deus qui [2] præparat adinventiones suas . arcum potentium infirmum fecit · * & infirmos præcinxit virtute ·

Pleni panibus [3] defecerunt . & esurientes transierunt terram · * quoniam sterilis peperit septem . & fætosa in filiis infirmata est ·

Dominus mortificat & vivificat · * [4] ducit ad infernos & reducit ·

Dominus [5] pauperes & divites facit · humiliat & exaltat ·

Suscitans [6] a terra inopem . & de stercore erigit pauperem . * ut sedere eos faciat cum potentibus populi · & sedem gloriæ hereditabit eos ·

Qui [7] dat orationem oranti . & benedicet annos justi · * quoniam non in virtute potens erit vir ·

Dominus [8] infirmum facit adversarium ejus ·

Dominus [9] solus sanctus est · * Non glorietur sapiens in sapientia sua . * neque glorietur dives in divitiis suis. * neque fortis in virtute sua ·

Sed

(1) *Sab.* *taces verbum* est ·

(2) *Sab.* Et Deus præparans adinventiones ejus. *Ver.* Et Deus qui parat . *Inferius vero idem Ver.* virtutem *habet pro* virtute . *Sab. vero* : & infirmes præcincti sunt virtutem , *juxta Græc.* ϗ ἀσθενοῦντες περιεζώσαντο δύναμιν ·

(3) *Ver.* minorati sunt . ἠλαττώθησαν · *Infra loco* transierunt *scribit* possederunt : *sed* LXX. παρῆκαν γῆν · *Omittit insuper adverbium* quoniam *adversus vim ejusdem Græci fontis* . *Sab. loco* transierunt , *habet* præbuerunt , *& pro* fœtosa , quæ multa erat in filiis .

(4) *Sab.* deducet in inferno & adducet . *Ver.* deducet in infernum & reducet .

(5) *Ver.* Deus pauperes & divites fecit : humiles & excelsos facit . *Sab.* Dominus pauperat & locupletat &c.

(6) *Sab.* Qui elevat a terra pauperem , & de stercore exaltat inopem : ut sedeat cum potentibus populi , & sedem &c.

Ver. suscitat a terra pauperem , & de stercore suscitat inopem : & desedere facet eum cum potentibus populi . in tribunal honoris : & hereditatem dat ei .

(7) *Ver. omisso relativo* , qui *ait* : Dat votum optauti , *in reliquis consonus* . *Sab.* & benedixit annos justorum : quoniam non in fortitudine potens vir .

(8) *Ver.* infirmem .

(9) *Sab.* Dominus Sanctus : non glorietur prudens in sua prudentia , & non glorietur potens in virtute sua , & non glorietur dives in divitiis suis .

Ver. Dominus Sanctus est . Non glorietur sapiens in sapientia sua ; neque fortis in fortitudine sua , neque glorietur dives in suis divitiis .

Sed in hoc glorietur . qui gloriatur . ſcire & intelligere Dominum . & facere judicium & juſtitiam ℣ ſuper terram ·

Dominus aſcendit in cælos . & tonuit . & ipſe judicabit extrema terræ ⊖ quia ſanctus eſt ·

Dans) virtutem Regibus noſtris · & exaltabit cornu Chriſti ſui ·

Sed in hoc glorietur [1] . ſcire & intelligere Dominum . * & facere judicium & juſtitiam in medio terræ ·

Dominus aſcendit in cælos . [2] & intonuit · & ipſe judicabit ſummum terræ . quia juſtus eſt ·

Dat virtutem Regibus noſtris . & exaltavit cornu Chriſti ſui ·

ORATIO ·

DEus . cui in ſanctitate nemo comparabilis . in fortitudine nullus æqualis . qui ſolus habes poteſtatem humiliandi & exaltandi · viſibiles & inviſibiles inimicos (tua virtute) coerce . ut cor noſtrum in tua ſcientia ſatis abundet . & in te ſemper exultet · Per ·

FERIA · V. AD · MATUTINUM

Canticum [3] Moyſi hominis Dei . & filiorum Iſrael · In Exodo ·

Omnium canticorum . quæ leguntur in Scripturis . primum eſt illud : quod (Ægyptiis cum Pharaone in mari Rubro ſubmerſis) Moyſes & filii Iſrael poſt victoriam Domino cecinerunt ·

*CAntemus Domino · glorioſe enim honorificatus eſt . * equum & aſcenſorem [4] projecit in mare ·*

*Adjutor & protector [5] factus eſt mihi * in ſalutem ·*

*Hic Deus [6] meus . & honorificabo eum . * Deus patris mei . & exaltabo eum ·*

Domi-

CAntemus Domino · * glorioſe enim magnificatus eſt . * equum & aſcenſorem dejecit in mare ·

Fortitudo mea & laus mea Dominus · * [7] & factus eſt mihi in ſalutem ·

Iſte Deus meus . & glorificabo eum · * Deus patris mei . & exaltabo eum ·

Domi-

(1) *Sab. & Ver.* Sed in hoc glorietur qui gloriatur : *tum Sub.* intelligere & cognoſcere Dominum &c.

(2) *Ver.* & tonuit : & ipſe judicat extremitates terræ : Dat virtutem regibus noſtris , & exaltabit cornum Chriſti ſui . Amen .

Sub. & ipſe ſumma terræ , & dabit fortitudinem regibus noſtris , & exaltabit &c.

(3) *Veterem hujus Cantici Verſionem nacti ſumus in Vat. 82. & in Alex. 11. quæ cum non tantum diſtet a Romana ejuſdem editione , ſatis erit variantia ejus loca annotare , quibus addere libuit & variantias illorum Verſionum quas edidere Clariſſimi viri Blanchinus in Vindic. Canon. Script. tum ex Cod. Ver. quum conſuetu nota indicaturi ſumus , tum ex lib. 3. Palæograph. Montfauc. quam præſtantis hujus Edit. nomine Blanch. donabimus , & Sab. Exodi 15. Veteris Itala ·*

Thomaſius evolvens Vaticanæ Bibliothecæ MSS. Codd. notaverat ad Calcem ſui exemplaris , hujus Cantici Titulum a variis MSS. varie exhiberi : ſic in Vat. 84. Canticum Moyſi hominis Dei , *aliis quæ ſequuntur omiſſis : Vat.* 84. ἀπλῶς Canticum Mariæ Prophetiſſæ in Exodo : *in Vat.* 5729. Canticum Moyſi Prophetæ : *in Palat.* 30. Canticum Mariæ Prophetiſſæ : *in Vat.* 4226. Canticum Mariæ Sororis Aaron invitantis filios Iſrael ad laudem Dei .

(4) *Sab.* dejecit .

(5) *Ver.* mihi fuit in ſalutem .

(6) *Blanchinus & Sab.* iſte Deus meus , & glorificabo eum . *Alterum hujus ℣. hemeſtichium Alex. omittit .*

(7) *Alex. Verſione Gallicana , quam e regione antiquæ de more exhibet , heic ait :* & factus es .

*Dominus conterens bella . * Dominus [1] nomen est ei .*

*Currus Pharaonis . & exercitum ejus * projecit in mare .*

*Electos ascensores [2] ternos stantes. * demersit in rubrum mare .*

*Pelagus [3] cooperuit eos . * devenerunt in profundum tamquam lapis .*

*Dextera tua . Domine . [4] glorificata est in virtute . * dextera manus tua . Domine . confregit inimicos .*

*Et per multitudinem majestatis tuæ * [5] contrivisti adversarios .*

*Misisti iram tuam . & comedit [6] eos tamquam stipulam . * & per spiritum iracundiæ tuæ divisa est aqua .*

*Gelaverunt (tamquam murus) aquæ. * gelaverunt fluctus [7] in medio maris .*

*Dixit inimicus . Persequens comprehendam . * [8] partibor spolia . replebo animam meam . * interficiam gladio meo . [9] dominabitur manus mea .*

Misisti spiritum tuum [10] & cooperuit

Dominus quasi vir pugnator . Omnipotens nomen ejus . * Currus Pharaonis . & exercitum ejus [11] projecit in mare .

Electi principes ejus submersi sunt in mari rubro . * Abyssi operuerunt eos . * descenderunt in profundum quasi lapis .

Dextera tua. Domine . [12] magnificata est in fortitudine . * dextera tua . Domine . percussit inimicum . * & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos .

Misisti iram tuam. quæ devoravit eos sicut stipulam . * & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ .

Stetit unda fluens . * congregatæ sunt abyssi in medio mari .

Dixit inimicus . Persequar . & comprehendam . * dividam spolia . implebitur anima mea .

Evaginabo gladium meum . * interficiet eos manus mea .

Flavit

(1) *Ver.* nomen est illi: *& subsequenti versu pro* exercitum ejus *ait*: & potestatem illius.

(2) *Ver. addita copula*: & ternos &c. *Alex.* ternos statores, *indicium Veteris Italæ ex Hieronymo.*

Holst. ternos stantes. In MS. antiquiore veteris veræque lectionis vestigia supersunt: legit enim *tristrates* pro eo quod ab initio fuerat *ternos statores*, quorum illud doctissimus Flaminius Nobilius in latina Versione LXX. servavit, ubi ex antiquo Scholiaste egregiam hujus vocis explicationem affert. Sed D. Hieronymus omnium accuratissimè de hoc loco agit Comment. in Ezechiel. lib. 7. cap. 23. edit. Rom. pag. 529. ubi ait: Tristatas *nos principes principum interpretati sumus, de quibus ut in Exodo legimus*: Electos ascensores tristatas, *pro quibus latina simplicitas* Ternos statores *transtulit*. Hoc igitur modo in nostra editione restituendum ex D. Hieronymo, & vetustissimi optimique MS. nostri fide. Vide Drusium locorum difficil. Exodi cap. 22.

Eodem versu Alex. Ver. & Sab. habent: in rubro mare.

(3) *Alex. Sab. Blanch.* Pelago cooperuit eos. *Vat.* 82. Pelagus opperuit eos, merserunt in profundum &c. *Ver.* Pelagus operuit eos: mersuerunt. &c.

(4) *Ver.* honorificata est in virtute: dextera tua Domine confregit &c. *Alex.* contringit. *Vat.* dextera manus tuæ, Domine, (confregit) inimicos.

(5) *Vat.* & per multitudinem gloriæ tuæ: *tum Alex. & Vat.* 84. conteruisti. *Sab. & Blanch.* contribulasti. *Ver.* confregisti. *Holst. contrivisti.* MS. noster antiquior, & Florent. *conteruisti.*

(6) *Sab. & Blanch.* illos. *Alex.* tanquam stipula ignis. *Deinde loco* iracundiæ tuæ *Sab. Blanch. Ver. & Vat. scribunt*, iræ tuæ: *tum Ver.* steterunt ut murus aquæ: gelaverunt undæ in medio mari. (7) *Alex. Vat.* 84. *Vat.* 82. *Blanch. & Sab.* in medio mari; *Sed Græc.* ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης.

(8) *Vat.* 84. *& Vat.* 82. partibo spolia. *Ver. supra*, comprehendeos *pro* comprehendam.

(9) *Holst. & dominabitur.* MSS. omnes, & LXX. delent copulam.

Sed retinet Vat. 84.

(10) *Vat.* & opperuit eos mare: *tum Blanch. & Sab.* descenderunt; *Alex. non*, demersisti tamquam plumbum, *ut scribit hoc loco Sabat. sed*, mersi estis tamquam plumbum in aqua validissima. *Ver.* operuit *habet loco* cooperuit, *&* validam *pro* validissimam.

(11) *Alex.* projicit.

(12) *Alex.* magnifice in fortitudine.

*ruit eos mare. * merserunt (tamquam plumbum) in aquam validissimam.*

*Quis [1] similis tibi in diis Domine? quis similis tibi. * gloriosus in sanctis. mirabilis in majestatibus. faciens prodigia?*

*Extendisti dexteram tuam. [2] & devoravit eos terra. * gubernasti justitia tua populum tuum hunc. quem liberasti.*

*Exhortatus [3] es in virtute tua. * & in refectione sancta tua.*

*Audierunt gentes. [4] & iratæ sunt. * dolores comprehenderunt inhabitantes Philisthiim.*

*Tunc [5] festinaverunt duces Edom. & principes Moabitarum. * apprehendit [6] eos timor.*

*Tabuerunt [7] omnes inhabitantes Chanaan. * Decidat super eos timor & tremor magnitudinis brachii tui.*

*Fiant [8] tamquam lapis. donec transeat populus tuus. Domine. * usquedum pertranseat populus tuus hic. quem acquisisti.*

Plavit spiritus tuus. & operuit eos mare. * submersi sunt (quasi plumbum) in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui. * magnificus in sanctitate. * terribilis. atque laudabilis. faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam. & devoravit eos terra. * dux fuisti in misericordia tua [9] populo. quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua. * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt [10] populi. & irati sunt. * dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt principes Edom. * robustos Moab obtinuit tremor. * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor. * in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis. * donec pertranseat populus tuus. Domine. * donec pertranseat populus tuus iste. quem possedisti.

Introduces eos. & plantabis in

(1) *Holst.* Interpungendum ut in MS. nostro meliori, Cajet. & Florent. & LXX. *Quis similis tibi in diis Domine, quis similis tibi? gloriosus*. Fateor tamen textum Hebræum & Euthymium favere distinctioni receptæ.

Mirabilis in majestate. MS. noster secundus, *majestatibus*, ut LXX. θαυμαστὸς ἐν δόξαις, & Flaminius in latina translatione ex antiquo Interprete Origenis, & sic Ambros.

Vat. Holst. suffragatur, habens: Quis similis .... aut quis similis &c. *Ver. loco*, gloriosus in Sanctis *præfert*: honoratus es in eis.

(2) *Copulam ejus loci, juxta aliqua Græcorum exemplaria, Vat. tacet. Infra Alex.* Gubernasti justitiam tuam. *Sab.* in justitia tua. *Blanch. eas voces omittit, atque una cum Sabat. pro* liberasti *præfert* redemisti. *Ver.* Ducatum præstitisti justitia tua populo huic, quem eripuisti.

(3) *Vat.* Exhortatus in virtute tua, in defectione &c. *Alex.* & hortatus est, *tum copulam omittit cum Blanch. & Sabat. qui postremi legunt insuper propius ad Græcum*: in requie sancta tua. *Ver.* in habitatione &c.

(4) *Alex.* & iratæ factæ sunt: *deinde pro* comprehenderunt *Vat.* 82. & *Vat.* 84. apprehenderunt. *Ver.* gemitus *loco* dolores.

(5) *Ver.* Tunc properaverunt.

(6) *Blanch. & Sab.* illos tremor. *Alex.* eos tremor. *Ver.* illos timor.

(7) *Ita Alex. sed Blanch.* fluxerunt: *Vat. & Sab.* Defluxerunt *pro* tabuerunt: *tum Vat. excepto, duo alii* cecidit *pro* decidat, & magnitudine *loco* magnitudinis. *Ver.* Irruit super eos timor &c.

Holst. magnitudine brachii tui. Uterque MS. noster, & Cajet. *magnitudinis*, cujus lectionis meminit Nobilius ex Origenis Interprete ad hunc locum. LXX. ut editus.

(8) *Ver.* Lapides fiant omnes donec transeat populus, Domine &c. *Vat.* donec *rursus*: *Sab. Blanch. & Alex. MS.* hunc *pro* hic, *sed mendose, Græc. enim* ὁ λαός σου οὗτος. *Blanch.* ὁ λαός σου κύριε οὗτος.

(9) *Alex. omissa superiori copula præcedente vocem* devoravit, *heic habet*: in misericordia populo tuo.

(10) *Alex. addita copula*, & ascenderunt.

Induc & planta eos [1] *in montem hereditatis tuæ .* * *in præparato habitaculo tuo . quod præparaſti . Domine* ·

Sanctimonium [2] *tuum . Domine . quod præparaverunt manus tuæ .* * *Domine* [3] *qui regnas in æternum . & in ſæculum . & adhuc* ·

Quia [4] *introivit equitatus Pharaonis cum quadrigis & aſcenſoribus in mare .* * *& induxit ſuper eos Dominus aquas maris* ·

Filii autem Iſrael [5] *ambulaverunt per ſiccum* * *per medium mare* ·

monte hereditatis tuæ . * firmiſſimo habitaculo tuo . quod operatus es . Domine ·

Sanctuarium tuum. Domine . quod firmaverunt manus tuæ . * [7] Dominus regnabit in æternum . & ultra ·

Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare . * & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris ·

Filii autem Iſrael ambulaverunt per ſiccum * in medio ejus ·

Juxta Veterem Editionem ·

Sumpſit autem Maria Prophetis ſoror Aaron tympanum in manu ſua . & exierunt poſtea omnes mulieres cum tympanis & choris · [6] Præcedebat autem eas Maria . dicens ·

[8] Sumpſit ergo Maria Prophetiſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua . egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris · Quibus præcinebat . dicens ·

Cantemus Domino . glorioſe enim honorificatus eſt ·

Equum & aſcenſorem projecit in mare ·

Cantemus Domino · glorioſe enim magnificatus eſt ·

Equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare ·

ORA-

(1) *Holſt. in montem* . MSS. noſtri , & Cajet. & Ambroſ. *in monte* : ſed LXX. *εἰς ὄρος* . Veriſſimam tamen puto hanc lectionem , reſpondet enim ſequenti periodo ; *in præparato habitaculo tuo* . Septuaginta ibidem in accuſandi caſu : *εἰς ἕτοιμον κατοικητήριόν σου* verterunt .

Et Alex. uterque Vat. 82. *&* 84. *legunt* , in monte . *Sab. & Blanch. verſiculi primam partem exhibent* : Inducens plantato eos in montem hereditatis tuæ . (*heic deſunt Blanchino duo ſequentia hemiſtichia*) *Ver.* Introduc & planta eos in, montem hereditatis tuæ : *tum una cum Sab.* in præparatam habitationem tuam , quam . *Alex.* in præparata habitatione tua , quam &c.

(2) *Vat.* Sanctuarium , Domine , quod : *Alex.* ſanctum Domine , quod &c. *Sab. & Ver.* ſanctificationem , Domine , quam paraverunt &c. *Ver.* præparaverunt manus tuæ , Domine regnans in ſæcula , & in ævum , & adhuc .

(3) *Holſt. qui regnas in æternum , & in ſæculum* . MS. noſter melior omittit copulam *&* , quæ apud LXX. quidem habetur , ſed non apud Hebræos ; nam ibi ſimpliciter legitur : *Dominus regnavit in ſæculum & in perpetuum* : unde apparet illud , *in æternum & in ſæculum* , eſſe idem per diverſa . At in noſtro Pſalt. haud ſemel id occurrit .

Vat. 82. *hemiſtichium de quo agitur ita effert* : Dominus regnans in æternum , & ſuper ſæculum , & adhuc .

(4) *Sab. & Blanch.* introiit : *& infra* adduxit *pro* induxit . *Vat. & Ver. pro* quadrigis *habent* curribus . *Ver.* ſuperduxit : *& infra* , aquam maris .

(5) *Blanch. & Sab.* traſierunt per ſiccum in medio mari : *Vat.* per aridam in medio mare : *& Alex.* in medio mare . *Quæ hinc ſequuntur tacet Blanchinus , & ex Alex. noſtro exhibet Sabatier* .

(6) *Ver.* Et præerat eis Maria &c.

(7) *Alex.* Dominus regnavit .

(8) *Alex. pro Gallicana editione heic tantum habet* : Et præcinebat Maria , dicens : Cantemus Domino , glorioſe enim magnificatus eſt .

ORATIO.

DEus . qui primis temporibus impleta miracula novi Testamenti luce reserasti . quod mare Rubrum forma sacri Fontis existeret . & liberata plebs ab Ægyptia servitute Christiani populi sacramenta præferret . da . ut omnes Gentes (Israelis privilegium merito Fidei consecutæ) Spiritus tui participatione regenerentur . Per Dominum &c. Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti &c.

ALIA.

DEus . cujus antiqua miracula etiam nostris sæculis coruscare sentimus . dum quod uni populo (a persecutione Ægyptia liberando) dexteræ tuæ potentia contulisti . id in salutem Gentium per aquam Regenerationis operaris . præsta . ut in Abrahæ filios . & in Israeliticam dignitatem totius Mundi transeat plenitudo . Per .

ALIA.

DEus . cujus antiqua miracula in præsenti quoque sæculo coruscare sentimus . præsta (quæsumus) ut sicut priorem populum ab Ægyptiis liberasti . hoc ad salutem Gentium per aquas Baptismatis opereris . Per .

ALIA.

DEus . qui populum tuum ex Ægypto tenebrarum . diris operibus aggravatum . (Moyse famulo tuo duce) liberare dignatus es . nos quoque famulos tuos de hujus sæculi caligine liberatos promissam Patribus requiem introire permittas . Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum . qui tecum vivit & regnat una cum Sancto Spiritu in sæcula sæculorum . Amen .

ALIA.

INeffabile robur . Trinitas Deus . qui sperantes in te ab hostibus tutare solitus es . concede propitius . ut qui semel in sacro Baptismate crimina nostra cum Pharaone demersimus . ad ea ulterius non revertamur . sed te in præparato habitaculo Ecclesiæ tuæ jugiter glorificemus . Quis vivis & regnas in sæcula sæculorum . Amen .

FERIA VI. AD MATUTINUM

Oratio Habacuc Prophetæ cum cantico [1]

Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorantiis.

Propheta Christum in Cruce contemplatur, & dicit. Operuit cælos gloria ejus & laude ejus plena est terra. splendor ejus ut lux erit. Cornua in manibus ejus. ibi abscondita est fortitudo ejus. *Oratque ut in adventu Christi error auferatur hominum.* Prophetæ *vero nomen est Titulo prænotatum. quòd Prophetico spiritu oret tolli caliginem & reddi lucem. auferri imaginem & tribui veritatem.*

Domine audivi [2] *auditum tuum. & timui.* * *consideravi opera tua. & expavi.*

In medio duorum animalium [3] *innotesceris.* * *dum appropinquaverint anni cognosceris.* * *dum advenerit tempus. ostenderis.*

In eo dum [4] *conturbata fuerit anima mea. in ira.* * *misericordiæ memor eris.*

Deus a Libano veniet. * *& Sanctus de monte umbroso* [5] *& condenso.* Diapsalma.

Operuit cælos Majestas ejus. * [6] *& laude ejus plena est terra.*

Splendor [7] *ejus sicut lumen erit.* * *Cor-*

Domine audivi auditionem tuam. * & timui.

Domine. opus tuum. * in medio annorum vivifica illud.

In medio annorum notum facies. * cum iratus fueris. misericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet. * & Sanctus de monte Pharan.

Semper.

Operuit cælos gloria ejus. * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit. * Cornua in manibus ejus.

Ibi abscondita est fortitudo ejus. * Ante

(1) *Hanc orationem & Canticum juxta veterem Versionem nobis exhibent Hieronymus Comment. suo in eum Prophetam, & Aug. lib. 18. de Civit. Dei cap. 32. Blanchinus, atque Sabatier, qui postremus nota 1. in hunc locū tom. 2. pag. 966. Romanam editionem a Thomasio publici juris factam an. 1697. cum Veteri Itala confundere videtur, quod absolute dictum, nulloque adhibito discrimine negotium aliquod facessit. Nos Romanam hanc editionem cum inedita MS. Vat. 82. conferimus, varianti a loca de more heic ad paginæ calcem annotantes; & ut ab ipso Titulo ordiamur, MS. ille inscribit:* Canticum seu oratio Abbacu Prophetæ.

(2) *Vat.* auditionem tuam, *cum Sorbon. MS. signat. num. 2. ex Maximo Taurin. in homil. pag. 5. apud Sab. & Aug. lib. 18. de Civit. Dei cap. 31. t. 7. pag. 716.*

(3) *Vat.* innotesces, *cum eodem Sorbon. MS. supra allegato: tum,* in eo dum adpropinquaverint. *Subsequenti autem versu rursus cum eodem Sorbon.* In turbatione animæ meæ, in ira, misericordiæ memoraberis.

(4) *Holst. In eo dum turbata fuerit.* MSS. tam nostri quàm exteri, quos vidi, & Cajet. legunt, *conturbata.*

(5) *Vat.* umbroso & opaco, *cum Sorbon. 2. cum Ver. & cum Ambros. lib. de Noe cap. 15. col. 249.*

(6) *Holst. & laude ejus.* Codex noster vetustior, *& laudes ejus.* Non dubito quin olim fuerit ut apud S. Hieronymum, *& laudis ejus plena est terra:* servato scilicet græcismo, *καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ ἐπλήσθη ἡ οἰκουμένη.*

Et Tertull. lib. 2. Testim. legit: laudis ejus. *Consule hoc loco Sab.*

(7) *Holst. splendor sicut lumen.* MSS. nostri: *splendor ejus sicut lumen;* atque ita Septuaginta: *καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς,* atque ita Cajet. & Ambros. Mox melior, & alius recentior: *& cornua sunt in manibus ejus,* addita copula, quod apud LXX. hoc loco in excusis non extat, sed habetur in vetustissimo exemplari græco majusculis scripto, quod notæ ad Sixtinam græcam nobis exhibent.

Cornua sunt in manibus ejus.

Ibi [1] *confirmata est virtus gloriæ ejus.* * *&* [2] *posuit charitatem firmam fortitudinis suæ.*

Ante faciem ejus ibit verbum. [3] *& exibit in campis.* * *Pedes ejus steterunt. & mota est terra.*

Aspexit [4]. *& defluxerunt gentes. confracti sunt montes vehementer. & defluxerunt colles æternales.* * *itinera æternitatis ejus.*

Præ [5] *laboribus vidi tabernacula Æthiopum.* * [6] *expavescent tabernacula terræ Madian.*

Numquid [7] *in fluminibus ira tua. Domine? aut in fluminibus furor tuus?* * *aut in mari impetus tuus?*

Quoniam ascendens ascendes super equos tuos. * *& equitatus tuus sanitas.*

Ten-

Ante faciem ejus ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes ejus. * Stetit. & mensus est terram.

Aspexit. & dissolvit Gentes. * & contriti sunt montes sæculi.

Incurvati sunt colles Mundi. * ab itineribus æternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ. * turbabuntur pelles terræ Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? * aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos. * & quadrigæ tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum. * juramenta Tribubus quæ locutus es.

Sem-

(1) *Primum hujus versus hemistichium omittit Vat. cum Sab. alterum vero idem MS. ita exhibet:* Posuit dilectionem firmam virtutis suæ. *Rei rationem aperit sequenti nota.*

(2) *Holst. Et posuit charitatem firmam.* MSS. omnes, & Cajet legunt, *claritatem*, quæ lectio nullum in græcis Codd. præsidium habet; nam Complut. ἀγάπην, Sixtina, ἀγάπησιν heic exhibet; & Ambrosianum *dilectionem* habet. Ceterum hoc versu duplex Versio conjungitur; nam quod in Hebræo fonte legitur: *& ibi absconsio fortitudinis ejus*, sive ut Vulgata habet: *ibi absconsita est fortitudo ejus*, id vetus Interpres in notis Sixtinæ ita vertit: ἐκεῖ κατεστήρικται ἡ δύναμις τῆς δόξης αὐτοῦ, *ibi confirmata est virtus gloriæ ejus*. Editio autem quæ LXX. nomen præfert: καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ, *& posuit charitatem firmam fortitudinis suæ*; ita duæ Versiones hic in unum conflatæ, idque Ambrosianum exemplar confirmat, ubi posterior hæc τῶν ὁ tantum legitur, omissa priore: *posuit dilectionem firmam virtutis suæ.*

(3) *Vat.* 84. *cum Ver.* & exivit: *mendose tamen. Vat.* 82. & exibunt in campum pedes ejus, stetit, & commota est terra.

(4) *Vat.* Respexit, & defluxerunt gentes: *& infra cum Sab. omittit copulam & præcedentem vocem*, defluxerunt: *tum pro* itinera æternitatis ejus *habet*: itinera sæcularia ejus præ laboribus vidi.

(5) *Holst. præ laboribus vidi.* Hæc verba omnes MSS. Codices, & Cajet. præcedenti versui adjungunt. *Itinera æternitatis ejus præ laboribus vidi*, inde alio versiculo: *Tabernacula Æthiopum expavescent: Tabernacula terræ Madian.* Quam distinctionem Euthymius Monachus sequitur. & Ambrosianum: *Itinera sæcularia ejus præ laboribus vidi: Tabernacula Æthiopum expavescent: & tabernacula terræ Madian*: atque hoc modo S. Gregor. Mag. Moral. lib. 18. cap. 27. hunc locum citat & distinguit, ut ex ipsius expositione apparet; atque Psalt. illud optimum Barberinum versibus distinctum. Sed receptæ distinctioni favent LXX. & alter ille Interpres vetustissimus in notis Sixtinæ, tum Versio ex Septuaginta apud Hieronymum.

At priori a recepta diversæ suffragantur Vet. Cod. & Thomasius Psalt. versibus prisco more distincto, ut & Vat. 82.

(6) *Vat. addita copula cum Breviar. Mozarab.* & expavescent: *& versu subsequenti:* Numquid in fluminibus irasceris Domine? aut in fluminibus ira tua? aut in mari &c.

(7) *Holst. Numquid in fluminibus irasceris Domine: aut in fluminibus ira tua*: legit Ambros. planè ut LXX.

Tendens [1] *extendens arcum tuum super ſceptra . * dicit Dominus ·*

Diapſalma ·

Fluminibus [2] *ſcindetur terra · * videbunt te . & dolebunt populi ·*

Aſpergens [3] *aquas in itineribus ſuis · * dedit abyſſus vocem ſuam ab altitudine phantaſiæ ſuæ ·*

*Elevatus eſt ſol . * & luna ſtetit in ordine ſuo ·*

*In lumine jacula tua ibunt . * in ſplendore fulgoris* [4] *armorum tuorum ·*

In comminatione [5] *tua minorabis terram · * & in furore tuo detrahes gentes ·*

Exiſti in ſalutem populi tui . ut ſalvos facias Chriſtos tuos ·*

*Miſiſti in capita inimicorum mortem · * excitaſti vincula uſque* [6] *ad cervices ·*

In finem ·

Præcidiſti [7] *(in alienatione) capita potentium · * movebuntur in ea gentes ·*

Adaperient [8] *lora ſua .* ſicut pauper edens in occulto ·*

Miſiſti in mare equos tuos . turbantes aquas multas ·*

Cuſtodivi . [9] *& expavit venter meus .* a voce orationis labiorum meorum ·*

*Et introivit tremor in oſſa mea . * & ſub-*

Semper ·

Fluvios ſcindes terræ · * viderunt te . & doluerunt montes · * gurges aquarum tranſiit ·

Dedit abyſſus vocem ſuam · * altitudo manus ſuas levavit ·

Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo . * in luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ ·

In fremitu conculcabis terram · * & in furore obſtupefacies gentes ·

Egreſſus es in ſalutem populi tui . * in ſalutem cum Chriſto tuo ·

Percuſſiſti caput de domo impii · * denudaſti fundamentum ejus uſque ad collum :

Semper ·

Maledixiſti ſceptris ejus . capiti bellatorum ejus . * venientibus (ut turbo) ad diſpergendum me ·

Exultatio eorum . * ſicut ejus qui devorat pauperem in abſcondito ·

Viam feciſti in mari equis tuis . * in luto aquarum multarum ·

Audivi . & conturbatus eſt venter meus · * a voce contremuerunt labia mea ·

Ingrediatur putredo in oſſibus meis.* & ſubter me ſcateat :

Ut

(1) *Vat.* Intendes & extendes : *deinde omittit* Diapſalma . *Vat.* 84. Tendens & extendens .

(2) *Vat. und cum Sorb.* 2. Fluminum rumpitur terra ·

(3) *Vat.* Aſperges aqnas itineris : dedit abyſſus &c. *Accinit Sab. ſolum pro* aſperges *habet*, diſperges ·

(4) *Vat.* arma tua . *Conſonat Sorb.* 2. *apud Sab. & Ver. Brev. Mozarab.* armatura tua . *Tertul. lib.* 4 *contra Marc.* ſcutum tuum .

(5) *Vat. tollis vocutam* , tua : *& infra loco* detrahes *habet* , deduces .

(6) *Vat. & Sorb.* 2. uſque ad cervicem : *Græc.* ἕως τραχήλου ·

(7) *Vat. cum Ver.* in pavore *pro* in alienatione ·

(8) *Holſt. adaperient lora ſua* . Omnes MSS. Codd. & Cajet. & Ambroſ. legunt : *ora ſua* , & ſic habet Gregor. Magn. Homil. 10 in Ezechielem . Sed LXX. διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν , *aperient frenos ſuos* , ut apud S. Hieron. legitur ,

Et apud Sab. quem conſule .

Vat. verſiculum ita effert · Adaperient ora ſua ſicut edens pauper in abſconſo . *Et Vat.* 84. ora ſua .

(9) *Vat.* 82. *& Vat.* 84. Cuſtodivit & expavit : *& infra Vat.* 82. *loco* orationis *præfert* , deprecationis .

& subtus me turbata est virtus mea.

Requiescam [1] *in die tribulationis meæ . * ut ascendam ad populum transmigrationis meæ.*

Quoniam ficus non afferet fructum. & non erit generatio in vineis.*

*Mentietur opus olivæ . * & campi* [2] *non facient escas.*

*Defecerunt ab esca oves . ** [3] *& non erunt in præsepio boves.*

Ego autem in Domino [4] *gloriabor . * gaudebo in Deo* JESU *meo.*

Domine Deus virtus mea [5] *constitue pedes meos in consummatione . & super excelsa statue me . * ut vincam in claritate ipsius.*

Ut requiescam in die tribulationis . * ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit . * & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ . * & arva non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus . * & non erit armentum in præsepibus.

Ego autem in Domino gaudebo . * & exultabo in Deo JESU meo.

Deus Dominus fortitudo mea . * & ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me Victor * in psalmis canentem.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus spes unica Mundi . qui Prophetarum tuorum præconio præsentium temporum declarasti mysteria . auge populi tui vota placatus . quia in nullo Fidelium nisi ex tua inspiratioue proveniunt quarumlibet incrementa virtutum. Per.

ALIA.

DEus incommutabilis Virtus . & Lumen æternum . respice propitius ad totius Ecclesiæ mirabile sacramentum . & da famulis tuis . ut hoc quod devote agimus . etiam rectitudine vitæ teneamus. Per Dominum &c.

SABBATO. AD. MATUTINUM

Canticum Moysi ad filios Israel . In Deuteronomio.

Carmen istud (quod in testimonium filiis Israel Moyses decantavit) partim secundum historiam Israelitarum pro beneficiis sibi a Domino collatis exprobrat perfidiam . partim per allegoriam de mysteriis cælestibus sanctam Dei instruit Ecclesiam . partim autem ad honestatem morum unumquemque Fidelium provocat per tropologiam.

*ATtende cælum & loquar . ** [6] *audiat terra verba ex ore meo.*

Expe-

AUdite cæli quæ loquor . * audiat terra verba oris mei.

Con-

(1) *Vat. addita copula*: Et requiescam: *tum una cum Ver. omittit voculam* meæ *excipientem* tribulationis. (2) *Vat.*84. non faciunt escas. *Vat.*82. non facient escam. *Græc. βρῶσιν.*

(3) *Vat.* & non sunt a præsepio boves.

(4) *Vat.* exsultabo *pro* gloriabor : *& infra pro* Jesu *legit* Salutari : *quod Aug. lib.* 18. *de Civit. Dei cap.* 32. *non probatur , ait enim* : Melius autem mihi videntur quidam Codices habere : *gaudebo in Deo Jesu meo* : quàm qui volentes id latinè ponere , nomen ipsum non posuerunt , quod est nobis amicius & dulcius nominare :

(5) *Vat. cum Breviar. Mozarab.* statuet pedes meos : *deinde omissa copula cum Ver. & Sab.* Super excelsa imponet me , ut vincam in gloria ejus . *Sab.* in Cantico ejus.

(6) *Holst. audiat terra* . MS. unus addita copula , *& audiat* , ut LXX. Cajet. & Ambros. sic & recentior MS.

Et Vat. 84. *eam copulam addit.*

*Expectetur (sicut pluvia) eloquium meum . * & descendant (sicut ros) verba mea ·*

*Sicut imber super gramen . & sicut nix super fœnum · * quia nomen Domini invocabo ·*

*Date magnitudinem Deo nostro · * Deus : vera opera ejus . & omnes viæ ejus judicia ·*

*Deus fidelis . & non est iniquitas in eo · * justus & sanctus Dominus ·*

*Peccaverunt non ei [1] filii immaculati · * Natio prava & perversa . hæc Domino retribuisti ?*

*Sic plebs fatua . & non sapiens ? * nonnè hic ipse tuus pater ? possedit te ? [2] fecit te ? & creavit te ?*

*In mente habete dies sæculi · * intelligite annos nationis nationum ·*

*Interroga patrem tuum . & annunciabit tibi · * seniores tuos . & dicent tibi ·*

*Cum divideret excelsus gentes . * quemadmodum dispersit filios Adæ ·*

*Statuit terminos gentium . * secundum numerum Angelorum Dei ·*

*Et facta est pars Domini populus ejus Jacob . * [3] funiculus hereditatis ejus Israel ·*

*Sufficientem [4] eum sibi fecit in eremo . * in siti caloris . ubi non erat aqua ·*

*Circumduxit eum . & erudivit eum · * & custodivit eum sicut pupillam oculi ·*

Sicut

Concrescat [5] (ut pluvia) doctrina mea . * fluat (ut ros) eloquium meum ·

Quasi imber super herbam . * & quasi stillæ [6] super gramina · * quia nomen Domini invocabo ·

Date magnificentiam Deo nostro · * Dei perfecta sunt opera . & omnes viæ ejus judicia ·

Deus fidelis . & absque ulla iniquitate . justus & rectus · * peccaverunt ei . & non filii ejus in sordibus ·

Generatio prava atque perversa . * haeccine reddis Domino popule stulte & insipiens ?

Numquid non ipse est pater tuus ? * qui possedit te ? & fecit & creavit te ?

Memento dierum antiquorum . * cogita generationes singulas ·

Interroga patrem tuum . & annunciabit tibi · * majores tuos . & dicent tibi ·

Quando dividebat Altissimus gentes . * quando separabat filios Adam ·

Constituit terminos populorum . * juxta numerum filiorum Israel ·

Pars autem Domini populus ejus . * Jacob [7] funiculus hereditatis ejus ·

Invenit eum in terra deserta . * in loco horroris & vastæ solitudinis ·

Circumduxit eum . & docuit . * & custodivit quasi pupillam oculi sui ·

Sicut aquila provocans ad volandum

(1) *Holst. Filii maculati* . MSS. nostri . & Cajet. legunt , *immaculati* . Videtur legisse apud LXX. *τέκνα ἀμώμητα* , ubi nunc , *τέκνα μωμητά* scribitur , quod facile fieri potuit , quum olim litteræ & voces interstitio & accentu minus distinguerentur : Sed quamvis lectio MSS. nostrarum sensum faciliorem constituere videatur , abit tamen a fontibus Hebræorum , in quibus interpretandis Veteres hoc loco non consentiunt . Ambrosian. legit cum interrogatione : *Peccaverunt nonne Filii maculati ? natio &c.* Duo MSS. recentiores : *Peccaverunt & non ei filii immaculati* , addita copula ut in Vulgata , sed duo vetustiores eam ignorant . *Vide infra quæ annotabimus ad hunc locum Vers. antiquæ ex Vat.* 82.

(2) *Vat.* 84. *addita copula* : & fecit te .

(3) *Vat.* 84. funiculum ·

(4) *Holst.* Distinguendum ex MSS. omnibus , LXX. & Heb. & Cajet. *sufficientem eum sibi fecit in eremo : in siti caloris , ubi non erat aqua* : Sic Ambros. *Sufficientem fecit eum in terra deserta : in siti caloris &c.*

(5) *Alex. MS. qui & Cantici hujus Vulg. edit. præfert hic ait* : in pluvia .

(6) *Idem Alex. minori numero* : super gramen .

(7) *Alex.* funiculum .

*Sicut aquila tegit nidum suum. * & super pullos suos consedet.* [1]
*Expandit alas suas. & accepit eos. * & suscepit eos super scapulas suas.*
*Dominus solus ducebat eos. * & non erat cum eis deus alienus.*
*Adduxit eos in fortitudinem terræ. * cibavit eos nascentiis agrorum.*
*Suxerunt mel de petra. * & oleum de firma petra.*
*Butyrum boum. & lac ovium. cum adipe agnorum & arietum. * filiorum taurorum & hircorum. cum adipe* [2] *renum tritici. & sanguine uvæ.*
*Bibit vinum. & manducavit Jacob. & satiatus est. * & recalcitravit Dilectus.*
*Pinguis factus est. & incrassavit. & dilatatus est. * & dereliquit Deum qui fecit eum. & recessit a Deo salutari suo.*
*Exacerbaverunt me in alienis. * in abominationibus suis concitaverunt me.*
Sacrificaverunt dæmoniis & non Deo. [3] *diis quos non noverunt. * novi recentesque* [4] *venerunt. quos nesciebant Patres eorum.*
Deum qui te genuit [5] *dereliquisti. * & oblitus es Deum alentem te.*
*Vidit Dominus. & zelatus est. * & exacerbatus est propter iram filiorum suorum. & filiarum.*
*Et dixit. Avertam faciem meam ab eis. * & ostendam quid erit eis in novissimo.*
Quia generatio prava [6] *& perversa. **

dum pullos suos. * & super eos volitans.
Expandit alas suas. [7] & assumpsit eum. * atque portavit in humeris suis.
Dominus solus dux ejus fuit. * & non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram. * ut comederet fructus agrorum.
Ut [8] sugeret mel de petra. * oleumque de saxo durissimo.
Butyrum de armento. & lac de ovibus. * cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan.
Et hircos cum medulla tritici. * & sanguinem uvæ biberet meracissimum.
Incrassatus [9] est dilectus. & recalcitravit. * incrassatus. impinguatus. dilatatus.
Dereliquit Deum factorem suum. * & recessit a Deo salutari suo.
Provocaverunt eum in diis alienis. * & in abominationibus ad iracundiam concitaverunt.
Immolaverunt dæmoniis. & non Deo. * diis quos ignorabant.
Novi recentesque venerunt. * quos [10] non coluerunt Patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti. * & oblitus es Domini Creatoris tui.
Vidit Dominus. & ad iracundiam concitatus est. * quia provocaverunt eum filii sui. & filiæ.
Et ait. Abscondam faciem [11] meam ab eis. * & considerabo novissima eorum.
Generatio enim perversa est. * & infideles filii.

(1) *Vat.* 84. consedit.
(2) *Vat.* 84. renium.
(3) *Holst. Diis quos non noverunt.* MSS. nostri & Cajet. *Dii, quos non noverunt, novi recentesque venerunt.* LXX. Θεοῖς, οἷς οὐκ ᾔδεισαν, quod cum præcedentibus verbis, *Dæmoniis, & non Deo*, conjungunt, ut Bandini editio & Ambros. Ambrosianum exemplar aliter distinguit, ut Græca Sixtina: *& immolaverunt dæmoniis, & non Deo, Diis quos non noverant: novi ad præsens venerunt quos &c.*
(4) *Vat.* 84. venerunt ad eos, quos &c.
(5) *Holst. Deum qui te genuit reliquisti:* MSS. omnes, *dereliquisti*, & Cajet. & Ambros.
(6) *Vat.* 84. & perversa est: filii &c.
(7) *Alex.* & assumpsit eos.
(8) *Alex.* Et fugeret.
(9) *Alex. verbum est heic omittit.*
(10) *Alex.* non coluerant.
(11) *Vocem* meam *Alex. tacet.*

*ſa. * filii. in quibus non eſt fides in ipſis.*

*Ipſi in zelo compulerunt me. & non in Deo. * in iram concitaverunt me in idolis ſuis.*

*Et ego in zelo expellam eos. & non in gente. * [1] in gente inſipiente irritabo eos.*

*Quia ignis exarſit ab ira mea. * & ardebit uſque ad inferos deorſum.*

*Comedet terram [2] & naſcentias agrorum. * & concremabit fundamenta montium.*

*Congeram in ipſis mala. * & ſagittas meas conſummabo in eis.*

*Tabeſcentes fame. [3] & eſca erunt avium. * & extenſio dorſi inſanabilis.*

*Dentes beſtiarum immittã [4] in eos. * cum furore trahentium ſuper terram.*

*A foris ſine filiis privabit eos gladius. * & in promptuariis timor.*

*Juvenis cum virgine [5]. * lactens cum ſtabilito ſene.*

*Dixi. Diſpergam eos. * privabo autem ex hominibus memoriam eorum.*

*Niſi propter iram inimicorum. * ne longo tempore ſint ſuper terram.*

*Ne conſentiant [6] adverſarii ejus. & dicant. * Manus noſtra excelſa (& non Deus) fecit hæc omnia.*

*Quia gens [7] perdita conſilio eſt. * & non*

Ipſi me provocaverunt in eo qui non erat Deus. * & irritaverunt in vanitatibus ſuis.

Et ego provocabo eos in eo qui non eſt populus. * & in gente ſtulta irritabo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. * & ardebit uſque ad inferni noviſſima.

Devorabitque [8] terram cum germine ſuo. * & montium fundamenta comburet.

Congregabo ſuper eos mala. * & ſagittas meas complebo in eis.

Conſummentur fame. * & devorabunt eos aves morſu amariſſimo.

Dentes beſtiarum immittam [9] in eos. * cum furore trahentium ſuper terram. atque ſerpentium.

Foris vaſtabit eos gladius. & intus pavor. * juvenem ſimul ac virginem. [10] lactentem cum homine ſene.

Dixi. Ubi nam ſunt? * Ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum diſtuli. * ne forte ſuperbirent hoſtes eorum.

Et dicerent. Manus noſtra excelſa. * (& non Dominus) fecit hæc omnia.

Gens abſque conſilio eſt. & ſine prudentia. * Utinam ſaperent & intelligerent.

(1) *Holſt. in gente inſipiente irritabo eos.* MSS. omnes, & Cajet. & Ambroſ. *inſipientem*; ſed LXX. ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ.

Vat. 84. io oon gentem, in gentem inſipiontem &c.

(2) *Holſt. Comedet terram, & naſcentias agrorū.* MSS. omnes: *Comedet terra naſcentia agrorum.* ſed prior lectio cum LXX. convenit. Ambroſianum: *Comedet terram & naſcentia ejus*, ut Septuaginta. Cajet. *Comedet terram naſcentiis agrorum*, & ita unus MS. noſter recentior.

Vat. 84. comedit terra naſcentias agrorum, & combueet fundamenta teeræ.

(3) *Holſt. tabeſcentes fame, & eſca erunt.* MS. melior, & duo recentiores nil mutant, nec Cajet. nec Ambroſian. Reliqui tres delent &: LXX. τηκόμενοι λιμῷ κ' βρώσει ὀρνέων.

(4) *Holſt. immittam in eos:* MS. melior, *in eis*, & ſic Cajet. atque ita verſu 33. *bis* redditur, quod LXX. εἰς αὐτούς.

Et Vat. 84. in eis.

(5) *Holſt. lactans cum ſtabilito ſene.* MSS. omnes, & Cajet. *lactens*, atque ita Bandinus corrigendum notaverat: & LXX. θηλάζων. Ambroſ. *lactens mamillam.*

(6) *Vat.* 84. Ne conſentiant adverſarii, & dicant &c.

(7) *Holſt. quia gens perdito conſilio eſt.* Omnes MSS. etiam recentiores noſtri, & Cajet. legunt, *perdita*: & ita apud LXX. ἔθνος ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστι.

At Vat. 84. perdito conſilio eſt.

(8) *Alex.* Devoravitque &c.

(9) *Alex.* in eis. (10) *Alex.* lactantem.

& non est in eis disciplina.
*Non sapuerunt intelligere. * hæc percipient in futuro tempore.*
*Quomodo persequetur unus mille? * & duo transmovebunt dena millia?*
*Nisi quia Dominus subdidit eos? * & Deus tradidit illos?*
*Quia non est Deus noster sicut dii illorum. * inimici autem nostri insensati.*
*Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum. * & propago eorum ex Gomorrha.*
*Uva eorum uva fellis. * & botrus amaritudinis ipsis.*
*Furor draconum vinum eorum. * & furor aspidum insanabilis.*
*Nonne hæc omnia congregata sunt apud me? * & signata in thesauris meis?*
*In die ultionis reddam illis. * in tempore quo lapsus fuerit pes eorum.*
*Quia prope est dies perditionis eorum. * & hæc sunt parata vobis.*
*Quia judicabit Dominus populum suum. * & in servis suis consolabitur.*
*Vidit enim eos fatigatos. * & defectos in abductione, & dissolutos.*
*Et dixit. Nunc ubi sunt dii illorum. * [1] in quibus confidebant in ipsis?*
*Quorum adipem sacrificiorum edebatis. * & bibebatis vinum libationis eorum?*
*Exurgant nunc. & adjuvent vos. * & fiant vobis protectores.*
*Videte, videte. quoniam Ego sum Deus. * & non est alius præter me.*
*Ego occidam. & vivere faciam. percutiam. & ego sanabo. * & non est qui eripiat de manibus meis.*
Quia

gerent. ac novissima providerent.
Quomodo [2] persequatur unus mille? * & duo fugent decem millia?
Nonne ideo quia Deus suus vendidit eos? * & Dominus conclusit illos?
Non enim est Deus noster ut dii eorum? * & inimici nostri sunt judices?
De vinea Sodomorum vinea eorum. * & de suburbanis Gomorrhæ.
Uva eorum uva fellis. * [3] & botri amarissimi.
Fel draconum vinum eorum. * & venenum aspidum insanabile.
Nonne hæc condita sunt apud me? * & signata in thesauris meis?
Mea est ultio. & ego retribuam in tempore. * ut labatur pes eorum.
Juxta est dies perditionis. * & adesse [4] festinant tempora.
Judicabit Dominus populum suum. * & in servis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit manus. * & clausi [5] quoque defecerunt. residuique consumpti sunt.
Et dicet. Ubi sunt dii eorum. * in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes. * & bibebant vinum libaminum?
Surgant. & opitulentur vobis. * & in necessitate vos protegant.
Videte quod Ego sim solus. * & non sit alius Deus præter me.
Ego occidam. & ego vivere faciam. * percutiam. & ego sanabo. * & non est qui de manu mea possit eruere.
Levabo ad cælum manum meam. * & di-

(1) *Holst. in quibus confidebant in ipsis.* MSS. nostri veteres & recentiores: *in quibus confidebatis.* & ita Cajet. atque Ambros. sed LXX. ἐπεποίθειτε.
Et Vat. 84. in quibus confidebatis.
(2) *Alex.* persequebatur; *& infra*; & duo fugarent &c.
(3) *Alex.* & botryes.
(4) *Verbum* festinant *Alex. tacet.*
(5) *Et vocem* quoque *hoc loco idem Alex. nescit: tum ad initium subsequentis versiculi*: Et dicit.

*Quia tollam in cælum manum meam. & jurabo per dexteram meam. * & dicam. Vivo ego in æternum.*

*Quia exacuam (velut fulgur) gladium meum. * & aget judicium manus mea.*

*Et retribuam judicium de inimicis. * & his qui oderunt me. reddam.*

*Inebriabo sagittas meas in sanguine. * & gladius meus manducabit carnes.*

*A sanguine vulneratorum. & captivitate. ** [1] *a capite principum inimicorum.*

*Lætamini cæli simul cum eo. * & adorent eum omnes Angeli Dei.*

*Lætamini gentes simul cum populo ejus. * & confirment eum omnes filii Dei.*

*Quia sanguis filiorum ejus defendetur. * & defendet.*

Et [2] *retribuet judicium de inimicis. * & his qui oderunt. reddet.*

*Et emundabit Dominus * terram populi sui.*

& dicam. Vivo ego in æternum.

Si acuero (ut fulgur) gladium meum. * & arripuerit judicium manus mea.

Reddam ultionem hostibus meis. * & his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas [3] sanguine. * & gladius meus devorabit carnes.

De cruore occisorum. * & de captivitate nudati inimicorum capitis.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Laudate Gentes populum ejus. * quia sanguinem servorum suorum [4] ulciscetur.

. . . .
. . . .

Et vindictam retribuet in hostes eorum. * & propitius erit terræ populi sui.

ORATIO.

Deus celsitudo humilium & fortitudo rectorum. qui per sanctum Moysen puerum tuum ita erudire Populum tuum sacri Carminis tui decantatione voluisti. ut illa Legis iteratio fieret etiam nostra directio. excita in omnem justificatarum Gentium plenitudinem potentiam tuam. & da lætitiam mitigando terrorem. ut (omnium peccatis tua remissione deletis) quod denunciatum est in ultionem. transeat in salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ALIA.

Deus glorificatio Fidelium & vita justorum. qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri Carminis erudisti. in universis Gentibus misericordiæ tuæ munus operare tribuendo beatitudinem. auferendo terrorem. ut quod prænunciatum est ad supplicium. in remedium transferatur æternum. Per Dominum &c.

ALIA

(1) *Vat.* 84. *omissa a præpositione præfert.* capita principum &c.

(2) *Holst. & retribuet judicium.* Omnes MSS. nostri, & Cajet. ita hunc versum legunt: *& retribuam judicium de inimicis, & his qui oderunt me reddam.* LXX. ἀνταποδώσει, scilicet κύριος ex sequenti versu. Nata est hæc varietas ex versu, qui paulò ante in prima persona hæc asserit: male in nostro exculitur *reddent* pro *reddet*, ut LXX. & Ambros.

Vat. 84. & his qui oderunt eum reddet.

(3) *Alex.* in sanguine. (4) *Alex.* ulciscitur.

ALIA.

DEus qui nobis per Prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere. atque ad æterna festinare. da famulis tuis. ut quæ a te jussa cognovimus. implere (cælesti inspiratione) valeamus. Per.

CANTICUM DEUTERONOMII [1].

Antiquæ Versionis ex Cod. Vat. 82.

ATtende cælum & loquar. & audiat terra verba ex ore meo.

Exspectetur sicut Pluvia [2] pronunciatio mea. & descendant sicut ros verba mea.

Sicut [3] imber super gramen. & sicut nix super fœnum. quoniam nomen Domini invocabo.

Date magnitudinem [4] Domino Deo nostro. Deus. vera sunt opera ejus. & omnes viæ ejus judicia.

Deus fidelis & non est [5] iniquitas in eo. justus & sanctus Dominus.

Peccaverunt [6] nonne ei filii immaculati. natio prava & perversa hæc Domino retribuisti.

Sic [7] populus stultus & non sapiens? nonne hic ipse tuus est pater qui possedit te. & fecit te. & creavit te?

Et [8] rememoramini dies sæculi. intelligite annos generationis generationum.

Interroga patrem tuum [9] & indicabit tibi. seniores tuos & dicent tibi.

Cum

(1) *Antiquam Cantici Deuteronomii Versionem in Cod. Vat. 82. a nobis observatam uti in MS. ipso jacet hoc loco Thomasianis Canticis adjungimus, rati operam minime injucundam Divinarum Scripturarum studiosis daturos nos esse. Eandem exegimus tum ad alteram Versionem similiter antiquam Alex. 11. cujus exemplar, sicut & aliorum Canticorum antiquæ Versionis ejusdem MS. exscriptum atque transmissum fuisse Clarif. Sabatier ejus notæ ad Vet. Italam satis demonstrant, licet nec illius MS. cuncta quæ variant inibi annotentur, & aliquando secus ac exhibeantur in ipso MS. quod Clarif. viro contigisse remur vitio illius qui trasmittendum in Galliis exemplar exscripsit. Iisdem in notis vocatur MS. ille Vat. 11. annorum 1000. quum sit Alex. 11. Quantum autem Codex Vat. 82. ab Alex. 11. distet hoc loco, aut ab editis Sabatier & Veronensis Codicis similibus Canticis, ex infra notandis constabit.*

(2) *Sab.* adpronunciatio. *Alex.* eloquium meum.

(3) *Ver.* sicut pluvia: *& infra pro* invocabo, *una cum Alex. & Sab. scribit* invocavi. *Græc.* ἐκάλεσα.

(4. *Vocem* Domino *omittit Sab. qui & paullo inferius cum Alex. præterit verbum*, sunt.

(5 *Ver.* injustitia *pro* iniquitas: *tum Sab.* justus & rectus Dominus. *Ver. addit*, Deus. *Græc.* Θεὸς πιστὸς καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία, δίκαιος καὶ ὅσιος Κύριος.

(6) *Alex.* Peccaverunt non ei filii immaculati, Progenies prava &c. *Sab.* Peccaverunt non ei filii maculati, generatio prava ..... Domino retribuistis. *Ver* Deliquerunt non Domino, sed sibi, filii vitupeeabiles, progenies tortuosa & perveesa, hæc Domino retribuistis. *Recolendum heic quod August. ad rem præsentem ait quæst. 55. in Deuter. scribens:* Quod in Græco est τέκνα μωμητὰ, quidam interpretati sunt, sicut hic, id est, *filii vituperabiles*: quidam *filii commaculati*: quidam *filii vitiosi*; unde non magna quæstio, imo nulla est. *Tum paucis interjectis:* generaliter dictum est: *peccaverunt non ei*; quoniam qui peccat, non ei peccat, id est, non Deo nocet, sed sibi.

(7) *Alex.* Sit populus &c. *Ver.* sicut populus fatuus & non prudens: nonne hic tuus pater possidet te, & fecit te, & constituit te? *Sab.* Nonne hic ipse tuus pater possedit te?

(8) *Alex. sublata copula*: Memoramini dies antiquos sæculi: intelligite annos nationis nationum. *Sab.* Memoramini dies sæculi: intelligite annos sæculi sæculorum. *Ver.* Commemoramini dies sæculi: intelligite annos sæculorum. *Ex isto præsertim, tum & aliis versibus cuilibet manifesto constat nos agere cum quatuor variis Versionibus ejusdem fontis: Græc. enim* Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος, συνέτε ἔτη γενεᾶς γενεαῖς.

(9) *Alex. Ver. & Sab.* & adnuntiabit tibi.

Cum [1] dispertiretur Excelsus gentes ut disseminaret filios Adam.

Constituit [2] fines gentium secundum numerum Angelorum Dei.

Facta [3] est pars Domini populus ejus Jacob. funiculus hereditatis ipsius Israel.

Sufficientem [4] fecit eum in terra deserta. in siti caloris. ubi non erat aqua.

Circumduxit [5] eum & erudivit eum. & custodivit eum sicut pupillam oculi.

Sicut [6] Aquila regit nidum suum. & super pullos suos circumblanditur.

Expandit [7] pennas suas. & accepit eos. & elevavit eos super scapulas suas.

Dominus solus [8] ducebat eos. & non erat cum eis deus alienus.

Perduxit [9] eos in virtute terræ. satiavit eos fructibus agrorum.

Suxerunt [10] mel de Petra. & oleum de solida petra.

Butyrum Bovum & lac ovium cum adipe agnorum. & arietum filiorum taurorum & hyrcorum.

Cum adipe [11] renium tritici. & sanguine uvæ bibent vinum.

Manducavit [12] Jacob & satiatus est. & recalcitravit dilectus.

Impinguatus [13] est. & incrassatus est. & dilatatus est.

Et [14] dereliquit Deum qui fecit eum. & recessit a Deo salutari suo.

Et [15] incitaverunt me in alienis. in abominationibus suis in iram compulerunt me.

ϴ Et) [16] immolaverunt dæmoniis & non Deo. diis quos non noverant. novi ϒ ad præsens venerunt. quos nesciebant patres eorum.

Deum qui te genuit dereliquisti. & oblitus es [17] Deum qui nutrivit te.

Vidit

(1) *Alex. & Sab.* Cum divideret Excelsus gentes, quomodo dispersit filios Adæ.
Sab. Adam. *Ver.* Cum partiretur Altissimus nationes gentium, sicut dispersit &c.

(2) *Alex. Sab. Ver.* statuit *pro* constituit: *insuper Ver.* statuit terminos gentium per numerum &c.

(3) *Alex. & Sab.* Et facta est: *tum Alex.* portio *loco* pars. *Ver.* Et factus est portio Domini populus ejus Jacob, funes hereditatis ejus Israhel.

(4) *Alex. & Sab.* sufficientem eum sibi fecit in terra deserta. *Sab.* in siti æstus &c. *Ver.* sufficentiam dedit eis in terra deserta, in siti & æstu, in inaquosis.

(5) *Alex.* Circuibit eum, *lege* eum *Sab.* circuivit eum: *præterea Sab.* & erudivit eum, custodivit illum. *Ver.* & docuit eum, *non autem* & erudivit eum.

(6) *Alex.* Quemadmodum aquila. *Ver.* velut aquila: *& infra pro* circumblanditur *Ver.* concupivit. *Sab.* confidit. *Alex.* quos diligit.

(7) *Alex.* Expandit alas suas & recepit eos, & suscepit eos super humeros suos. *Sab.* Extendit alas suas, & suscepit illos super scapulas suas.

(8) *Ver.* eduxit eos: & non fuit cum eis &c.

(9) *Ver.* Imposuit eos in virtute terræ: & aluit eos fructibus terræ. *Sab.* superduxit eos in virtute ..... cibavit eos nascentia agrorum. *Alex.* cibavit eos ex nascentia agrorum.

(10) *Ver. pro* suxerunt *ait*: lactavit eos: *& infra Alex. cum Sab.* de firma petra.

(11) *Alex.* renum tritici: *& infra*: bibit vinum. *Sab.* cum adipe renium, triticum, ex sanguine uvæ bibit vinum. *Ver.* renum frumenti, & sanguine uvæ bibit vinum.

(12) *Alex. Ver. & Sab. addita copula*: Et manducavit Jacob. *Alex. omissa altera copula*, satiatus est. *Sab.* & impletus est.

(13) *Alex.* Impinguavit, & incrassavit, & dilatatus est. *Ver.* Pinguis factus est, & dilatatus est.

(14) *Ver. mutato ordine*: Recessit a Deo salutari suo, & dereliquit Deum, qui fecit eum.

(15) *Alex. Ver. & Sab.* Exacerbaverunt me in alienis: *tum Ver.* in execrabilibus suis inamaricaverunt me. *Alex. & Sab.* exasperaverunt me.

(16) *Alex. Ver. & Sab. omissa copula*: sacrificaverunt: *tum Alex.* dii, *non* diis, *quod secundis curis factum videtur*: *& in Vat.* 82. *abrasa litera S.* dii *& apud Sabat. habet MS. alter, nimirum Sorbon.* 1. *Deinde Ver.* quos non noverunt, novi legentes (*Blanchinus vult legendum esse*: novellæ gentes) venerunt eis, quos ignorabant patres eorum. *Alex.* novi recentes venerunt. *Sab.* novi recentesque venerunt.

(17) *Alex. & Sab.* Deum alentem te: *Ver.* Dei alentis te.

Vidit [1] Dominus & zelatus eſt. & exacerbatus eſt præ ira filiorum ſuorum & filiarum ·

Et dixit · Avertam faciem meam ab eis. & oſtendam quid erit [2] eis in noviſſimis diebus ·

Quia [3] generatio perverſa eſt. filii in quibus non eſt fides in eis ·

Ipſi [4] in zelo compulerunt me. & non Deo · in ira concitaverunt me in idolis ſuis ·

Et ego in zelum compellam eos. [5] & non gentem · in gentem inſipientem in ira concitabo eos ·

Qnia ignis accenſus eſt ab ira mea. & ardebit uſque ad inferos deorſum ·

Comedet [6] terram. & naſcentiam ejus · concremabit fundamenta montium ·

Congregam [7] in ipſis mala. & ſagittæ meæ conſumment eos ·

Tabeſcent fame. [8] & eſca erunt avium. retro tenſium nervorum inſanabilis ·

Dentes beſtiarum [9] immittam in eos. cum furore trahentes Ψ in) terram ·

A foris [10] interficiet natos eorum gladius. & in domicilils timor.

Juvenes [11] cum virgine. lactantes mamillam cum ſtabilito ſeniore ·

Et [12] dixi · Diſperdam illos. & tollam ex hominibus memoriam eorum ·

Niſi propter iram inimicorum [13] ne longo tempore ſint. & ne convertantur adverſarii. & dicant· Manus noſtra excelſa

(1) *Ita apud Sabat. MSS. Sorb. 1. & 2. Sed ipſe Sabat.* Et vidit Deus & zelavit: & exacerbatus eſt per iram filiorum ſuorum; & filiarum ſuarum. *Alex.* Hæc vidit Dominus, *non autem* Hoc vidit, *ut Sabat. ſcribit: & infra,* ſuper iram. *Ver. initio præmiſſa copula:* & vidit, *juxta Græc.* καὶ εἶδε Κύριος, *& deinde,* per iram. *Græc.* δι' ὀργὴν·

(2) *Alex.* illis. *Sab. & Ver. deinde,* in noviſſimo; *ſed Græc.* ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν·

(3) *Alex.* Quia natio prava & perverſa eſt. *Sab. infra:* non eſt fides in ipſis.

(4) *Ita apud Sab. Pſalt. Rem. Sorbon. 1. & S. Salab. ſed Alex.* immolaverunt me in idolis ſuis, & non in Deo &c. *Sab. per errorem ſcribit,* in Domino. *Sab. ipſe:* Ipſi prææelaverunt me in non Deo, in ira concitaverunt me in ſimulacris ſuis. *Ver.* ipſi me in zelum incitaverunt in non Deo: exacerbaverunt me in idolis eorum.

(5) *Alex.* in non gentem, in gente inſenſata irritabo eos. *Similia habet & Sab. eo ſolo diſcrimine, quo ait:* in non gente &c. *Ver.* Et ego in zelum incitabo eos, in non gentem, in gentem imprudentem incitabor iram in eos.

(6) *Alex.* Manducabit terram, & naſcentia ejus: conſummabit fundamenta montium. *Sab.* Comedet terram. & naſcentia ejus: uret fundamenta. *Ver.* terram & generationes ejus: exuret fundamenta &c.

(7) *Alex.* Congeram in eis mala, & ſagittas meas conſummabo in eis. *Sab.* congregabo in eis mala, & ſagittas conſummabo in eos. *Sab. accinit Ver. ſolum initio ait:* Colligam in eos, & *addit* meas *ad vocem* ſagittas. *Græc.* καὶ τὰ βέλη μου·

(8) *Alex.* Tabeſcunt fame, & eſca avium erunt, extenſio nervorum inſanabilis. *Ver.* Tabeſcent a facie mea, & erunt eſca avium, & languebunt inſanabiles. *Sab.* Tabeſcent fame, eſca avium, extenſione nervorum inſanabili.

(9) *Sab.* mittam in eos. *Alex.* in eis; *tum una cum Sab.* cum furore trahentium ſuper terram. *Ver.* cum ira trahentium ſuper terra. *Græc.* μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ γῆν·

(10) *Alex.* A foris ſine filiis privabit eos gladius, & in promptuariis eorum erit timor. *Conſonat Sab. ſolum loco* privabit *præfert,* faciet; *& deinde omittit voces,* eorum erit, *quod poſtremum preſſius Græco reſpondet. Ver. etiam:* A foris ſine filiis faciet eos gladius: de cubiculis timor, *quod etiam Græco ſimilius:* καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος· *Cod. Vat. 82. apud Sab. reſpondet Breviar. Mozarab. & MS. alter.*

(11) *Alex. Sab. & Ver. Græcum de verbo exprimunt, ajentes:* juvenis cum virgine, lactans cum ſtabilito ſene. *Ver.* cum ordinato ſeniore.

(12) *Alex. & Sab. omiſſa initio copula:* Dixi, diſpergam illos. Alex. perdam illos, *non* eos, *ut retur Sab. tum uterque:* privabo autem ex hominibus memoriam eorum. *Ver. etiam copula omiſſa, quam nec Septuaginta exprimunt:* Dixi, diſpargam eos: obliterabo ex hominibus memoriam eorum.

(13) *Sab.* ne multo tempore ſuperſint. *Ver.* ne longiore tempore ſint. *Alex.* ne longo tempore ſint ſuper terra. *Græc.* ἵνα μὴ μακροχρονίσωσι.

Deinde

excelsa est. & non Dominus fecit hæc omnia.

Quia [1] gens perdito consilio est. & non est in eis disciplina.

Non sapuerunt intelligere hæc. [2] persequentur vos in futuro tempore.

Quomodo [3] persequetur unus mille? & duo transmoverunt multa millia?

Nisi [4] quia Deus subdidit eos? & Dominus tradidit illos?

Quia [5] non est Deus noster sicut dii illorum. inimici autem nostri insensati.

De [6] vite enim Sodomorum ♈ vinum eorum. vitis eorum vitis) Gomorræ.

Uva eorum uva fellis. botrus amaritudinis [7] in ipsis.

Furor [8] draconum vinum eorum. & ira aspidum insanabilis.

Nonne [9] hæc omnia congregata sunt apud me. & signata sunt in thesauris meis?

In die [10] ultionum retribuam illis. in tempore quo lapsus fuerit pes eorum.

Quoniam prope est dies perditionis eorum. [11] & erunt parata vobis.

Quia judicabit Dominus [12] plebem suam. & in servis suis consolabitur.

Vidit [13] enim eos dissolutos. & fatigatos in abductione. & dissolutos.

Et [14] dixit Dominus. Ubi sunt dii eorum. in quibus confidebatis in eis?

Quorum [15] adipem sacrificiorum edebatis. & bibebatis vinum libationum eorum.

Surgant [16] nunc & adjuvent vos. & fiant vobis protectores.

Videte

Deinde Alex. Ne extollant se adversarii eorum, & dicant. *Sab.* ut non consentiant adversarii, nec dicant. *Ver.* ne imponant se adversarii eorum, & dicant: *Græcè* ἵνα μὴ συνεπιθῶνται οἱ ὑπεναντίοι, μὴ εἴπωσιν· *Demum tam Alex. quàm Sab. & Ver. verbum* est *excipiens vocem* excelsa *prætermittunt*.

(1) *Ver.* Quoniam natio perdita mente est, & non est in eis intellectus.

(2) *Alex. & Sab.* percipient hæc *pro* persequentur vos. *Ver.* hæc percipiant in futurum. *Nostro Cod. Vat.* 82. *consonat tamen Sorb.* 2. *apud Sab.*

(3) *Alex. & Sab.* persequitur: *tum autem pro* transmovebunt *Alex. omissa præcedenti copula*, commovebunt: *retenta copula*, commovebunt *legit & Ver. At Sab.* movebunt dena millia.

(4) *Alex.* Nisi quod Dominus &c. *Sed. Græc.* εἰ μὴ ὁ θεὸς· *Sab.* si non Deus pepulisset eos, & Dominus tradidisset eos. *Ver.* Nisi Dominus reddiderit illis, & Dominus tradiderit eos.

(5) *Alex.* Quoniam non Deus noster: *& infra*, inimici autem Domini: *sed noster totidem verbis Græco respondet edit. præsertim Complut. Sabat.* Quoniam non sicut Dii eorum Deus noster est &c. *Ver. in fine*, insensati sunt.

(6) *Alex. & Sab.* Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, & propago eorum ex Gomorra. *Ver.* De vite enim Sodomorum vitis eorum est: & palmites eorum de Gomorra.

(7) *Alex.* in idipsis. *Ver.* in illis. *Græco pressius Sab.* ἁπλῶς *sine præpositione*, ipsis.

(8) *Alex. & Ver.* Ira draconum: *tum idem Alex. cum Sab.* & furor aspidum. *Græc.* θυμὸς ... καὶ θυμὸς·

(9) *Sab.* Nonne hæc apud me congregata sunt, & signata &c. *Ver.* Nonne ecce hæc collecta sunt apud me &c.

(10) *Alex.* In die judicii. *Sab.* in die ultionis reddam illis. *Ver.* in die vindictæ: *deinde omnes habent*: in tempore cum lapsus fuerit &c.

(11) *Alex.* & advenient parata illis. *Sab.* & præstò est parata vobis. *Ver.* & adest parata vobis.

(12) *Alex. & Sab.* populum suum. *Ver.* Quia judicat Deus populum suum, & in servis suis corrogabitur.

(13) *Alex.* Vidit enim eos fatigatos, & defectos in abductione, & desolatos. *Sab.* Vidit enim desolatos eos, & defectos in abductione, derelictos. *Ver.* Vidit enim resolutos eos, & defectos in abductionem: *Græc.* Εἶδε γὰρ παραλελυμένους αὐτοὺς, καὶ ἐκλελοιπότας ἐν ἐπαγωγῇ, καὶ παρειμένους·

(14) *Alex.* Et dixi: Ubi sunt nunc dii vestri, in quibus &c. *Sab.* & dixit: ubi ... in quibus confidebant in ipsis? *Ver. omissa præpositione* in, *ait*: quibus confidebant in ipsos?

(15) *Alex.* adipe hostiarum: *Sab. Græco similius*, sacrificiorum illorum. *Ver.* potabatis *loco* bibebatis.

(16) *Vocem* nunc *Sabat. tacet. Ver.* Exsurgant, & adjuvent vos, et faciant protectores.

Videte videte quoniam ego sum. [1] & non est alius Deus præter me.

Ego occidam [2] & vivere faciam. percutiam & ego sanabo. & non est qui eripiat de manibus meis.

Quia [3] tollam in cælum manum meam. & jurabo per dexteram meam. & dicam. Vivo ego in æternum.

Quia exacuam sicut fulgur gladium meum. [4] & suscipiet judiciū manus mea.

Et [5] retribuam ultionem inimicis. & odientibus ℞ reddam.

Inebriabo sagittas meas sanguine. & gladius meus [6] manducabit carnes.

A sanguine vulneratorum. [7] & a captivitate capitis principum inimicorum.

Lætamini cæli [8] simul cum eo. ℣ & adorent) eum omnes filii Dei.

Lætamini gentes [9] cum populo ejus. & adorent eum omnes Angeli Dei.

Quoniam sanguis filiorum ejus [10] defendetur. & vindicabit. & retribuet ultionem inimicis. & odientibus reddet.

Et [11] emundabit Dominus terram populi sui.

QUOTIDIE AD MATUTINUM

R. Canticum Zachariæ Prophetæ. [12]

Zacharias pater beati Johannis Baptistæ propter dubietatem mentis diu expers eloquii. edito puero gratia Sancti Spiritus illustratus. quid futurum sit in Dei populo prophetat.

Benedictus Dominus Deus Israel. quia visitavit. & fecit redemptionem plebis suæ.*

Et erexit cornu salutis nobis. in domo David pueri sui.*

(Sicut locutus est per os sanctorum suorum Prophetarum. qui a sæculo sunt.)*

Benedictus Dominus Deus Israel. * quia visitavit. & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis. * in domo David pueri sui.

(Sicut locutus est per os sanctorum. * (qui a sæculo sunt) Prophetarum ejus.)

PSALT. R. G. *Et*

S f Salu-

(1) *Alex.* ego sum Deus, & non est alius præter me. *in quibus recensendis labitur Sabat. vocem alteram* Deus *addendo:* & non est alius Deus. *Ver.* & non est Deus, *omissa voce* alius.

(2) *Alex.* & ego vivere faciam.

(3) *Alex.* extollam: *Græc.* Ὅτι ἀρῶ.

(4) *Ita apud Sab. Corb. & Sorbon.* 2. *MSS. atque Breviar. Mozarab. sed ipse Sabat. & Alex. MS. atque Ver.* & continebit judicium, *prosequitur Ver.* manum meam, *sed mendose.*

(5) *Eum versum Alex. omittit. Ver.* Et reddam vindictam inimicis meis: & odientibus me retribuam. *Sab.* Et retribuam judicium inimicis, & his qui oderunt, reddam.

(6) *Ver.* edet carnes.

(7) *Alex.* & captivitate a capite principum inimicorum. *Ver. & Sab.* & captivitatis a capite &c. *Sed Ver. præpositionem* a *omittit.*

(8) *Vocem* simul *nescit Sab. tum ait:* & adoremini cum omnes Angeli Dei: *& Alex. habet* Angeli Dei. *Sed Græc. Alex. apud eundem Sabat.* υἱοὶ Θεοῦ.

(9) *Alex.* cum plebe ejus: *Græc.* μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. *tum,* & confirment cum omnes filii Dei: *Sab.* & confirment eum omnes Angeli, Dei filii. *Ver.* & confortent eum omnes Angeli. *Græc.* καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ. *Alex.* ἄγγελοι Θεοῦ.

(10) *Alex.* defenditur: *tum cum Sab. & Ver.* & defendet & retribuet judicium inimicis. & his (*Ver.* & eis) qui oderunt (*Alex. addit,* eum) reddet.

(11) *Ver.* & emundabit; *& infra,* terram plebis suæ.

(12) *Vat.* 5729. Prophetiæ Zachariæ ad matutinum cantandum. *Fal.* 30. Canticum Zachariæ Patris S. Joannis.

Et [1] *liberavit nos ab inimicis noſtris.* & de manu omnium qui nos oderunt.*

*Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris.** [2] *& memorari teſtamenti ſui ſancti.*

*Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum. * daturum ſe nobis.*

*Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati. * ſerviamus illi.*

*In ſanctitate & juſtitia coram ipſo. * omnibus diebus noſtris.*

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis. præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.*

*Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus.** [3] *in remiſſionem peccatorum eorum.*

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. in quibus viſitavit nos Oriens ex alto.*

Illuminare [4] *his qui in tenebris. & umbra mortis ſedent. * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.*

Salutem ex inimicis noſtris. * & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris. * & memorari Teſtamenti ſui ſancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum. * daturum ſe nobis.

Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati. * ſerviamus illi.

In ſanctitate & juſtitia coram ipſo. * omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis. * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus. * in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. * in quibus viſitavit nos Oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris. & in umbra mortis ſedent. * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus. qui beatiſſimum Præcurſorem tuum Johannem Baptiſtam ad præparandas Unigeniti tui vias naſci juſſiſti. præſta quæſumus. ut intercesſionis ejus auxilium tribuas. & ad implenda mandata præpares voluntates. Per eumdem Dominum noſtrum &c.

ALIA.

Omnipotens ſempiterne Deus. qui inſtituta Legalia. & ſanctorum præconia Prophetarum in diebus beati Baptiſtæ Johannis impleſti. præſta quæſumus. ut ceſſantibus ſignificationum Figuris ipſa (ſui manifeſtatione) Veritas eloquatur. Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate &c.

Quo-

(1) *Vat.* Dare ſalutare de inimicis noſtris &c. *Græc.* σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν.

(2) *Vat.* 84. *omiſſa copula*, memorare: *minus tamen appoſitè ad Græcum fontem.*

(3) *Vat.* 84. in remiſſione: *Græc.* ἐν ἀφέσει. *tum Vat.* 82. hemiſtichion proſequitur peccatorum noſtrorum.

(4) *Vat.* illuminare eos qui in tenebris & in umbra mortis &c. in *præpoſitionem præcedentem vocem* umbra *præfert & Vat.* 84.

QUOTIDIE AD VESPERUM

Canticum [1] Beatissimæ Genitricis Dei Mariæ.

Audiens Maria se Matrem Domini. benedictam inter mulieres: & benedictum Fructum ventris sui ab Elisabeth prædicari. non se jactanter inani gloria extollit. sed magis per humilitatem tota intentione animi gratias Deo refert.

Magnificat [2] * *anima mea Dominum.*

*Et exultavit spiritus meus * in Deo Salutari meo.*

*Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. * Ecce enim ex hoc* [3] *beatam me dicent omnes generationes.*

Quia fecit mihi magna qui potens est. * [4] *& sanctum Nomen ejus.*

Et misericordia ejus [5] *a progenie in progenies * timentibus eum.*

Fecit potentiam in brachio suo. * [6] *dispersit superbos mente cordis sui.*

*Deposuit potentes de sede. * & exaltavit humiles.*

Esurientes [7] *implevit bonis. * & divites dimisit inanes.*

Suscepit Israel puerum suum. * [8] *recordatus misericordiæ suæ.*

*(Sicut locutus est ad patres nostros) * Abraham & semini ejus* [9] *usque in sæculum.*

Magnificat * anima mea Dominum.

Et [10] exultavit spiritus meus * in Deo Salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. * Ecce enim ex hoc [11] beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est. * & sanctum Nomen ejus.

Et misericordia ejus [12] a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo. * dispersit superbos [13] mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede. * & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis. * & divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum. * [14] recordatus misericordiæ suæ.

(Sicut locutus est ad patres nostros) * Abraham & semini ejus in sæcula.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus. qui terrenis corporibus Unigeniti Filii tui (per venerabilem ac gloriosam semper Virginem Mariam) ineffabile

(1) *Vat.* 5729. Mariæ ad vesperum. *Pal.* 30. S. Matris Domini. *Veterem hujus Cantici Versionem nobis sufficiunt Alex.* 11. *&* *Vat.* 82. *quorum variantiæ quantum a Romana hac editione illa distet indicabunt. Alex. exhibet & Vulgatam.*

(2) *Alex.* Magnifica: *& initio secundi versiculi*: & exultabit: *utrumque adversus Græc. fontem.*

(3) *Alex. & Vat.* beata: *tum Alex.* me dicunt.

(4) *Vat.* & sanctum est nomen ejus.

(5) *Vat.* a sæculo & in sæculum super timentes eum. *Alex.* a progenie in progenie.

(6) *Alex.* disperdit. *Vat.* & dissipavit. *Græc.* διεσκόρπισεν.

(7) *Vat.* Esurientem satiavit bonis: *Alex.* replebit bonis, *legendum* replevit.

(8) *Vat.* memor: *Alex.* memor factus misericordiæ suæ.

(9) *Vat.* usque in æternum.

(10) Et *copulam initio versiculi hujus Alex. nescit.*

(11) *Alex.* beata.

(12) *Alex.* in progenies & progenies.

(13) *Alex.* mentem cordis sui.

(14) *Alex. pro* recordatus &c. *cum Ver. Cod. a Blanc. edito*: memorare misericordiæ, *vocula* suæ *deinde omissa*,

Myfterium conjungere voluifti. petimus immenfam clementiam tuam; ut remiffionem omnium peccatorum noftrorum (quam in ejus veneratione depofcimus) te propitiante confequi mereamur. Per eumdem &c.

QUOTIDIE AD COMPLETORIUM

Canticum Simeonis [1] Jufti.

Accipiens Simeon puerum Jefum in manibus gratias agit Domino: quod fuis oculis ejus Salutare confpexerit.

NUnc dimittis fervum tuum. Domine. * (fecundum verbum tuum) in pace.

Quia viderunt oculi mei * SALUTARE tuum.

Quod [2] parafti * (ante faciem omnium populorum)

Lumen ad revelationem gentium. * & gloriam plebis tuæ Ifrael.

ORATIO.

PErfice in nobis (quæfumus) Domine gratiam tuam. qui jufti Simeonis expectationem implefti. ut ficut ille mortem non vidit priufquam Chriftum Dominum videre mereretur. ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eumdem.

ALIA CANTICA [a]

Canticum Debboræ. & Barac. In libro Judicum. [3]

Debbora Prophetiffa & Barach adversùs Sifaram Principem exercitus Jabin Regis Chanaan dimicantes. terroreque Divinitus immiffo exercitum una cum Sifara fugantes (quem profugum infixo clavo tempori ejus Jabel mulier occidit) hæc pro ingenti victoria Domino cecinerunt.

QUI fponte obtuliftis de Ifrael animas veftras ad periculum. * benedicite Domino.

Audite reges. auribus percipite principes. * ego fum. ego fum quæ Domino canam. pfallam Domino Deo Ifrael.

Domine cum exires de Scir. * & transi-

(a) CANTICUM POPULI ISRAEL IN LIBRO NUMERI.

Apud Origenem homil. 1. in Cantica. interprete S. Hieronymo.

Initiate ei puteum. Foderunt illum Principes: exciderunt eum reges Gentium in regno fuo cum dominantur eorum.

Afcendat puteus, puteus quem foderunt Principes, paraverunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis fuis.

---

(1) *Ita. Vat. 84. Sed MS. Chifius a Thomafio obfervatus præfert* Prophetæ *loco* Jufti. *Vatic. 5729. ejufdem vocis loco ait:* ad Completorium.

(2) *Vat. 84.* Quod præparafti &c.

(3) *Ex cap. nimirum 5. ℣. 2. ufque ad integrum verfum 31. Canticum hoc nobis exhibet Thomafius juxta Vulgatam. Veterem ejufdem Verfionem nec Sab. invenit: folum verfus 7. & 8. ex Aug. quæft. 29. in Judic. in rem fuam tranftulit, ficut & fragmentum verficuli 26. ex ejufdem Patris Locut. 23. & integrum verfum 31. Cantici ultimum ex Locut. 24.*

transires per regiones Edom.

Terra mota est. * cælique ac nubes distillaverunt aquis.

Montes fluxerunt a facie Domini. * & Sinai a facie Domini Dei Israel.

In diebus Samgar filii Anath. in diebus Jahel quieverunt semitæ. * & qui ingrediebantur per eas ambulaverunt per calles devios.

Cessaverunt fortes in Israel. & quieverunt. * donec surgeret Debbora. surgeret mater in Israel.

Nova bella elegit Dominus. * & portas hostium ipse subvertit.

Clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel. * cor meum diligit principes Israel.

Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini. * benedicite Domino.

Qui ascenditis super nitentes asinos. & sedetis in judicio. & ambulatis in via. * loquimini. ubi collisi sunt currus. & hostium suffocatus est exercitus.

Ibi narrentur justitiæ Domini. * & clementia in fortes Israel.

Tunc descendit populus Domini ad portas. * & obtinuit Principatum.

Surge. surge Debbora. surge. surge. & loquere canticum. * Surge Barac. & apprehende captivos tuos fili Abinoem.

Salvatæ sunt reliquiæ populi. * Dominus in fortibus dimicavit.

Ex Ephraim delevit eos in Amalec. * & post eum ex Beniamin.

In populos tuos. o Amalec. de Machir principes descenderunt. * & de Zabulon. qui exercitum ducerent ad bellandum.

Duces Issachar fuere cum Debbora. & Barac vestigia sunt secuti. * qui (quasi in præceps ac barathrum) se discrimini dedit.

Diviso contra se Ruben. * magnanimorum reperta est contentio.

Quare habitas inter duos terminos. ut audias sibilos gregum? * diviso contra se Ruben. magnanimorum reperta est contentio.

Galaad trans Jordanem quiescebat. * & Dan vacabat navibus.

Aser habitabat in littore maris. * & in portubus morabatur.

Zabulon vero & Nephtali obtulerunt animas suas morti * in regione Merome.

Venerunt reges & pugnaverunt. pugnaverunt reges Chanaan in Thanach juxta aquas Magheddo. * & tamen nihil tulere prædantes.

De cælo dimicatum est contra eos. * stellæ (manentes in ordine & cursu suo) * adversus Sisaram pugnaverunt.

Torrens Cison traxit cadavera eorum. * torrens Cadumim. torrens Cison.

Conculca anima mea robustos. * ungulæ equorum ceciderunt. fugientibus impetu. & per præceps ruentibus fortissimis hostium.

Maledicite terræ Meroz (dixit Angelus Domini). * maledicite habitatoribus ejus. * quia non venerunt ad auxilium Domini. in adjutorium fortissimorum ejus.

Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cinæi. * & benedicatur in tabernaculo suo.

Aquam petenti lac dedit. * & in phiala principum obtulit butyrum.

Sinistram manum misit ad clavum. & dexteram ad fabrorum malleos. * percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum. & tempus valide perforans.

Inter pedes ejus ruit. defecit. & mor-

mortuus est. * volvebatur ante pedes ejus. & jacebat exanimis & miserabilis.

Per fenestram respiciens ululabat mater ejus.* & de cœnaculo loquebatur.

Cur moratur regredi currus ejus? * quare tardaverunt pedes quadrigarum illius?

Una sapientior cæteris uxoribus ejus. * hæc socrui verba respondit.

Forsitan nunc dividit spolia. * & pulcherrima feminarum eligitur ei.

Vestes diversorum colorum Sisaræ traduntur in prædam. * & supellex varia ad ornanda colla congeritur.

Sic pereant omnes inimici tui. Domine. * qui autem diligunt te. sicut sol in ortu suo splendet. ita rutilent.

CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

Esaias Propheta de Tribu Juda cantat dilecto populo suo carmen lamentabile atque lugubre. quod Christus Patruelis suus (hoc est. ex eadem secum Tribu generatus) Vineæ suæ Israel composuit. Itaque Jerusalem plangitur. & sermone Prophetico illius ruina cantatur. Quæ omnia possunt & ad animæ humanæ referri statum. quæ a Deo plantata in bonum non uvas attulerit. sed labruscas.

Juxta Veterem Editionem. [1]

Cantabo nunc Dilecto canticum [2] Dilecti Vineæ meæ.

*Vinea facta est Dilecto in cornu. & in loco uberi. * Et maceria circumdedi. * & circumfodi. & plantavi vineam [3] sorec.*

*Et ædificavi turrim in medio ejus. & torcular fodi in ea. * & sustinui ut faceret uvas. fecit autem spinas.*

*Et nunc homo Juda & qui habitatis * (in Jerusalem.) * judicate inter me & vineam meam.*

*Quid faciam vineæ meæ quod adhuc ei non fecerim? * quam sustinui ut faceret uvas. fecit autem spinas.*

*Et nunc ecce ego annuncio vobis quæ facturus sum vineæ meæ. * Auferam maceriam ejus. & erit in direptio-*

Cantabo Dilecto meo canticum Patruelis mei. Vineæ suæ.

Vinea facta est Dilecto meo * in cornu. filio olei.

Et sepivit eam. & lapides elegit ex illa. * & plantavit eam electam.

Et ædificavit turrim in medio ejus. & torcular extruxit in ea. * Et expectavit ut faceret uvas. & fecit labruscas.

Nunc ergo habitatores Jerusalem & viri Juda. * judicate inter me & vineam meam.

Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ. & non feci ei? * an quod expectavi ut faceret uvas. & fecit labruscas?

Et nunc ostendam vobis quid ego faciam

(1) *Ex Antiphonario Rom. MS. & Breviario Mozarab. fol. 131. Ex eodem Breviario & Clarif. Sab. ejusdem hujus Cantici Versionem derivavit ad cap. 5. Isaiæ. Alteram ejusdem Cantici versionem edidit Blanchinus in suis Vindiciis ex Cod. Ver. cujus Cantici initio aliqua adduntur, plura ad finem: neque rarò tum a nobis distat, tum a Sab.*

(2) *Sab.* Dilectæ. *Hieron. pluribus in locis apud eundem Sab.* Dilecto.

(3) *Sab.* Soreth. *Græc.* Σωρήκ. *Ver. autem* Coreb.

(4) *Et Sab. fatetur additum a se fuisse:* in Jerusalem *ex MS. Corb. Retinet tamen Ver.*

*reptionem. * & destruam parietes ejus. & erit in conculcationem.*

*Et derelinquam vineam meam. & non putabitur. neque fodietur. & ascendent in eam (sicut in agrum incultum) spinæ. * & nubibus mandabo ne pluviant super eam pluviam.*

*Vinea enim Domini Sabaoth domus est Israel. * & homo Juda novellum dilectum.*

*Sustinui ut faceret judicium. * fecit autem iniquitatem. & non justitiam. sed clamorem.*

faciam vineæ meæ. * Auferam sepem ejus. & erit in direptionem. diruam maceriam ejus. & erit in conculcationem.

Et ponam eam desertam. non putabitur. & non fodietur. & ascendent vepres. & spinæ. & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

Vinea enim Domini Exercituum domus Israel est. * & vir Juda germen ejus delectabile.

Et expectavi ut faceret judicium. & ecce iniquitas. * & justitiam. & ecce clamor.

ORATIO.

DEus. qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filiis sanctorum Prophetarum voce manifestasti in omni loco dominationis tuæ satorem te bonorum seminum. & electorum palmitum esse cultorem. tribue populis tuis (qui & Vinearum apud te nomine censentur & segetum) ut spinarum & tribulorum squalore resecato. digni efficiantur fruge fœcundi. Per.

ALIA.

OMnipotens sempiterne Deus. qui per unicum Filium tuum Ecclesiæ tuæ demonstrasti te esse cultorem. omnem palmitem fructum in eodem Christo tuo (qui vera Vitis est) efferentem clementer excolens. ut fructus afferat ampliores. Fidelibus tuis (quos velut Vineam ex Ægypto per fontem Baptismi pertulisti) nullæ peccatorum spinæ prævaleant. ut Spiritus tui sanctificatione muniti. perpetua fruge ditentur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus. in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per omnia &c.

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

Canticum istud (quod in terra confessionis & laudis Sancti canunt) de Domino Salvatore loquitur. cujus adventu cælestis Urbis apertæ sunt portæ. vetus est idololatriæ error ablatus. pax servata. superbi humiliati. atque pedibus Pauperis. gressibusque Egenorum (Christi videlicet & Apostolorum) sunt conculcati.

Juxta Veterem Editionem. [1]

*ECce Civitas. virtus & Salvatio nostra. * pone murum. & circa murum munitionem muri.*

*Post sceptrum viri aperite portas. * intret*

URbs fortitudinis nostræ Sion SALVATOR. * ponetur in ea murus. & antemurale.

Aperite portas. & ingrediatur gens justa

(1) *Ex Breviario Mozarab. fol. 12. unde & Sab. Versionem suam ejusdem Cantici exhibet ad cap. 26. Isaiæ.*

intret plebs custodiens justitiam · participes qui sunt veritatis . custodientes pacem ·

*Quoniam in te speraverunt . Domine . usque in æternum . * Deus magnus & æternus ·*

*Quomodo humiliasti & deduxisti eos . * qui commorabantur in altissimis!*

*Civitates fortissimas dejicies . * & deduces eas usque ad humum · & conculcabunt eas pedes mansuetorum & humilium ·*

*Directa facta est via piorum · * & præparatum est iter sanctorum ·*

*Viæ enim Domini judicium · * speravimus in nomine ejus . & in memoria quam concupivit anima mea ;*

justa . custodiens veritatem ·

Vetus error abiit · * servabis pacem; pacem . quia in te speravimus ·

Sperastis in Domino in sæculis æternis . * in Domino Deo forti in perpetuum ·

Quia incurvabit habitantes in excelso · * civitatem sublimem humiliabit ·

Humiliabit eam usque ad terram . * detrahet eam usque ad pulverem ·

Conculcabit eam pes . * pedes pauperis . gressus egenorum ·

Semita justi recta est · * rectus callis justi ad ambulandum ·

Et in semita judiciorum tuorum ; Domine . sustinuimus te · * nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ ·

Anima mea desideravit te in nocte ;

ORATIO·

URbs fortitudinis nostræ . salvationis tuæ muro nos protege . nosque & intrinsecus ab hoste defende · ut intra extraque tua protectione muniti . in tua pace atque quiete mereamur jugiter permanere · Per ·

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ ·

Canticum istud (quod mutat repente personas . & quasi per Prophetæ interrogationem . & Dei responsionem texitur ·) petit . ut percutiantur impii . & pax post cuncta donetur · & Sanctos dicens propter timorem Domini parturire & parere spiritum salutis . habitatoresque terræ corruere . quia salutes non fecerunt in terra . mortuorum resurrectionem aperte prænunciat ·)

Juxta Veterem Editionem . [1]

*DE nocte [2] spiritus meus vigilat ad te Deus . * quia lux præcepta tua super terram ·*

*Justitiam discite qui habitatis terram . * cessavit enim impius ·*

Omnis qui non didicerit justitiam super

DE mane vigilabo ad te · Cum feceris judicia tua in terra . * justitiam discent habitatores Orbis ·

Misereamur impio . * & non discet justitiam · [3] in terra sanctorum iniqua gessit . * & non videbit gloriā Domini?

Domi-

(1) *Rursus ex Breviario Mozarab. cui accedunt Psalt. Ambros. sub S. Carolo & Alex. 11. A nobis insuper adduntur variantia loca inediti Vat. 82. Cetera Canticum legitur Isaiæ 26. ℣. 9. & seqq.*

(2) *Alex.* A nocte spiritus meus, *tum circa versiculi finem Sab.* præcepta tua sunt super terram.

(3) *Alex. Vulgata edit. quam una cum Veteri heic exhibet, scribit*: in terram Sanctorum inique gessit.

*super terram. * veritatem non faciet.*

*Tollatur impius. * [1] & non videat claritatem Dei.*

*Domine Deus [2] excelsum est brachium tuum. & nescierunt. * Dum autem cognoverint. confundentur.*

*Zelus [3] adprehendit populum ineruditum. * & nunc ignis adversarios consumet.*

*Domine Deus noster pacem [4] tuam da nobis. * omnia enim dedisti nobis.*

*Domine Deus noster possíde nos. * Domine. præter te [5] alium non novimus. * nomen tuum invocabimus.*

*Mortui [6] (autem) vitam non videbunt. * neque medici resuscitabunt.*

*Ideo [7] induxisti & sustulisti & perdidisti * omnem masculum eorum.*

*Adde illis mala. Domine. * adde [8] illis mala gloriosis terræ.*

*Domine in tribulatione memor fui tui. * in tribulatione modica. eruditio tua [9] facta est nobis.*

*Et [10] tamquam parturiens quæ proxima est partui in dolore suo clamat. * ita facti sumus Dilecto tuo.*

*(Propter timorem tuum. Domine. in utero accepimus.) * [11] & parturivimus*

Domine exaltetur manus tua. & non videant. * Videant. & confundantur zelantes populi. * & ignis hostes tuos devoret.

Domine dabis pacem nobis. * omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Domine Deus noster possederunt nos domini absque te. * tantum in te recordemur nominis tui.

Morientes non vivant. * gigantes non resurgant.

Propterea visitasti. & contrivisti eos. * & perdidisti omnem memoriam eorum.

Indulsisti genti. Domine. indulsisti genti. * numquid glorificatus es? * elongasti omnes terminos terræ.

Domine in angustia requisierunt te. * in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Sicut quæ concipit cum appropinquaverit ad partum. * dolens clamat in doloribus suis. * sic facti sumus a facie tua. Domine.

Concepimus. & quasi parturivimus & peperimus spiritum. * salutes non fecimus in terra.

Ideo non ceciderunt. habitatores terræ. * Vivent mortui tui. interfecti mei resurgent.

Expergiscimini. & laudate qui habitatis

(1) *Vat.* 82. *&* *Sab.* ne videat majestatem Domini. *Alex. nobis succinit, nec attendendus Sab. scribens eum MS. habere*, claritatem Domini, *non vero* Dei; *id enim falsum.*

(2) *Vocem* Deus *tacet eo loco Sab.*

(3) *Vat. 82. sequiori cura factum legitur*, appræhendet: *quod tamen in alterius Psal. editione Thomasius sequitur sicut & in hunc locum Hieron.*

(4) *Vocem* tuam *cum Sab. nescit & Vat.* 82.

(5) *Vat.* 82. *&* *Thomas. altera edit.* alium nescimus, nomen tuum nominamus. *Hanc eandem lectionem non exhibet tamen MS. Alex.* 12. *ut scribit Sabat. nota ad hunc locum.*

(6) *Alex.* non mortui vitam non videbunt. *Infra Vat. cum Thomas. alt. Ed.* suscitabunt *pro* resuscitabunt. *Sab.* exsuscitabunt.

(7) *Vat.* Ideo superinduxisti, & perdidisti omnem. *Sab.* Ideo superinduxisti, & perdidisti, & tulisti omne masculum eorum.

(8) *Vat. & Thomas.* adde mala omnibus gloriosis terræ. *Sab.* adde mala gloriosis terræ.

(9) *Vocem* facta *heic tacet. Vat. & Thomas. secundis curis idem hocce Canticum versans.*

(10) *Vat. & Thomas.* Et sicut parturiens proxima ut pareret, & in dolore suo exclamavit, ita facti sumus &c. *Sab.* Et sicut parturiens proxima est partui, & in dolore suo clamat: ita facti sumus dilecto, *voce* tuo *omissa. Postrema hæc verba* sic facti sumus dilecto tuo, *ex Hieron. essent obelo prænotanda.*

(11) *Primum versus illius hemistichium supplevit Thomasius, quum desideretur in Alex. fortasse*

mus spiritum salutis tuæ. * *quem fecisti super terram* ·

Sed cadent qui inhabitant [1] *terram· Surgent mortui.* * *& resuscitabuntur qui in monumentis sunt. & lætabuntur qui super terram sunt* · * *ros enim qui abs te est. sanitas est illis* ·

Terra vero impiorum * *peribit* ·

Ambula [2] *plebs mea. intra in secreta tua* · * *abscondе te pusillum aliquantulum. donec transeat ira Domini* · bitatis in pulvere . * quia ros lucis ros tuus. * & terram gigautum detrahes in ruinam ·

Vade populus meus intra in cubicula tua · * claude ostia tua super te ·

Abscondere modicum ad monumentum. * donec pertranseat indignatio·

Ecce enim Dominus [3] egredietur de loco suo. * ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum · * [4] & revelabit terra sanguinem suum. * & non operiet ultra interfectos suos ·

ORATIO·

DE nocte vigilantem ad te spiritum nostrum luce (Deus) decora præceptorum tuorum illustra. & in tempestate requirentium te. vigil. ut lux adesto meridiana · Nullæ nos tenebræ te sequentes impediant. nec injustitiæ amor nostra a te vestigia retrahat. sed valeamus justitiam discere. te auctorem justitiæ proficienti postulamus aviditate. ac dum te visu perpeti amplecti concupiscimus. tuæ quoque sapientiæ amplexibus perenniter hæreamus · Per ·

ALIA·

POne. Domine. Spiritum tuum in nos. ut parturiamus spiritum salutis. quem fecisti super terram · ut ipso nobiscum in æternum manente. nullis pœnis cruciemur in futuro examine · Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

ALIUD

tasse de Vat. 82. *qui prosequitur*! & doluimus, & peperimus Spiritum salutis tuæ, fecimus super terram. *Sab. nobis consonat, solum omittit pronomen* tuæ.

(1) *Vat.* super terram. Exurgent mortui, & resurgent qui &c. *Sab.* Resurgent mortui, resurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui in terra.

(2) *Vat.* Ambula populus meus, & intra in recessus tuos: claude hostium tuum, & abscondе te pusillum (*Thomasius in altera edit. Vat. huic consonus*, post illum) aliquantulum &c.

Sab. Ambula popule meus, & intra recessus tuos: abscondе pusillum aliquantulum donec &c.

(3) *Alex.* egreditur.

(4) *Alex.* & revelavit: *&* *infra loco*, & non operiet, in eodem MS. legitur: & non perdit ultra &c.

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

Ad Ecclesiam Deus loquitur. quæ primùm per Apostolos de Judaico populo congregata in Sion. lumen (quod super eam ortum fuerat) per illos transmisit ad Gentes. Cui dicitur. Surge. Illuminare. *ut quæ cecidit in incredulis surgat in fidelibus. quæ cecidit in Synagogis surgat in Ecclesiis. & postquam surrexerit. illuminetur. ut nequaquam erroris tenebras habeat.*

Juxta Veterem Editionem. [1]

*Illuminare. illuminare ÷ Jerusalem ⁝ * venit enim Lumen tuum. & gloria Domini super te orta est.*

*Ecce tenebræ operient terram. & caligo super gentes. * super te autem apparebit Dominus. & gloria illius in te videbitur.*

*Et ambulabunt gentes in lumine tuo. * & reges in splendore tuo.*

*Leva in circuitu oculos tuos. * & vide omnes congregatos filios tuos.*

*Venerunt omnes filii tui de longe. * & filiæ tuæ super humeros portabuntur.*

*Tunc videbis. & gaudebis. & timebis. & stupebis corde. * quoniam transferentur in te divitiæ maris & gentium & populorum.*

*Et venient tibi greges camelorum. & operient te cameli Madian & Gephar. * omnes de Saba venient. aurum & thus deferentes. & Salutare Domini annunciabunt.*

*Omnes oves Cedar congregabuntur tibi. arietes Nabeoth venient. * & offerentur placabiles super altare meum. & domus orationis meæ glorificabitur.*

Qui sunt hi qui (ut nubes) volant? & sicut columbæ cum pullis. ad me?*

*Me insulæ expectarũt. & naves Tharsis in primis. * ut adducant filios tuos de*

(1) *Ex Hieronymo in Isaia cap. 60. unde & suam versionem, quæ huic ad verbum respondet, Sab. expressit.*

(2) *Alex.* operiunt.

Ex MS. Cod. Alex. XI.

Surge. illuminare ÷ Jerusalem ⁝ * quia venit Lumen tuum. & gloria Domini super te orta est.

Quia ecce tenebræ [2] operient terram. * & caligo populos.

Super te autem orietur Dominus. * & gloria ejus in te videbitur.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo. * & reges in splendore ortus tui.

Leva in circuitu oculos tuos. & vide. * omnes isti congregati sunt. venerunt tibi.

Filii tui de longe venient. * & filiæ tuæ de latere surgent.

Tunc videbis. & afflues. & mirabitur & dilatabitur cor tuum. * quando conversa fuerit ad te multitudo maris. * fortitudo gentium venerit tibi.

Inundatio camelorum operiet te. [3] dromedarii Madian & Epha. * omnes de Saba venient. aurum & thus deferentes. [4] & laudem Domino annunciantes.

Omne pecus Cedar * congregabitur tibi.

Arietes Nabajoth * ministrabunt tibi.

Offerentur [5] super placabili altari meo. * & domum majestatis meæ glorificabo.

Qui sunt isti qui (ut nubes) volant?* & quasi columbæ ad fenestras suas?

Me enim insulæ expectant. & naves

Tt 2

(3) *Alex.* dromedariæ Madian, & Efa.

(4) *Alex.* & laudem Domini &c.

(5) *Alex.* super placabilia, *errore Antiquariis familiari, sequitur enim vocem* altari.

de longe. & argentum suum & aurum cum eis. propter nomen Domini sanctum. & quia Sanctus Israel glorificatus est.

*Et ædificabunt alienigenæ muros tuos. * & reges eorum assistent tibi.*

*Propter iram enim meam percussi te. * & propter misericordiam dilexi te.*

*Et aperientur portæ tuæ semper. die ac nocte non claudentur. * ut introducant ad te fortitudinem gentium. & reges earum qui adducendi sunt.*

*Gentes enim & reges qui non servierint tibi. peribunt. * gentes solitudine desolabuntur.*

Gloria Libani ad te veniet in cyparisso & pino & cedro simul. ut glorificetur locus sanctus meus. [1] & locum pedum meorum glorificabo.*

*Et ibunt ad te timentes filii eorum. qui te humiliaverunt. & irritaverunt te. * [2] & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui irritaverunt te.*

*Et vocaberis Civitas Domini. * Sion Sancti Israel.*

ves maris in principio. * ut adducam filios tuos de longe.

Argentum eorum & aurum eorum cum eis. nomini Domini Dei tui. & Sancto Israel. * quia glorificavit te.

Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos. * & reges eorum ministrabunt tibi.

In indignatione enim mea percussi te. * [3] & in reconciliatione mea misertus sum tui.

Et aperientur portæ tuæ jugiter. *, die ac nocte non claudentur. * [4] ut afferatur ad te fortitudo gentium. & reges earum adducantur.

Gens enim & regnum quod non servierit tibi peribit. * & gentes solitudine vastabuntur.

Gloria Libani ad te veniet. * abies & buxus & pinus simul [5] ad ornandum. locum Sanctificationis meæ. * & locum pedum meorum glorificabo.

Et venient ad te curvi filii eorum. * qui humiliaverunt te.

Et adorabunt vestigia pedum tuorum * omnes qui detrahebant tibi.

Et [6] vocabunt te Civitatem Domini. * Sion. Sancti Israel.

(1) *Hæc verba!* & locum pedum meorum glorificabo, *omittit Sabat.*

(2) *Et sequens secundum versiculi hujus hemistichium omittit Sab. quia, ut in notis ipse ait, quum in Septuaginta non extaret, sub asteriscis addidisse se fatetur Hieronymus, quem consule.*

(3) *Alex.* & in reconciliationem meam.

(4) *Alex.* ut auferatur ad te.

(5) *Alex.* ad orandum: *& infra:* & locum eorum glorificabo.

(6) *Alex.* Et vocabant te.

ALIUD

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

Ecclesia se in Domino gaudere fatetur. ad quam mox Propheta loquitur. dicensque se ora non clausurum donec ille Splendor ejus egrediatur. qui dixit. Ego sum lux Mundi. *Ipsius Ecclesiæ dotes laudesque depromit.*

Juxta Veterem Editionem. [1]

*Gaudio lætabuntur in Domino. * exultet anima mea in Domino.*

*Induit enim me vestimento salutis. * & tunicam lætitiæ circumdedit mihi.*

*Sicut sponsum mitra. * & sicut sponsam ornavit* [2] *me mundo muliebri.*

*Et sicut terram efferentem florem suum. & sicut hortus semina sua germinat. * sic Dominus Deus profert justitiam. & laudem in conspectu omnium gentium.*

*Propter Sion non tacebo. & propter Jerusalem non relinquam. * donec egrediatur (sicut lumen) Justitia ejus. & Salutare illius (sicut lampas) ardeat.*

*Et videbunt gentes justitiam tuam. & omnes reges gloriam tuam. * & vocabit te nomen novum. quod os Domini nominabit.*

*Et eris corona decoris in manu Domini. * & diadema regni in manu Dei tui.*

*Et nequaquam ultra vocaberis Derelicta. * & terra tua non vocabitur adhuc Deserta.*

*Vocaberis enim Voluntas mea. * & terra tua Habitata.*

Et

(1) *Ex Hieronymi Comment. in Isaiam cap. 61. versu 10. & seqq. unde & suam Versionem Sab. accepisse constat.*

(2) *Voculam* me *omittit Sab licet eandem retineat Tertull. lib. 4. adv. Marc. August. epist. 140. & aliis locis, quæ idem Sab. indicat.*

Ex MS. Cod. Alex. XI.

Gaudens gaudebo in Domino. * [3] & exultabit anima mea in Deo meo.

Quia induit me [4] vestimentis salutis. * & indumento justitiæ circumdedit me.

Quasi sponsum decoratum corona. * [5] & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum. * & sicut hortus semen suum germinat.

Sic Dominus Deus [6] germinabit justitiam & laudem * coram universis gentibus.

Propter Sion non tacebo. * & propter Jerusalem non quiescam.

Donec egrediatur (ut splendor) Justus ejus. * & Salvator ejus (ut lampas) accendatur.

Et videbunt gentes Justum tuum. * & cuncti [7] reges inclytum tuum.

Et vocabitur tibi nomen novum. * quod os Domini [8] nominabit.

Et eris corona gloriæ in manu Domini. * & diadema regni in manu Dei tui.

Non vocaberis ultra Derelicta. * & terra tua non vocabitur amplius Desolata.

Sed vocaberis Voluntas mea in ea. * & terra tua [9] Inhabitata.

Quia complacuit Domino in te. * & terra tua inhabitabitur.

Habi-

(3) *Alex.* & exultavit.
(4) *Alex.* vestimento salutis.
(5) *Alex.* & quasi sponsa decorata &c.
(6) *Alex.* germinavit.
(7) *Idem. MS.* & cuncti reges terræ.
(8) *Idem*, nominavit.
(9) *Alex. idem*, inhabitabitur.

*Et ſicut habitans juvenis cum virgine. * ſic habitabunt filii tui.*

*Et erit quomodo lætatur ſponſus ſuper ſponſa. * ſic lætabitur ſuper te Dominus.*

*Et ſuper muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes. tota die & tota nocte. qui numquam tacebunt recordantes Domini. * non eſt enim veſtri ſimilis. ſi correxerit. & faciat Jeruſalem gaudium ſuper terram.*

Habitabit enim juvenis cum virgine. * & habitabunt in te filii tui.

Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam.* [1] & gaudebit ſuper te Deus tuus.

Super muros tuos Jeruſalem * conſtitui cuſtodes.

Tota die. & tota nocte [2] in perpetuum * non tacebunt.

Qui reminiſcimini [3] Domini ne taceatis. * & ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat. & donec ponat Jeruſalem laudem in terra.

ALIUD CANTICUM ESAIÆ PROPHETÆ.

Apoſtolis præcipitur & Apoſtolicis viris. qui diligunt utramque Jeruſalem. (Synagogam ſcilicet Judæorum & Eccleſiam Chriſti) & eam quæ corruit plangentibus atque lugentibus. & illam quæ per ipſos extruenda erat præſtolantibus. ut gaudeant in ea & cum ea. Peperit enim Sion (hoc eſt reliquiæ ex Iſrael. & Apoſtolorum credentium fides) maſculum. Dominum Salvatorem. qui in toto ſimul orbe jam generatus eſt in Gentilium cordibus per fidem. qui in igne terram dijudicaturus adveniet.

Juxta Veterem Editionem. [4]

*LÆtare Jeruſalem. * [5] & diem feſtum agite omnes qui diligitis eam.*

*Gaudete gaudio omnes qui [6] lugebatis ſuper eam. * [7] ut potemini a lacte. & ſatiemini ab uberibus conſolationis ejus.*

*Et [8] cum avulſi fueritis a lacte. * epulemini ab introitu gloriæ ejus.*

Quia

LÆtamini cum Jeruſalem. * & exultate in ea. omnes qui diligitis eam.

Gaudete cum ea gaudio univerſi qui lugetis ſuper eam. * ut ſugatis. & repleamini ab ubere conſolationis ejus.

Ut mulgeatis. * & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus.

Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego

(1) *Ejus loci copulam neſcit MS. idem.*

(2) *Idem*, perpetuo non tacebunt.

(3) *Adhuc tuem MS.* Dominum.

(4) *Ex Breviario Monaſtico Vallicel. Biblioth. n. 85. & MS. Vatic. ſe Canticum hujus loci edidiſſe notatum reliquit Thomaſius ipſe. Qui autem MS. nos latet, Breviarium ejus generis eſſe patet cum illo Sangermanenſi num. 747. a Sab. hoc loco laudato nota ad verſum 10. cap. 66. Iſaiæ, ubi hocce Canticum habetur: ſicut & MS. ab eo non abſimilis, quem eodem loco ejuſdem Monaſterii S. Germani num. 8. idem vir clariſſimus laudat: idque ob ſingularem convenientiam noſtri hujus Cantici cum locis ex illis monimentis ab eodem Sabat. allegatis, qua convenientia nec unicum verbum diſſimile invenitur. Ceterum ipſe Sab. Canticum ſuum exprimit ex Hieronymi Commentario in Iſaiæ cap. 66.*

(5) *Sab.* & conventum facite omnes, *juxta ea quæ habentur in Miſſal. Rom. Dominica IV. Quadrag.*

(6) *Sab.* qui lugetis.

(7) *Conſentit Breviar. Sangerm. 747. & MS. itidem Sang. 8. Sed Sab.* ut ſugatis, & impleamini ab ubere conſolationis ejus.

(8) *Prorſus cum Sangerman. monimentis. Sab.* ut poſtquam ſuxeritis, delectemini ab introitu &c.

*Quia [1] hæc dicit Dominus · Ecce ego declino in eos ut flumen pacis. * & ut torrens inundans gloriæ gentium·*

*Pueri [2] eorum in humeris portabuntur. * & super genua consolabuntur·*

*Quemadmodum [3] mater consolatur filios suos. * ita & ego consolabor vos· & in Jerusalem consolabimini·*

*Et [4] videbitis. & gaudebitis. & lætabitur cor vestrum. * & ossa vestra (ut herba) germinabunt. & comminabitur contumacibus·*

*Ecce Dominus ut ignis veniet (& ut tempestas currus ejus) * reddere [5] in ira vindictam. & vastationem in flamma ignis·*

*In igne [6] enim zeli Domini devorabitur omnis terra. * & in gladio ejus omnis caro·*

ego declinabo super eam quasi fluvium pacis. * & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium.

Quam sugetis. ad ubera portabimini. * & super genua blandientur vobis·

Quomodo si cui mater blandiatur. * ita ego consolabor vos· & in Jerusalem consolabimini·

Videbitis. & gaudebit cor vestrum.* & ossa vestra (quasi herba) germinabunt·

Et cognoscetur manus Domini servis ejus. * & indignabitur inimicis suis·

Quia ecce Dominus in igne veniet (& quasi turbo quadrigæ ejus) * reddere in indignatione furorem suum. & increpationem suam in flamma ignis.

Quia in igne Dominus dijudicabit.* & in gladio suo ad omnem carnem·

CANTICUM SIVE ORATIO HIEREMIÆ PROPHETÆ·

Propheta vastationem urbis Jerusalem. & casum populi Judæorum historialiter deplorat. & spiritualiter ruinam animarum Fidelium. & vastationem (quam passæ sunt a Nequitiis spiritualibus) flebiliter commemorat· Ad extremum vero ipsius Domini opem & misericordiam subvenire afflictis humiliter deprecatur·

Juxta Veterem Editionem· [7]

*MEmento. Domine. quid factum sit nobis· * aspice & vide opprobrium nostrum·*

Here-

REcordare. Domine. quid acciderit nobis· * intuere & respice opprobrium nostrum·

Here-

(1) *Accinunt heic & in seqq. eadem Sanger. monumenta, ut & Aug. lib. 20. de Civit. Dei, cap. 21. Sab.* Ecce ego declinabo ad eos quasi fluvius pacis; & quasi torrens inundans gloriam gentium. (2) *Sab.* Parvuli eorum &c.

(3) *Sab.* Quomodo si cui mater blanditur, ita ego &c. *Græc.* ὡς εἴ τινα μήτηρ παρακαλέσει οὕτω κἀγὼ &c.

(4) *Sab. omissa copula:* Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini timentibus eum, & indignabitur incredulis. *Videndus de hoc loco Hieronym. ipse.*

(5) *Sab.* in furore ultionem suam, & increpationem in flamma ignis.

(6) *Sab.* In igne enim Domini judicabitur omnis terra, & in gladio illius cadet universa caro. *Ita a nostro Cantico continenter fere dissentis Hieronymiana Versio: & ex adverso nobiscum fere ubique consentis illa, qua utebatur August. scribens libros de Civitate Dei.*

(7) *Ex Alex. 11. & Breviar. Mozarabo; ex quibus fontibus unice & suam hausit Sab. ad cap. 5. Lament. Hieremiæ. Notandum tamen Breviarium in aliquibus discrepare ab Alex. quem adamussim exprimit Thomasius.*

*Hereditas nostra conversa est alienis. * domus nostræ peregrinis.*

Orphani facti sumus velut non habêtes patres. matres nostræ sicut viduæ.*

*Aquas nostras in pecunia bibimus. * & ligna nostra in commutatione accepimus.*

*In cervices nostras curvati sumus. * laboravimus. requiem non accepimus.*

*Ægyptus dedit manus Assyriis. * in satietate ipsis.*

*Patres nostri peccaverunt. & non sunt. * nos autem iniquitates eorum exsolvimus.*

*Servi dominati sunt nobis. * & non est qui redimat de manibus eorum.*

*In animabus nostris adquisivimus panem nostrum. * a facie gladii (&) solitudinis.*

*Pellis nostra ut clibanus livida facta est * a facie plagarum famis.*

*Mulieres in Sion humiliatæ sunt. * & virgines in civitatibus Juda.*

*Principes in manibus eorum suspensi sunt. * & faciem seniorum non glorificaverunt.*

*Potentes molis molebant. * & juvenes ligno confixi sunt.*

*Senes ad portas defecerunt. * & electi a psalmis suis cessaverunt.*

*Dissolutũ est gaudium cordis nostri. * conversus est in luctum chorus noster.*

*Cecidit corona capitis nostri. * Væ nunc nobis. quoniam peccavimus.*

*Propter hoc factum est in dolore cor nostrum. * propter hoc excæcati sunt oculi nostri super montem Sion.*

*Quia exterminatus est. * vulpes transierunt per eum.*

*Tu autem Domine in æternum habitas. * sedes tua in sæculum sæculi.*

*Ut quid in contentu oblivisceris nostri? * derelinques nos in longitudine dierum?*

Con-

Hereditas nostra versa est ad alienos. * domus nostræ ad extraneos.

Pupilli facti sumus absque patre. * matres nostræ quasi viduæ.

Aquam nostram pecunia bibimus. * ligna nostra pretio comparavimus.

Cervicibus nostris minabamur. * lassis non dabatur requies.

Ægypto dedimus manum & Assyriis. * ut saturaremur pane.

Patres nostri peccaverunt. & non sunt. * & nos iniquitates eorum portavimus.

Servi dominati sunt nostri. * non fuit qui redimeret de manu eorum.

In animabus nostris afferebamus panem nobis. * a facie gladii in deserto.

Pellis nostra quasi clibanus exusta est. * a facie tempestatum famis.

Mulieres in Sion humiliaverunt. * & virgines in civitatibus Juda.

Principes manu suspensi sunt. * facies senum non erubuerunt.

Adolescentibus impudice abusi sunt. * & pueri in ligno corruerunt.

Senes defecerunt de portis. * juvenes de choro psallentium.

Defecit gaudium cordis nostri. * versus est in luctum chorus noster.

Cecidit corona capitis nostri. * Væ nobis. quia peccavimus.

Propterea mœstum factum est cor nostrum. * ideo contenebrati sunt oculi nostri.

Propter montem Sion. * quia disperiit. vulpes ambulaverunt in eo.

Tu autem. Domine. in æternum permanebis. * solium tuum in generationem & generationem.

Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

Converte nos. Domine. ad te. & con-

*Converte nos (Deus) ad te. & convertemur. * innova dies nostros sicut antea.*

*Quia repellens repulisti nos a te. * & iratus es nobis nimis valde.*

convertemur. * innova dies nostros sicut a principio.

Sed projiciens repulisti nos. * iratus es contra nos vehementer.

CANTICUM JONÆ PROPHETÆ.

Jonas missus in mare. & a ceto magno deglutitus. postquam in ejus utero sospitem esse se sentiit. non desperans de Domini misericordia. ad Dominum Deum suum orat. desiderans que in profundo maris positus videre templum Domini. spiritu Prophetali alibi est. & alibi contemplatur. Porro sicut Jonæ in mare demersio Passionem indicat Salvatoris. ita & Oratio illius typus est Dominicæ orationis.

Juxta Veterem Editionem. [1]

*CLamavi [2] ad Dominum Deum meum * in tribulatione mea.*

*Et exaudivit de ventre inferni clamorem meum. * Et exaudisti vocem meam.*

*Projecisti me [3] in altitudinem cordis maris. * & flumina me circumdederunt.*

*Omnes [4] altitudines tuæ & fluctus tui * super me transierunt.*

*Et ego dixi. [5] Expulsus sum ab oculis tuis. * forsitan adjiciam ut respiciam ad Templum sanctum tuum.*

*Circumfusa [6] est mihi aqua usque ad animam meam. * abyssus circumivit me.*

Postremum est caput meum in scissuris

CLamavi de tribulatione mea ad Dominum. & exaudivit me de ventre inferi. * Clamavi. & exaudisti vocem meam.

Et projecisti me in profundum in corde maris. & flumen circumdedit me. * omnes gurgites tui. & fluctus tui super me transierunt.

Et ego dixi. Abjectus sum a conspectu oculorum tuorum. * verumtamen rursus videbo Templum sanctum tuum.

Circumdederunt me aquæ usque ad animam meam. * abyssus vallavit me. pelagus operuit caput meum.

Ad extrema montium descendi.

(1) *Ex Psalterio Ambrosiano & Vat. 82. Sab. ad Jona caput. 2. ℣. 3. idem Canticum ex Hieronymi Comment. exhibet, recensitum tamen, ut ipse ait, ad fidem duplicis MS. ann. circiter* 1100. *Similem Versionem præferunt & Blanchin. Vindiciæ pag. 271. ex Cod. Ver.*

(2) *Sab. & Ver. primum atque secundum Cantici versiculum juxta Vulgatam exhibent, eo solo discrimine, quo infra ajunt:* de ventre inferi clamoris mei, audisti vocem meam: *quæ verba constituere discrimen inter Hebraicum fontem, & LXX. Hieronymus docet.*

(3) *Vat.* in altitudine: *Sab.* in profundum: *Græc.* εἰς βάθη. *Ver.* in profundum, in corde maris &c.

(4) *Ver.* gurgites tui: *Sab.* elevationes: *Græcè* αἱ μετεωρισμοί σου.

(5) *Ver.* abjectus sum a conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursum videbo templum sanctum tuum. *Sab.* abjectus sum ab oculis tuis: putasne addam ut videam templum &c. *Vat. nobis consonat, sublata tantum præpositione* ad. *Ceterum & unus e MSS. Sabat. nostræ Versioni heic prorsus respondet.*

(6) *Ver.* circumddeerunt aquæ usque ad animam: abyssus vallavit me. *Sab.* abyssus vallavit me novissima, intravit caput meum ad scissuras montium.

ris montium . * [1] *descendi in terram. cujus vectes sunt continentes æterni* .

Et ascendat [2] *corruptio vita mea* * *ad te Domine Deus meus* .

In [3] *hoc quod defecit anima mea a me* . * *Domini memoratus sum* .

Et [4] *veniat oratio mea ad Templum sanctum tuum* . * *Observantes vana & falsa misericordiam suam derelique-runt* .

Ego autem cum voce [5] *confessionis* . *& supplicationibus* . * *immolabo tibi* .

Quæcumque vovi * *reddam* [6] *tibi Salvatori meo Domino* .

terræ vectes concluserunt me in æternum . * & sublevabis de corruptione vitam meam . Domine Deus meus .

Cum angustiaretur in me anima mea . Domini recordatus sum . * ut veniat ad te oratio mea ad Templum sanctum tuum .

Qui custodiunt vanitates frustra . * misericordiam suam derelinquunt .

Ego autem in voce laudis immolabo tibi . * quæcumque vovi reddam pro salute Domino .

ORATIO.

SAlvator noster & Domine . fac nos votum tibi ex corde puro vovere . ut infatigabili cursu . tua servantes præcepta . patienter adversa cuncta toleremus præsentia . Per Dominum &c.

CANTICUM AZARIÆ. IN DANIELE PROPHETA.

Azarias in captivitate Babylonis ligatus missus in fornacem . stans in medio flammæ hæc orat . Quæ Fideles (quando diversis premuntur angustiis) ex toto cordis loquantur affectu . quidquid eis acciderit juste se sustinere fatentes .

Juxta Veterem Editionem . [7]

B*Enedictus* [8] *Domine Deus patrum nostrorum* .* *& laudabile est & gloriosum Nomen tuum in sæcula* .

Quo-

BEnedictus es Domine Deus patrum nostrorum . * & laudabile & gloriosum Nomen tuum in sæcula .

Quia

(1) *Antiquarii vitio Vat.* descendit : *Sab. deinde non* continentes æterni, *sed* retinacula sempiterna . *Ver.* Pelagus operuit caput meum : ad extrema montium descendi : terræ vectes concluserunt me in æternum .

(2) *Sab.* Et ascendet de corruptione vita ad te . *Ver.* Et sublevabis de corruptione vitam meam Dominus &c.

(3) *Sab.* Cum deficeret ex me anima mea, Domini recordatus sum . *Ver.* cum angustiaretur in me animam meam, Domini recordatus sum .

(4) *Sab. & Ver.* Ut veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum . *Sab.* Qui custodiunt vana & mendacia, misericordiam suam reliquerunt . *Ver.* qui custodient vanitates frustra misericordia tua dereliquerunt . *Vat.* misericordiam derelinquit, *deleta sequiori cura voce*, suam : *in aliis nobis consonat* .

(5) *Sab. & Ver.* cum voce laudis, & confessionis immolabo &c. *Vat.* laudis & supplicationis .

(6) *Sab.* tibi salutare Domino . *Ver.* reddam pro salute Domino . Amen .

(7) *Ex MS. Alex. 11. Veterem ejusdem Canticici Versionem, sed ex aliis MSS. ad Caput Danielis tertium, ℣. 26. & seqq. nobis exhibet & Claris. Sab. cujus Versionis variantia loca de more notaturi sumus .*

(8 *Sab.* Benedictus es Domine &c. *Græc.* Εὐλογητός εἶ Κύριε .

*Quoniam justus es in omnibus quæ fecisti nobis · * & omnia opera tua . [1] & recta viæ tuæ . * & omnia judicia tua veritas ·*

*Et judicia veritatis fecisti secundum omnia quæ [2] induxisti nobis . * & super Civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem ·*

*Quoniam in veritate & judicio [3] induxisti hæc omnia * propter peccata nostra ·*

*Quoniam peccavimus . * & inique egimus discedere a te ·*

*Et [4] multum peccavimus in omnibus · & mandatis tuis non obedivimus . * neque conservavimus. neque fecimus sicut præcepisti nobis . ut bene nobis esset ·*

*Et omnia quæcumque nobis fecisti . & omnia quæ [5] induxisti nobis . in vero judicio fecisti . * & tradidisti nos in manus inimicorum [6] iniquorum . inimicissimorum apostatarum .*

*Et regno iniquo & nequissimo præ omni terra · * Et nunc non est nobis aperire os ·*

*Confusio & exprobratio facta est servis tuis . * & colentibus te ·*

*Et ne tradas nos in finem propter nomen tuum · [7] * & ne avertas misericordiam tuam a nobis ·*

*Propter Abraham dilectum tuum . * & Isaac servum tuum . & Israel sanctum tuum ·*

*Quibus locutus es adimplere semen eorum [8] sicut stellas cæli . * & sicut arenam . quæ est ad oram maris ·*

Quoniam . Domine . minorati sumus præ

Quia justus es in omnibus quæ fecisti nobis · * & universa opera tua vera . & viæ tuæ rectæ . * & omnia judicia tua vera ·

Judicia enim vera fecisti juxta omnia quæ induxisti super nos . * & super Civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem ·

Quia in veritate & in judicio induxisti omnia hæc * propter peccata nostra ·

Peccavimus enim . * & inique egimus recedentes a te ·

Et deliquimus in omnibus · * & præcepta tua non audivimus nec observavimus . * nec fecimus sicut præceperas nobis . ut bene nobis esset ·

Omnia ergo quæ induxisti super nos. & universa quæ fecisti nobis . in vero judicio fecisti · * & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum . prævaricatorumque . & regi injusto & pessimo ultra omnem terram ·

Et nunc non possumus aperire os · * confusio & opprobrium facti sumus servis tuis . & his qui colunt te ·

Ne (quæsumus) tradas nos in perpetuum . propter nomen tuum . * & ne dissipes Testamentum tuum . neque auferas misericordiam tuam a nobis .

Propter Abraham dilectum tuum . & Isaac servum tuum . & Israel sanctum tuum . * quibus locutus es . pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cæli . & sicut arenam quæ est in littore maris ·

 Quia.

(1) *Verba illinc sequentia usque ad vocem* veritas *omittit Sab. eadem tamen eodemque ordine disposita , eodem Sab. notante , leguntur tum in Græco fonte , tum apud Aug. ep.* 111. *col.* 320. *& Fulg. ep.* 7. *pag.* 196.

(2) *Sab.* adduxisti *pro* induxisti.

(3) *Sab.* fecisti hæc propter iniquitates nostras *Sed Aug. laudata epist.* 111. intulisti nobis omnia hæc propter peccata nostra.

(4) *Sab.* Et perquam peccavimus : *Græc.* ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσι.

(5) *Iterum,* adduxisti *loco* induxisti *Sab.*

(6) *Vocem* , iniquorum , *quæ tamen in Græco legitur , omittit Sab.*

(7) *Sab. interserit hæc alia* : & ne destruas testamentum tuum : *quæ & in eadem epist.* 111. *Aug. leguntur.* (8) *Sab.* quasi stellas cæli , & quasi arenam maris , quæ ad oram maris est

præ omnibus gentibus. * *& sumus humiles* [1] *in omnem terram hodie propter peccata nostra.*

Et non est in hoc tempore princeps. * *& propheta & dux.*

Neque holocaustomata. * *neque sacrificium.* [2] *neque incensum.*

Neque locus ad sacrificandum in conspectu tuo. * *& invenire misericordiam.*

Sed in anima contribulata. & spiritu humiliationis * [3] *accipiamur.*

Quasi [4] *in holocaustis arietum & taurorum.* * *& multitudine agnorum pinguium.*

Sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie. * *& perficere subsequentes te.*

Quoniam non est [5] *confusio his qui confidunt in te.* * *Et nunc exequimur in toto corde. & timemus te. & inquirimus faciem tuam. ne confundas nos.*

Et fac nobiscum secundum majestatem tuam. * *& secundum multitudinem miserationum tuarum.*

Et libera nos secundum mirabilia tua. * *& da gloriam nomini tuo. Domine.*

Confundantur [6] *omnes qui ostendunt servis tuis mala.* * *& confundantur ab omnipotentia tua. & virtus eorum conteratur.* * *& cognoscant quoniam tu es Dominus Deus solum in omni orbe terrarum.*

Quia. Domine. imminuti sumus plusquam omnes gentes. * sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra.

Et non est in tempore hoc * princeps & dux & propheta.

Neque holocaustum. neque sacrificium. neque oblatio. * neque incensum.

Neque locus primitiarum coram te. ut possimus invenire misericordiam tuam. * sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur.

Sicut in holocausto arietum & taurorum. * & sicut in millibus agnorum pinguium.

Sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie. * ut placeat tibi.

Quoniam non est confusio confidentibus in te. * Et nunc sequimur te in toto corde. & timemus te. & quærimus faciem tuam. ne confundas nos.

Sed fac nobiscum * juxta mansuetudinem tuam. * & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Et erue nos in mirabilibus tuis. * & da gloriam nomini tuo. Domine.

Et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala. * confundantur in omnipotentia tua. & robur eorum conteratur. * & sciant quia tu es Dominus Deus solus. & gloriosus super orbem terrarum.

(1) *Sab.* in omni terra hodie propter iniquitates nostras: *Nobis tamen consentit citato loco Aug. & Græc.* διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

(2) *Sab. interserit*: neque oblatio, neque incensus. *Voces*, neque oblatio *habent & Tertul. lib. 3. Test. & laudata ep. Aug.*

(3) *Sab.* accipimus nos *pro* accipiamur: *At Græc.* προσδεχθείημεν.

(4) *Sab.* quasi in holocausto. *Missale Rom. Dom. 7. post. pentecost.* sicut in holocaustis arietum: *Aug. epist.* 111. in holocaustomatibus: *Fulg. Frag.* 34. sicut in holocaustis.

(5) *Sab.* non est confusio confidenti in te.

(6) *Sab. addita copula*: & confundantur omnes &c. *& infra*: ab omnipotentia sua, variato pronomine.

CANTICUM JUDITH.

Judith ob victoriam de Nabuchdonosor Rege Assyriorum obtentam (cum ebrii Holofernis Principis militiæ caput abscidit . Bethuliæque muro suspendit) hoc canticum laudis Domino cantavit .

Juxta Veterem Editionem. [1]

*INcipite Domino in tympanis.[2] * cantate & in cymbalis imponite ei psalmum novum . * exultate & invocate nomen ejus .*

*Deus qui conteret bella . * Dominus nomen est illi .*

*Qui ponit castra sua in medio populi sui . [3] * ut eripiat nos de manibus persequentium nos . * Assyr de montibus ab Aquilone veniet cum milibus exercitus sui .*

*Cujus multitudo [4] occupavit torrentes . * & equi eorum operuerunt valles .*

*Dixit [5] enim se incensurum fines meos . * & juvenes meos occisurum gladio .*

*Infantes [6] meos adducere in prædã . * & virgines in captivitate .*

*Dominus [7] autem nocuit eum . * & tradidit eum in manus feminæ . confundit eum .*

*Non enim cecidit potens eorum a juvenibus . * [8] nec filii tela percusserunt eum .*

*Nec excelsi gigantes imposuerunt se illi . * sed Judith filia Meraris specie faciei suæ dissolvit illum .*

Exuit enim se [9] veste viduitatis suæ. in exultatione doloris Israel .*

Unxit

INcipite Domino in tympanis . cantate Domino . in cymbalis modulamini illi psalmum novum . * exaltate & invocate nomen ejus .

Dominus conterens bella . * Dominus nomen est illi .

Qui posuit castra sua in medio populi sui . * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum .

Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ . * cujus multitudo obturavit torrentes . & equi eorum cooperuerunt valles .

Dixit se incensurum fines meos . & juvenes meos occisurum gladio . * infantes meos dare in prædam . & virgines in captivitatem .

Dominus autem omnipotens nocuit eum . * & tradidit eum in manus feminæ . & confodit eum .

Non enim cecidit potens eorum a juvenibus . nec filii Titan percusserunt eum . nec excelsi gigantes opposuerunt se illi . * sed Judith filia Merari in specie faciei suæ dissolvit eum .

Exuit enim se vestimento viduitatis.* & induit se vestimento lætitiæ. in exultatione filiorum Israel .

Unxit

(1) *Ex MS. Alex.* 11. *Ex aliis MSS. idem Canticum edidit Sab. ad Cap.* 16. ℣. 2. *sua antiquæ Versionis.*

(2) *Sab.* cantate Deo in cymbalis , modolamini illi psalmum novum , & invocate nomen ejus . Quia Deus conterens bella &c.

(3) *Sab.* ut eripiat me de manibus persequentium me : venit Assur : & *infra* : venit in millibus . *Græc.* ἐξείλατό με ἐκ χειρός · Ἦλθεν Ἀσσοὺρ..... ἦλθεν ἐν μυριάσι καταδιωκόντων με ·

(4) *Sab.* obturavit *pro* occupavit , *&* *pro* operuerunt *habet* cooperuerunt .

(5) *Adverbium* enim *nescit Sab.*

(6) *Sab.* Parvulos meos daturum in prædam , & virgines spoliatorum.

(7) *Sab.* Dominus omnipotens nocuit eum , & tradidit illum in manu feminæ , & confodit eum . *Græc.* Κύριος παντοκράτωρ ..... ἐν χειρὶ θηλείας ;

(8) *Sab.* neque filii Dathan percusserunt illos . Nec filii gigantium insidiati sunt eis , sed Judith filia Merari in pulchritudine faciei debilitavit illum .

(9) *Sab.* cultu *pro* veste ; *Græc.* στολῆ

*Unxit faciem suam unguento. * [1] & colligavit cincinnos suos mitra.*

*Accepit [2] stolam novam ad decipiendum illum. * pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus.*

*Horruerunt Persæ constantiã ejus. * & Medi audaciam ejus.*

*Tunc turbata sunt omnia castra Assur. * ululaverunt humiles mei.*

*Et [3] exaltaverunt ægrotantes in siti vocem suam. * & exclamaverunt. & conversa est aqua.*

*Filii puellarum [4] compunxerunt eum. & (sicut pueros fugientes) occiderunt eos. * perierunt in prælio a facie Domini.*

*Hymnum dicamus [5] Domino. * hymnum novum cantemus Domino.*

*Adonai Domine magnus es tu. * & præclarus in virtute tua.*

*Quem [6] superare nemo potest. * tibi serviat omnis creatura tua.*

*Quia [7] dixisti. & facta sunt. misisti spiritum tuum. & renovata sunt. * & non est qui resistat voci tuæ.*

*Montes [8] a fundamento movebuntur cum aquis. * petræ autem (sicut cera) liquescunt a facie tua.*

*Quia minimum est omne sacrificium. * in odorem suavitatis.*

*Et [9] minimus omnis aries ad holocaustum. **

Unxit faciem suam unguento. & colligavit cincinnos suos mitra. * accepit stolam novam ad decipiendum illum.

Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus. pulchitudo ejus captivam fecit animam ejus. * amputavit pugione cervicem ejus.

Horruerunt Persæ constantiam ejus. * & Medi audaciam ejus.

Tunc ululaverunt castra Assyriorum. * quando apparuerunt humiles mei arescentes in siti.

Filii puellarum compunxerunt eos. * & (sicut pueros fugientes) occiderunt eos. * perierunt in prælio a facie Domini Dei mei.

Hymnum cantemus Domino. * hymnum novum cantemus Deo nostro.

Adonai Domine magnus es tu. & præclarus in virtute tua. * & quem superare nemo potest.

Tibi serviat omnis creatura tua. * quia dixisti. & facta sunt. misisti spiritum tuum. & creata sunt. & non est qui resistat voci tuæ.

Montes a fundamentis movebuntur cum aquis. * petræ (sicut cera) liquescent ante faciem tuam.

. . . . .

. . . . .

. . . .

Qui

(1) *Sab. omissa copula*: colligavit capillos suos mitra: *Græc.* κ' ἐδήσατο τὰς τρίχας αὐτῆς ἐν μίτρᾳ.

(2) *Sab. addita copula juxta Græc.* Et accepit: *&* *infra interserit*: Sandalia ejus rapuerunt oculos ipsius: pulchritudo illius captivam fecit animam ejus, amputavit gladius caput ejus. *Græc.* τὸ σανδάλιον αὐτῆς ἥρπασεν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, κ' τὸ κάλλος αὐτῆς ᾐχμαλώτισε ψυχὴν αὐτοῦ, διῆλθεν ὁ ἀκινάκης τὸν τράχηλον αὐτοῦ.

(3) *Sab.* Et exclamaverunt ægrotantes in siti, & exclamaverunt voce sua, & convertit aquam.

(4) *Pressius ad Græcum fontem Sab.* compunxerunt eos: *tum*, vulneraverunt illos *pro* occiderunt eos: *&* *in fine versiculi*: a facie Domini mei ...

(5) *Sab.* Deo nostro.

(6) *Sab.* & quem superare nemo possit: *pro quibus Græce*, ἀνυπέρβλητος · *tum*, tibi serviat.

(7) *Sab.* Quoniam dixisti, & factum est: misisti spiritum tuum, & ædificata sunt: & non est qui contra voluntatem tuam faciat.

(8) *Sab.* a radicibus, *loco* a fundamento: *Græc.* ἐκ θεμελίων. *Deinde idem Sab. pro* liquescunt *habet* liquescent, *interseritque hoc loco*, illis autem qui timent te propitius eris: quoniam pusillum sacrificium ad odorem suavitatis tuæ.

(9) *Sab.* Et in minimo est omnis adeps ad holocaustum, ... magnus est apud eum semper: ἁπλῶς *Græc.*, μέγας διαπαντός · *Superiora Græco magis respondent apud Sabat. quam apud Thomasium.*

*ſtum · * Qui autem timet Dominum magnus erit apud illum per omnia ·*

*Væ [1] genti inſurgenti ſuper genus meum · * Dominus autem omnipotens vindicavit in illis ·*

*In die judicii * [2] vindicabit illos ·*

*Dare [3] ignem & vermes in carnes eorum . * & urentur ut ſentiant in ſempiternum ·*

Qui autem timent te . * magni erunt apud te per omnia ·

Væ genti inſurgenti ſuper genus meum · * Dominus enim omnipotens vindicabit in eis · in die judicii viſitabit illos ·

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum . * ut urantur & ſentiant uſque in ſempiternum ·.

CANTICUM ESDRÆ ·

Juxta Antiquam Editionem ex MS. Alex. XI.

*Domine . qui habitas in æternum. * cujus oculi elati & ſuperiores in aere ·*

*Cujus [eſt] thronus inæſtimabilis . * & gloria incompræhenſibilis ·*

*Cui adſtat [omnis] exercitus Angelorum cum tremore . * quorum obſervatio in vento & igni convertetur .*

*Cujus verbum firmum . & dicta perſeverantia · * cujus diſpoſitio fortis . & juſſio terribilis ·*

*Cujus aſpectus arefacit abyſſos . & indignatio tabeſcere montes . * [& veritas teſtificatur ·]*

*Exaudi Deus orationem ſervi tui . * & auribus percipe precationem figmenti tui ·*

*Intende [in] verba mea . * dum enim vivo . loquar . & dum ſapio . [4] reſpondebo ·*

*Ne aſpicias populi tui delicta . * ſed qui tibi ſervierunt in veritate ·*

*Neque intendas impia gentium ſtudia . * [ſed] qui [tua] teſtamenta cum dolore cuſtodierunt ·*

[Neque [5] cogites perdere qui in conſpectu

Domine . qui inhabitas ſæculum . * cujus oculi elevati in ſuperna & aere ·

Et cujus thronus inæſtimabilis . * & gloria incompræhenſibilis ·

Cui adſtat exercitus Angelorum cum tremore . * quorum ſervatio in vento & igni convertitur ·

Cujus verbum verum . & dicta perſeverantia · * cujus juſſio fortis . & diſpoſitio terribilis.

Cujus aſpectus arefacit abyſſos . * & indignatio tabeſcere facit montes . * & veritas teſtificatur ·

Exaudi orationem ſervi tui . * & auribus percipe precationem figmenti tui ·

Dum enim vivo . loquar . * & dum ſapio . reſpondebo ·

Nec reſpicias populi tui delicta . * ſed qui tibi in veritate ſerviunt ·

Nec intendas impia gentium ſtudia . * ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſtodierunt ·

Nec cogites qui in conſpectu tuo falſe converſati ſunt . * ſed memorare qui

(1) *Rurſus preſſius ad Græcum Sab.* Væ gentibus inſurgentibus generi meo : Dominus omnipotens vindicabit in illos . (2) *Sab.* viſitabit eos. (3) *Ita Græc. ſed Sab.* Da ignem & vermes in carnes ipſorum , & ſentiant uſque in æternum .

Græc. & κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος. *Notatum eidem Clariſ. Viro antiquum Interpretem facile* καύσονται *legiſſe pro* κλαύσονται .

(4) *MS. Alex.* reſpondam .

(5) *Eo verſu Alex. caret .*

*spectu tuo false conversati sunt . * sed memento qui ex voluntate nomen tuum cum timore cognoverunt* •]

*Neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt . * sed respicias super eos qui Legem tuam splendide docuerunt* •

*Neque indigneris eis qui bestiis peius sunt judicati . * sed diligas eos qui semper in tua gloria confiderunt . quoniam nos & patres nostri talibus moribus* [1] *egimus* •

*Tu autem propter nos peccatores * misericors vocatus es* •

*Si enim desideraveris ut nostri miserearis . * tunc misericors vocaberis* •

*Nobis autem non habentibus opera justitiæ . * (Justi autem . quibus sunt opera multa reposita .) apud te . Domine . ex propriis operibus percipient mercedem [suam •]*

*Quid est enim homo . ut ei indigneris ? * aut genus corruptibile . ut ita amariceris de ipso ?*

*In veritate [enim] nemo de genitis est . * qui non impie gessit . * & de confitentibus . qui [tibi] non* [2] *deliquit* •

*In hoc [enim] annunciabitur justitia tua . * & bonitas [tua] .*

*Domine . dum misertus fueris his . * qui non habent substantiam operum bonorum* •

qui ex voluntate tua timorem cognoverunt •

Neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt . * sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt •

Nec indigneris eis qui bestiis pejores judicati sunt . * sed diligas eos qui semper in tua justitia confidunt & gloria . quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus •

Tu autem propter nos peccatores * misericors vocaberis •

Si enim desideraveris ut nostri miserearis . * tunc misericors vocaberis •

Nobis autem non habentibus opera justitiæ • * Justi enim (quibus sunt opera multa reposita) ex propriis operibus recipient mercedem •

Quid est enim homo . ut ei indigneris ? * aut genus corruptibile . ut ita amarus sis de ipso ?

In veritate enim nemo de genitis est. * qui non impie gessit . * & de confitentibus . qui non deliquit .

In hoc enim annunciabitur justitia tua . * & bonitas tua .

Domine . cum misertus fueris eis . * qui non habent substantiam bonorum operum .

R. HYMNUS TRIUM PUERORUM•

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum . * & laudabilis & gloriosus in sæcula •

Et benedictum Nomen gloriæ tuæ . quod est sanctum & laudabile & gloriosum in sæcula •

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ . * & laudabilis &c.

Benedictus es super sedem sanctam Deitatis tuæ . * & laudabilis &c.

Benedictus es super thronum sanctum Regni tui . * & laudabilis &c.

Benedictus es super sceptrum Divinitatis tuæ . * & laudabilis &c.

Benedictus es qui sedes super Cherubim & Seraphim intuens abyssos . * & laudabilis &c.

Benedictus es qui ambulas super pennas

(1) *Alex.* regimur *pro* egimus.

(2) *MS. Alex.* dereliquit !

pennas ventorum. & undas maris. * & laudabilis &c.

Benedicant te omnes Angeli & Sancti tui. * laudabilem & gloriosum in sæcula.

Benedicant te cæli. terra. mare. & omnia quæ in eis sunt. * laudabilem &c.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. * laudabili & glorioso &c.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.* & laudabili & glorioso &c.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

ORATIO.

DOmine Deus. qui super Cherubim sedens laude magnificaris creaturæ subjectæ. ut dum magna condideris. incomparabiliter tu magnificentissimus æstimeris. tibi ad nutum obtemperant cuncta. quæ (te auctore) subsistunt. & hoc illis est in honore. quod sunt a te condita. & sunt subjecta. proinde ita proficere præsta. ut dum labia in tuis benedictionibus pandimus. benedictionem cælestis gratiæ impetremus. Per.

R. HYMNUS SS. PATRUM IN HONOREM SANCTÆ TRINITATIS. [1]

TE Deum laudamus. * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli. * [2] tibi cæli & & universæ Potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim * incessabili voce proclamant [3].

Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli & terra. * [4] majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus.

Te Prophetarum * laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia.

Patrem * immensæ majestatis.

Venerandum [5] tuum verum.* & unicum Filium.

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ. * Christe.

Tu Patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum [6] suscepturus hominem * non horruisti Virginis uterum.

Tu (devicto mortis aculeo) * aperuisti credentibus Regna cælorum.

PSALT.R.G.

(1) *Variæ hujus Hymni inscriptiones in MSS. Codd. observatæ traduntur hoc loco a Thomasio in altera Psalterii editione; quæ sanè conferri merentur cum eruditè enarratis a Cajetano Maria Merati in suis ad Gavantum Notis Tomi secundi part. 1. Sect. 5. cap. 19. pag. 363. & seqq.*

(2) *Vat.* 82. tibi omnes Angeli & Archangeli &c.

(3) *MS. idem addit*, dicentes.

(4) *Idem*, gloriæ majestatis tuæ.

(5) *Alex.* tuum verum unicum filium. *omissa dotula. Vat.* tuum verum, & unigenitum filium.

(6) *Vat. 82. vocem* suscepturus *omittit, ejus loco Alex. & Vat.* 84. suscepisti. *De hac legendi ratione Abbo Floriacensis epistola in MS. Pithœano relicta apud Clariss. PP. Maurinos Præfat. in Opera Hilarii nov. edit. Parisiensis, habet:* In Dei palinodia, quam composuit Hilarius Pictavensis Episcopus, non juxta quorundam imperitorum errorem SUSCEPISTI. sed potius SUSCEPTURUS legendum: TU AD LIBERANDUM SUSCEPTURUS HOMINEM. *Quo jure pro certo habeat Abbo, Hilarium esse Hymni hujus parentem, colliges ex laudata Maurinorum Præfatione num. 22. pag. 70.*

Tu ad dexteram Dei fedes * in gloria Patris.

Judex crederis * effe venturus.

Te ergo quæfumus famulis tuis fubveni. * quos pretiofo Sanguine redemifti.

Æterna fac cum Sanctis tuis * gloria munerari [1].

Salvum fac populum tuum. Domine. * & benedic [2] hæreditati tuæ.

Et rege eos. * & extolle illos ufque in æternum.

Per fingulos dies * benedicimus te.

Et laudamus Nomen tuum in æternum. * & in fæculum fæculi.

Dignare. Domine. die ifto * fine peccato nos cuftodire.

Miferere [3] noftri. Domine. * miferere noftri.

Fiat (Domine) mifericordia tua fuper nos. * ficut fperavimus in te.

In te (Domine) fperavi. * non confundar in æternum.

TE decet laus. Te decet hymnus. Tibi gloria Deo Patri & Filio cum Sancto Spiritu. in fæcula fæculorum. Amen.

ORATIO.

DEus. qui gloriofis remediis in terra adhuc pofitos jam cæleftium rerum facis effe confortes. te quæfumus. ut in ifta (qua vivimus) nos gubernes. ut ad illam (in qua ipfe es) lucem perducas. Per.

Hymnus Angelicus. [4]

GLoria in excelfis Deo. & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi. propter magnam gloriam tuam. Domine Deus Rex cæleftis. Deus. Pater omnipotens. Domine. Fili Unigenite Jefu Chrifte. Domine Deus. Agnus Dei. Filius Patris. qui tollis peccata Mundi miferere nobis. qui tollis peccata Mundi. fufcipe deprecationem noftram. qui fedes ad dexteram Patris miferere nobis. quoniam

(1) *Quæ illinc fequuntur ad finem ufque ita fe habent in Vat.* 82.

Per fingulos dies benedicimus te, & laudamus nomen tuum in æternum, & in fæculum fæculi.

Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hereditatem tuam.

Et rege illos & extolle eos ufque in æternum.

Benedictus es Domine Deus Patrum noftrorum, & laudabilis & gloriofus in fæcula fæculorum. Amen.

(2) *Alex.* Hereditatem tuam: *tum*, Et rege illos, & extolle illos in fæculum fæculi.

Benedictus es Domine Deus patrum noftrorum, & laudabile & gloriofum nomen tuum in fæcula.

Dignare Domine die ifta fine peccato nos cuftodire.

Miferere nobis Domine, miferere nobis.

Explicit.

(3) *Vat.* 84. Miferere nobis Domine, miferere nobis.

(4) *Cod. Vat.* 5729. Hymnus S. Hilarii ad Miffam. *Vide vulgatum Alcuinum lib. de divin. Offic. c.* 40. *Remigium Autiff. lib.* 1. *de celeb. Miffæ, Hugonem Vict. lib.* 2. *de Sacram. p.* 9. *c.* 9. *& Honorium Auguftodun. lib.* 1. *de gemma animæ c.* 87. *qui tentur Hymnum hunc Hilario auctori deberi, quod a pluribus exiftimari teftatur & Innocentius* III. *lib.* 2. *myft. Miffæ cap.* 20. *licet ipfe Telefphoro eam gloriam tribuat cum Anaftafio Biblioth. in Thelefphori vita, Valafrido Strabone de Rebus Ecclef. c.* 22. *Amalario Fortunato l.* 3. *de Officiis Ecclef. c.* 8. *& vulgato Alcuino de divin. Offic. c.* 39. *Diffidium componunt PP. Maurini in Præfat. Operum Hilarii nov. edit. n.* 21. *pag.* 7. *quum opinantur Thelefphorum quidem verba Angelorum in miffa cani inftituiffe, fed reliqua Hilarium auctorem habere.*

niam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus altissimus. Jesu Christe. cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.

Hymnus Seraphicus.

Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

GLORIFICATIO TRINITATIS.

Gloria Patri & Filio * & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper. * & in sæcula sæculorũ. Amen.

Hymnus Trishagius.

Hagios o Theos.
Hagios ischyros.
Hagi os athanatos. eleison imas.

Sanctus Deus.
Sanctus fortis.
Sanctus immortalis. miserere nobis.

INCIPIT ORATIO DOMINICA SECUNDUM MATTHÆUM.

Pater Noster. qui es in cælis. sanctificetur Nomen tuum. Adveniat Regnum tuum. Fiat Voluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum [a] quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

INCIPIT SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Credo in Deum Patrem. omnipotentem. creatorem cæli & terræ. Et in Jesum Christum. Filium ejus unicum. Dominum nostrum. qui conceptus est de Spiritu Sancto. natus ex Maria Virgine. passus sub Pontio Pilato. crucifixus. mortuus. & sepultus. descendit ad inferos. tertia die resurrexit a mortuis. ascendit ad cælos. sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in spiritum Sanctum. Sanctam Ecclesiam catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam æternam. Amen.

INCIPIT SYMBOLUM APUD NICÆAM TRECENTORUM DECEM ET OCTO PATRUM.

Credimus in unum Deum Patrem. omnipotentem. creatorem visibilium & invisibilium. Et in unum Dominum nostrum. Jesum Christum. Filium Dei. natum ex Patre unigenitum. hoc est.. ex substantia Patris.. Deum ex Deo. Lumen ex Lumine. Deum verum ex Deo vero. Natum.

(a) Supersubstantialem.

non creatum . unius Subſtantiæ cum Patre (quod Græci dicunt *Homouſion*) . per quem omnia facta ſunt . ſive quæ in cælo . ſive quæ in terra . qui (propter nos homines . & propter noſtram ſalutem) deſcendit . & incarnatus eſt . homo factus eſt . paſſus eſt . & reſurrexit tertia die . aſcendit in cælos . ſedet ad dexteram Patris . iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos . Et in Spiritum Sanctum : Eos autem qui dicunt . *Erat aliquando . quando non erat* . & . *Priuſquam naſceretur non erat* . & quia . *Ex non extantibus factus eſt* . aut . *ex alia ſubſtantia* . vel . *eſſentia* . dicunt eſſe . aut . *convertibilem* . aut . *mutabilem* . Filium Dei . hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia .

INCIPIT SYMBOLUM APUD CONSTANTINOPOLIM CENTUM QUINQUAGINTA PATRUM .

CRedimus in unum Patrem . omnipotentem . viſibilium omnium & inviſibilium factorem . Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum . Filium Dei unigenitum . natum ex Patre (ante omnia ſæcula) Deum verum de Deo vero . natum non factum . conſubſtantialem Patri . per quem omnia facta ſunt . ſive quæ in cælo . ſive quæ in terra . Qui (propter nos homines . & ſalutem noſtram) deſcendit e cælo . & incarnatus eſt de Spiritu Sancto & Maria Virgine . & humanatus eſt . & crucifixus eſt (pro nobis) ſub Pontio Pilato , & paſſus eſt . ſepultus eſt . & reſurrexit tertia die . aſcendit in cælos . & ſedet ad dexteram Patris . iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos . cujus Regni non erit finis . Et in Spiritum Sanctum . Dominum & Vivificantem . ex Patre procedentem . cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum . qui locutus eſt per ſanctos Prophetas . In unam catholicam . & Apoſtolicam Eccleſiam . Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum . Expectamus reſurrectionem mortuorum . & vitam futuri ſæculi . Amen .

SYMBOLUM QUOD AD MISSARUM SOLEMNIA DICITUR . [1]

CRedo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ . viſibilium omnium & inviſibilium . Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum . & ex Patre natum (ante omnia ſæcula) Deum de Deo . lumen de lumine . Deum verum de Deo vero . genitum non factum . conſubſtantialem Patri . per quem omnia facta ſunt . qui (propter nos homines . & propter noſtram ſalutem) deſcendit de cælis . & incarnatus eſt [2] de Spiritu Sancto ex Maria Virgine . & homo factus eſt . Crucifixus etiam pro nobis . ſub Pontio Pilato paſſus . & ſepultus eſt . & reſurrexit tertia die . ſecundum Scripturas . & aſcendit in cælum . ſedet ad dexteram Patris . & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos . cujus regni non erit finis . Et in Spiritum Sanctum . Dominum & Vivificantem

(1) *Vat.* 84. *inſcribit hoc Symbolum* : Perfecta credulitas .

(2) *Vat.* 84. de Spiritu ſancto & Maria Virgine .

ficantem. qui ex Patre. Filioque procedit. qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur. qui locutus est per Prophetas. Et Unam Sanctam. Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. & vitam venturi sæculi. Amen.

R. INCIPIT FIDES CATHOLICA S. ATHANASII EPISCOPI. [1]

Quicumque vult salvus esse. * ante omnia opus est ut teneat Catholicam Fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, * absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est. * ut Unum Deum in Trinitate. & Trinitatem in Unitate veneremur.

Neque confundentes Personas. * neque Substantiam separantes.

Alia est enim Persona Patris. alia Filii. * alia Spiritus Sancti.

Sed Patris & Filii & Spiritus Sancti Una est Divinitas. * Æqualis gloria. Coæterna majestas.

Qualis Pater. talis Filius. * talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater. increatus Filius. * increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater. immensus Filius. * immensus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater. æternus Filius. * æternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres æterni. * sed unus æternus.

Sicut non tres increati nec tres immensi. * sed unus increatus & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater. omnipotens Filius. * omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes. * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater. Deus Filius. * Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii. * sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater. Dominus Filius. Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini. * sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque Personam Deum ac Dominum confiteri (Christiana veritate) compellimur. * ita tres Deos. aut tres Dominos dicere (Catholica religione) prohibemur.

Pater a nullo est factus. * nec creatus. nec genitus.

Filius a Patre solo est. * non factus. nec creatus. sed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre & Filio. * non factus. nec creatus. nec genitus. sed procedens.

Unus ergo Pater. non tres Patres. unus Filius. non tres Filii. * unus Spiri-

(1) *Ita hujus symboli inscriptio se habet in MS. Vat. 5729. at*

Vat. 81. & Alex. 12. inscribunt absolute: Fides Catholica.

MS. Chisius, Fides Catholica S. Athanasii Episcopi Alexandriæ: *Vat. 82.* quam S. Athanasius dictavit: *Vat. 84.* edita a B. Athanasio Episcopo.

Vatic. 98. Palat. 30. & Basilicæ Vaticanæ olim Sign. n. 11 Incipit fides catholica S. Athanasii Episcopi. *Vat. 98. addit* Alexandrini; & *MS. Basilicæ Vat.* ab Athanasio edita.

Pal. 39. Fides S. Athanasii Episcopi.

Quam autem fidem hæ, similesve inscriptiones mereantur colligi poterit ex Clarissimis Viris Baronio, Bona Cardinalibus, Anthelmio, Natali Alexandro, Oudino, Hermantio, Montfauconio. Quesnellio, Blanchino, Pithoeo, Vossio, aliisque in diversas de ejus symboli auctore opiniones abeuntibus; quorum omnium rationes & argumenta perbrevi quidem, sed succi plena nitidaque enarratione Meratus noster exponit tom. 2. part. 2. Sect. 5. cap. 20.

Spiritus Sanctus . non tres Spiritus Sancti •

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius . nihil majus aut minus . * sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt . & coæquales •

Ita ut per omnia (sicut jam supra dictum est) * & Unitas in Trinitate . & Trinitas in Unitate veneranda sit •

Qui vult ergo salvus esse . * ita de Trinitate sentiat •

Sed necessarium est ad æternam salutem . * ut Incarnationem quoque Domini nostri JesuChristi fideliter credat •

Est ergo Fides recta ut credamus & confiteamur . * quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius . Deus & homo est •

Deus est ex substantia Patris (ante sæcula) genitus . * & homo est ex substantia Matris (in sæculo) natus •

Perfectus Deus . perfectus homo * ex anima rationali & humana carne subsistens •

Æqualis Patri secundũ Divinitatẽ .* minor Patre secundum Humanitatem •

Qui licet Deus sit & homo • * non duo tamen . sed Unus est Christus •

Unus autem non conversione Divinitatis in carnem . * sed assumptione humanitatis in Deum •

Unus omnino non confusione Substantiæ . * sed Unitate Personæ •

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo • * ita Deus & homo Unus est Christus •

Qui passus est pro salute nostra . descendit ad inferos . * tertia die resurrexit a mortuis •

Ascendit ad cælos . sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis . * inde venturus est judicare vivos & mortuos •

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis.* & reddituri sunt de factis propriis rationem •

Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam . * qui vero mala in ignem æternum •

Hæc est Fides Catholica . * quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit . salvus esse non poterit •

O R A T I O •

OMnipotens sempiterne Deus fac Orthodoxam Fidem intemerata semper cordis credulitate . orisque professione servare . ac congrua eidem (nitidos) actione tuæ perenniter claritatis visione lætari • Per Dominum nostrum &c.

I N C I P I T L I T A N I A

KYrie eleison •
Christe eleison &c.

ORATIO DOMINICA SECUNDUM LUCAM •

Cum esset Jesus in quodam loco orans . ut cessavit . dixit unus ex Discipulis ejus ad eum • Domine doce nos orare . sicut docuit & Johannes discipulos suos • Et ait illis • Cum oratis . dicite •

PATER . Sanctificetur Nomen tuum • Adveniat Regnum tuum • Panem nostrum quotidianum da nobis hodie • Et dimitte nobis peccata nostra . siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis • Et ne nos inducas in tentationem •

HYMNA•

HYMNARIUM[1]

✠

INCIPIUNT HYMNI
DE ANNI CIRCULO

IN NATALI DOMINI.[a] [2]
S.[b] Ambrosii Episc. Mediolanen.

INTENDE[3] qui regis Israel. * super Cherubim qui sedes. * appare Ephrem coram. excita * potentiam tuam. & veni.

Veni[4] Redemptor gentium. * ostende partum Virginis. * miretur omne sæculum. * talis decet partus Deum.

Non ex virili semine. * sed mystico Spiramine. * Verbum Dei factum[5] est caro. * fructusque ventris floruit.

Alvus tumescit Virginis.*[6] claustra pudoris permanent.*[7] vexilla virtutum micant. * versatur in Templo Deus.

Procedit[8] e thalamo suo. * pudoris aula

(a) In uno Hymnario Monastico ponitur ad Vesperas.
(b) Citat S. Cælestinus I. Papa tom. 1. Concil. Balutii, col. 379. ed. Paris. 1683. Cassiodorus in Psalm. 8. in conclusione, pag. 36. tom. 2. edit. nov. Rothomag. Faustus Regiensis epist. ad G. Diaconum, tom. 8. Biblioth. Patrum, pag. 553. ed. Lugdun. S. Hildephonsus lib. de perpetua Virginitate B. Mariæ, eadem Bibliotheca tom 12. pag. 569.

(1) *Consule Thomasium Præfatione sua. Fontanini Ephemerid. Italic. tom. 21. pag. 6. atque Meratum tom. 2. part. 1. sect. 5. caput 6. pag. 260. &c.*

(2) *De Solemnitate Natalis Christi Domini, ejus proprietatibus, & die qua primis Ecclesiæ temporibus instituta primum fuerit, deinde celebrari consueverit, adeantur Clarissimi viri, Boronius, Meratus, Florentinius, Dominicus Georgi* Benedicti XIV. *P. M. ab intimo Sacello in Adonis Martyrologio nuper edito pag. 5. aliique, & præcipue Eminentissimus Cardinalis Prosper Lambertini Archiepiscopus Bononiensis, nunc Pontifex Summus* BENEDICTUS XIV. *fuse & erudite rem pertractans in luculentissimo Libro de Festis Domini Nostri Jesu Christi & Deiparæ Virginis P. 1. §. lxvi. & seqq.*

(3) *De prima hac στροφῇ quam exhibent MSS. Alex. 11. & Vat. 82. ajunt Clariss. Maurini Editores Operum D. Ambrosii tom. 2. col. 1221. (apud quos præsens Hymnus num. 4. est)* Breviarium Cisterciense huic hymno primam Strophen, quæ nusquam alibi reperitur, sic exhibet. *Intende qui regis Israel &c.*

(4) *Cass. in Psal. 71. Versu 6. habet*: Hinc Ambrosius ille quædam Ecclesiæ Candela lampavit, dicens: *Veni redemptor gentium &c.*

(5) *Verbum* est *omittunt PP. Maurini Editores Ambros.*

(6) *Uterque MS. Alex. 11. & Vat. 82. atque Ambrosii Editores*: Claustrum pudoris permanet.

(7) *Iidem MSS.* Vexilla virtute micant.

(8) *Alex. MS.* Procedat e thalamo suo. *Cass. in Conclus. Psal. 8. & Ambrosii Edit. Maur.* Procedens de thalamo suo. *Faustus Regiensis.* Procede de thalamo tuo. *Ita juxta editam in Biblioth. Patrum: sed Maur. Edit. Ambros. locum allegantes ajunt*: de thalamo suo.

Natalis Domini. aula regia. * (a) geminæ Gigas fubftantiæ. * [1] alacris ut currat viam.

Egreffus ejus a Patre. * regreffus ejus ad Patrem. * excurfus ufque ad inferos. * recurfus ad fedem Dei.

Æqualis æterno Patri. Carnis trophæo [2] cingere. * infirma noftri corporis. * virtute firmans perpeti.

Præfepe jam fulget tuum. * lumenque nox fpirat novum. * quod nulla nox interpolet. [3] * fideque jugi luceat.

Gloria tibi Domine. * (qui natus es de Virgine) * cum Patre & Sancto Spiritu * in fempiterna fæcula. Amen.

S. Ambrofii Epifc. Mediolanen. [4]

FIt Porta Chrifti pervia. * referta plena gratia. * tranfitque Rex. & permanet * claufa (ut fuit) per fæcula.

Genus fuperni Luminis. * proceffit aula Virginis. * Sponfus. Redemptor. Conditor. * fuæ Gigas Ecclefiæ.

Honor Matris & gaudium. * immenfa fpes credentium. * per atra mortis pocula. * refolvit noftra crimina.

Deo Patri fit gloria &c.

(b)

CHrifte [5] Redemptor omnium. * ex Patre. Patris Unice. * folus ante principium. * natus ineffabiliter.

Tu lumen. tu fplendor Patris. * tu fpes perennis omnium. * intende quas fundunt preces * tui (per Orbem) famuli.

Memento falutis Auctor. * quod noftri quondam corporis * (ex illibata Virgine * nafcendo) Formam fumpferis.

Sic præfens teftatur dies. * currens per anni circulum. * quod folus a fede Patris. * Mundi falus adveneris.

Hunc cælum. terra. hunc mare. * hunc omne quod in eis eft. * auctorem adventus tui * laudans. exultat cantico.

Nos quoque. qui fancto tuo * redempti Sanguine fumus. * ob diem Natalis tui. * hymnum novum concinimus.

Gloria tibi Domine. * (qui natus es de Virgine) * cum Patre & Sancto Spiritu. * in fempiterna fæcula. Amen.

Aurelii Prudentii Clementis.

COrde natus ex Parentis. ante Mundi exordium. * Alpha & Ω cognominatus. ipfe fons & claufula * omnium quæ funt. fuerunt. quæque poft futura funt. * fæculorum fæculis.

O beatus Ortus ille! Virgo cum puerpera * edidit noftram falutem. fœta Sancto Spiritu. * & Puer Redemptor Orbis. os facratum protulit. * fæculorum fæculis.

Pfallat altitudo cœli. Pfallite omnes Angeli. * Quidquid eft virtutis ufquam. pfallat in laudem Dei. * nulla linguarum filefcat. vox & omnis confonet. * fæculorum fæculis.

Ecce.

(a) Vide S. Auguft. tractatu 59. in Joann. n. 3.
(b) In uno Hymnario Monaftico ponitur ad Nocturnum.

(1) *Uterque MS. Alex. 11. & Vat. 82.* alacris occurrat viam.

(2) *Maurini*, accingere.

(3) *Vat. 82.* fideique juge luceat.

(4) *XII. in ordine apud Maurinos Ambrofii Editores. In neutro e noftris MSS. legitur.*

(5) *Hymnum hunc, quem in neutro e MSS. noftris invenimus, nec in recentiori Ambrofii editione, Ambrofio tribuit Michael Timotheus, fed nulla addita ratione qua S. Doctori tribuatur. Gravantus Timotheo adhærens allegat Breviarium MS. antiquitatis non admodum remotæ.*

Ecce quem Vates vetustis concinebant sæculis. * quem Prophetarum fideles paginæ spoponderant. * emicat promissus olim. cuncta conlaudent eum. * sæculorum sæculis.

Te senes. & te juventus. parvulorum te chorus. * turba matrum. virginumque. simplices puellulæ. * voce concordes. pudicis perstrepant concentibus. * sæculorum sæculis.

Tibi. Christe. sit cum Patre. Hagioque Pneumate. * hymnus. melos. laus perennis. gratiarum actio. * honor. virtus. victoria. regnum æternaliter. * sæculorum sæculis. Amen.

Cælii Sedulii Presbyteri. [a]

A Solis ortus cardine. * ad usque terræ limitem. * Christum canamus Principem. * natum Maria Virgine.

Beatus Auctor sæculi. * servile corpus induit. * ut Carne Carnem liberans. ne perderet quos condidit.

Clausa Parentis viscera * cælestis intrat gratia. * venter Puellæ bajulat * secreta. quæ non noverat.

Domus pudici pectoris. * templum repente fit Dei. * intacta nesciens virum. * verbo concepit filium.

Enixa est Puerpera. * quem Gabriel prædixerat. * quem matris alvo gestiens. clausus Johannes senserat.

Fœno jacere pertulit. * Præsepe non abhorruit. * parvoque lacte pastus est. * per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus Cælestium. * & Angeli canunt Deo. * palamque fit pastoribus. * Pastor Creator omnium.

Gloria tibi. Domine. * (qui natus es de Virgine) * cum Patre & Sancto Spiritu. in sempiterna sæcula. Amen.

PSALT. R. G.

Venantii Honorii Clementiani Fortunati Episc. Pictaviensis. *Natalis Domini.*

A Gnoscat omne sæculum. * venisse vitæ præmium. * post hostis asperi jugum. * apparuit Redemptio.

Esaias quæ cecinit. * completa sunt in Virgine. * annunciavit Angelus. * Sanctus replevit Spiritus.

Maria ventre concipit. * verbi fidelis semine. * quem totus Orbis non capit. * portant Puellæ viscera.

Radix Jesse jam floruit. * & Virgo fructum edidit. * fœcunda partum protulit. * & Virgo Mater permanet.

Præsepe poni pertulit. * qui lucis Auctor extitit. * cum Patre cælos condidit. * sub Matre pannos induit.

Legem dedit qui sæculo. * (cujus decem præcepta sunt) * dignando factus est homo. * sub Legis esse vinculo.

Adam vetus quod polluit. * Adam novus hoc abluit. * tumens quod ille dejicit. * humillimus hic erigit.

Jam nata lux est & salus. * fugata nox. & victa mors. * venite Gentes. credite. * Deum Maria protulit.

Gloria tibi. Domine. &c.

IN NATIVITATE DOMINI. [b]

CÆlum corruscans intonet.
Tellus resultans personet.
Infernus Gians ululet.
Humanitasque jubilet.
Hoc justiciam stillitet.
Hæc veritatem germinet.
Hic detrimenta congemit.
Hæc incrementa suscipit.
Qui semper natus in Ævo.
Nunc in Ævi simulachro.
De Virginali utero.
Adest ruenti sæculo.

 Ut

(a) In uno Hymnario Monastico ponitur ad Laudes.
(b) Extat inter Poetarum Veterum Opera edita in fol. minori Basileæ 1563. a Georgio Fabritio Chemnicensi.

S. Stephani. Ut factus Homo mortalis.
Quem hominem immortalis
Immortalem condideras.
Mortalem nunc eripias.
Natus ergo in tempore.
Et natus ante tempora.
Orto fidei fidere.
Mentis tenebras amove.

In Natali S. Stephani Martyris.

Ambrosianum.

Stephano Primo Martyri * cantemus novum canticum. * quod dulce sit psallentibus. * opem ferat credentibus.

Psallamus hoc discipuli. * laudem dicamus Martyri. * qui primus (post Redemptorem) * Christi secutus est Crucem.

Hic enim per Apostolos * probatus in laude Dei. * vexilla mortis rapuit. * ut præferretur omnibus.

O præferenda gloria! * o beata victoria! * hoc meruisse Stephanum. * ut sequeretur Dominum.

Ipse Martyr egregius. * amore Christi prædicans. * Sancto repletus Spiritu. * vultum gerens Angelicum.

Ille levatis oculis * vidit Patrem cum Filio. * monstrans in cælis vivere. * quem plebs quærebat perdere.

Judæi magis sæviunt. * saxaque prensant manibus. * currebant. ut occidereut * sacratum Christi Militem.

Iste paratus vertice * (gaudens) suscepit lapides. * rogans pro eis Dominum. * gaudens tradidit spiritum.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito. * una cum Sancto Spiritu. * in sempiterna sæcula. Amen.

Idem Hymnus aliter.

Stephani Corona Martyris * (quod nomen ejus indicat) * Christi decoram gloriam. * gratis canamus laudibus.

Stephano Primo Martyri cantemus canticum novum. * quod dulce sit psallentibus. * opem ferat credentibus.

Hic primus almo sanguine * (Christi secutus gloriam) * viam salutis cæteris. (contemptu mortis) prabuit.

Hic cum supremis vocibus * verbum salutis ederet. * Judæa claram cæcitas * viam veritatis repulit.

Sed ille cælum intuens. * vidit paratam gloriam. * nostrisque præstans sæculis. * sublimem visum prodidit.

Invadit ergo perfida * plebs docentem Martyrem. * & nuper Agni sanguine * manus cruentas exerit.

At ille Christo protinus * tradens beatum spiritum. * pro persequentium crimine * preces secundas dirigit.

Deus Creator omnium. * indulge cæcis hoc malum. * & hoc nefas (quod aspicis) * dimitte fletibus meis.

Præsta Pater per Filium. * præsta per Almum Spiritum. * cum his per ævum triplici * unus Deus cognomine. Amen.

In Natali S. Johannis Apostoli et Evangelistæ. (1)

Ambrosianum.

Amore Christi nobilis. * & Filius Tonitrui. * arcana. Johannes. Dei * fatu revelavit sacro.

Captis solebat piscibus. * patris senectam pascere. * turbante dum natat salo. * immobilis fide stetit.

Hamum profundo merserat. * piscatus est Verbum Dei. * jactavit undis

(1) *Vat. 82. hunc Hymnum inscribit:* Ymnus sancti Johannis Evangelistæ.

dis retia. * [1] Vitam levavit hominum.
Piscis bonus pia est Fides * Mundi supernatans salum. * subnixa Christi pectore. Sancto [2] locuta Spiritu.
In principio erat Verbum. * & Verbum erat apud Deum. * & Deus erat Verbum. hoc erat * (in principio) apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt. * Sed ipse laude resonet. * & laureatus Spiritu. * scriptis coronetur suis.
Commune multis passio. * cruorque delictum lavans. * hoc morte præstat Martyrum. * quod fecit esse Martyres.
Vinctus tamen ab impiis. * calente olivo dicitur * tersisse Mundi pulverem. * stetisse victor æmuli.
Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito. * una cum Sancto Spiritu. * in sempiterna sæcula. Amen.

DE Patre Verbum prodiens. * de Matre corpus induens. * Johannis testimonio. * hoc erat in principio.
Johannes Virgo. cæteris * dilectior Apostolis. * rogatus apud Ephesum * conscripsit Evangelium.
Eructans almo pectore * fluenta Evangelica. * quæ hausit in convivio. * passuro Mundi Domino.
Ascendens Crucis arborem. * commendat Matrem Virginem * Jesus huic Discipulo. * ut fuimet Vicario.
Ut Virgo viri nescia. * & castitatis conscia. * solamen viri providi * haberet dies sæculi.
Accepit Virgo Virginem. * corruptionis insciam. * & par post Christum Filius * deservit Integerrimus.
Sancte Johannes optime. * absolve nostra crimina. * ut mereamur liberi * servire summo Principi.
Præsta Beata Deitas. * indulge clemens Trinitas. * ut tibi casto corpore * famulemur omni tempore. Amen. *S. Johann. Evangel.*

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

VIrginis (Virgo venerande) custos. * magnus æterni logotheta Verbi. * dele servorum facinus tuorum. Sancte Johannes.
Tu patrem carnis subito relinquis. * sicque Cælestem sequeris Parentem. * piscibus spretis hominum juberis * claudere turbam.
Fonte prorumpens fluvius perenni. * curris arentis satiator Orbis. * hausit ex pleno. modo quod propinat. * pectore pectus.
Tu decus Mundi. jubar atque cæli. * impetra nostris veniam ruinis. * da Sacramentum penetrare summum. * quod docuisti.
Patris arcanum speculando Verbũ. * tollis errorem Fidei per Orbem. * nos ad æternam speciem fruendam. * Dux bone transfer.
Laus honor Patri. parilique Proli. * una majestas eadem potestas. * cum quibus Sanctus simul implet omnem * Spiritus Orbem. Amen.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

FIdelis plebs cum Angelis. * festivis plaudat gaudiis * Nativitatis Domini. * occurrit laus Apostoli.
Dilectus hic præ cæteris. * apud Magistrum tenuit * (ob Virginale meritum) * amoris privilegium.
Hausit ex Christi pectore * fluenta sapientiæ. * hinc arva cordis irrigat. * & Verbum Patris insonat.
Hinc & in Cruce positus. * Matrem commendat Dominus. * fit Mater Virgo Virgini. * quem fovet vice Filii.
Te pronis (Alme) cordibus. * cæli Sena-

Yy 2

(1) *Idem MS.* vitam levavit omnium.

(2) *Idem*, locata *pro* locuta.

SS. Innocentium. Senator. poscimus. * da Verbi vultum cernere. * quos Verbum doces credere.

Sit Patri laus ingenito. * sit decus Unigenito. * sit utriusque parili * majestas summa Flamini. Amen.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

MAgna Johannis merita. * sancta promat Ecclesia. * quam tenebris evacuat. * vitæ verbis irradiat.

Hujus cor in sublimibus * Sanctus suspendit Spiritus. * ut profunde latentia * cernat alta mysteria.

En illa felix Aquila * ad escam volat avida. * quæ cæli cives vegetat. * & nos in via recreat.

Hic in choro tot millium. * primatum tenet Virginum. * sit Agno sic pedissequus. * ut Matris individuus.

Sit Patri laus ingenito. * sit decus Unigenito. * sit utriusque parili * majestas summa Flamini. Amen.

IN NATALI SS. INNOCENTUM.

A. Prudentii C.

AUdit Tyrannus anxius * adesse Regum Principem. * qui nomen Israel regat. * teneatque David Regiā.

Exclamat amens nuncio. * Successor instat. pellimur. * satelles i. ferrum rape. * perfunde cunas sanguine.

Mas omnis infans occidat. * scrutare nutricum sinus. * interque materna ubera * ensem cruentet pusio.

Suspecta per Bethlem mihi * puerperarum est omnium * fraus. ne qua furtim subtrahat * prolem virilis indolis.

Transfigit ergo carnifex. * mucrone districto furens. * effusa nuper corpora. * animasque rimatur novas.

Locum minutis artubus * vix interemptor invenit. * quo plaga descendat patens. * juguloque major pugio est.

O barbarum spectaculum! * inlisa cervix cautibus * spargit cerebrum lacteum. * oculosque per vulnus vomit.

Aut in profundum palpitans * mersatur infans gurgitem. * cui subter artis faucibus * singultat unda & halitus.

Salvete Flores Martyrum. * quos (lucis ipso in limine) * Christi insecutor sustulit. * ceu turbo nascentes rosas.

Vos prima Christi victima. * grex immolatorum tener. * aram ante ipsam simplices * palma & coronis luditis.

Quò proficit tantum nefas? * quid crimen Herodem juvat? * unus tot inter funera * impune Christus tollitur.

Inter coevi sanguinis * fluenta solus integer. * ferrum (quod orbabat nurus) * partus fefellit Virginis.

Sit Trinitati gloria. * virtus. honor. victoria. * quæ dat coronam Testibus. * per sæculorum sæcula. Amen.

Bedæ Presbyteri.

HYmnum canentes Martyrum * dicamus Innocentium. * quos terra flentes perdidit. * gaudens sed æthra suscipit.

Vultum Patris per sæcula. * quorum tuentur Angeli. * ejusque laudant gratiam. * hymnum canentes Martyrum.

Quos rex peremit impius. * pius sed Auctor colligit. * secum beatos collocans * in luce regni perpetis.

Qui mansiones singulis * largitus in domo Patris. * donat supernis sedibus. * quos rex peremit impius.

Bimos & infra parvulos * Herodis

dis ira percusit . * finesque Behleemiticos * sancto respersit sanguine.

Praeclara Christo splenduit * mors innocens Fidelium . * caelis ferebant Angeli * bimos & infra parvulos.

Vox in Rama percrebuit . * lamenta luctus maximi . * Rachel suos cum (lachrymis * persusa) flevit filios.

Gaudent triumpho perpeti . * tormenta quique vicerant . * quorum gemens ob verbera * vox in Rama percrebuit.

Ne (Grex pusille) formides * dentes leonis perfidos . * Pastor bonus nam pascua * vobis dabit caelestia.

Agnum Dei qui candidum * mundo sequeris tramite . * manus latronis impias . * ne (Grex pusille) formides.

Absterget omnem lacbrymam * vestris Pater de vultibus . * mors vobis ultra non nocet . * vitae receptis moenibus.

Qui seminant in lachrymis . * longo metent in gaudio . genis lugentium Conditor * absterget omnem lachrymam.

O quàm beata Civitas . * in qua Redemptor nascitur! * Natoque primae Martyrum * in qua dicantur hostiae.

Numquam vocaris parvula . * in civitatum milibus . * ex qua novus Dux ortus est: * O quàm beata Civitas!

Adstant nitentes fulgidis * ejus throno nunc vestibus . * stolas suas qui laverant . * Agni rubentes sanguine.

Qui perpetis pro patriae * regno gementes fleverant . * laeti Deo cum laudibus * adstant nitentes fulgidis.

Gloria &c.

Epiphania Domini.

IN EPIPHANIA DOMINI. (1)

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. (a)

INluminans (2) Altissimus * micantium astrorum globos . * pax . vita . lumen . veritas . * Jesu fave precantibus.

Seu mystico Baptismate . * fluenta Jordanis (retro * conversa quondam) tertio * (3) praesenti sacraris die.

Seu (4) stella partum Virginis * caelo micans signaveris . * & hac adoratum die * Praesepe Magos duxeris.

Vel hydriis plenis (5) aqua * vini saporem infuderis . * hausit minister conscius . * quod ipse non impleverat.

Aquas colorari videns . * (6) inebriare flumina . * mutata elementa stupet * transire in usus alteros.

Sic quinque milibus (7) virum * dum quin-

(a) Vide Cassiodorum in Psalm. 74. ℣. 8.

(1) *Extat in nostris MSS. Alex.* 11. *&* *Vat.* 82. *in recentiori Ambrosii editione num.* v. *reponitur.*

(2) *Alex.* 11. Inluminans altissimum micantium astrorum globum, pax, lumen, vita, veritas &c. *Epiphaniae solemnitatem olim ab aliquibus nuncupatam fuisse* Festum illuminationis, *seu* Festum luminum *notatum Prospero Lambertini Cardinali Archiep. Bonon. nunc* BENEDICTO XIV. *Lib. de Festis D. N. J. C. & Deiparae Virginis P.* 1. §. XXVII. *Consule, si lubet, & Tillemontium tom.* 1. *pag.* 430.

(3) *Alex* 11. praesentem sacraris diem.

(4) *Alex.* 11. Seu stellam partu Virginis caelum micans signaverit, & hoc adoratum die, praesepe Magos duxerit: *& Vat.* 82. duxerit *habet pro* duxeris.

(5) *Vat.* 82. *& nova Ambrosii editio*, aquae: *infra Alex.* 11. fuderit *pro* infuderis.

(6) *Vat.* 82. inebriari; *tum idem MS. una cum altero Alex.* 11. *& nova Amb. ed.* stupent *pro* stupet.

(7) *Vat.* 82. *& nov. Amb. ed.* viris: *& infra nov. Amb. ed.* dividis *pro* dividunt: *Alex.* 11. dividit. *Ceterum olim apud aliquas Ecclesias morem invaluisse ut die Epiphaniae solemni & memoria multiplicationis panis recoleretur patet ex Aug. serm.* 29. *de tempore, & erudite demonstratur*

Epiphaniæ Domini. quinque panes dividunt. * edentium sub dentibus * in ore crescebat cibus.

Multiplicabatur magis * dispendio panis [1] suo. * Quis hæc videns mirabitur * juges meatus fontium?

Inter manus frangentium. * panis rigatur profluus. * intacta (quæ non fregerant) * fragmenta subrepunt [2] viris.

Gloria tibi Domine * (qui apparuisti hodie) * cum Patre & Sancto Spiritu. * in sempiterna sæcula. Amen.

IN EPIPHANIA
Hilarii. [3]

JESUS [a] refulsit omnium
Pius Redemptor gentium.
Totum genus Fidelium
Laudes celebret [b] dramatum.
Quem stella natum fulgida
[c] Monstrat micans [d] per æther a
Magosque duxit prævia
Ipsius ad cunabula.
Illi cadentes parvulum
Pannis adorant obsitum.
Verum fatentur & Deum.
Munus ferendo mysticum.
[e] Denis ter annorum cyclis
Jam parte vivens [f] temporis.
Lympham petit Baptismatis.
Cunctis carens contagiis.
Felix Joannes mergere
Illum [g] tremiscit flumine.
Potest suo qui sanguine
Peccata [h] mundi tergere.
[i] Nos Christe [k] subnixa prece
Omnes precamur. protege
Qui præcipis rubescere
[l] Aquæ potenter Hydriæ. [m]

A Pru-

(*a*) Apud Georgium Fabritium Chemnicensem inter Poetarum veterum Opera Basileæ 1563. Extat etiam in Hymnario MS. membranaceo sine auctoris nomine, & ponitur: *in Epiphania ad Vesperum*, cum variantibus infra notatis lectionibus. (*b*) *al.* dragmatum, (*c*) *al.* monstrans. (*d*) *al.* in. (*e*) *al.* Denum. (*f*) *al.* corporis. (*g*) *al.* tremescit. (*h*) *al.* Cosmi.

(*i*) interponitur hoc loco hæc strophe.

Vox ergo prolem de polis
Testatur excelsi Patris
Virtus adestque Pneumatis
Sancti datris (*lege* datrix) carismatis.

(*k*) *al.* supplici.

(*l*) *al.* Potenter Hydrias aquæ.

(*m*) *al.* addit duas sequentes strophas, quibus hymnus clauditur.

Præsta benignus sedulo:
Solamen, adjutorium,
Raptosque nos e tartaro
Regnare facte cum polo. (*lege*: fac tecum polo.)
Laus Trinitati debita
Honor, potestas omnium
Perenniter sit omnia
Per sæculorum sæcula. Amen.

---

monstratur a Prospero Lambertini Cardinali Archiep. Bon. nunc BENEDICTO XIV. *in memorato lib. de Festis D. N. J. C. & Deiparæ Virginis, Part. 1. §. XXVIII.* (1) *Alex. 11.* panis sui.

(2) *Vat. 82.* viri.

(3) *Sacros Hymnos* in laudem Dei, & Martyrum triumphos *Hilarium edidisse testantur Concil. Toletanum IV. can. 13. Hieronymus lib. 2. Com. ep. ad Gal. ubi ait*: Hilarius latinæ eloquentiæ Rodanus, Gallus ipse, & Pictavis genitus, in hymnorum carmine Gallos indociles vocet: *atque Isidorus Hispal. lib. 1. Offic. Eccles. c. 6. Caussam, qua ad Hymnos elucubrandos promotus fuerit conjiciunt Clariss. PP. Maurini, quorum cura Hilarii Operibus nitidè simul & eruditè editis Paris. 1693. utimur, ut nimirum Arianis hymnos apte ad suam hæresim compositos canentibus &, Catholicos canentes hymnos opponeret. Consule laudatos PP. Maurinos, Josephum Binghamum tom. 6. lib. 14. cap. 2. §. 11. &c.*

A. Prudentii C.

O Sola magnarum urbium * major Bethlem ! cui contigit * Ducem salutis cælitus * incorporatum gignere ·

Quem stella (quæ solis rotam * vincit decore ac lumine) * venisse terris nunciat . * cum carne terrestri Deum ·

Videre postquam illum Magi . * eoa promunt munera . * stratique votis offerunt * thus . myrrham . & aurum regium ·

Regem Deumque adnunciant * thesaurus . & fragrans odor * thuris Sabæi . ac myrrheus * pulvis sepulcrum praedocet ·

Gloria tibi Domine * (qui apparuisti hodie) * cum Patre & Sancto Spiritu . * in sempiterna sæcula . Amen ·

Cælii Sedulii Presbyteri · (a)

HOstis Herodes impie . * Christum venire quid times ? * non eripit mortalia . * qui regna dat cælestia ·

Ibant Magi (quam viderant) * stellam sequentes præviam · * lumen requirunt lumine . * Deum fatentur munere ·

Lavacra puri gurgitis * Cælestis Agnus attigit · * peccata quæ non detulit . * (nos abluendo) sustulit ·

Novum genus potentiæ . * aquæ rubescunt hydriæ · * vinumque jussa fundere . * mutavit unda originem ·

Gloria tibi Domine * (qui apparuisti hodie) * cum Patre & Sancto Spiritu . * in sempiterna sæcula . Amen ·

A Patre Unigenitus * ad nos venit per Virginem . * Baptisma cruce consecrans . * cunctos fideles generans · *Epiphaniæ Domini.*

De cælo celsus prodiit . * accepit Formam hominis . * facturam morte redimens . * gaudia vitæ largiens ·

Hoc te . Redemptor . quæsumus . * illabere propitius . * clarumque nostris sensibus . * lumen præbe fidelibus ·

Mane nobiscum . Domine . * noctem obscuram remove . * omne delictum ablue . * piam medelam tribue ·

Quem jam venisse novimus . * redire item credimus · * tu sceptrum tuum inclytum . * tuo defende clypeo·

Gloria tibi Domine (qui apparuisti hodie) * cum Patre & Sancto Spiritu . * in sempiterna sæcula ·

Dominica in Quadragesima ·

A. Prudentii C.

O Nazarene . Dux Bethlem . Verbum Patris . * quem partus alvi Virginalis protulit . * adesto castis . Christe . parsimoniis · * festumque nostrum rex serenus adspice . * jejuniorum dum litamus victimam ·

Nil hoc profecto purius mysterio . * quo fibra cordis expiatur lividi . * intemperata quo domantur viscera · * arvina . putrem ne refudans crapulam . * obstrangulatæ mentis ingenium premat ·

Sit Trinitati in Unitate gloria . * sit Unitati in Trinitate gratia . * potestas . honor atque jubilatio . * nostra benigne cum benevolentia . * jejuniorum acceptanti munera · Amen ·

S. Gre-

(a) In uno Hymn. MS. ponitur ad Laudes .

Quadragesima.

S. Gregorii Papæ.

CLarum decus jejunii * monstratur Orbi cælitus. * quod Christus auctor omnium * cibis dicavit abstinens.

Hoc Moyses charus Deo. * Legisque lator factus est. * hoc Eliam per aera * curru levavit igneo.

Hinc Daniel mysteria. * victor leonum viderat. * per hoc amicus intimus * Sponsi. Johannes claruit.

Hæc nos sequi dona (Deus) * exemplar parsimoniæ. * tu robur auge mentium. * dans spiritale gaudium. Amen.

ECce tempus idoneum. * medicina peccaminum. * quibus Deum offendimus. * corde. verbis. operibus.

Qui pius & propitius * nobis pepercit hactenus. * ne nos cum nostris perderet * tantis iniquitatibus.

Hunc igitur jejuniis * cum precibus & lacrymis. * multisque bonis aliis * placemus devotissime.

Ut nos a cunctis sordibus * purgans ornet virtutibus. * Angelicis & coetibus * nos jungat in cælestibus.

Sit benedictus Genitor. * ejusque Unigenitus. * cum Spiritu Paraclito. * in sempiterna sæcula. Amen.

NUnc tempus acceptabile * fulget. datum divinitus. * ut sanet Orbem languidum. * medela parsimoniæ.

Christe. decoro lumine * dies salutis emicet. * dum corda culpis saucia * reformat abstinentia.

Hanc mente nos & corpore * (Deus) tenere perfice. * ut appetamus prospero. * perenne Pascha. transitu.

SUmmi largitor præmii. * spes qui es unica Mundi. * preces intende fervorum. * ad te devote clamantum.

Nostra te conscientia. * grave offendisse monstrat. * quam emundes (supplicamus) ab omnibus piaculis.

Si renuis. quis tribuet? * indulge qui potens es. * te corde rogare mundo * fac nos (precamur) Domine.

Ergo accepta hoc nostrum * (qui sacrasti) jejunium. * quo mysticè Paschalia * capiamus Sacramenta.

Summa nobis hoc conferat * in Deitate Trinitas. * in qua gloriatur Unus * per cuncta sæcula Deus. Amen.

JESU Quadragenariæ * dicator abstinentiæ. * qui ob salutem mentium * hoc sanxeras jejunium.

Quo Paradiso redderes * (servata parsimonia) * quos inde gastrimargiæ * huc illecebra depulit.

Adesto nunc Ecclesiæ. * adesto pœnitentiæ. * qua pro suis excessibus * orat profusis precibus.

Tu retroacta crimina. * tua remitte gratia. * & a futuris adhibe * custodiam. mitissime.

Ut expiati annuis * jejuniorum victimis. * tendamus ad Paschalia * digne colenda gaudia. Amen.

Ad Matutinum.

JAM Christe Sol justitiæ * mentis diescant tenebræ. * virtutum & lux redeat. * terris diem cum reparas.

Dans tempus acceptabile. * & pœnitens cor tribue. * convertat ut benignitas. * quos longa suffert pietas.

Quid-

Quiddamque pœnitentiæ * dare . quamvis gravium . * (majore tuo munere) * quo demptio fit criminum ·

Dies venit . dies tua . * in qua reflorent omnia · * lætemur in hac ad tuam * per hanc reducti gratiam ·

Te rerum universitas . * clemens adoret Trinitas . * & nos novi per veniam . * novum canamus canticum · Amen ·

Ad Vesperum ·

AUres ad nostras Deitatis preces.* Deus . inclina pietate sola · * supplicum vota suspice . precamur * famuli tui ·

Respice (clemens) solio de sancto.* vultu sereno lampades illustra . * lumine tuo tenebras depelle . * pectore nostro ·

Crimina laxa pietate multa . * ablue sordes . vincula disrumpe . * parce peccatis . releva jacentes * dextera tua ·

Te fine tetro mergimur profundo . * labimur alta sceleris sub unda . * brachio tuo trahimur ad clara * sidera cœli ·

Christe lux vera . bonitas & vita . * gaudium Mundi . pietas immensa . * qui nos a morte roseo salvasti * Sanguine tuo ·

Infere tuum (petimus) amorem * mentibus nostris . fidei refunde * lumen æternum . charitatis auge * dilectionem ·

Tu nobis dona fontem lachrymarum . * jejuniorum fortia ministra . * vitia carnis millia retunde * framea tua ·

Procul a nobis perfidus absistat * sathan a tuis viribus confractus . *

Sanctus assistat Spiritus a tua * sede dimissus · *Quadragesima .*

Gloria Deo sit æterno Patri . * sit tibi semper Genitoris Nate . * cum quo æqualis Spiritus per cuncta * sæcula regnat · Amen ·

In Quadragesima quotidianis diebus ·

Ambrosianum ·

EX more docti mystico * servemus hoc jejunium . * deno dierum circulo * ducto quater notissimo ·

Lex & Prophetæ primitus * hoc prætulerunt . postmodum * Christus sacravit omnium * Rex . atque factor temporum ·

Utamur ergo parcius * verbis . cibis . & potibus . * somno . jocis . & arctius perstemus in custodia ·

Vitemus autem pessima . * quæ subruunt mentes vagas . * nullumque demus callidi * hostis locum tyrannidi ·

Dicamus omnes cernui . * clamemus atque singuli . * ploremus ante Judicem . * flectamus iram vindicem ·

Nostris malis offendimus * tuam (Deus) clementiam · * effunde nobis desuper * remissor indulgentiam ·

Memento quod sumus tui . * licet caduci plasmatis · * ne des honorem nominis * tui (precamur) alteri ·

Laxa malum quod fecimus . * auge bonum quod poscimus . * placere quo tandem tibi * possimus hic & perpetim ·

Præsta beata Trinitas . * concede simplex Unitas . * ut fructuosa sint tuis * jejuniorum munera · Amen ·

Quadragesima. M. *Ambrosianum.*

AUdi (benigne Conditor) * nostras preces cum fletibus. * in hoc sacro jejunio * fusas Quadragenario.

Scrutator alme cordium. * infirma tu scis virium. * ad te reversis exhibe * remissionis gratiam.

Multum quidem peccavimus. * sed parce confitentibus. * ad laudem tui nominis * confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri * dona per abstinentiam. * jejunet ut mens sobria * a labe prorsus criminum.

Præsta beata Trinitas. * concede simplex Unitas. * ut fructuosa sint tuis * jejuniorum munera. Amen.

Ad horam diei Tertiam. Jam surgit hora tertia. qua Christus ascendit crucem. *Require infra inter Hymnos Quotidianos.*

Ad horam diei Sextam. Jam sexta sensim volvitur.

Ad horam diei Nonam. Ter hora trina volvitur.

Ad Vesperum. [a]

JAM ter quaternis trahitur * horis dies ad vesperum. * occasu sol [b] prænunciat * noctis [c] venire tempora.

Nos ergo signo Domini * [d] tutemur claustra pectoris. * ne serpens ille callidus * intrandi tentet aditum.

Sed armis pudicitiæ * mens fulta vigil. liberè. * sobrietate comite. * hostem repellat improbum.

Sed nec ciborum crapula * tandem [e] distentet corpora. * ne vi per somnum animam * ludificatam polluat.

Gloria tibi Trinitas &c.

Ad Completorium. Christe. qui lux es & dies.

DOMINICA V. IN QUADRAGESIMA.
DE PASSIONE DOMINI.
S. Gregorii Papæ.

REx Christe Factor omnium. * Redemptor & credentium. * placare votis supplicum * te laudibus colentium.

Cujus benigna gratia. * Crucis per alma vulnera. * virtute solvit ardua * primi Parentis vincula.

Qui es creator siderum. * tegmen subisti carneum. * dignatus hanc vilissimam * pati doloris formulam.

Ligatus es ut solveres * Mundi ruentis complices. * perprobra tergens crimina, * quæ Mundus auxit plurima.

Cruci Redemptor figeris. * terram sed omnem concutis. * tradis potentem Spiritum. * nigrescit atque sæculum.

Mox in Paternæ gloriæ * Victor resplendens culmine. * cum Spiritus munimine * defende nos. rex optime. Amen.

Ad Matutinum. [f]

NOctis tempus jam præterit. * jam gallus canit vivis. * gallo canente spes [g] redit. * ægris salus refunditur.

Somno gravati surgite. * cordis reatum pandite. * Jesuque laudem dicite. * qui nos redemit sanguine.

Non ut fallax discipulus. * (qui pacem ferens osculo. * & dolum tenens pecto-

(a) Hic Hym. ponitur in Hymn. vetusto Monastico. Sabbato in Quadragesima ad vesperas.
(b) al. pronuntiat. (c) al. redire. (d) al. tutemus claustra pectorum.
(e) distendat. MS. Orat. n. 68. (f) Brev. Mozarabum. Dom. 4. Quadragesimæ. (g) reddit.

pectore.) * turbis Magistrum tradidit.

Jesus captus ab impiis. * disperguntur Discipuli. * locutus est ut Dominus. * [a] nocte ferentes scandalum.

Jesus suis Discipulis * dum Crucem suam prædicat. * negari sese præmonet. * Petrus facturus abnegat.

Petrus fervens spiritu * sequitur in prætorio. * sed agnitus Discipulus * negavit Christum Dominum.

Petrus jurabat omnibus. * se non novisse hominem. * Vox namque galli resonat. * & Petrus culpam meminit.

Jesus dum Petrum respicit. * fidem Petri dum suscipit. * Petrusque (flendo) recipit * quod ante paulò amiserat.

Et nos precamur. Domine. * fidem Petri recipere. * Fidemque Apostolicam. * flentes pro nostro crimine.

Gallo canente venimus. * laudes Deo persolvimus. * confessionis propriæ * dantes ei veram fidem.

Abscede princeps dæmonum * cum noxiis phantasmatum. * jam nos piavit veritas. * jam proba tersit charitas.

Hinc te. Deus. deposcimus. * ut pervagantes dæmonas * signo salutis destruas. * nos a pavore libera.

Hac noctis hora præscius * David futuræ [b] gloriæ. * Deo preces multiplicat * in matutinis excubans.

Hac nos oportet surgere * illo vigore corporis. * illoque voto spiritus. * quo expiemur sordibus.

Exurge nobiscum. Deus. * laudes tuorum suscipe. * lustrando corda lubrica * lucis novellæ gratia.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * regnans per omne sæculum. Amen. *Passionis Domini.*

V. C.[c] Fortunati Episc. Pictavien.

PAnge lingua gloriosi * prælium certaminis. * & super Crucis trophæo * dic triumphum nobilem. * qualiter Redemptor Orbis * immolatus vicerit.

De parentis Protoplasti * fraude Factor condolens. * quando pomi noxialis * morsu. morte corruit. * ipse lignum tunc notavit. * damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis * ordo depoposcerat. * multiformis proditoris * ars ut artem falleret. * & medelam ferret inde. * hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri * plenitudo temporis. * missus est ab arce Patris. * natus Orbis Conditor. * atque ventre Virginali * caro factus prodiit.

Vagit infans inter arcta * conditus præsepia. * membra pannis involuta * Virgo Mater alligat. * & manus. pedesque. crura. * stricta cingit fascia.

Divisio.

LUstra sex qui jam peracta. * tempus implens corporis. * se volente natus ad hoc. * Passioni deditus. * agnus. in Crucis levatur * immolandus stipite.

Hic acetum. fel. arundo. * sputa. clavi. lancea. * mite corpus perforatur. * Sanguis. Unda profluit. * terra. pontus. astra. Mundus * quo lavantur flumine!

Crux fidelis inter omnes * arbor una

(a) noctem. (b) noctis.
(c) Codex. Ratoldi apud Menardum in not. & observat. ad L. Sacram. S. Gregorii pag. 87. ed. Parif. 1642.

Passionis Domini. una nobilis.* nulla silva talem profert * fronde. flore. germine. * dulce lignum. dulces clavos. * dulce pondus sustinet.

Flecte ramos (arbor alta.) * tensa laxa viscera. * & rigor lentescat ille. * quem dedit nativitas. * ut superni membra Regis * miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti * ferre Sæcli pretium. * atque portum præparare * (nauta) Mundo naufrago. * quem sacer cruor perunxit. * fusus Agni corpore.

Gloria & honor Deo * usquequo altissimo. * una Patri. Filioque. * inclyto Paraclito. * cui laus est & potestas * per æterna fæcula. Amen.

[a] Ad horam diei Tertiam.

DEI fide qua vivimus. * spe perenni qua credimus. * per charitatis gratiam * Christo canamus gloriam.

Qui ductus hora tertia * ad Passionis hostiam. * Crucis ferens suspendia. * ovem reduxit perditam.

Precemur ergo subditi. * redemptione liberi. * ut eruat a sæculo. * quos solvit a chirographo.

Gloria tibi Trinitas * æqualis. una Deitas. * & ante omne sæculum. * & nunc & in perpetuum. Amen.

Ad horam diei Sextam.

QUA Christus hora sitiit. * Crucem vel in qua subiit. * quos præstat in hac psallere. * ditet siti justitiæ.

Quibus sit & esuries. * [b] quam ipse de se satiet. * crimen sit ut fastidium.* virtusque desiderium.

Charisma Sancti Spiritus * sic influat psallentibus. * ut carnis æstus frigeat. * & mentis algor ferveat.

Gloria tibi Trinitas * æqualis. una Deitas. * & ante omne sæculum. * & nunc & in perpetuum. Amen.

Ad horam diei Nonam.

TErnis ter horis numerus * sacræ Fidei panditur. * nunc Trinitatis nomine * munus precemur veniæ.

Latronis en confessio * Christi meretur gratiam. * laus nostra vel devotio * mercetur indulgentiam.

Mors per Crucem [c] nunc interit. * & post tenebras [d] lux redit. * horror dehiscat criminum. * splendor nitescat mentium.

Gloria tibi Trinitas * æqualis. una Deitas. * & ante omne sæculum. * & nunc & in perpetuum. Amen.

V. C. Fortunati Episc. Pictavien.

VExilla Regis prodeunt. * fulget Crucis mysterium. * quo carne carnis conditor * suspensus est patibulo.

Confixa clavis viscera.* tendens manus vestigia. * Redemptionis gratia * hic immolata est hostia.

Quo vulneratus insuper * mucrone diro lanceæ. * ut nos lavaret crimine * manavit unda. sanguine.

Impleta sunt quæ concinit * David fidelis carmine. * dicens in Nationibus. * Regnavit a Ligno Deus.

Arbor decora & fulgida. * ornata Regis purpura. * electa digno stipite * tam sancta membra tangere.

Beata cujus brachiis * sæcli pependit pretium. * statera facta corporis. * prædamque tulit tartari.

Aroma fundis cortice. * vincis saporem nectaris. * jocunda fructu fertili. * plaudis triumpho nobili.

Salve

(a) Hi tres Hymni in quodam Hymnario Monastico præscribuntur pro Quadragesima.
(b) *al.* de se, quam ipse satiet. (c) *al.* nx *pro* nunc. (d) *al.* lumen redit. *al.* rediit.

Salve arā. salve victima * de Passionis hostia. * qua Vita mortem pertulit. * & morte vitam reddidit.

* O crux ave spes unica * hoc Passionis tempore. * auge piis justitiam. * reisque dona veniam.

Te summa. Deus. Trinitas * collaudet omnis spiritus. * quos per Crucis mysterium * salvas. rege per sæcula. Amen.

Ad Completorium. Cultor Dei. memento. *Require inter Hymnos Quotidianos*.

Dominica in Ramis Olivarum.

Ambrosianum.

MAgno salutis gaudio * lætetur omne sæculum. * Jesus Redemtor omnium * sanavit Orbem languidum.

Sex ante Paschæ ferias * advenit in Bethaniam. * ubi piè post triduum * resuscitavit Lazarum.

Nardi Maria pistici * sumpsit libram mox optimi. * unxit beatos Domini * pedes rigando lacrymis.

Post hæc jugalis asinæ * Jesus supernus arbiter * pullo sedebat. inclytam * pergebat Jerosolymam.

O quam stupenda pietas. * mira Dei clementia! * sessor aselli fieri * dignatur Auctor sæculi.

Olim Propheta præscius * prædixit almo Spiritu. * Exulta (dicens) filia * Sion satis. & jubila.

Rex ecce tuus humilis * (noli timere) veniet. * pullo jugalis residens. * tibi benignus. patiens.

Divisio.

RAmos virentes sumpserat. * palma recisos tenera. * turba processit obviam * Regi perenni plurima. D. Palmarū.

Cœtus sequens & prævius.* Sanctoque plenus Spiritu * clamabat. In altissimis * Hosanna David filio.

Quidam solutis propriis * viam tegebant vestibus. * pluresque flore candido * iter parabant Domino.

Ad cujus omnis Civitas * commota ingressum tremuit. * Hebræa proles aurea * laudes ferebat debitas.

Nos ergo tanto Judici * curramus omnes obviam. * palmas gerentes gloriæ. * mente canamus sobria.

Honor. decus. imperium * sit Trinitati Unicæ. * Patri. Nato. Paraclito * per infinita sæcula. Amen.

Versus Theodulphi Episc. Aurelianen.

GLoria. laus & honor tibi sit. Rex Christe. Redemptor. * cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

Israel es tu Rex. Davidis & inclyta proles. * nomine qui in Domini (Rex benedicte) venis.

Gloria. laus.

Cœtus in excelsis te laudat cælicus omnis. * & mortalis homo. & cuncta creata simul.

Gloria. laus.

Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit. * cum prece. voto. hymnis adsumus ecce tibi.

Gloria. laus.

Hi tibi passuro solvebant munia laudis. * nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

Gloria. laus.

Hi placuere tibi. placeat devotio nostra. * Rex bone. Rex clemens. cui bona cuncta placent.

Gloria. laus.

Fecerat Hebræos hos gloria sanguinis

(a) Hic versus *O Crux* præponendus est illi, *Aroma fundit*, ex MS. Antiphonario Bibliot. Angelicæ in prosis in Inventione S. Crucis, in qua non videtur variatus versiculus, *hoc Passionis &c.*

Feria IV. ante Cœnam Domini. guinis almi. * nos facit Hebræos Transitus ecce pius.

Gloria. laus.

Sis pius ascensor tu. nos quoque simus asellus. * tecum nos capiat Urbs veneranda Dei.

Gloria. laus.

Vestis Apostolicæ rutilo fulgore tegamur. * te bene docta ut ea nostra caterva vehat.

Gloria. laus.

Tegmine sub animæ sternamus corpora nostra. * quo per nos semper sit via tuta tibi.

Gloria. laus.

Sit pia pro palmæ nobis victoria ramis. * ut tibi victrici forte canamus ita.

Gloria. laus. & honor tibi sit. Rex Christe Redemptor. * cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

FERIA IV. ANTE COENAM DOMINI.

Ad Vesperum. (a)

JAM Legis umbra clauditur. * novumque prodiit. * cum vera lux in vesperum * Mundi oborta promicat.

Hinc Christus Rex post biduum * cœnavit vetus convivium. * quo Pascha pridem mysticum * in Pascha nostrum vertitur.

Audi Fidelium preces. * qui traditore passus es. * hac nocte nos illumina. * carnem lava. cor præpara.

Ardor tuæ dulcedinis * interna nostra coneremet. * fides paratos innovet. * opusque ad regnum vocet.

Ut suavitate gratiæ * hinc advocati. in crastinum * inebriemur poculis * tui sacrati Sanguinis.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * regnans per omne sæculum. Amen.

IN COENA DOMINI.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [1]

HYmnum dicamus Domino. * laudes Deo cum cantico. * qui nos Crucis patibulo. * suo redemit sanguine.

Die decursa ad vesperum. * qua Christus morti traditur. * ad Cœnam venit impius. * qui erat Christi proditor.

Jesus futura nunciat * cœnantibus Discipulis. * Unus ex discumbentibus.* ipse me traditurus est.

Judas mercator pessimus * osculo petit Dominum. * ille (ut agnus innocens) * non negat Judæ osculum.

Denariorum numero * Christus Judæis traditur * innocens & innoxius. * quem Judas tradit impius.

Præses Pilatus proclamat. * Nullam culpam invenio. * Ablutis aqua manibus * Christum Judæis tradidit.

Fallaces Judæi impii * latronem petunt vivere. * Christum accusant graviter. * Crucifigatur. reus est.

Tunc [2] Barabbas dimittitur. * qui reus mortis fuerat.* Vita Mundi suspenditur. * per quam resurgunt mortui.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito. * una cum Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

Versus

(a) Brev. Mozarab.

(1) *Hymnum hunc non agnoscunt PP. Maurini in nova Ambrosii editione. Nos illum deprehendimus in MS. Vat.* 82.

(2) *Vox* tunc *abest. a Vat.* 82.

Versus in laudem Mysterii sacrosancti Chrismatis.

AUdi Judex mortuorum. * una spes mortalium. * audi voces proferentum * donum pacis prævium.

O Redemptor sume carmen * temet concinentium.

Arbor fœta alma luce * hoc sacrandum protulit. * fert hoc prona præsens turba * Salvatori sæculi.

O Redemptor.

Stans ad aram immo supplex * infulatus Pontifex. * debitum persolvit omne. * consecrato Chrismate.

O Redemptor.

Consecrare tu dignare. * Rex perennis patriæ. * hoc olivum signum vivum * jura contra dæmonum.

O Redemptor.

Ut novetur sexus omnis * unctione Chrismatis. * medeatur sauciata * dignitatis gloria.

O Redemptor.

Lota mente sacro fonte * aufugantur crimina. * uncta fronte sacrosancta * influunt Charismata.

O Redemptor.

Corde natus ex Parentis. * alvum implens Virginis.* præsta lucem, claude mortem * Chrismatis consortibus.

O Redemptor.

Sit dies hæc nobis festa * sæculorum sæculis. * sit sacrata digna laude. * nec senescat tempore.

O Redemptor.

Ad Mandatum.
Flavii. (a)

TEllus ac æthra jubilant * in magni Cœna Principis. * qui Protoplasti pectora * vitæ purgavit ferculo.

Cœna Domini.

Hac nocte Factor omnium * potenti fat mysterio. * Carnem suam cum Sanguine * in escam transfert animæ.

A celsis surgens dapibus * præbet formam mortalibus.* humilitatis gratia * Petri petens vestigia.

Pallet servus obsequio. * cum Angelorum Dominum * (tergendo lympham linteo) * cernit cœno procumbere.

Permitte Simon ablui. * acta figurant mystica. * dum Summus ima bajulat. * cinisque servit cineri.

Læva tortoris accubat. * verbique favos aggerat. * quos inter hostem denotat. * necis qui dolos ruminat.

Trux lupe. Juda pessime. * fers Agno miti basia. * dans membra loris regia. * quæ sorde tergunt sæcula.

Nexi solvuntur hodie * carnis ac cordis carcere. * Unguen sacratur Chrismatis. * spes inde crescit miseris.

Victori mortis inclyto * pangamus laudis gloriam. * (cum Patre Sancto Spiritu) * qui nos redemit obitu.

In Vigiliis Paschæ. Ad accensionem Cerei Paschalis.
A Prudentii C.

INventor rutili (Dux bone) luminis. * qui certis vicibus tempora dividis. * merso sole chaos ingruit horridum. * lumen redde tuis, Christe, Fidelibus.

Quamvis innumero sidere regiam. * Lunarique polum lampade pinxeris. * incussu silicis lumina nos tamen * monstras saxigeno semine quærere.

Ne nesciret homo spem sibi luminis * in Christi solido corpore conditam. * qui dici stabilem se voluit Petram

(a) *Flavii primi Cabilonensis Episcopi.* Ita in antiquioribus consuetudinibus Cluniacensibus lib. 1. cap. 12. tom. 4. Spicilegii Lucæ D'Achery, in quibus incipit Hymnus iste: *Tellus ac æthera jubilent &c.*

Paſcha. Petram. * noſtris igniculis unde genus venit.

Pinguis quos olei rore madentibus.* lychnis ac facibus paſcimus aridis. * quin & fila favis ſcirpea floreis * (preſſo melle prius) conlita fingimus.

Vivax flamma viget. ſeu cava teſtula * ſuccum linteolo ſuggerit ebrio. * ſeu pinus piceam fert alimoniam. * ſeu ceram teretem ſtuppa calens bibit.

Splendent ergo tuis muneribus. Pater. * flammis mobilibus ſcilicet atria.* abſentemque diem lux agit æmula. * quam nox cum lacero victa fugit peplo.

O res digna. Deus! quam tibi roſidæ * noctis principio grex tuus offerat * lucem. qua tribuis nil pretioſius. * lucem qua reliqua præmia cernimus.

Tu lux vera oculis. lux quoque ſenſibus. * intus tu ſpeculum. tu ſpeculum foris. * lumen (quod famulans offero) ſuſcipe. * tinctum pacifici Chriſmatis unguine.

Per Chriſtum genitum. ſumme Pater. tuum. * in quo viſibilis ſtat tibi gloria. * qui noſter Dominus. qui tuus Unicus. * ſpirat de Patrio corde Paraclitum.

Per quem ſplendor. honos. laus. ſapientia. * majeſtas. bonitas. & pietas tua * regnum continuat Numine Triplici. * texeus perpetuis ſæcula ſæculis. Amen.

In die ſancto Paſchæ. (b) (1)

S. Ambroſii Epiſc. Mediolanen.

HIc eſt dies verus Dei. * (2) ſancto ſerenus lumine. * quo diluit Sanguis ſacer * probroſa Mundi crimina.

Fidem refundens (3) perfidis. * cæcoſque viſu inluminans. * Quem non gravi ſolvet metu * latronis abſolutio.

Qui præmio mutans (4) crucem. * Jeſum brevi quæſivit fide. * juſtuſque prævio gradu * pervenit in Regnum Dei.

Opus ſtupent & Angeli * pœnam videntes corporis. * Chriſtoque adhærentem * reum vitam beatam carpere.

Myſterium mirabile. * ut abluat Mundi luem. * peccata tollat omnium.* carnis vitia mundans Caro.

Quid hoc poteſt ſublimius. * ut culpa quærat gratiam? * metumque ſolvat charitas? * reddatque mors vitam novam?

Hamum ſibi mors devoret? * ſuiſque ſe nodis liget? * moriatur vita omnium? * (5) reſurgat vita omnium?

Cum mors per omnes tranſeat. * omnes reſurgant mortui. * conſumpta mors ictu ſuo. * periſſe ſe ſolam gemat.

(a) Gloria tibi Domine. * (qui ſurrexiſti a mortuis) * cum Patre & Sancto Spiritu * in ſempiterna ſæcula. Amen.

Verſus in laudem ſancti Paſchæ.

V. C. Fortunati Epiſc. Pictavien.

SAlve feſta dies toto venerabilis ævo. * qua Deus infernum vicit. & aſtra tenet.

Salve.

(a) Aurelianus Epiſcopus in ſua Regula apud Holſtenium in Codice Regularum P. II. pag. 57. hunc Hymnum præſcribit ad Lucernarium & Matutinos toto Paſcha.

(b) Hincmarus S. Ambroſio tribuit lib. de non trina Deitate.

(1) *Ex Alex.* 11. & *Vat.* 82. *Ut Ambroſii non agnoſcit nov. ejus Operum editio.*

(2) *Alex.* 11. Sanctus ſereno lumine, quod diluit &c.

(3) *Vat.* 82. perditis, cæcoſque viſus inluminans &c.

(4) *Vat. Idem*, cruce: *deinde Alex.* 11. Jeſu breve adquiſivit fidem: & *infra* prævenit *loco* pervenit.

(5) *Alex.* 11. reſurgat ut vita omnium.

Salve.

Ecce renafcentis teftatur gratia Mundi. * omnia cum Domino dona rediffe fuo.

Salve.

Namque triumphanti poft triftia tartara Chrifto. * undique fronde nemus. gramina flore favent.

Salve.

Legibus inferni oppreffis fuper aftra meantem * laudant rite Deum lux. polus. arva. fretum.

Salve.

Qui crucifixus erat Deus. ecce per omnia regnat. * dantque Creatori cuncta creata precem.

Salve.

Nobilitas anni. menfium lux alma. dierum * horarum fplendor. ftridula cuncta favent.

Salve.

Chrifte falus rerum. bone conditor atque Redemptor. * unica progenies ex Deitate Patris.

Salve.

Irrecitabiliter manans de corde Parentis * Verbum fubfiftens. & penetrare potens.

Salve.

Æquali concors Socius cum Patre coævus. * quo fumpfit Mundus Principe principium.

Salve.

Æthera fufpendis. fola congeris. æquora fundis. * quæque locis habitant quo moderante vigent.

Salve.

Qui genus humanum cernens merfiffe profundo. * ut hominem eriperes es quoque factus homo.

Salve.

Nec noftro tantum voluifti e corpore nafci. * fed caro quæ nafci pertulit atque mori.

Salve. Pascha.

Funeris exequias pateris. vitæ Autor & Orbis. * intras mortis iter. dando falutis opem.

Salve.

Triftia cefferunt infernæ vincula legis. * expavitque chaos luminis ore premi.

Salve.

Depereunt tenebræ Chrifti fulgore fugatæ. * & tetræ noctis pallia craffa cadunt.

Salve.

Pollicitam fed redde fidem. (precor) alma Poteftas. * tertia lux rediit. furge fepulte meus.

Salve.

Non decet ut humili tumulo tua membra tegantur. * non pretium Mundi vilia faxa premant.

Salve.

Indignum eft. cujus clauduntur cuncta pugillo. * ut tegat inclufum rupe vetante lapis.

Salve.

Lintea tolle (precor) fudaria linque fepulchro. * tu fatis es nobis. & fine te nihil eft.

Salve.

Solve catenatas inferni carceris umbras. * & revoca furfum quicquid ad ima ruit.

Salve.

Redde tuam faciem. videant ut fæcula lumen. * redde diem. qui nos (te moriente) fugit.

Salve.

Sed plane implefti remeans pie Victor ad Orbem. * tartara preffa jacent. nec fua jura tenent.

Salve.

Inferus infaturabiliter cava guttura pandens. * qui rapuit femper. fit tua præda. Deus.

Pascha.

Salve.

Eripis innumerum populum de carcere mortis. * & sequitur liber quo suus Author adit.

Salve.

Evomit absorptam trepide fera bellua plebem. * & de fauce lupi subtrahit Agnus oves.

Salve.

Hinc tumulum repetens post tartara carne resumpta. * belliger ad cælos ampla trophæa refers.

Salve.

Quos habuit pœnale chaos jam reddidit in te. * & quos mors peteret. hos nova vita tenet.

Salve.

Rex Sacer. ecce tui radiat pars magna triumphi. * cum puras animas sacra lavacra beant.

Salve.

Candidus egreditur nitidis exercitus undis. * atque vetus vitium purgat in amne novo.

Salve.

Fulgentes animas vestis quoque candida signat. * & grege de niveo gaudia Pastor habet.

Salve.

Hymni Paschales.

Ad Vesperum.

AD Cœnam Agni providi.* & stolis albis candidi. * (post transitum maris Rubri).* Christo canamus principi.

Cujus corpus sanctissimum * in ara Crucis torridum. * cruore ejus roseo * gustando. vivimus Deo.

Protecti Paschæ vespere * a devastante Angelo. * erepti de durissimo * Pharaonis imperio.

Jam Pascha nostrum Christus est. * qui immolatus Agnus est. * sinceritatis azyma * caro ejus oblata est.

O vere digna Hostia! * per quam fracta sunt tartara. * redempta plebs captivata. * reddita vitæ præmia.

Consurgit Christus tumulo. * victor redit de barathro. * tyrannum trudens vinculo. * & reserans Paradisum.

Quæsumus. Auctor omnium. * in hoc Paschali gaudio * ab omni mortis impetu * tuum defende populum.

Gloria tibi Domine * (qui surrexisti a mortuis) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

(a) Ad Nocturnum.

REx æterne. Domine. * rerum creator omnium. * qui eras ante sæcula * semper cum Patre Filius.

Qui Mundi in primordio * Adam plasmasti hominem. * cui tuæ imagini * vultum dedisti similem.

Quem diabolus deceperat * hostis humani generis. * cujus tu formam corporis * assumere dignatus es.

Ut hominem redimeres * (quem ante jam plasmaveras) * & nos Deo conjungeres * per carnis contubernium.

Quem editum ex Virgine * pavescit omnis anima. * per quem & nos resurgere * devota mente credimus.

Qui nobis per baptismata * donasti indulgentiam. * qui tenebamur vinculis * ligati conscientiæ.

Qui Crucem (propter hominem) * suscipere. dignatus es. * dedisti tuum Sanguinem * nostræ salutis pretium.

Quæsumus. Auctor omnium. * in hoc Paschali gaudio * ab omni mortis impetu * tuum defende populum.

Gloria tibi Domine * (qui surrexisti a mortuis) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

Ad

(a) Videtur Hymnus esse qui citatur ad Nocturnum ab Aureliano Episcopo in sua Regula.

Ad Matutinum.

AUrora lucis rutilat. * cælum laudibus intonat. * Mundus exultans jubilat. * gemens infernus ululat.

Cum Rex ille fortiſſimus * (mortis confractis viribus) * pede conculcans tartara. * ſolvit a pœna miſeros.

Ille. qui clauſus lapide. * cuſtoditur ſub milite. * triumphans. pompa nobili. * victor ſurgit de funere.

Solutis jam gemitibus * & inferni doloribus. * quia ſurrexit Dominus. * reſplendens clamat Angelus.

Triſtes erant Apoſtoli * de nece ſui Domini. * quem pœna mortis crudeli * ſervi damnarant impii.

Sermone blando Angelus * prædixit mulieribus. * in Galilæa Dominus * videndus eſt quantocyus.

Illæ (dum pergunt concitè. * Apoſtolis hoc dicere) * videntes eum vivere. * oſculantur pedes Domini.

Quo agnito Diſcipuli * in Galilæam properè * pergunt. videre faciem * deſideratam Domini.

Claro Paſchali gaudio. * ſol Mundo nitet radio. * cum Chriſtum jam Apoſtoli * viſu cernunt corporeo.

Oſtenſa ſibi vulnera * in Chriſti carne fulgida. * reſurrexiſſe Dominum * voce fatentur publica.

Rex Chriſte clementiſſime. * tu corda noſtra poſſide. * ut tibi laudes debitas * reddamus omni tempore.

Gloria tibi Domine. * (qui ſurrexiſti a mortuis) * cum Patre & Sancto Spiritu * in ſempiterna ſæcula. Amen.

In Ascensione Domini.

S. Ambroſii Epiſc. Mediolanen.

OPtatus votis omnium * ſacratus inluxit dies. * quo Chriſtus Mundi ſpes Deus * conſcendit cælos arduos. *Aſcenſion. Domini.*

Aſcendens in altum Dominus. * [1] propriam ſedem remeans. * gaviſa ſunt cæli Regna * reditu Unigeniti.

Magni triumphum prælii * (Mundi perempto principe) * Patris præſentat vultibus * victricis Carnis gloriam.

Eſt elevatus nubibus. * & ſpem fecit credentibus. * aperiens Paradiſum. * quem Protoplaſti clauſerant.

O grande cunctis gaudium! * quod Partus noſtræ Virginis. * poſt ſputa. flagra. poſt crucem. * Paternæ ſedi jungitur.

Agamus ergo gratias * noſtræ ſalutis Vindici. * noſtrum quod corpus vexerit * ſublimem ad cæli Regiam.

Sit nobis cum Cæleſtibus * commune manens gaudium. * illis quod ſe præſentavit. * nobis quod ſe non abſtulit.

Nunc (provocatis actibus) * Chriſtum expectare nos decet. * vitaque tali vivere. * quæ poſſit cælos ſcandere.

Gloria tibi Domine *) qui ſcandis ſuper ſidera) * cum Patre & Sancto Spiritu * in ſempiterna ſæcula. Amen.

S. Ambroſii Epiſc. Mediolanen.

JESU noſtra redemptio. * amor & deſiderium. * Deus Creator omnium. * homo in fine temporum.

Quæ te vicit clementia. * ut ferres noſtra crimina? * crudelem mortem patiens. * ut nos a morte tolleres?

Inferni clauſtra penetrans. * tuos captivos redimens. * victor triumpho nobili. * ad dextram Patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas. * ut mala noſtra ſuperes * parcendo. & voti compotes * nos tuo vultu ſaties.

(1) *Vat.* 82. propriam ad Sedem. *Cetera in Ambroſii nova editione præſens, ſicut nec inſequens Hymnus habetur, & a nobis ſolum obſervatus in memorato MS. Vat.* 82.

Ascension. Domini. Tu esto nostrum gaudium. * qui es futurus præmium. * sit nostra in te gloria * per cuncta semper sæcula. Amen.

Æterne Rex altissime. * Redemptor & fidelium. * quo mors soluta deperit. * datur triumphus gratiæ. [a]

Scandens tribunal dexteræ * Patris. potestas omnium * collata Jesu cælitus * (quæ non erat humanitus.)

Ut trina rerum machina. * Cælestium. Terrestrium. * & inferorum condita. * flectant genu jam subdita. [b]

Tremunt videntes Angeli * versa vice mortalium. * culpat caro. purgat caro. * regnat Deus Dei caro. [c]

Tu esto nostrum gaudium. * manens Olympo præditum. * Mundi regis qui fabricam. * Mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes (quæsumus) * ignosce culpis omnibus. * & corda sursum subleva * ad te superna gratia.

Ut cum repente cœperis * clarere nube Judicis. * pœnas repellas debitas. * reddas coronas perditas. [d]

Gloria tibi Domine * (qui scandis super sidera) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

Bedæ Presbyteri.

Hymnum canamus gloriæ. * hymni novi nunc personent. * Christus novo [e] nunc tramite * ad Patris ascendit thronum.

Transit triumpho gloriæ * poli potenter culmina. * qui morte mortem absumpserat. * derisus a mortalibus.

[f] Nam dira lethi limina. * cæcas & umbras inferi * lustrans sua potentia * lethi ligarat principem.

Et quos suos in actibus. * fideque lectos noverat. * omnes Averni faucibus * salvavit a ferocibus.

Lætamque vitæ januam * pandit Redemptor omnibus. * quos lex amara corporis. * vita pios privaverat.

O mira rerum claritas! * miranda Salvatoris est * virtus gemella gratia. * quæ regna lethi destruit.

Nam plurimos ab inferi * portis reduxit spiritu. * multos & ipso corpore * de fauce mortis eruit.

Surgentis ut de mortuis * Christi sonarent gaudia. * binos choros Paschalia. * vita nova lætantium.

Binæ cohortes æthera * Christum sequutæ ascenderent. * sedesque

(a) *Ex Breviario Mozarabo.*
Quem Lex subacta tartari,
Mærens averno dispulit,
Carens mucrone pessimo
Throno remisit Patrio.
(b) *Ex eodem*
Nec sit salus ullo modo
Tuo foris vocabulo,
A quo creata cuncta sunt.
Et recreata sancta sunt
Hæc tanta Christi gratia
Nexum tollit peccaminum,
Sumpsitque corpus proprium,
Totumque possidet polum.
(c) Quæ præeminet Virtutibus
Summis procul cælestibus,
Deus caro atque Spiritus,
Plenus Deus verusque homo.
Dicunt & astris Angeli
Demum reverti hujusmodi,
Quem nos redire credimus,
Regnare prorsus novimus.
Tu Christe nostrum gaudium, &c.
(d) Da nobis illuc sedula
Devotione tendere,
Quò te sedere cum Patre
In arce Regni credimus.
(e) *al.* cum.
(f) *Deest in uno Hymnario MS. usque ad sequens illud;* Erant in admirabili &c.

que cælo perpetes * inter tenerent Angelos.

Hunc ergo cuncti consonis * diem feramus laudibus. * Victor petit quò fulgidi * Jesus olympi januas.

Quò nobis ipse apud Patrem. * thoros beatus prævius. * ac mansiones plurimas * paravit Auctor ætheris.

Quò tota præcedentium * a sæculo fidelium * caterva cæli Regiam * (pandente Christo) subiit.

Erant in admirabili * Regis triumpho altithroni. * cœtus simul cælestium. * polum petentes agminum.

Apostoli tunc mystico * in monte stantes Chrismatis. * cum Matre [a] claram Virgine * Jesu videbant gloriam.

[b] Ac prosecuti lumine * læto petentem sidera * lætis per auras cordibus * duxere Regem sæculi.

Quos alloquentes Angeli. * Quid astra stantes cernitis? * Salvator hic est (inquiunt) * Jesus triumpho nobili.

A vobis ad cælestia. * qui regna nunc assumptus est. * venturus inde sæculi * in fine Judex omnium.

Hæc dixerant. & non mora. * juncti choris felicibus. * cum Rege regum lucidi * portis Olympi adproximant.

Emissa tunc vox Angeli. * Portas (ait) nunc pandite. * & introibit perpetis * dux pacis. & Rex gloriæ.

Respondit hæc ab intimis. * vox Urbis almæ moenibus. * Quis est iste rex gloriæ. * intret poli qui januas?

Nos semper in cælestibus * Christum solemus cernere. * & ejus una cum Patre * pari beamur gloria. *Ascension. Domini.*

At præco magni Judicis. * Dominus potens & fortis est. * qui stravit atrum in prælio * Mundi (triumphans) principem.

Quapropter elevamini * portæ perennis aetheris. * introeat Rex gloriæ. * virtutis atque gratiæ.

Mirata adhuc cælestium * requirit aula Civium. * Quis (inquit) est Rex gloriæ. * Rex iste tam laudabilis?

[c] Herilis at mox buccina * respondit. Auctor omnium. * Altissimus Virtutum. & * Rex ipse fulget gloriæ.

Dictis quibus Rex gloriæ * cum glorioso milite * ingressus est in aethere * sublime regnum gloriæ.

Qua mansiones singulis * (quos de profundis inferi * abduxerat) pro congruis * donavit almus actibus.

Ac ipse cuncta transiens * cæli micantis culmina. * ad dextram sedit Patris. * consempiternus Filius.

Venturus inde in gloria. * vivos simul cum mortuis * dijudicare pro actibus * justo potens examine.

Quo nos (precamur) tempore. * Jesu Redemptor unice. * inter tuos in [d] aethere * servos benignus adgrega.

Da nobis illuc sedula * devotione tendere. * quò te sedere cum Patre * in arce regni credimus.

Nostris ibi tum cordibus. * tuo repleti Spiritu. * ostende Patrem. & sufficit * hæc nobis una visio.

Gloria tibi [e] Deus * (qui scandis super sidera) cum Patre [f] Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

HRa-

(a) al. clara. (b) al. Hoc. (c) *Desunt omnia hæc in uno MS. usque ad:* Quo nos precamur. (d) al. æthera. (e) al. Domine. (f) al. et.

Ascension. Domini.

H *Rabani Mauri Episcopi Maguntini*.

FEstum nunc celebre. magnaque gaudia * compellunt animos carmina promere. * cum Christus solium scandit ad arduum. * cælorum pius arbiter.

Conscendit jubilans lætus ad aethera. * Sanctorum populus prædicat inclytum. * concinit pariter Angelicus chorus * victoris boni gloriam.

Qui ascendens superos vincula vinxerat. * donans terrigenis munera plurima. * districtus rediens arbiter omnium. * qui mitis modo transiit.

Oramus Domine conditor inclyte. * devotos famulos respice. protege. * ne nos livor edax dæmonis obruat. * demergat vel in inferos.

Ut cum flammivoma nube reverteris * occulta hominum pandere. judicans * non des supplicia horrida noxiis. * sed justis bona præmia.

Præsta hoc. Genitor optime. maxime. * hoc tu Nate Dei. & bone Spiritus. * regnans perpetuo fulgida Trinitas * per cuncta piè sæcula. Amen.

IN PENTECOSTE.[a]

S.[1] *Ambrosii Episc. Mediolanen.*

JAM Christus astra ascenderat. * regressus unde venerat. * promisso Patris munere. * Sanctum daturus Spiritum.

Solemnis surgebat dies. * quo (mystico septemplici) * Orbis volutus septies * signat beata tempora.

Cum hora cunctis tertia * repente Mundus intonat. * Apostolis orantibus * Deum venisse [2] nunciat.

De Patris ergo lumine * decorus ignis almus est. * qui fida Christi pectora * calore verbi compleat.

Impleta gaudent viscera. * afflata sancto lumine. * voces diversæ consonant. * fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogitur. * Græcus. Latinus. Barbarus. * cunctisque admirantibus. * linguis loquuntur omnium.

Judæa tunc incredula. * [3] vesana torvo spiritu. * ructare musti crapulam. * alumnos Christi concrepat.

Sed signis & virtutibus * occurrit & docet Petrus. * falsa profari perfidos. * Johele teste comprobans.

Hic Christe nunc Paraclitus * per te pius nos visitet. * novansque terræ faciem. * culpis solutos recreet.

Sit laus Patri cum Filio. * Sancto simul Paraclito. * nobisque mittat Filius * charisma Sancti Spiritus.

[b]

BEata nobis gaudia * anni reduxit orbita. * cum Spiritus Paraclitus * effulsit in discipulos.

Ignis vibrante lumine. * linguæ figuram detulit. * verbis ut essent proflui. * & charitate fervidi.

Linguis loquuntur omnium. * turbæ pavent Gentilium. * musto madere deputant. * quos Spiritus repleverat.

Patrata sunt hæc mysticè. * Paschæ peracto tempore. * sacro dierum numero. * quo (Lege) fit remissio.

Te nunc. Deus piissime. * vultu pre-

(a) In uno MS. ponitur pro Vesperis.

(b) In uno MS. ponitur pro Nocturno.

(1) *Ut Ambrosii hunc hymnum non agnoscit nova ejus Operum editio. Nos eum exegimus ad fidem Vat. 82. in quo iisdem fere verbis, ut est a Thomasio editus, exhibetur.*

(2) *Vat.* 82. nuntians.

(3) *Idem*, velano turbas spiritu.

precamur cernuo . * illapsa nobis cælitus . largire dona Spiritus ·

Dudum sacrata pectora * tua replesti gratia · * dimitte nostra crimina . * & da quieta tempora ·

Sit laus Patri cum Filio &c.

a 1

VEni Creator Spiritus . * mentes tuorum visita . * imple superna gratia * quæ tu creasti pectora ·

Qui Paraclitus diceris . * Donum Dei altissimi . * Fons vivus . Ignis . Charitas . * & spiritalis Unctio ·

Tu septiformis munere . * dextræ Dei tu digitus . * tu rite Promissum Patris . * sermone ditans guttura ·

Accende lumen sensibus . * infunde amorem cordibus . * infirma nostri corporis * virtute firmans perpetim ·

Hostem repellas longius . * pacemque dones protinus . * ductore sic te prævio * vitemus omne noxium ·

Da gaudiorum præmia . * da gratiarum munera . * dissolve litis vincula . * astringe pacis fœdera ·

Per te sciamus (da) Patrem . * noscamus atque Filium . * te utriusque Spiritum * credamus omni tempore · .

Sit laus Patri cum Filio &c.

Bedæ Presbyteri ·

EMitte Christe Spiritus * donum tui Paracliti . * quo nos replente munera * rite canamus ipsius ·

Elegit hanc qui primitus * sacratiorem cæteris * diem . dicaret qua suo * Ecclesiam Charismati ·

Cujus semel mirabilis * nos edocet descensio . * pios sacra perenniter * ut lampet omnes gratia · *Pentecostes.*

Erantque in uno cum suis * Apostoli consortibus * solario . sublimibus * Dei vacantes laudibus ·

Cum missus alto Spiritus * advenit a throno Patris . * seseque collaudantium * implevit Almus pectora ·

Venit sono suavissima . * venitque serventissima . * in visione flammea . * lucens ab alto gratia ·

Quæ nos solet scientiæ * lustrare flamma . ac lampade * dilectionis intimæ * ignire nostra Pectora ·

Linguis in (Altus) igneis . * linguæ creator Spiritus * apparuit credentibus . * verbisque donum contulit ·

Linguam simul doctoribus . * laremque sacrum præbuit . * quos se loqui verbis docet . * seseque amare in cordibus ·

Linguas habent qui flammeas . * cum charitatis spiritu . * ardore mentem proximi . * Christum sonando suggerunt ·

Majore qui miraculo . * quorum replevit pectora . * his omnium mox contulit * latè loquelam Gentium ·

Cunctis per Orbem ut Gentibus . * lingua canentes propria . * Jesu tuam potentiam . * laudesque tuas dicerent ·

O pulchra rerum gratia ! * cum dissonas & moribus * & voce plebes antea . * nectebat unus Spiritus ·

O sancta verè Civitas . * & veræ pacis visio ! * cum lux Fidei plurimos * jam cor in unum cogeret ·

Hæc

(a) Caroli Imperatoris in vita B. Notkeri . Bolland. tom. 1. Aprilis pag. 587. Idem Hymnus in uno MS. ponitur pro Laudibus .

(1) *Immeritò a pluribus Ambrosio adjudicatum hunc hymnum fuisse opinantur PP. Maurini Admonitione in Hymnos S. Ambrosii, Operum ejusdem Tom. 2.*

Festi Corporis & Sanguinis Christi.

Hæc Judæam beatitas * primo replevit munere . * hæc usque Mundi terminos . * terris refulget omnibus ·

Unamque Christi gloriam . * linguæ sonis distantibus . * par mentium devotio * collaudat uno in Spiritu · Gloria &c.

In Festo Sacramenti Corporis et Sanguinis Jesu Christi ·

S. Thomæ de Aquino · [8]

Pange (lingua) gloriosi * Corporis mysterium . * Sanguinisque pretiosi . * quem in Mundi pretium * fructus ventris generosi * Rex effudit gentium ·

Nobis datus . nobis natus * ex intacta Virgine . * & in Mundo conversatus . * (sparso verbi semine) * sui moras incolatus * miro clausit ordine ·

In supremæ nocte Cœnæ * recumbens cum Fratribus . * (observata Lege plenè * cibis in Legalibus) * cibum turbæ duodenæ * se dat suis manibus ·

Verbum Caro panem verum . * verbo carnem efficit . * fitque Sanguis Christi merum . * & si sensus deficit · * ad firmandum cor sincerum * sola Fides sufficit ·

Tantum ergo Sacramentum * veneremur cernui · * & antiquum Documentum * novo cedat Ritui · * præstet Fides supplementum * sensuum defectui ·

Genitori . Genitoque * laus & jubilatio . * salus . honor . virtus quoque * sit & benedictio . * Procedenti ab utroque * compar sit laudatio . Amen ·

S. Thomæ de Aquino ·

Sacris solemniis juncta sint gaudia.* & ex præcordiis sonent præconia · * recedant vetera . nova sint omnia . * corda . voces . & opera ·

Noctis recolitur Cœna novissima . * qua Christus creditur Agnum & Azyma * dedisse Fratribus juxta Legitima * priscis indulta patribus ·

Post Agnum typicum expletis epulis . * Corpus Dominicum datum Discipulis . * (sic totum omnibus . quod totum singulis .) * ejus fatemur manibus ·

Dedit fragilibus Corporis ferculum . * dedit & tristibus Sanguinis poculum . * dicens . Accipite (quod trado) vasculum . * omnes ex eo bibite ·

Sic Sacrificium istud instituit . * cujus officium committi voluit * solis Presbyteris . quibus sic congruit . * ut sumant . & dent cæteris ·

Panis Angelicus fit panis hominum . * dat Panis cælicus Figuris terminum · * O res mirabilis ! manducat Dominum * pauper . servus . & humilis ·

Te Trina Deitas . Unaque poscimus . * sic nos tu visita . sicut te colimus . * per tuas semitas duc nos (quo tendimus) * ad lucem . quam inhabitas · Amen ·

S. Tho-

(8) *Licet ab aliquibus dubitatum sit an Officium Festi Corporis Christi a D. Thoma Aquinate compositum fuerit , ac proinde tres hinc sequentes Hymnos ad Officium illud pertinentes , nunc temporis pro certo habetur , dubium omne submovente Constitutione Xisti IV. edita tom. 3. Bullarii novissimi Fratrum Prædicatorum pag. 555. in qua affirmatur ejus Officii auctorem fuisse D. Thomam Aquinatem . Consule Prosperum Lambertini Cardinalem Archiep. Bonon. nunc* Benedictum XIV. *de Festis D. N. J. C. , & Deiparæ Virginis P. 1. §. 1XXI.*

S. Thomæ de Aquino.

VErbum supernum prodiens. * nec Patris linquens dexteram. * ad opus suum exiens. * venit ad vitæ vesperam.

In mortem a discipulo * suis tradendus æmulis. * prius in vitæ ferculo * se tradidit Discipulis.

Quibus sub bina specie * Carnem dedit & Sanguinem. * ut duplicis substantiæ * totum cibaret hominem.

Se (nascens) dedit socium. * convescens in edulium. * se (moriens) in pretium. * se (regnans) dat in præmium.

O salutaris Hostia. * quæ cæli pandis ostium! * bella premunt hostilia. * da robur. fer auxilium.

Uni Trinoque Domino * sit sempiterna gloria. * qui vitam sine termino * nobis donet in patria. Amen.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Ambrosianum.

SAcratum hoc Templum Dei. * Altaris renovatio. * nos recurrentes annuas * laudes Deo referimus.

Altare magnum hoc Dei * sacratum est hac die. * in cujus honore sedulo * omnes curvamus genua.

Precantes autem Dominum. * (qui solus invisibilis) * ut nos semper in hoc loco * sanctificari jubeat.

Vota solventes hic Deo. * Sanctis ejus omnibus. * quorum sacræ Reliquiæ * Templum [1] ornare hoc Dei.

Omnis qui hic ingreditur. * sanctificatus exeat. * semper orando Domino * purificatus maneat.

Cæremoniarum hostias * ad hoc Altare jugiter * nos offerentes pariter * devotis semper mentibus. *Dedicationis Ecclesiæ.*

Sanctificet nos Dominus * in hoc Templo sancto. * in quo & nos solemniter * sacrum munus offerimus.

Deum. Fratres charissimi. * & Christum ejus Filium. * simulque Sanctum Spiritum * hymnis laudemus jugiter.

Ambrosianum.

CHriste cunctorum Dominator alme. * Patris [2] æterni genitus ab ore. * supplicum vota pariterque hymnum * cerne benignus.

Cerne quod puro Deus in honore * plebs tua supplex resonat in Aula.* annua cujus revehunt colendum * tempora festum.

Hæc domus rite tibi dedicata * noscitur. in qua populus sacratum * Corpus assumit. bibit & beati * Sanguinis haustum.

Hic sacrosancti latices veternas * diluunt culpas. perimuntque noxas. * Chrismate vero genus ut creetur * Christicolarum.

Hic salus ægris. medicina fessis. * lumen orbatis. veniaque nostris * fertur offensis. timor atque mœror * pellitur omnis.

Dæmonis sæva perit hic rapina. * pervicax monstrum pavet. & retenta * corpora linquens fugit in remotas * ocyus umbras.

Hic locus nempe vocitatur Aula * Regis immensi. niveaque cæli * Porta. quæ vitæ patriam petentes * accipit omnes.

Turbo quam nullus quatit. aut vagantes * diruunt venti. penetrantque

 nimbi.

(1) *Vat. 82. in quo & præsens & insequens Hymnus legitur heic habet*, ornaret.
(2) *Vat. 82*. æterne.

Dedicationis Ecclesiæ.

nimbi. * non tetris lædit piceus tenebris * tartarus horrens.

Quæsumus ergo Deus ut sereno * annuas vultu. famulos gubernans. * qui tui summo celebrant amore * gaudia Templi.

Nulla nos vitæ (1) crucient molesta. * sint dies læti. placidæque noctes. * nullus ex nobis (pereunte Mundo) * sentiat ignes.

Hic dies (in quo tibi consacratam * conspicis Aram) tribuat perenne * gaudium nobis. vigeatque longo * temporis usu.

Gloria summum resonet Parentem. * gloria Natum. pariterque Sanctum * Spiritum dulci moduletur hymno * omne per ævum. Amen.

URbs beata Jerusalem * dicta Pacis visio. * quæ construitur in cælis * vivis ex lapidibus. * & Angelis coronata. * ut sponsata comite.

Nova veniens e cælo. * nuptiali thalamo * præparata. ut sponsata * copuletur Domino. * plateæ & muri ejus ex auro purissimo.

Portæ nitent margaritis. * adytis patentibus. * & virtute meritorum * illuc introducitur * omnis. qui ob Christi nomen * hic in Mundo premitur.

Tunsionibus. pressuris * expoliti lapides. * suis coaptantur locis * per manus artificis. * disponuntur permansuri * sacris ædificiis.

Divisio.

ANgularis. fundamentum. * lapis Christus missus est. * qui compage parietum * in utroque nectitur. * quem Sion Sancta suscepit. * in quo credens permanet.

Omnis illa Deo sacra * & dilecta Civitas. * plena modulis in laude. * & canore jubilo. * Trinum Deum. Unicumque * cum favore prædicat.

Hoc in Templum. summe Deus. * exoratus adveni. * & clementi bonitate * precum vota suscipe. * largam benedictionem * hic infunde jugiter.

Hic promereantur omnes * petita acquirere. * & adepta possidere. * cum Sanctis perenniter * Paradisum introire. * translati in requiem.

Gloria & honor Deo * usquequò Altissimo. * unà Patri. Filioque. * inclyto Paraclito. * cui laus est & potestas * per immensa sæcula. Amen.

In Adventu Domini.

S. Ambrosii Episc. Modiolanen.

COnditor alme siderum. * æterna lux credentium. * Christe redemptor omnium * exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu * mortis perire Sæculum. * salvasti Mundum languidum. * donans reis remedium.

Vergente Mundi Vespere. * uti sponsus de thalamo. * egressus honestissima * Virginis Matris clausula.

Cujus forti Potentiæ * genu curvantur omnia. * Cælestia. Terrestria * nutu fatentur subdita.

Occasum sol custodiens. * luna pallorem retinens. * candor in astris relucens. * certos observans limites.

Te deprecamur. Hagie. * venture Judex Sæculi. * conserva nos in tempore. * hostis a telo perfidi.

Laus. honor. virtus. gloria. * Deo

(1) *Idem*, cruciet molestas.

Deo Patri. & Filio. * Sancto simul Paraclito * in sæculorum sæcula. Amen.

VErbum supernum prodiens. * a Patre olim exiens. * qui natus Orbi subvenis. * cursu declivi temporis.

Illumina nunc pectora. * tuoque amore concrema. * audito ut præconio. * sint pulsa tandem lubrica.

Judexque cum post aderis. * rimari facta pectoris. * reddens vicem pro abditis. * justisque regnum pro bonis.

Non demum arctemur malis. * pro qualitate criminis. * sed cum Beatis compotes * simus perennes cæ.ibes.

Laus. honor. virtus. &c.

Ad Matutinum.

VOX clara ecce intonat. * obscura quæque increpat. * pellantur eminus somnia. * ab æthre Christus promicat.

Mens jam resurgat torpida. * quæ sorde extat saucia. * sidus refulget jam novum. * ut tollat omne noxium.

E sursum Agnus mittitur * laxare gratis debitum. * omnes pro indulgentia * vocem demus cum lacrymis.

Secundo ut cum fulserit. * Mundumque horror cinxerit. * non pro reatu puniat. * sed nos pius tunc protegat.

Laus. honor. virtus. gloria * Deo Patri. & Filio. * Sancto simul Paraclito * in sæculorum sæcula. Amen.

CHristi caterva clamitet * rerum Parenti proximas. * quas esse sentit gratias. * laudesque promat maximas. *Adventus Domini.*

Vatum poli oracula * perfecit olim tradita. * cum nos redemit unicus * Factoris Orbis Filius.

Verbum profectò proditum * tulit reatum criminum. * sumensque nostrum pulverem. * mortis peremit principem.

A matre natus tempore. * sed sempiternus a Patre. * duabus in substantiis * persona sola est Numinis.

Venit Deus factus homo. * nitescat ut cultu novo * renatus. in nato Deo * factus novus vetus homo.

Natalis hinc ob gaudium. * ovans trophæo genitum. * renata plebs per gratiam * hæc festa præbet annua.

Adventus hic solemnibus * votis feratur omnibus. * quos sustinere convenit * tanti diei gloriam.

Secundus ut cum cœperit. * Orbemque terror presserit. * succurrat hæc humillima * susceptionis dignitas.

Præsta Pater piissime. * Patrique compar Unice. * cum Spiritu Paraclito * regnans per omne sæculum. Amen.

SOL. astra. terra. æquora * adventum Dei altissimi. * prolem excelsi germinis. * dives & inops concrepent.

Olim promissum Patribus. * partum puellæ inclytum. * natum ante Luciferum * Dei potentis Filium.

Venturum Regem gloriæ. * Deum regnare regibus. * hostem calcare improbum. * Mundum sanare languidum.

Lætentur simul Angeli. * omnes

 exultent

Adventus Domini. exultent populi. * Excelsus venit humilis. * salvare quod perierat.

Deus & homo oritur. * Sanctaque regnat Trinitas. * coævus Patri Filius. * terris descendit Dominus.

Clament Prophetæ. & prophetent. * Emmanuel jam prope est. * mutorum linguæ jam sonent. * claudi in occursum pergite.

Agnus & fera bestia * simul manducent paleas. * agnoscat bos & asinus * jacentem in præsepio.

Signum regale emicans. * sacrum præcedet verticem. * regali Nato nobili. * reges parate munera.

O quam beatum nuncium * Virgo Maria audiit! * credendo Mater fœta fit. * & Virgo virum nesciit.

Omnes gentes & insulæ * magnum triumphum plaudite. * cursu cervorum currite. * Redemptor ecce jam venit.

Discant cæcorum oculi. * clauso sedentes lumine. * noctis tenebras solvere. * lumen verum percipere.

Gens Galilæa & Græcia * credat Persa & India. * dignando Deus homo fit. * & Verbum cum Patre manet.

Laus. honor. virtus. gloria * Deo Patri. & Filio. * unà cum Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

INCI-

INCIPIUNT HYMNI DE NATALITIIS SANCTORUM.

Cathedra Rom. S. Petri.

In Cathedra S. Petri Apostoli, qua primum Romæ sedit[a].

Paulini.

PEtrus beatus catenarum laqueos * (Christo jubente) rupit mirabiliter. * custos ovilis. & Doctor Ecclesiæ. * Pastorque gregis. conservator ovium * arcet luporum truculentam rabiem.

Quodcumque vinclis super terram strinxerit. * erit in astris religatum fortiter. * & quod resolvit in terris arbitrio. * erit solutum super cæli radium. * in fine Mundi Judex erit sæculi.

Gloria Deo per immensa sæcula. * sit tibi. Nate. decus & imperium. * honor. potestas Sanctoque Spiritui. * sit Trinitati salus individua * per infinita sæculorum sæcula. Amen.

O Petre petra Ecclesiæ. * isto beatus nomine. * quo Petrus a Christo petra. * non petra Christus a Petro.

Tu es Petrus. qui fidei * Confessores primus. Dei * nunc primus in membris manens. * ob quod Cephas vocatus es.

Adest dies. quo Romulea * in Urbe consecratus es. * in quo Cathedra nobili * scandens thronum sustolleris.

Conlata ergo gloriæ * in te potestas affluens. * ligata solvat crimina. * portasque averni obstruat.

Hinc Pastor ut piissimus * oves gubernat creditas. * intus forisque pervigil. ne subruamur. protege.

Et clave illa cælica * solvens catenas criminum. * illic reos inducito.* quò clarus extat Janitor.

Ut cum polorum Principi * recisa membra junxeris. * sit Trinitati gloria * per cuncta semper sæcula. Amen.

Senatus Apostolici. *Require in Natali S. Petri propriè.*

In Natali S. Agnæ Virg. et Mart.[1]

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

AGnes beatæ Virginis * natalis est. quo spiritum * cælo refudit debitum. * pio sacrata sanguine.

Matura martyrio fuit. * matura nondum nuptiis. * nutabat in viris fides. * cedebat & fessus senex.

Metu parentes territi * claustrum pudoris auxerant. * solvit fores custodiæ * fides teneri nescia.

Prodire quis[2] nuptam putet. * sic læta vultu ducitur. * novas vero ferens opes. * dotata censu sanguinis.

Aras nefandi numinis * adolere tedis cogitur. * respondet. Haud tales faces * sumpsere Christi Virgines.

Hic ignis extinguit fidem. * hæc flamma lumen eripit. * hìc hìc ferite. ut profluo * cruore restinguam focos.

Percussa quam[3] pompam tulit? * nam veste se totam tegit. * curam pudoris præstitit. * ne quis retectam cerneret.

In

(a) *Brev. Mozarabum*: In Cathedra S. Petri mense Februarii.

(1) *Vat. 82.* Ymnus S. Agnis. *Notatum clarissimo Georgi in Adonis Martyrologio ad hunc festum XII. Kal. Februarii pag. 57. a media ætatis Scriptoribus* Agna *&* Agnes *Agnetem vocari*.
(2) *Vat. 82.* nuptum.
(3) *Idem MS.* pompa.

Converſ. S. Pauli. In morte vivebat pudor . * vultumqua texerat manu . * terram genuflexo petit . * lapſu verecundo cadens •

Gloria tibi Domine . * gloria Unigenito * una cum Sancto Spiritu * in ſempiterna ſæcula •

In Conversione S. Pauli Apost•
S. Damaſi Papæ •

JAM dudum Saulus procerum præcepta ſecutus . * cum Domino patrias vellet præponere leges . * abnueret ſanctos Chriſtum laudaſſe Prophetas . * cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem •

Cum lacerat ſanctæ Matris pia fœdera cæcus . * poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen . * tentatus ſenſit . poſſet quid gloria Chriſti . * auribus ut Domini vocem . lucemque recepit •

Compoſuit mores . Chriſti præcepta ſecutus . * mutato placuit poſtquam de nomine Paulus . * mira fides rerum ! ſubito trans æthera cæli * noſcere promeruit . poſſent quid præmia vitæ •

Conſcendit raptus Martyr penetralia Chriſti . * tertia lux cæli tenuit Paradiſus euntem . * conloquiis Domini fruitur . ſecreta reſervat . * Gentibus ac populis juſſus prædicere vera •

Profundum penetrare maris . noctemque diemque * viſere . cui magnum ſatis eſt vixiſſe latentem . * verbera . vincla . famem . lapides . rabiemque ferarum . * carceris inluviem . virgas . tormenta . catenas •

Naufragium . lacrymas . ſerpentis dira venena . * ſtigmata non timuit portare in corpore Chriſti . * credentes docuit . poſſent quo vincere mortem . * dignus amore Dei vivit per ſæcla Magiſter •

Elpidis uxoris Severini Boetii •

DOctor egregie Paule mores inſtrue . * & mente polum nos transferre ſatage . * donec perfectum largiatur plenius . * evacuato quod ex parte gerimus •

Sit Trinitati ſempiterna gloria . * honor . poteſtas . atque jubilatio . * in Unitate . cui manet imperium * ex tunc . & modo . per æterna ſæcula • Amen •

Paule Doctor egregie• *Require in ejus Natali proprie* •

In Hypapanti . sive in Purificatione S. Mariæ , et omnibus ejus Festivitatibus • [a]

S.[1] *Ambroſii Epiſc. Mediolanen* •

A Solis ortus cardine • * & uſque terræ limitem . * Chriſtum canamus Principem . * natum Mariæ Virginis •

Gaudete quicquid gentium . * Judæa . Roma . & Græcia . * Ægypte . Thrax . Perſa . Scytha . * Rex unus omnes poſſidet •

Laudate veſtrum Principem . * omnes beati ac perditi . * vivi imbecilli ac mortui . * jam nemo poſt hæc mortuus •

Fit

(a) *Brev. Mozarabum* : In Annunciatione S. Mariæ in Laudibus .
Meminit hujus Hymni S. Ambroſii S. Ildephonſus Serm. de Parturitione & Purgatione S. Mariæ Biblioth. Patrum tom. 12. pag. 573.

(1) *Ildephonſus quemadmodum Thomaſio notatum præſentem Hymnum Ambroſio tribuit ; nec tamen ut Ambroſii fœtum agnoſcunt recentiores illius Patris Operum editores , qui ejuſdem Ildephonſi auctoritate permoti in Admonitione ad Hymnos prævia Ambroſio adjudicarunt alterum Hymnum* : Intende qui regis iſrael *&c. ſupra pag.* 351.

* Fit porta Christi pervia. * referta plena gratia. * transitque Rex. & permanet * clausa (ut fuit) per sæcula.

Genus superni Numinis * processit aula Virginis. * sponsus. Redemptor. conditor. * suæ gigas Ecclesiæ.

Honor Matris & gaudium. * immensa spes credentium. * per atram mortis pocula * resolvit nostra crimina.

Lapis de monte veniens. * Mundumque replens gratia. * quem non præcisum manibus * Vates vetusti nunciant.

Qui Verbum caro factus est. * præconio Angelico. * de claustris virginalibus * Virginis Virgo natus est.

Rorem dederunt æthera. * nubesque Justum fuderunt. * patens excepit Dominum * terra salutem generans.

Mirabilis conceptio. * Christum protulit sobolem! * ut Virgo partum funderet. * post partum Virgo sisteret.

Exultet omnis anima. * nunc Redemptorem Gentium Mundi venisse Dominum * redimere quos condidit.

Creator cuncti generis. * Orbis quem totus non capit. * in tua (sancta Genitrix) * sese reclausit viscera.

Quem Pater ante tempora * Deus Deumque genuit. * Matris alma Virginitas * cum tempore partum edidit.

Tollens cuncta facinora. * & donans sancta munera. * augmentum lucis adferens. * tenebris damnum inferens.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * in sempiterna sæcula. Amen.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. *S. Maria.*

MYsterium Ecclesiæ. * hymnum Christo referimus. * quem genuit Puerpera * Verbum Patris in Filio.

Sola in sexu femina. electa es in sæculo. * & meruisti Dominum * sancto portare in utero.

Vates antiqui temporis * prædixerunt quod factum est. * quia Virgo conciperet. * & pareret Emanuel.

Mysterium hoc magnum est. * (1) & Mariæ quod concessum. * ut Deum (per quem omnia) * ex se videret prodere.

Verè gratia plena es. * & gloriosa permanes. * quia ex te natus est * Christus. per quem facta sunt omnia.

Pastores qui audierunt. * gloriam Domino cantarunt. * cucurrerunt in Bethelem. * natum videre Dominum.

Sic Magi ab ortu solis. * per stellæ indicium * (portantes typum Gentium) * primi offerunt munera.

Rogemus ergo populi. * Dei Matrem & Virginem. * ut ipsa nobis impetret * pacem & indulgentiam.

Gloria tibi Domine * (qui natus es de Virgine) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

V. H. Fortunati Episc. Pictavien.

QUem terra. pontus. æthera * colunt. adorant. prædicant. * trinam Regentem machinam. * claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna. sol. & omnia * deserviunt per tempora. * perfusa cœli gratia. * gestant Puellæ viscera.

Mirantur ergo sæcula. * quòd Angelus fert semina. * quòd aure Virgo [b] concipit. * & corde credens [c] accipit.

Beata

(a) Hunc locum allegat S. Ildephonsus memorato Sermone.
(b) *MS. Orat. C.* 13. concepit. (c) Parturit.

(1) *Vat.* 82. *in quo presens inscribitur*, ymnus Sanctæ Mariæ, *hoc loco nescit copulam* &.

S. Maria. Beata Mater [a] munere. * cujus supernus Artifex * (Mundum pugillo continens)* ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuncio. * fœcunda Sancto Spiritu. * desideratus Gentibus. * cujus per alvum fusus est.

Divisio.

O Gloriosa [b] Domina. * excelsa super sidera. * qui te creavit providè * [c] lactasti sacro ubere.

Quod Eva tristis abstulit. * tu reddis almo germine. * intrent ut astra flebiles. * cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua. * & porta lucis fulgida. * Vitam datam per Virginem.* Gentes redemptæ plaudite.

[d] Maria Mater gratiæ. * Mater misericordiæ. * tu nos ab hoste protege.* & hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine * (qui natus es de Virgine) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

AVE maris Stella. * Dei Mater alma. * atque semper Virgo. * felix cæli Porta.

Sumens illud Ave.* Gabrielis ore.* funda nos in pace. * mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis. * profer lumen cæcis.* mala nostra pelle.* bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem. * sumat per te preces * qui pro nobis natus. * tulit esse tuus.

Virgo singularis. * inter omnes mitis. * nos culpis solutos. * mites fac & castos.

Vitam præsta puram.* iter para tutum. * ut videntes Jesum. * semper collætemur.

Sit laus Deo Patri. * summo Christo decus. * Spiritui Sancto. * Tribus honor Unus. Amen.

IN NATALI S. AGATHÆ VIRG. ET MART. *S. Damasi Papæ.*

MARtyris ecce dies Agathæ * Virginis emicat eximiæ. * [e] Christus eam sibi qua sociat. * & diadema duplex decorat.

Stirpe decens. elegans [f] specie. * magis [g] actibus atque Fide. * terrea prospera nil reputans. * jussa Dei sibi corde ligans.

Fortior hæc trucibusque viris. * exposuit sua membra flagris. * pectore quàm fuerit valido. * torta mammilla docet patulo.

Deliciæ cui carcer erat. * Pastor ovem Petrus hanc recreat.* lætior inde magisque flagrans. * cuncta flagella cucurrit ovans.

Ethnica turba rogum fugiens. * hujus & ipsa meretur opem. * quos fidei titulus decorat. * his venerem magis ipsa premat.

Jam renidens quasi sponsa polo. * pro miseris supplica Domino. * sic tua festa coli faciat. * se celebrantibus ut faveat.

Gloria cum Patre sit Genito. * Spirituique proinde Sacro. * qui Deus unus & omnipotens. * hanc nostri faciat memorem. Amen.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

AGathæ sacræ Virginis * diem festum colimus. * in quo (devicto Tyranno) * palmam sumit martyrii.

Quintianus Tyrannus * Consularis Siciliæ. * audiens famam Virginis. * fremere cœpit invidus. Vitio-

(a) Maria. (b) *al.* femina. (c) C. 13. *Orat.* lactos sacrato. *al.* sacrato. (d) Deest hæc strophe in C. 13. (e) *al.* quia sibi Christus eam sociat. (f) *al.* facie (g) actibus. *al.* omnibus.

Vitiorum affectibus * mentem vexabat invidam. * ut Deo dicatam Virginem * rabido ore perimeret.

Statim adsunt miseri. * ejus qui vellent pandere * religionem sanctissimam. * quam tenet ab infantia.

Sisti jubet Martyrem * suis tribunalibus. * & eam sic alloquitur. * ut diis cervicem flecteret.

Sed dum nil valet insania. * [1] in mamma torquet Virginem. * & testas acutissimas * igni succensas adhibet.

Cujus medendis artubus * sanctus adest Apostolus. * qui verbo curat vulnera. * quæ Tyrannus infixerat.

Dehinc ad sepulchrum veniens * juvenis splendidissimus * mentem sanctam [2] prædicat * patriæ salutem plurimam.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

In Natali Cathedræ S. Petri Apostoli.

Petrus beatus. *Require supra in ejus Cathedra Romana.*

Senatus Apostolici. *Require in Natali S. Petri propriè.*

IN ADNUNCIATIONE S. MARIÆ *Matris Domini nostri Jesu Christi propriè. Ad Nocturnum.*

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

Terrena cuncta jubilent. * astra laudibus intonent. * Virginis ante thalamum * laudes alternent dramatum.

Hæc Virgo Verbo gravida. * fit Paradisi janua. * quæ Deum Mundo reddidit. * cælum nobis aperuit.

Felix ista Puerpera. * Evæ lege liberrima. * concepit sine masculo. * peperit absque gemitu.

Dives Mariæ gremium * Mundi gestavit pretium. * quo gloriamur redimi. * soluti jugo debiti. *Annunciationis S. Mariæ.*

Quam Patris implet Filius. * Sanctus obumbrat Spiritus. * cælum fiunt castissima * sacræ Puellæ viscera.

Sit tibi laus Altissime. * qui natus es ex Virgine. * sit honor ineffabili * Patri. Sanctoque Flamini. Amen.

IN NATALI S. GEORGII MART. *Ambrosianum.*

Gesta sanctorum Martyrum * meminisse jocundum est. * & in eorum laudibus * Deo canere gloriam.

Georgius Christi miles * ortus est Cappadociæ. * qui vana Mundi respuens. * mercatus est cælestia.

Pecuniam quam tulerat * propter honorem fragilem. * fide repletus [3] Dei. * stipem dedit pauperibus.

Tum compulsus a Principe * saxis vota persolvere. * quos ille per fidem Christi * in profundum mersit abyssi.

Ira aecensus Tyrannus. * pœna invexit Martyri. * flagella sæva. carceres. * feras. sive sartagines.

Quos ille non tremuit. * confortatus a Domino. * sed & magis in populo * fructus divinos intulit.

Reginam Alexandriam * vocavit ad martyrium. * contempsit Mundi thesauros. * Dei coronam meruit.

Bis ternis annis & uno * triumphat Mundi principem. * cervice cæsa gladio. * migravit ad cælestia.

IN INVENTIONE S. CRUCIS.

Hymni. Pange lingua & Vexilla Regis. *Require in Passione Domini.*

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

Crux Orbis salus perditi. * peremptí vita sæculi. * quam victa tremunt

(1) *Vat.* 82. in mammam. (2) *Idem*, prædicans. (3) *Vat.* 82. Domini *loco* Dei.

S.Crucis. munt tartara. * cæli verentur agmina.

In te dum Vita moritur. * mortis catena solvitur. * Ægypti jugo liberi. * veræ sunt lucis filii.

Te ponit Judex omnium * (cum judicatur) solium. * jam tum hœdos ab ovibus * segregat in latronibus.

Tu Mundi ludis principem. * dum punis impassibilem. * reos offerre solita. * quem nunc das. aufert spolia.

In te mactatur victima. * quæ Mundi purgat crimina. * tibi talentum creditur. * Adæ quod solvit debitum.

Nos. Vitæ Signum. protege. * quo Rex triumphat gloriæ. * per te ad Regnum provehat. * quos servitute liberat.

Sit Patri laus ingenito. * sit decus Unigenito. * sit utriusque Parili * majestas summa Flamini.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

CRux Mundi benedictio. * spes & certa redemptio. * olim gehennæ bajula. * nunc clara cæli janua.

In te levatur Hostia. * ad se qui traxit omnia. * quam Mundi princeps impetit. * suumque nihil invenit.

Tuæ legis articulus. * vetus cassat chirographum. * antiqua perit servitus. * vera libertas redditur.

Odoris tui copia * cuncta vincit aromata. * tui dulcedo nectaris * replet arcana pectoris.

Per Crucem. Christe (quæsumus) * ad vitæ transfer præmium. * quos Ligni fixus stipite * dignatus es redimere.

Sit Patri laus ingenito. * sit decus Unigenito. * sit utriusque Parili * majestas Flamini.

IN NATALI SS. MARTYRUM GERVASII ET PROTASII.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

GRates tibi Jesu novas. * novi repertor muneris. * Protasio. Gervasio * Martyribus inventis cano.

Piæ latebant hostiæ. * sed non latebat fons sacer. * latere sanguis non potest. * qui clamat ad Deum Patrem.

Cælo refulgens gratia. * artus revelavit sacros. * nequimus esse martyres. * sed reperimus Martyres.

Hic quis requirat testium * voces. ubi factum est fides ? * sanatus impos mentium * opus fatetur Martyrum.

Cæcus recepto lumine. * mortis sacræ meritum probat. * Severus est nomen viro. * usus minister publici.

Ut Martyrum vestem attigit. * & ora tersit nubila. * lumen refulsit illico. * fugitque pulsa cæcitas.

Soluta turba vinculis. * spiris Draconum libera. * emissa totis urbibus. * domum redit cum gratia.

Vetusta sæcla vidimus. * jactata semicintia. * tactuque & umbra corporum * ægris salutem redditam.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

IN NATALI S. JOHANNIS BAPTISTÆ.

Ambrosianum.

ALmi Prophetæ progenies pia. * clarus parente. & nobilior patre. * quem matris alvus claudere nescia. * ortus Herilis prodidit Indicem.

Cum Virginalis regia gloriam * summi Tonantis. nomine pignoris * gestaret. aula nobilis intimo * claustro pudoris fertilis integro.

Vox suscitavit missa puerperæ. * fovitque Vatis gaudia parvuli. * Matres prophetant munere pignorum. * mutus locutus nomine filii est.

Scri-

Scribendus hic est. vocis ut augeat * nostræ canores .duraque vincula * dissolvat oris larga[1] Propheticis * verborum habenis litera nominis.

Vox namque Verbi. vox Sapientiæ est. * Major Prophetis. & minor Angelis. * qui præparavit corda Fidelium. * stravitque rectas justitiæ vias.

Assertor æqui. non ope regia. * nec morte dura linquere tramitem * veri coactus. Non licet (ait) tibi * uxorem habere fratris adulteram.

Hinc ira regis. sævaque funera. * saltationis munere vendita. * mensas Tyranni. & Virginis ebrius * luxus replevit sanguine sobrio.

Hæc vitricus dat dona. vesanior * quàm si veneni pocula traderet. * negare præstat quàm dare vitricum. * odisse præstat. plus nocet horum amor.

Sit Trinitati maxima gloria. * laus & potestas & sapientia. * sit fortitudo ac magnificentia * uni Deo per sæcla perennia. Amen.

Bedæ Presbyteri.

PRæcursor altus luminis. * & præco Verbi nascitur. * lætare cor Fidelium. * lucemque gaudens accipe.

Miranda cujus sæculis * Nativitas per Angelum * innotuit parentibus. * pia fide jam præditis.

Sublime cui vocabulum. * Johannes ipse Gabriel * imponit. & clarissima * ipsius acta præcinit.

Qui matris adhuc parvulus * vulva retentus. spiritum * percepit almus gratiæ. * testis futurus gratiæ.

Necdumque natus jam dedit * de luce testimonium. * quod natus admirabili * complevit ipse in gloria.

Hic plurimos ex Israel * Christi fidei subdidit. * & corda Patrum in filios * (docens superna) transtulit.

In Eliæ qui spiritu * venit Prophetæ semitam * parare Christo. ac plebibus * iter salutis pandere.

Quo feminarum in filiis * Propheta major nullus est. * quin ipse miris actibus * plusquam Propheta claruit.

Baptisma pœnitentiæ * qui prædicabat ac dedit. * turbasque Jesu gratiæ * inluminandas obtulit.

Ipsumque Jesum (qui omnia * sancto lavans in Spiritu * emundat) in Jordanici * tinxit fluento gurgitis.

Et baptisato protinus * aperta vidit æthera. * nobis suo baptismate * pandit polique regiam.

Atque in columba Spiritum. * illum super descendere * vidit. doli qui nescius * mentes requirit simplices.

Audivit & vocem Patris. * Dilectus hic est Filius * a sæculo (dixit) meus.* in quo mihi complacui.

Edoctus his oraculis * Baptista Jesum prædicat * natum Dei. qui in Spiritu * Sancto fideles abluat.

Quid sermo noster amplius * hujus canat præconia? * de quo Patris vox Filio * olim locuta præcinit.

En mitto (dixit) Angelum. * tuam paret qui semitam. * vultumque præcurrat tuum. * Solem. rubens ut Lucifer.

Pauli Diaconi.

UT queant laxis resonare fibris * mira gestorum famuli tuorum. * solve polluti labii reatum. * Sancte Johannes.

Nuncius celso veniens olympo. * te patri magnum fore nasciturum. * nomen & vitæ seriem gerendæ * ordine promit.

(1) *Vat.* 82. Prophetici.

S. Johann. Baptistæ. Ille promissi dubius superni. * perdidit promptæ modulos loquelæ. * sed reformasti (genitus) peremptæ * organa vocis.

Ventris obstruso positus cubili. * senseras regem thalamo manentem. * hinc parens (Nati meritis) uterque * abdita pandit.

Antra deserti teneris sub annis * (civium turmas fugiens) petisti. * ne levi saltem maculare vitam * famine posses.

Præbuit hirtum tegimen camelus * artubus sacris. strophium bidentes. * cui latex haustum. sociata pastum * mella locustis.

Cæteri tantum cecinere Vatum * corde præsago Jubar affuturum. * tu quidem Mundi scelus auferentem * indice prodis.

Divisio.

NON fuit vasti spatium per Orbis * sanctior quisquam genitus Johanne. * qui nefas sæcli meruit lavantem * tingere lymphis.

O nimis felix meritique celsi. * nesciens labem nivei pudoris.. * præpotens Martyr. eremique cultor. * Maxime Vatum!

Serta ter denis alios coronant. * aucta crementis duplicata quosdam. * trina centeno cumulata fructu. * te (Sacer) ornant.

Nunc (Potens) nostri meritis opimis. * pectoris duros lapides repelle. * asperum planans iter. & reflexos * dirige calles.

Ut pius Mundi Sator & Redemptor. * mentibus (pulsa luvione) puris. * rite dignetur veniens sacratos * ponere gressus.

Laudibus Cives celebrent superni * te Deus Simplex pariterque Trine. * supplices & nos veniam precamur. * parce redemptis. Amen.

IN NATALI SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

APostolorum passio * diem sacravit sæculis. * Petri triumphum nostrum. * Pauli coronam præferens.

Conjunxit æquales viros * cruor triumphalis necis. * Deum secutos Præsules * Christi coronavit fides.

Primus Petrus Apostolus. * nec Paulus impar gratia. * Electionis Vas sacræ * Petri adæquavit fidem.

Verso crucis vestigio * Simon honorem dans Deo * suspensus ascendit dati * non immemor oraculi.

Præcinctus (ut dictum est) senex. * & elevatus ab altero. * quò nollet ivit. sed volens * mortem subegit asperam.

Hinc Roma celsum verticem * devotionis extulit. * fundata tali sanguine. * & Vate tanto nobilis.

Tantæ per Urbis ambitum * stipata tendunt agmina. * trinis celebratur viis * Festum sacrorum Martyrum.

Prodire quis [1] Mundum putet. * concurrere plebem poli. * electa gentium Caput. * Sedes Magistri gentium.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

Paulini.

FElix per omnes festum Mundi cardines. * Apostolorum præpollet alacriter * Petri beati. Pauli sacratissimi. * quos Christus almo con-

(1) *Vat.* 82. mundo.

confecravit fanguine . * Ecclefiarum deputavit Principes.

Hi funt olivæ duæ coram Domino . * & candelabra luce radiantia . * præclara cæli duo luminaria - * fortia folvunt peccatorum vincula . * portas olympi referant fidelibus.

Habent fupernas poteftatem claudere * fermone fedes . pandere fplendentia * limina poli fuper alta fidera . * linguæ eorum claves cæli factæ funt . * larvas repellunt ultra Mundi limites.

Petrus beatus catenarum laqueos * (Chrifto jubente) rupit mirabiliter. * Cuftos ovilis . & Doctor Ecclefiæ . * Paftorque gregis . confervator ovium* arcet luporum truculentam rabiem.

Quodcumque vinclis fuper terram ftrinxerit . * erit in aftris religatum fortiter . * & quod refolvit in terris arbitrio . * erit folutum fuper cæli radium . * in fine Mundi Judex erit fæculi.

Non impar Paulus huic Doctor Gentium . * electionis templum facratiffimum . * in morte compar . in corona particeps . * ambo lucernæ & decus Ecclefiæ . * in Orbe claro corufcant vibramine.

O Roma felix . quæ tantorum Principum * es purpurata pretiofo fanguine ! * excellis omnem Mundi pulchritudinem * non laude tua . fed Sanctorum meritis . * quos cruentatis jugulafti gladiis.

Vos ergo modò gloriofi Martyres.* Petre beate . Paule Mundi lilium . * cæleftis aulæ triumphales Milites . * precibus almis veftris nos ab omnibus * munite malis . ferte fuper æthera.

Gloria Deo per immenfa fæcula . * fit tibi . Nate . decus & imperium . * honor poteftas Sanctoque Spiritui . * fit Trinitati falus individua per infinita fæculorum fæcula . Amen. *SS. Petri & Pauli.*

Elpidis uxoris Severini Boetii.

Aurea luce & decore rofeo . * lux lucis omne perfudifti fæculum . * decorans cælos inclyto martyrio . * hac facra die . quæ dat reis veniam.

Janitor cæli . Doctor Orbis pariter . * Judices fæcli . vera Mundi lumina . * per crucem alter . alter enfe triumphans . * vitæ fenatum laureati poffident.

Jam bone Paftor Petre clemens accipe * vota precantum . & peccati vincula * refolve tibi poteftate tradita . * qua cunctis cælum verbo claudis . aperis .

Doctor egregie Paule mores inftrue . * & mente polum nos transferre fatage . * donec perfectum largiatur plenius . * evacuato quod ex parte gerimus.

Olivæ binæ . pietatis unicæ . * fide devotos . fpe robuftos maximè . * fonte repletos charitatis geminæ . * poft mortem carnis impetrate vivere.

Sit Trinitati fempiterna gloria . * honor poteftas atque jubilatio * in Unitate . cui manet imperium * ex tunc & modò per æterna fæcula . Amen.

Bedæ Presbyteri Hymnus Abecedarius.

Apoftolorum gloriam hymnis canamus debitis . * votis vacemus annuis . * Jefu fave precantibus.

Bariona Simon Petrus . * & Doctor almus Gentium . * feftina fæclis gaudia * fuo dicarunt fanguine.

Conjunxit hora tranfitus . * poli peten-

SS. Petri & Pauli. petentes januam. * quos una semper charitas * Mundo retentos junxerat.

Diversitates Gentium * errore longo dissonas. * ad veritatis gratiam * verbis trahebant consonis.

Ecclesiæ Princeps sacer * in monte Jesum conspicit. * vocemque Patris igneo * audit poli de vertice.

Fulgentis ascendens poli * tertia Paulus adyta. * arcana discit. alteri * proferre nulli quæ licet.

Gressus Cæphæ per cærula * Christi juvantur dextera. * Christus suos. ne sæculi * demergat æquor. erigit.

Hujus pericla sæculi * vinci fide credentium * Paulus docet. jam naufragos * salvans ab undis socios.

Imis Simon e fluctibus * Mundi fideles extrahens. * pisces bonos ut liberet. * ad lucis effert patriam.

Kastris in hujus seculi * manere justos incolas * Paulus docet. tentoria * texendo castris congrua.

Languore fessos transiens * Simonis umbra sublevat. * mundat lepræ contagium. * claudosque gressu roborat.

Magister altus Gentium * atri furores spiritus. * cunctumque morbum per sua * fugat potens sudaria.

Nox claudit ambos carcere. * plenos sed æthræ lumine. * umbras rident & vincula. * Christi vident qui gloriam.

Oppressa lætho corpora. * ad lucis auras suscitant. * hostesque justi perfidos * addunt tenebris inferi.

Præfulgido stolas suas * Agni cruore laverant. * gustando mortis poculum. * mortis triumphant principem.

Quantum sequi desiderat * Christi Petrus vestigia! * ad quem venire non timet * scalam crucis per asperam.

Regni perennis introit * Paulus per ensem Regiam. * nam qui Deum habet caput. * ferro libenter dat suum.

Sic Principes Ecclesiæ. * sic vera Mundi lumina. * mortis triumpho nobili * sumpsere palmam gloriæ.

Trophæa quorum insignia * jam Roma felix continet. * quorum coronas totius * Orbis celebrat ambitus.

Vox ergo nostra te Deum. * te corda nostra personent. * teque in tuis mirabilem collaudet omne seculum.

Christe. precamur. ut quibus * laudes ovantes dicimus. * horum frui nos lucidis * dones per ævum aspectibus.

Ymnis per æthram. ac suavibus * Apostolorum laudibus * noster Chorus hic consonet. * psalmis canorus dulcibus.

Zona benignus aurea * nos cinge castimoniæ. * ut te videntes laudibus * tuis vacemus perpetes.

De S. Petro proprie.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

Senatus Apostolici * Princeps. & Præco Domini. * Pastor prime Fidelium. * custodi gregem creditum.

Per pascua virentia * nos verbi fruge recrea. * refectas oves prævius. * caulis infer cælestibus.

Supernæ claves januæ * tibi Petre sunt traditæ * tuisque patent legibus * terrena cum cælestibus.

Tu petram veræ fidei. * tu Basim ædificii * fundas. in qua Catholica * fixa surgit Ecclesia.

Umbra

Umbra tua (dum graderis) * fit medicina languidis. * textrinis usa vestium * sprevit Tabitha feretrum.

Catena vinctum gemina. * virtus solvit Angelica. * veste sumpta cum caligis * patescunt fores carceris.

Sit Patri laus ingenito. * sit decus Unigenito. * sit utriusque Parili * majestas summa Flamini. Amen.

De S. Paulo proprie.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

PAule Doctor egregie. * tuba clangens Ecclesiæ. * nubes volans. ac tonitrum * per amplum Mundi circulum.

Nobis potenter intona. * ruraque cordis irriga. * cælestis imbre gratiæ. * mentes virescant aridæ.

O magnum Pauli meritum! * cælum conscendit tertium. * audit verba mysterii. * quæ nullis audet eloqui.

Dum verbi spargit semina. * seges surgit uberrima. * sic cæli replent horreum * bonorum fruges operum.

Micantis more lampadis * perfundit Orbem radiis. * fugat errorum tenebras. * ut sola regnet veritas.

Sit Patri laus ingenito. &c.

In Natali S. Mariæ Magdalenæ.

Ambrosianum.

NArdi Maria pistici * sumpsit libram mox optimi. * unxit beatos Domini * pedes rigando lacrymis.

Honor decus imperium sit Trinitati Unicæ. * Patri. Nato. Paraclito * per infinita sæcula. Amen.

Odonis Abbatis Cluniacensis Il.[a]

LAuda mater Ecclesia. * lauda Christi clementiam. * qui septem purgat vitia. * per septiformem gratiam.

Maria soror Lazari. * quæ tot commisit crimina. * ab ipsa fauce tartari * redit ad vitæ limina. *S. Mariæ Magdal.*

Post fluxæ carnis scandala * fit ex lebete phiala. * in vas translata gloriæ. * de vase contumeliæ.

Ægra currit ad medicum. * vas ferens aromaticum. * & a morbo multiplici. * verbo curatur medici.

Surgentem cum victoria * Jesum videt ab inferis. * prima meretur gaudia. * quæ plus ardebat cæteris.

Contriti cordis punctio. * cum lacrymarum fluvio. * & pietatis actio * ream solvit a vitio.

Uni Deo sit gloria * pro multiformi gratia. * qui culpas & supplicia * remittit. & dat præmia. Amen.

ÆTerni Patris Unice. * nos pio vultu respice. * qui Magdalenam hodie * vocas ad thronum gloriæ.

In thesauro reposita * Regis est drachma perdita. * gemmaque luce inclyta. * de luto luci reddita.

Jesu dulce refugium. * spes una pœnitentium. * per peccatricis meritum * peccati solve debitum.

Pia mater & humilis. * naturæ memor fragilis. * in hujus vitæ fluctibus * nos rege tuis precibus.

Uni Deo sit gloria * pro multiformi gratia. * qui culpas & supplicia * remittit. & dat præmia. Amen.

In Natali S. Apollinaris Episc. et Mart.

Ambrosianum.

APollinaris Martyris * piis triumphum vocibus. * lætisque palmam mentibus * promat fidelis concio.

Petri Ravennam jussibus * pergens. ocellis

(a) Inter ejus Opera Bibliothecæ Patrum Lugd. tom. 17. pag. 314.

Transfiguration. Domini.

ocellis lumina * prius dedit. quàm mœnia * intraret Christum prædicans.

Exin Tribuni conjugem * ægram cubantem [1] lectibus. * reddens saluti pristinæ. * plures vocavit ad fidem.

Mutum rogatus visere. * jens puellam spiritu * curavit a nequissimo. * fandique morem contulit.

Vitam refudit filiæ * Rufi solutæ corpore. * mortisque vinclis liberam.* Christo sacravit Virginem.

Squalore lepræ sordidum * monens fideli pectore. * Regem supernum credere. * tingens sanavit gurgite.

Tauri carentem lumine * pulsis tenebris filium. * Phœbum serenis visibus * perfecit orans cernere.

Hic [2] inter aras dæmonum * delubra solus diruit. * cædes famesque pertulit. * cælo refudit spiritum.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

In Dedicatione Ecclesiæ S. Petri ad Vincula.

Petrus beatus catenarum. *Require in ejus Cathedra Romana.*

Senatus Apostolici. *Require in ejus Natali propriè.*

IN TRANSFIGURATIONE DOMINI.
A. Prudentii C.

QUicumque Christum quæritis. * oculos in altum tollite. * illic licebit visere * signum perennis gloriæ.

Illustre quiddam cernimus. * quod nesciat finem pati. * sublime. celsum. interminum. * antiquius cælo & chao.

Hic ille Rex est Gentium. * populique Rex Judaici. * promissus Abrahæ patri. * ejusque in ævum semini.

Hunc (& Prophetis testibus. * iisdemque signatoribus) * testator & Pater jubet. * ipsum audire & credere.

Gloria tibi Domine * (qui apparuisti hodie) * cum Patre & Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

AMor Jesu dulcissime. * quando cor nostrum visitas. * pellis mentis caliginem. * & nos reples dulcedine.

Quam felix est quem satias. * consors Paternæ dexteræ! * tu verè lumen patriæ. * quod omnem sensum superat.

Splendor Paternæ gloriæ. * incomprehensa bonitas. * amoris tui copiam * da nobis per præsentiam.

Gloria tibi Domine &c.

IN NATALI S. XYXTI PAPÆ ET MART.
S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

MAgni palmam certaminis * invicta fides contulit. * pro Christo dimicantibus. * de cælo datur calculus.

Sic fortis Xyxtus athleta. * Petri sequens martyrium. * ornavit mox Ecclesiam * Confessionis titulo.

Ortus Athenis. & altus * Philosophorum studiis. * mutavit artem artium * Præceptor Apostolicus.

Nam carnifex tyrannidis. * fremens. ut leo rabiens. * advectans secum Martyres. * Abdon & Sennem perimit.

Dein ad Xyxtum properans. * vincla. catenas. carcerem * minatur. interniciem * gladiali sententia.

Tunc pius ille Pontifex * accersiens Laurentium. * Levitæ fidelissimo * commendavit Ecclesiam.

Uterque consecuti sunt * agonis sui bra-

(1) *Vat.* 82. lectulo. (2) *Idem MS.* Hæc inter aras dæmonum, Delubra sibi diluit &c.

bravium. * ensis [1] & craticulæ * coronam dedit passio.

Jungamur ergo socii. * hymnum gerentes Domino. * ut horum interventibus * nostra purgentur crimina.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

In Natali Sancti Laurentii Martyris.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

Apostolorum supparem * Laurentium Archidiaconem * pari corona Martyrûm * Romana sacravit Fides.

Xyxtum sequens hic Martyrem. * responsa vatis retulit. * Mœrere fili desine. * sequere me post triduum.

Nec territus pœnæ metu * heres futurus sanguinis. * spectavit obtutu pio. * quod ipse mox [2] persolveret.

Jam tunc in illo Martyre * egit triumphum Martyris. * successor æquus. syngrapham * vocis tenens. & sanguinis.

Post triduum jussus tamen * census saeratos prodere. * spondet piè. nec abnuit. * addens dolum victoriæ.

Spectaculum pulcherrimum! * egena cogit agmina. * inopesque monstrat prædicans. * Hi sunt opes Ecclesiæ.

Verè piorum perpetes. * inopes perfectæ sunt opes. * Avarus inlusus dolet. * flammas & ultrices parat.

Fugit perustus carnifex. * suisque cedit ignibus. * Versate me. Martyr vocat. * vorate. si coctum est. jubet. S. Laurentii.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

(a) *A. Prudentii C.*

En Martyris Laurentii * armata pugnavit fides. * postquam vapor diutinus * decoxit exustum latus.

Fore hoc Sacerdos dixerat * jam Xyxtus adfixus cruci. * Laurentium flentem videns * crucis sub ipso stipite.

Desiste discessu meo * fletum dolenter fundere. * præcedo frater. tu quoque * post hoc sequeris triduum.

Extrema vox Episcopi * pronunciatrix gloriæ * nihil fefellit. nam dies * prædicta palmam præstitit.

Hic. Sancte Laurenti. tuam * nos passionem quærimus. * quod quisque supplex postulat. * cunctis faciendo protegat.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * regnans per omne sæculum. Amen.

Martyris Christi canimus triumphum. * annuum tempus venerando. cujus * cernua vocis prece. jam rotundus * Orbis adorat.

Pontifex Xyxtus monuit Ministrum. * fixus in ligno crucis. Exequeris * me cito. pœnam patiendo magnam * ibis ad astra.

Tortor iratus petit. ut talenti * pondus ignoti manifestet omne. * mente vesana cupiens vorare * aurea lucra.

(a) Prout ponitur in Breviario Mozarabo.

(1) *Vat.* 82. & craticula, *minori numero*.

(2) *Idem MS.* persolverat.

Assumptionis S. Mariæ. Sprevit hic Mundi peritura dona. * fert opem nudis. alimenta claudis. * dividit nummos miseris catervis * corde flagranti.

Igne torquetur stabili tenore * cordis accensus. superat minaces * ignium flammas in amore vitæ * semper opimæ.

Uritur postquam latus omne. Testis. * Verte (Præfecto loquitur jocando) * corporis partem laniando coctam * dentibus atris.

Spiritum sumpsit chorus Angelorum. * intulit cælo piè laureandum. * ut scelus laxet hominum precando * Omnipotentem.

Supplici voto rogitemus omnes. * Sancte Laurenti veniam preceris. * qui tuum festum celebrant ubique * voce vel actu.

Gloriam Patri resonemus omnes. * ejus & Nato jubilemus aptè. * cum quibus regnat simul & creator * Spiritus Almus. Amen.

In Assumptione S. Mariæ proprie.

Hymnum Mariæ Virginis * decantemus cum Angelis. * quam Christus Dei Filius * sanctificavit utero.

Adsumptionem ipsius * celebremus cum Angelis. * concessa nobis requie. * remotis pravis hostibus.

Mater quæ virum renuit. * Mater quæ Christum meruit. * Virgo ante partum quæ fuit. * Virgo post partum claruit.

Christus de Deo genitus. * non raptum faciens Deo. * formam servi suscipiens. * servile corpus inseruit.

Nec fessum fregit Virginis * egressus templum atriis. sed claustrum quod invenerat. * clausum reliquit Virginis.

O verè sacer alveus! * cujus milesque gloriæ. * quem cælum terraque non capit. * Virginis verò uterus.

Sed nos ad te concurrimus. * alma Parens. & poscimus. * erue nos de gentibus * tuis beatis precibus.

Per tuum Unigenitum. * quem genuisti Dominum. * cæli petamus gremium * diu per omne sæculum. Amen.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

Gaudium Mundi. nova Stella cæli. * procreans Solem. pariens Parentem. * da manus lapsis. fer opem caducis. * Virgo Maria.

Te Deo factam liquet esse scalam. * qua tenens summum petit Altus imum. * nos ad excelsi remeare cæli * culmina dona.

Te beatorum chorus Angelorum. * te sacri Vates. & Apostolorum * ordo. prælatam sibi cernit unam * post Deitatem.

Aula cælestis speciosa Regis. * fulta septenis Sophiæ columnis. * quem nequit totus cohibere Mundus * claudis in alvo.

Quem tremunt cæli. metuunt abyssi. * fluminum guttæ. maris & procellæ. * laudat Occasus. veneratur Ortus. * stringis in ulnis.

Lacte nutritur cibus Angelorum. * fertur innuptæ gremio puellæ. * qui sua latæ ditione terræ * pondera librat.

Sit decus summo sine fine Christo. * sancta quem Virgo genuit Maria. * qui Patri compar. Flaminique Sancto. * regnat in ævum.

Ad

Ad Matutinum.

B. Petri Damiani Episc. Ostien.

AUrora veluti fulgida * ad cæli meat culmina. * ut Sol Maria splendida. * tamquam luna pulcherrima.

Regina Mundi hodie * thronum conscendit gloriæ. * illum enixa Filium. * qui est ante Luciferum.

Assumpta super Angelos. * excedit & Archangelos. * cuncta Sanctorum merita * transcendit una fœmina.

Quem foverat in gremio. * locarat in præsepio. * nunc Regem super omnia * Patris videt in gloria.

Pro nobis Virgo Virginum * tuum deposce Filium. * per quam nostra susceperat. * ut sua nobis præbeat.

Sit tibi laus. Altissime. * qui natus es ex Virgine. * sit honor ineffabili * Patri. Sanctoque Flamini. Amen.

In Passione Sancti Johannis Baptistæ.

Bedæ Presbyteri.

PRæcessor almus gratiæ. * & veritatis Angelus. * Lucerna Christi. & perpetis * Evangelista luminis.

Prophetiæ præconia. * quæ voce vita & actibus * cantaverat. hæc adstruit * mortis sacræ signaculo.

Nam nasciturum sæculis. * nascendo quem prævenerat. * ac baptizaturum suo * monstraverat baptismate.

Hujusce mortem innoxiam * (qua vita Mundo reddita est) * signat sui præsagio * Baptista Martyr sanguinis.

Quem vinculis & carcere * ferox Tyrannus abdidit. * sed nulla lædunt vincula. * quem dona cordis sublevant. *Passionis S. Johann. Baptistæ.*

Christi videt qui gloriam. * qui Spiritus charismata. * non hunc tenebræ carceris. * non pœna terret corporis.

Caput libens sanctissimum * jam dissecandum præbuit. * nec perdidit prius caput. * verum caput cui Christus est.

Exultat almi spiritus * Præconis artus linquere. * præcursionis ut sacræ * sic cœpta dona compleat.

Nam quem (manens in corpore) * ostenderat viventibus. * hunc mortuis jam mortuus * Christum venire prædicat.

Novo stupescunt inferi * ereptionis nuncio. * gaudent chori fidelium. * unà Patrum cum plebibus.

Justi. Prophetæ. & Martyres. * & quique Christum a sæculo * puris amabant cordibus. * piis colebant actibus.

Cuncti Johannis dulcibus * læti fiunt affatibus. * Christumque poscunt ocyus * suos venire ad servulos.

Præcursor alme dicito. * Quando putas adveniet * adventus ille, qui prope est? * Descende Jesu. & eripe.

Tandem Redemptor paruit. * omnesque in unum congregans * tulit pios ab inferis. * polique regnis indidit.

Sic Prædicator optimus. * magnusque Christum prævius. * postquam retentis corpore. * postquam canebat mortuus.

Ducente Christo in æthera * omnes Fidelium choros. * cum cæteris perennia * intravit ipse in gaudia.

Almi Prophetæ progenies. *Require in Natali ejusdem S. Johannis.*

In

Nativit. S. Mariæ.

IN NATIVITATE S. MARIÆ.

Bedæ Presbyteri.

ADesto Christe vocibus . * inesto nostris mentibus . * tua benignus dextera * choros canentum protege .

Qui natus es de Virgine . * nostræ salutis gratia . * da pura nobis pectora . * da membra casta corporis .

Et tu beata præ omnibus * Virgo Maria fœminis . * Dei Genitrix inclyta . * nostris faveto laudibus .

Pudica cujus viscera * Sancto dicata Spiritu . * Davidis ortum semine * Regem ferebant sæculi .

Beata cujus ubera * summo repleta munere . * terris alebant unicam * terræ polique gloriam .

Festiva Legis quæ sacris . * ad alta templi limina . * cælestis aulæ Principem * ulnis tulisti dulcibus .

Cujus sinu jam parvulum * Magi videntes conditum * Regem Deumque maximum . * votis precantur redditis.

Christum ferens Memphitici * quæ sacra vertis numinis . * Deumque cernunt exteri . * fugant sui quem patria .

Quæ mœsta Mundi gaudium * cum Patre Joseph quæritas . * summique Patris ædibus * ovans sedentem repperis .

Cujus rogatu mysticas * Christus sedens ad nuptias * aquas in alma transtulit * vini rubentis pocula .

Cujus pium pertransiit * ensis doloris spiritum . * Natum tuo de corpore * Deum mori dum cerneres .

Quam filio Tonitrui . * Crucis tonans de vertice . * commendat Auctor ætheris . * ut Virgo servet Virginem .

Nati Deique jam tui . * quæ cernis almo lumine . * post dira mortis vincula . * resuscitati gloriam .

Lucem poli quæ conspicis * adire Patris dexteram . * quam prima Patris de sinu * terras adire videras .

Sublimis inter splendida * Apostolorum sidera . * flamma Sacrique Spiritus * impleta . laudes concinis .

Laudem Deo. quam supplices * Christo canentes reddimus . * Christi Genitrix . & tua * commendet intercessio.

Hymnos sacræ quos Virgini . * Matrique castæ dicimus . * Emanuel tu suscipe . * tuamque plebem libera .

In Exaltatione S. Crucis .
Require in ejus Inventione .

IN DEDICATIONE BASILICÆ S. ANGELI MICHAELIS .

Ambrosianum.

MYsteriorum Signifer * cælestium Archangele . * te supplicantes quæsumus . * ut nos placatus visites .

Ipse cum Sanctis Angelis . * cum Justis . cum Apostolis * inlustra locum jugiter . * quo nunc orantes degimus .

Castissimorum omnium . * Doctorum ac Pontificum * pro nobis preces profluas . * devotus offer Domino .

Hostem repellat ut sævum . * opemque pacis dirigat . * & nostra simul pectora * fides perfecta [1] muniat .

Ascendant nostræ protinus * ad thronum voces gloriæ . * mentesque nostras erigat . * qui sede splendet fulgida .

Hic virtus ejus maneat . * hic firma flagret charitas . * hic ad salutis commoda * suis occurrat famulis .

Errores omnes auferat . * vagosque sensus corrigat . & dirigat vestigia * nostra pacis per semitam .

Lucis in arce fulgida * hæc sacra scribat

(1) *Vat.* 82, maneat.

ſcribat [1] carmina. * noſtraque ſimul nomina * in libro vitæ conferat.

Gloria tibi Domine &c.

TIbi Chriſte Splendor Patris. * vita. virtus cordium. * in conſpectu Angelorum * votis. voce pſallimus. * alternantes concrepando. * melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes * omnes cæli Milites. * ſed præcipuè Primatem * cæleſtis Exercitus * Michaelem. in virtute * conterentem Zabulon.

Quo cuſtode procul pelle. * Rex Chriſte piiſſime. * omne nefas inimici. * mundo corde & corpore. * Paradiſo redde tuo * nos ſola clementia.

Gloriam Patri melodis * perſonemus vocibus. * gloriam Chriſto canamus. * gloriam Paraclito. * qui Trinus & Unus * Deus extat ante ſæcula. Amen.

H Rabani Mauri Epiſcopi Moguntini.

CHriſte ſanctorum decus Angelorum. * rector humani generis & auctor. * nobis æternum tribue benignus * ſcandere cælum.

Angelum pacis Michael ad iſtam * cælitus mitti (rogitamus) aulam. * nobis ut crebro veniente creſcant * proſpera cuncta.

Angelus fortis Gabriel ut hoſtem * pellat antiquum. volitet ab alto. * ſæpius Templum veniens ad iſtud * viſere noſtrum.

Angelum nobis medicum ſalutis * mitte de cælis Raphael. ut omnes * ſanet ægrotos. pariterque noſtros * dirigat actus.

Hinc Dei noſtri Genitrix Maria. * totus & nobis chorus Angelorum * ſemper aſſiſtat. ſimul & beata * Concio tota. *S. Michaelis.*

Præſtet hoc nobis Deitas beata * Patris ac Nati. pariterque Sancti * Spiritus. cujus reboat in omni * gloria Mundo. Amen.

IN FESTIVITATE OMNIUM SANCTORUM.

CHriſte Redemptor omnium * conſerva tuos famulos. * Beatæ ſemper Virginis * placatus ſanctis precibus.

Beata quoque agmina * cæleſtium Spirituum. * præterita. præſentia. * futura mala pellite.

Vates æterni Judicis. * Apoſtolique Domini. * ſuppliciter expoſcimus * ſalvari veſtris precibus.

Martyres Dei inclyti. * Confeſſoreſque lucidi. * veſtris orationibus * nos ferte in cæleſtibus.

Chori ſanctarum Virginum. * Monachorumque omnium. * ſimul cum Sanctis omnibus * conſortes Chriſti facite.

Gentem auferte perfidam * credentium de finibus. * ut Chriſto laudes debitas * perſolvamus alacriter

Gloria Patri ingenito. * ejuſque Unigenito. * unà cum Sancto Spiritu * in ſempiterna ſæcula. Amen.

JESU Salvator ſæculi. * redemptis ope ſubveni. * & pia Dei Genitrix * ſalutem poſce miſeris.

Cætus omnes Angelici. * Patriarcharum cunei. * & Prophetarum merita * nobis precentur veniam.

Baptiſta Chriſti prævius. * & Claviger æthereus. * cum ceteris Apoſtolis * nos ſolvant nexu criminis.

Chorus

(1) *Idem*, agmina *pro* carmina.

Omnium Sanctorũ. Chorus facratus Martyrum . * Confeffio Sacerdotum . * & Virginalis caftitas * nos a peccatis abluant ·

Monachorum fuffragia . * omnefque Cives cælici * annuant votis fupplicum . * & vitæ pofcant præmium ·

Laus honor virtus gloria * Deo Patri & Filio . * Sancto fimul Paraclito * in fæculorum fæcula · Amen ·

In Natali S. Martini Episcopi ·
Ambrosianum ·

Bellator armis inclytus . * Martinus actu nobilis . * quæ gefferit miraculis . * hymnis canamus debitis ·

Qui frigoris fub tempore * dum clamyde nudum tegit . * mox Chriftus ipfa . quam fcidit . * fe vefte tectum prodidit ·

Tres arte fancta pallidos * refufcitavit mortuos . * de febre Catechumenum . * & alterum fufpendio ·

Orationis ambitu * latro fepultus proditur . * qua non cadebat impetu * pinus reflexa ducitur ·

Profana dum fuccenderet . * aere flammam repulit . * quo extincta funt incendia . * imber fuit præfentia ·

Humore de paralyfi * curat puellam debilem . * morbique rafit fomitem * fancti liquoris unguine ·

Pacem leprofo dans viro * fordes fugavit ulcerum . * (1) & quo lavaret morbidum * Jordanis eft in ofculo .

Hifdem per Orbem cognitis * ingentibus miraculis . * poffeffor alti fpiritus * nunc regnat in cæleftibus ·

Gloria tibi Domine &c.

In Natali S. Andreæ Apostoli ·
Ambrosianum ·

Poft Petrum primum Principem * Andreas eft Apoftolus . * falutis verbum prædicans * in Achaja Provincia ·

Captus in Patra oppido . * traditur diro carceri · * ferali pœna cæditur . * tortor calet vefania ·

Dilaniatus ictibus . * ligno crucis fufpenditur . * biduo vivens non ceffat * fidem docere populum ·

Clamor plebis attollitur . * charus Deo expofcitur . * reddi juftus & innocens . * fanctus & bonus quæritur ·

Fallax ad patibulum * quafi ad folvendum properat . * devotus Martyr in pœnis * orat ne arctioribus

Loris refolvat impius . * divinis (2) indemptus muniis . * frater inftigat jurgiis . * juftifque querimoniis ·

Eant tecum quæ tua funt . * Ægeatha duriffime · * Completa ejus paffio. * devicto hofte callido ·

Imploret ergo meritis * fuis pro noftris actibus . * ut mereamur confequi * fancta in fine præmia ·

Gloria tibi Domine &c.

Bedæ Presbyteri ·

Nunc Andreæ folemnia * lætis canamus vocibus . * Apoftolatus gloriam * qui ornat triumpho fanguinis ·

Quem (pifcibus per turbida * dum rete nectit æquora) * Chriftus vocavit cum fuis * ad regna cæli fratribus ·

Mifitque latè Gentibus * verbum falutis pandere . * ac fæculi de fluctibus * mentes levare credulas ·

Qui mox fidei lampade * dum luftrat oras Græciæ . * Deique Chrifti fulgidus * erroris umbras effugat ·

Achaeus armis appetit * Dux lucis arma tetricis . * miles Dei fed fortiter * hoftis repellit impetum ·

Pandit Crucis myfteria . * quæ dira mortis priftinæ * folvit potenter vincu-

(1) *Vat.* 82. & quod.

(2) *Vat.* 82. ideptus.

vincola. * Mundoque vitam contulit.

Agni refert & hostiam. * qui nos ab hoste liberans. * vitam beat trans æthera. * regnoque secum perpeti.

Inclusus atro carcere * lucis minister. aurea * pacis vias ad sydera * pandit catervis plebium.

Cæsus flagellis septies. * tormenta risit omnia. * septena quem repleverant * jam Dona Sancti Spiritus.

Tandem levatus in Crucem. * terram reliquit sordidam. * mundisque felix passibus * poli petivit januas.

Excepit alma Civitas. * nostrumque mater omnium * lætata Christi Martyrem * Apostolumque maximum.

Congaudet omnis Civium * nobis chorus cælestium. * magni videns perennia * nunc Andreæ solemnia.

In Natali S. Ambrosii Episcopi. *Ambrosianum.*

Miraculum laudabile * canite omnes populi. * quod datum est Ecclesiæ * fluctuanti in sæculo.

Ambrosium vatem magnum. * prædestinatum a Deo. * tempore quo diabolus * fœdaverat templa Dei.

Christus qui numquam deserit * quos suo redemit sanguine. * direxit virum inclytum. * ut Arium destrueret.

Infulas dum gerit sæculi * adquisivit Paradisi. * jus dum portat gladii * suscepit Evangelii.

Mysterium incognitum. * Altissimus quod noverat. * nondum ablutus lavacro * Pontifex eligitur.

Ingressus est Ecclesiam. * plebem sedare turbidam. * cunctorum ora conclamant * Ambrosium Episcopum.

Arii [1] tunc perfidia * purgatur de Ecclesia. * cuncta concrepant agmina. * nec desunt Christi munera. *S. Ambrosii.*

Nox tetra cedat lumini. * confundantur hæretici. * adest piissimus. * qui purget mentes infidas.

Virtus ex alto data est * Ambrosio [2] in Baptismate. * nam statim ut renatus est * cœpit fugare dæmones.

Suscepit [3] is Ecclesiam. * gubernavit intrepidus. * Confessor esse meruit. * dum Arianis non cedit.

Gloria tibi Domine &c.

In Natali Apostolorum.
Ex S. Ambrosii Hymno Martyrum.

Æterna Christi munera. * Apostolorum gloriam *(laudes canentes debitas) * lætis canamus mentibus.

Ecclesiarum Principes. * belli triumphales Duces. * cælestis aulæ Milites. * & vera Mundi Lumina.

Devota Sanctorum Fides. * invicta Spes credentium. * perfecta Christi Charitas. * Mundi triumphat principem.

In his Paterna gloria. * in his voluntas Spiritus. * exultat in his Filius. * cælum repletur gaudio.

Te nunc Redemptor. quæsumus. * ut ipsorum consortio * jungas precantes servulos * in sempiterna sæcula. Amen.

Exultet cælum laudibus. * resultet terra gaudiis. * Apostolorum gloriam * sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi Judices. * & vera Mundi lumina. * votis precamur cordium. * audite preces supplicum.

Qui cælum verbo clauditis. * serasque

(1) *Adverbium* tunc *eius loci nescit Vat.* 82.

(2) *Idem MS.* in Baptismo, statim *omissa voce* nam.

(3) *Idem*, Suscepit Ecclesiam.

Unius Martyris. rasque ejus solvitis. * nos a peccatis omnibus * solvite jussu. quæsumus.

Quorum præcepto subditur * salus & languor omnium. * sanate ægros moribus. * nos reddentes virtutibus.

Ut cum Judex advenerit * Christus in fine sæculi. * nos sempiterni gaudii * faciat esse compotes.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * & nunc & in perpetuum. Amen.

IN NATALI UNIUS MARTYRIS.
Ambrosianum.

DEus tuorum Militum * sors & corona. præmium. * laudes canentes Martyris * absolve nexu criminis.

Hic Testis ore protulit * quod cordis arca crediderit. * Christum sequendo reperit * effusione sanguinis.

Hic nempe Mundi gaudia. * & blandimenta noxia. * caduca ritè deputans. * pervenit ad cælestia.

Tempsit tyranni vincula. * diras catenas. verbera. * & voce clara nunciat * Deum creasse omnia.

Pœnas cucurrit fortiter. * & sustulit viriliter. * pro te effundens sanguinem. * æterna dona possidet.

Ex hoc furor vesaniæ * jussit perimi Martyrem. * justumque terris obrui. * quem regna cæli continent.

Hinc nos precantes supplices. * te poscimus. piissime. * in hoc triumpho Martyris * dimitte noxam servulis.

Ut partem hujus muneris * hereditemus congrui. * lætemur in perpetuum * juncti polorum atriis.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

(a) *Beda*, de Arte Metrica.

MArtyr Dei. qui (unicum * Patris sequendo Filium) * victis triumphas hostibus. * victor fruens cælestibus.

Tui precatus munere * nostrum reatum dilue. * arcens mali contagium. * vitæ removens taedium.

Soluta sunt jam vincula * tui sacrati corporis. * nos solve vinclis sæculi * amore Filii Dei.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * & nunc & in perpetuum. Amen.

IN NATALI PLURIMORUM MARTYRUM.
[1] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.* [1]

ÆTerna Christi munera. * & Martyrum victorias * (laudes ferentes debitas) * lætis canamus mentibus.

Ecclesiarum Principes. * belli triumphales Duces. * Cælestis aulæ Milites. * & vera Mundi lumina.

Terrore victo sæculi. * pœnisque spretis corporis. * mortis sacræ compendio * lucem beatam possident.

Traduntur igni Martyres. * & bestiarum dentibus. * armata sævit ungulis * tortoris insani manus.

Nudata pendent viscera. * sanguis sacratus funditur. * sed permanent immobiles * vitæ perennis gratia.

Devota Sanctorum Fides. * invicta Spes credentium. * perfecta Christi Charitas. * Mundi triumphat Principem.

In his Paterna gloria. * [2] in his voluntas Spiritus. * exultat in his Filius. * cælum repletur gaudio.

Te

(1) *Bedæ testimonio licet subobscuro fulti, Ambrosio Hymnum hunc adjudicarunt Maurini in Nov. Ambros. ed.* (2) *Nov. Ambros. ed.*

In his voluntas Filii,
Exsultat in his Spiritus,
Cælum repletur gaudiis.
Te nunc, Redemptor, quæsumus,
Ut ipsorum consortio &c.

Te nunc. Redemptor. quæsumus. * ut martyrum consortio * jungas precantes servulos. * in sempiterna sæcula. Amen.

REx gloriose Martyrum. * corona Confitentium. * qui respuentes terrea * perducis ad cælestia.

Aurem benignam protinus * appone nostris vocibus. * trophæa sacra pangimus. * ignosce quod deliquimus.

Tu vincis in Martyribus. * parcendo Confessoribus * tu vince nostra crimina * donando indulgentiam.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio &c.

a

SAnctorum meritis inclyta gaudia * pangamus socii. gestaque fortia. * nam gliscit animus promere cantibus * Victorum genus optimum.

Hi sunt. quos retinens Mundus inhorruit. * ipsum nam sterili flore peraridum * sprevere penitus. te que secuti sunt. * rex. Christe. bone cælitùs.

Hi pro te furias atque ferocia * calcarunt hominum, sævaque verbera. * cessit his lacerans fortiter ungula. * nec carpsit penetralia.

Cæduntur gladiis more bidentium: * non murmur resonat. non querimonia.) sed corde tacito mens benè conscia * conservat patientiam.

Quæ vox. quæ poterit lingua retexere * quæ tu Martyribus munera præparas? * rubri nam fluido sanguine laureis * ditantur benè fulgidis.

Te summa Deitas unaque poscimus. * ut culpas abluas. noxia subtrahas. * des pacem famulis. nos quoque gloriam. * per cuncta tibi sæcula. Amen. *Plurimor. Martyrû.*

IN NATALI CONFESSORIS PONTIFICIS.

JEsu, Redemptor omnium. * perpes corona Præsulum * in hac die clementius * nostris faveto precibus.

Tui sacri qua Nominis * Confessor almus claruit. * hujus celebrat annua * devota plebs solemnia.

Qui rite Mundi gaudia * hujus caduca respuens. * cum Angelis cælestibus. * lætus potitur præmiis.

Hujus benignus annue * nobis sequi vestigia. * hujus precatu servulis * dimitte noxam criminis.

Sit. Christe. Rex piissime. * tibi. Patrique gloria * cum Spiritu Paraclito * & nunc & in perpetuum. Amen.

b

SUmme Confessor. sacer & Sacerdos. * temporum metas rota torquet anni: * tempus est nobis tibi consecratum * pangere festum.

Præsul insignis. meritisque clare.. * te sacra Cleri. populique turba * corde prostrato pietate poscit * vernula Patrem.

Vota cunctorum relevans in aula * Regis æterni. foveas utrumque * Ordinem. cujus pius extitisti * Pastor in Urbe.

Quæstubus cuncti referunt gementes * gesta culparum. lacrimisque pandunt * pessimæ mentis. animæque nigræ * crimina dira.

Dignaque pœna revocat in ora * nostra. cum dira miseros perurget * pandere. Mundo variante. * facta cælitus ira.

(a) Hincmarus meminit hujus Hymni, cujus compositorem se invenire nequisse dicit lib. De non trina Deitate, ubi ejus clausulam reprehendebat quæ a quibusdam cantabatur his verbis: Te trina Deitas.

(b) MS. Reg. Sueciæ, & Brev. Mozarabum.

Confessoris Pontificis. Tu procul casus prohibe tonantes. * pelle peccata. tenua furorem. * pestis & morbus (petimus) recedant * sospite cive.

Moribus cunctis moderare vitam * confer. & sudam placidamque mentem. * corda virtutum meditentur arma. * munere Christi.

Sancte. tu præbe (quotiens rogaris) * profluos fructus. pluviasque largas. * credimus. cuncta (Domino favente) * te dare posse.

Credimus Christum pretium laborum. * præmium justum studiis dedisse. * a quibus auctus etiam solutus * morte bearis.

Gloriam Christo patulo canamus * ore. præstanti sibi fervienti * tanta. qui pollet Deitate simplex. * Trinus & Unus. Amen.

In Natali Confessoris.

Ambrosianum.

JEsu corona celsior. * & veritas sublimior. * qui confitenti fervulo * reddis perenne præmium.

Da supplicanti cœtui * (obtentu hujus optimi) * remissionem criminum. * rumpendo nexum vinculi.

Anni recurso tempore * dies reluxit lumine * quo Sanctus hic de corpore * polum migravit præpotens.

Hic vana terræ gaudia. * & lutulenta prædia. * polluta sorde deputans. * ovans tenet cælestia.

Te Christe Rex piissime. * hic confitendo jugiter. * calcavit hostem fortiter * superbum. ac satellitem.

Virtutum actu. & fide. * confessionis ordine. * jejuna membra deferens. * dapes supernas obtinet.

Hic V. sublatus est de Hymnis correctis. Plus currit in certamine * Confessor ipse sustinens. * quam Martyr ictum sufferens. * mucrone fundens sanguinem.

Proinde te piissime. * precamur omnes supplices. * ut hujus Almi gratia. * nobis remittas debita.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito. * una cum Sancto Spiritu. * in sempiterna sæcula. Amen.

ISte Confessor Domini sacratus * (festa plebs cujus celebrat per Orbem) * hodie lætus meruit secreta * scandere cæli.

Qui pius. prudens. humilis. pudicus. * sobrius. castus fuit & quietus. * vita dum præsens vegetavit ejus * corporis artus.

Ad sacrum cujus tumulum frequenter * membra languentum modo sanitati. * quolibet morbo fuerint gravata. * restituuntur.

Unde nunc noster chorus in honorem * ipsius hymnum canit hunc libenter. * ut piis ejus meritis juvemur. * omne per ævum.

Sit salus illi. decus atque virtus. * qui supra cæli residens cacumen. * totius Mundi machinam gubernat * Trinus & Unus. Amen.

In Natali Virginum.

Ambrosianum.

JEsu corona Virginum * (quem Mater illa (1) concipit. * quæ sola Virgo parturit) * hæc vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia. * septus choræis Virginum. * Sponsus decorus gloria. * sponsisque reddens præmia.

Quocumque pergis. Virgines * sequuntur. atque laudibus * post te canentes

(1) *Vat.* 82. concepit.

canentes cursitant * hymnosque dulces personant.

Te deprecamur largius. * nostris adauge mentibus. * nescire prorsus omnia * corruptionis vulnera.

Laus. honor. virtus. gloria. * Deo Patri & Filio. * Sancto simul Paraclito * in sæculorum sæcula. Amen.

De una Virgine Martyre.

VIrginis Proles. Opifexque Matris * (Virgo quem gessit. peperitque Virgo) * Virginis festum canimus trophæum. * accipe votum.

Hæc tua Virgo duplici beata * forte dum gestit fragilem domare * corporis sexum. domuit cruentum * corpore sæclum.

Unde nec mortem. nec amica mortis * sæva pœnarum genera pavescens. * sanguine fuso meruit secretum * scandere cælum.

Hujus obtentu Deus alme nostris * parce jam culpis vitia remittens. * quo tibi puri resonemus almum * pectoris hymnum.

Gloria Patri. Genitæque Proli. * & tibi compar utriusque semper. * Spiritus Alme. Deus unus. omni * tempore sæcli. Amen.

De Virgine non Martyre.

VIrginis Proles. Opifexque Matris * (Virgo quem gessit. peperitque Virgo) * Virginis festum canimus beatæ. * accipe votum.

Hujus obtentu Deus Alme nostris &c. *ut supra.*

IN NATALI SANCTÆ NON VIRGINIS.

Hujus obtentu Deus alme. *Require in Hymno* Virginis Proles.

Sylvii Antoniani Presbyteri Cardinalis. *Virginum*

FOrtem virili pectore * laudemus omnes fœminam. * quæ sanctitatis gloria * ubique fulget inclyta.

Hæc Christi amore saucia. * dum Mundi amorem noxium * horrescit. ad cælestia * iter peregit arduum.

Carnem domans jejuniis. * dulcique mentem pabulo * orationis nutriens. * cæli potitur gaudiis.

Rex Christe virtus fortium. * qui magna solus efficis. * hujus precatu quæsumus. * audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito. * & nunc & in perpetuum. Amen.

SALUTATIO AD SANCTAM DEI GENITRICEM SEMPERQUE VIRGINEM MARIAM.

Cælii Sedulii Presbyteri.

SAlve sancta Parens. enixa Puerpera Regem. * qui cælum. terramque regit per sæcula. cujus * Numen. & æterno complectens omnia gyro * imperium. sine fine manet. Quæ ventre beato * gaudia Matris habens cum Virginitatis honore. * nec primam similem visa es. nec habere secundam.

Item alia.

ALma Redemptoris Mater. quæ pervia cæli * Porta manes. & Stella maris. succurre cadenti * (surgere qui curat) populo. tu quæ genuisti * (natura mirante) tuum Sanctum Genitorem. * Virgo prius ac posterius (Gabrielis ab ore * sumens illud Ave) peccatorum miserere.

 INCI-

Media Noctis.

INCIPIUNT HYMNI
DE QUOTIDIANIS

HYMNUS AD NOCTURNUM MEDIA NOCTE.

[a] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

MEdiæ Noctis tempus est. * Prophetica vox admonet. * dicamus laudes Domino * Patri semper ac Filio.

[1] Sanctoque Spiritui. * perfecta enim Trinitas * Unius quoque Substantiæ. * laudanda nobis semper est.

Terrorem [2] tempus hoc habet. * quod cum vastator Angelus * Ægypto mortem intulit. * delevit primogenita.

Hæc hora justis salus est. * quos ibidem tunc Angelus * ausus punire non erat. * signum formidans sanguinis.

Ægyptus flebat fortiter * tantorum dira funera. * solus gaudebat Israel * Agni protectus sanguine.

Nos verus Israel sumus. * lætemur in te. Domine. * hostem spernentes & malum. * Christi redempti sanguine.

Ipsum profecto tempus est. * quo voce Evangelica. * venturus Sponsus creditur. * regni cælestis conditor.

Occurrunt sanctæ Virgines * obviam tunc adventui. * gestantes claras lampadas. * magno lætantes gaudio.

Stultæ vero (quæ) remanent, * quia stinctas habent lampadas. * frustra pulsantes [januam] * clausa jam Regni Regia.

Quare vigilemus sobriè. * gestantes splendidas [manu]. * adveniente ut Jesu. * digni occurramus obviam.

Mediæ noctis tempore. * Paulus quoque & Sileas. Christum vincti in carcere * conlaudantes soluti sunt.

Nobis hic Mundus carcer est. * te laudamus Christe Deus. * solve vincula peccatorum * in te Christe credentium.

Dignos nos fac Rex Hagie. * venturi regni gloria. * æternis ut mereamur * te laudibus concinere.

Hymnus Nocturnus. [b]

MAgna & mirabilia opera tua sunt. Domine Deus omnipotens. Justæ & veræ sunt viæ tuæ. Domine Rex gentium. Quis non timebit & magnificabit Nomen tuum? quoniam tu solus sanctus. & pius es. & omnes gentes venient. & adorabunt Nomen tuum sub oculis tuis. quoniam justitiæ tuæ manifestatæ sunt.

INCIPIUNT HYMNI NOCTURNI
Post Mediam Noctem [c] *ad primum galli cantum.* [3]

[d] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

ÆTerne rerum conditor. * noctem diemque qui regis. * & tem-

(a) Ex Cod. MS. vetustissimo Reginæ Sueciæ n. 12. *nunc Alex.* 11.
(b) Idem MS. Reg. Sueciæ, *nunc Alex.* 11. Regula Aureliani Episcopi.
(c) Est Hymnus Matutinalis apud Amalarium in supplemento tom. 2. Analectorum Mabillonii. Aurelianus Episcopus in sua Regula ponit pro Matutinis, qui & meminit Hymni ad Nocturnum: *Rex æternæ Domine.* (d) Vide S. Aug. lib. 1. Retract. cap. 2. Bedam de Arte Metrica, & S. Ambrosium in Exaemero lib. 5. cap. 24.

(1) *Alex.* 11. Sancto quoque Spiritui.
(2) *Idem MS.* Terrorum tempus &c.
(3) *In Vat.* 82. *inscribitur:* Hymnus nocturnalis. *Extat & in nov. Ambros. edit.*

temporum das tempora. * ut alleves fastidium.

Præco diei jam sonat. * noctis profundæ pervigil. * nocturna Lux viantibus * a nocte noctem segregans.

Hoc excitatus Lucifer * solvit polum caligine. * hoc omnis errorum chorus * [1] viam nocendi deserit.

Hoc nauta vires colligit. * Pontique mitescunt freta. * hoc ipsa Petra Ecclesiæ. * canente culpam diluit.

Surgamus ergo strenuè. * gallus jacentes excitat. * & somnolentos increpat. * gallus [2] negantes arguit.

Gallo canente spes redit. * ægris salus refunditur. * mucro latronis conditur. * lapsis fides revertitur.

Jesu paventes respice. * & nos videndo corrige. * si respicis. lapsus cadunt. * fletuque culpa solvitur.

Tu lux refulge sensibus. * mentisque somnum discute. * te nostra vox primum sonet. * & ora solvamus tibi.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito. * & nunc & in perpetuum. Amen.

Hujus Hymni meminit Beda. [a]

HYmnum dicat turba fratrum. hymnum cantus personet. * Christo Regi concinentes laudes demus debitas.

Tu Dei de corde Verbum. tu via. tu veritas. * Jesse Virga tu vocaris. te Leonem legimus.

Dextra Patris. Mons. & Agnus. Angularis tu Lapis. * Sponsus idem. vel Columba. Flamma. Pastor. Janua.

In Prophetis inveniris nostro natus sæculo. * ante sæcula tu fuisti factor primi sæculi. *Nocturni ad galli cantum.*

Factor cæli. terræ factor. congregator tu maris. * omniumque tu creator. quæ Pater nasci jubet.

Virginis receptus membris. Gabriele nuncio. * crescit alvus prole facta. nos monemur credere.

Rem novam nec ante visam. Virginem Puerperam. * Tunc Magi stellam sequuti primi adorant Parvulum.

Offerentes thus. & aurum. digna Regi munera. * mox Herodi nunciatum invidens potentiæ.

Tum jubet parvos necare. turbam fecit Martyrum. * fertur infans occidendus Nili flumen quo fluit.

Qui refertur post Herodem nutriendus Nazareth. * multa parvus. multa adultus signa fecit cælitus.

Quæ latent. & quæ leguntur. coram multis testibus. * (prædicans celeste Regnum) dicta factis approbat.

Debiles fecit vigere. cæcos luce illuminat. * verbis purgat lepræ morbum. mortuos resuscitat.

Vinum quod deerat hydriis mutari aqua jubet. * nuptiis mœrore tentis propinato poculo.

Pane quino. pisce bino quinque pascit milia. * & refectis. [b] fragmenta cœnæ ter quaternis corbibus.

Turba ex omni discumbenti jugem laudem pertulit. * Duodecim viros probavit. per quos vita discitur.

Ex quibus unus invenitur Christi Judas traditor. * instruuntur missi ab Anna proditoris osculo.

Innocens captus tenetur. nec repugnans

(a) Hic Hymnus ab Hincmaro lib. De non trina Deitate vocatur: *Hymnus Evangelicus pulcherrime compositus a S. Hilario Episcopo Pictaviensi.*
(b) Hos versiculos citat Hincmarus.

(1) *Vat.* 82. vias *plurium numero.* (2) *Idem*, negantem.

Nocturni ad galli cantum.

pugnans ducitur. * sistitur falsis. grassatur. offerendus Pontio.

Discutit objecta Præses. nullum crimen invenit. * sed cum turba Judæorum pro salute Cæsaris

Dicerent Christum negandum. turbis Sanctus traditur. * impiis verbis gravatur. sputa. flagra sustinet.

Scandere crucem jubetur Innocens pro noxiis. * morte carnis (quam gerebat) mortem vicit omnium.

Tum Deum clamore magno Patrem pendens invocat. * mors sequuta membra Christi laxat stricta vincula.

Vela templi scissa pendent. nox obscurat sæculum. * excitantur de sepulchris dudum clausa corpora.

Adfuit Joseph beatus. corpus myrrha perlitum. * linteo rudi ligatum cum dolore condidit.

Milites servare corpus Annas Princeps præcipit * ut videret. si probaret Christus quod spoponderat.

Angelum Dei trementes veste amictum candida. * quo candore claritatis vellus vicit sericum.

Demovet saxum sepulchro. surgit Christus integer. * Hæc vidit Judæa mendax. hæc negat cum viderit.

Fœminæ primum monentur Salvatorem vivere. * quas salutat ipse mœstas. complet tristeis gaudio.

Seque a mortuis paterna suscitatum dextera. * tertia die rediisse nunciat Apostolis.

Mox videtur a beatis. quos probavit. Fratribus. * quod rediisset ambigentes. intrat clausis janius.

Dat docens præcepta legis. dat Divinum Spiritum. * * Spiritum Dei. perfectum Trinitatis vinculum.

Præcipit totum per Orbem baptizare credulos. * nomen Patris invocantes. confitentes Filium.

Mystica fide revelat tinctos Sancto Spiritu. * fonte tinctos. innovatos. filios factos Dei.

Ante lucem turba fratrum concinimus gloriam. * qua docemur nos futuros sempiterna sæcula.

Galli cantus. galli plausus proximum sentit diem. * nos cantemus. & precantes. quæ futura credimus.

Majestatemque immensam concinimus uniter. * ante lucem nunciemus Christum Regem sæculo.

Ante lucem nunciemus Christum Regem Domini. * & qui in illum recte credunt. regnaturi cum eo.

Gloria &c.

Die Dominico ab Æquinoctio Autumnali.

S. Gregorii Papæ. [b]

PRimo dierum omnium * (quo Mundus extat conditus. * vel quo resurgens Conditor * nos morte victa liberat)

Pulsis procul torporibus * surgamus omnes ocyus. * & nocte quæramus Pium. * sicut Prophetam novimus.

Nostras preces ut audiat. * suamque dextram porrigat. * & expiatos sordibus * reddat polorum sedibus.

Ut quique sacratissimo * hujus diei tempore. * horis quietis psallimus. * donis beatis muneret.

Jam nunc Paterna claritas * te postulamus affatim. * absit libido sordidans. * omnisque actus noxius.

Ne fœda sit vel lubrica * compago nostri corporis. * per quam Averni ignibus

(a) Hos versiculos citat Hincmarus ut supra. (b) Sancti Ambrosii ex Amalario in Supplemento edito a Jo: Mabillon. tom. 2. Veterum Analectorum pag. 138.

ignibus * ipsi crememur acriùs.

Ob hoc Redemptor quæsumus . * ut probra nostra diluas . * vitæ perennis commoda * nobis benignè conferas.

Quo carnis actu exules . * effecti ipsi cælibes * (ut præstolamur cernui) * melos canamus gloriæ.

Præsta Pater piissime . * Patrique compar Unice . * cum Spiritu Paraclito * regnans per omne sæculum. Amen.

ITEM DIE DOMINICO POST ÆQUINOCTIUM VERNALE.

S. Gregorii Papæ.

NOcte surgentes vigilemus omnes . * semper in psalmis meditemur . atque * nisibus totis Domino canamus * dulciter hymnos.

Ut pio Regi pariter canentes . * cum suis Sanctis mereamur aulam * ingredi cæli . simul & beatam * ducere vitam.

Præstet hoc nobis Deitas beata * Patris ac Nati . pariterque Sancti * Spiritus . cujus reboat in omni gloria Mundo. Amen.

FERIA II.

[a] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

SOmno refectis artubus . * spreto cubili surgimus . * nobis Pater canentibus * adesse te deposcimus.

Te lingua primum concinat . * te mentis ardor ambiat . * ut actuum sequentium * tu Sancte sis exordium.

Cedant tenebræ lumini . * & nox diurno sideri . * ut culpa (quam nox intulit) * lucis labascat munere. *Nocturni ad galli cantum.*

Precamur iidem supplices . * noxas ut omnes amputes . * & ore te canentium * lauderis in perpetuum.

Præsta Pater piissime . * Patrique compar Unice &c.

FERIA III.

[b] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

COnsors Paterni luminis . * lux ipse lucis & dies . * noctem (canendo) rumpimus . * assiste postulantibus.

Aufer tenebras mentium . * fuga catervas dæmonum . * expelle somnolentiam . * ne pigritantes obruat.

Sic Christe nobis omnibus * indulgeas credentibus . * ut prosit exorantibus * quod (præcinentes) psallimus.

Præsta . Pater piissime . * Patrique compar unice &c.

FERIA IV.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

REum Creator optime . * rectorque noster aspice . * nos a quiete noxia * mersos sopore libera.

Te Sancte Christe poscimus . * ignosce tu criminibus . * ad confitendum surgimus . * morasque noctis rumpimus.

Mentes . manusque tollimus . * Propheta sicut noctibus * nobis gerendum præcipit . * Paulusque gestis censuit.

Vides malum . quod gessimus . * occulta

(a) S. Ambrosio adscribit Hincmarus lib. De non trina Deitate.
(b) S. Ambrosio adscribit Hincmarus De non trina Deitate , qui legit
Noctem canendo rumpimus
Adesto postulantibus.

Nocturni ad galli cantum. occulta nostra pandimus . * preces gementes fundimus . * dimitte quod peccavimus·

Præsta Pater piissime . * Patrique compar Unice &c.

FERIA V.

S. Ambrosii Episc· Mediolanen·

NOX atra rerum contegit * terræ colores omnium . * nos confitentes poscimus * te juste Judex cordium·

Ut auferas piacula . * sordesque mentis abluas . * donesque Christe gratiam . * ut arceantur crimina·

Mens ecce torpet impia . * quam culpa mordet noxia . * obscura gestit tollere . * & te Redemptor quærere·

Repelle tu caliginem * intrinsecus quam maximè . * ut in beato gaudeat * se collocari lumine·

Præsta . Pater piissime . * Patrique compar Unice &c.

FERIA VI.

[a] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen·*

TU Trinitatis Unitas . * Orbem potenter qui regis · * attende laudum cantica . * quæ (excubantes) psallimus ·

Nam lectulo consurgimus * noctis quieto tempore * ut flagitemus vulnerum * a te medelam omnium·

Quo fraude quidquid dæmonum * in noctibus deliquimus * abstergat illud cælitus * tuæ potestas gloriæ·

Ne corpus adsit sordidum . * nec torpor instet cordium . * nec criminis contagio * tepescat ardor spiritus·

Ob hoc Redemptor quæsumus · * reple tuo nos lumine . * per quod dierum circulis * nullis ruamus actibus · .

Præsta . Pater piissime . * Patrique compar Unice &c.

SABBATO

[b] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen·*

SUmmæ Deus clementiæ . * Mundique factor machinæ . * Unus potentialiter . * Trinusque personaliter·

Nostros pius cum canticis * fletus benigne suscipe . * quo corde puro sordibus . * te perfruamur largiùs·

Lumbos . jecurque morbidum * adure igni congruo . * accincti ut sint perpetim . * luxu remoto pessimo·.

Ut quique horas noctium * nunc concinendo rumpimus . * donis beatæ patriæ * ditemur omnes affatim .

Præsta Pater piissime &c.

INCIPIUNT HYMNI MATUTINI

Mane . sive diluculo . albescente cælo . ac incipiente luce·

S. Hilarii Episc. Pictavorum·

LUcis largitor [c] optime . * cujus [d] sermonis lumine * post lapsa noctis tempora * dies [e] refulsus panditur·

Tu verus Mundi Lucifer . * non is qui [f] parvus oritur * venturæ lucis nuncius . * angusto [g] fulgens lumine·

Sed

(a) Hincmarus attribuit S. Ambrosio Lib. De non trina Deitate .
(b) Hincmarus lib. De non trina Deitate adscribit S. Ambrosio . (c) al. splendide .
(d) sereno . (e) refusus . (f) parvi sideris . (g) fulget .

Sed toto sole clarior * lux ipse totus & dies. * interna nostri pectoris * illuminans præcordia ·

Adesto rerum Conditor. * Paternæ lucis gloria. * cujus [a] ad nutum gratiæ. * nostra [b] patescunt corpora · [c]

[d] Tu quoque pleno spiritu. * secum Deum gestantia. * [e] ne rapientes perfidi * duris patescat fraudibus ·

Ut inter actus sæculi. * (vitæ quos usus exigit) * omni carentes crimine. * tuis [f] nitamur legibus ·

Probrosas mentis castitas * carnis vincat libidines. * sanctumque puri corporis * delubrum servet spiritus ·

Hæc spes precantis animæ. * hæc sunt votiva munera. * ut matutina nobis sit * lux in noctis custodiam ·

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito. * cum Spiritu Paraclito. * nunc & per omne sæculum · Amen ·

[g]

Deus. Pater Ingenite. * & Fili Unigenite. * quos Trinitatis Unitas * Sancto connectit Spiritu ·

Te frustra nullus invocat. * nec cassis unquam vocibus. * amator tui luminis * ad cælum vultus erigit ·

Et tu suspirantem. Deus. * vel vota supplicantium. * vel corda confitentium * semper benignus aspice ·

Nos lucis ortus admonet * grates deferre debitas. * tibique laudes dicere. * quòd nox obscura præterit ·

Diem precamur bonum. * ut nostros Salvator actus * sinceritate perpeti * pius benigne instruas · *Matutini*

Deo Patri sit gloria &c.

[h]

In Matutinis surgimus * reddentes laudes debitas * Deo. Jesuque Domino * in unitatem gloriæ ·

Sanctorum choro psallimus · * cervices nostras flectimus. * peccata nostra pandimus · . . . . .

Oremus Deo jugiter. * vincamus in bono malum. * cum fructu pœnitentiæ * votum perenne reddere ·

Christum rogemus & Patrem. * Christique Patris Spiritum. * ut det nobis auxilium. * & repellat hostem invidum ·

Deo Patri sit gloria &c.

[i]

Deus. Creator omnium. * lucis auctor & diei · * perlustra corda omnium. * Jesu bone. Fidelium ·

Lucescat habitaculum. * tuum. Christe. hospitium. * nostræque tectum animæ. * figmentum tuæ dexteræ ·

Tuo cruore proprio. * quo ipse commercatus es. * lucratus Deo animas. * tua morte ultronea ·

Lætetur caro fragilis. * simulque & homo interior * vicisse noctis tenebras * perennis lucis lumine ·

Diei hujus gratia * concede. sine crimine * custodia perpetua * fruamur tua. Domine ·

(a) admota gratia. (b) *al.* pavescunt *pro* patescunt.

(c) *Unus Cod. adjungit:*
Tuaque sancta dextera
Tuere nos per sæcula.
Post hujus vitæ terminum
Vitam perennem tribue.

(d) Tuoque plena spiritu, *supple* sunt.

(e) Nihil adrepentis perfidi
Occultis pateat fraudibus. *unus Cod.*

(f) vivamus. (g) Brev. Mozarabum Fer. IV. post Octavam Epiphaniæ.

(h) Brev. Mozarabum Fer. V. post Octavam Epiphaniæ.

(i) Brev. Mozarabum in Sabbato post Dominicam primam Quadragesimæ.

Matutini Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * Sancto simul Paraclito. * in sempiterna sæcula. Amen.

[a]

JAM meta noctis transiit. * somni quies jam præteriit. * aurora surgit fulgida. * spargit cælum lux nova.

Sed cum diei spiculum * cernamus. hinc nos omnium * ad te. Superne Lucifer. * preces necesse est fundere.

Te lucis. Sancte Spiritus. * & charitatis actibus. * ad instar illud gloriæ. * nos innovatos effice.

Præsta Pater piissime &c.

Die Dominico ab Æquinoctio Autumnali.

Æterne rerum Conditor [b] &c. *Require supra in Hymnis Nocturnis ad primum galli cantum.*

ITEM DIE DOMINICO POST ÆQUINOCTIUM VERNALE.

S. Gregorii Papæ.

ECce jam noctis tenuatur umbra.* lucis aurora rutilans coruscat. * nisibus totis rogitemus omnes * Cunctipotentem.

Ut Deus noster miseratus omnem * pellat languorem. tribuat salutem. * donet & nobis pietate Patris * regna polorum.

Præstet hoc nobis Deitas beata * Patris ac Nati. pariterque Sancti * Spiritus. cujus reboat in omni * gloria Mundo. Amen.

FERIA II.

[c] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

SPlendor [1] Paternæ gloriæ. * de luce lucem proferens. * [2] lux lucis. & fons luminis. * [d] dies dierum inluminas.

Verusque Sol inlabere. * micans nitore perpeti. * jubarque Sancti Spiritus * infunde nostris sensibus.

Votis vocemus & Patrem. * Patrem perennis gloriæ. * Patrem potentis gratiæ. * culpam [3] releget lubricam.

Informet actus strenuos. * [4] dentem retundat invidi. * casus secundet asperos. * donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet & regat * casto fideli corpore. * Fides calore ferveat. * fraudis venena nesciat.

Christusque nobis sit cibus. * potusque noster sit Fides. * [5] læti [e] bibamus sobriam * ebrietatem Spiritus.

Lætus dies hic transeat. * pudor sit ut diluculum. * Fides velut meridies. * crepusculum mens nesciat.

Auroræ [6] cursus provehat. * aurora totus prodeat * in Patre totus Filius. * & totus in Verbo Pater.

Gloria tibi Domine. * gloria Unigenito &c.

FERIA III.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [f]

ÆTernæ lucis Conditor. * lux ipse totus & dies. * noctem nec ullam sentiens * natura lucis perpeti.

Jam

(a) Brev. Mozarabum in Officio Auroræ in diebus Feriis.
(b) Vide Amalarium in supplemento edito tom. 2. Analectorum Joan. Mabillon. p. 138.
(c) Aurelianus Episcopus in sua Regula. Beda De Arte Metrica, & Hincmarus De non trina Deitate. (d) *Hincmarus* : diem dies illuminans. (e) *Idem* : bibamus sobriè ebrietate spiritus.
(f) MS. vetustissimum Reg. Sueciæ, & Brev. Mozarabum in Fer. VI. post primam Domin. Quadrag.

(1) *Exstat in nova Ambrosii editione, in Cod. Alex. 11. & Vat. 82. Ab Alex. inscribitur* : Hymnus secunda Feria dicendus.
(2) *Nov. Ambrof. ed.* Primordiis lucis novæ. Diem dies illuminans.
(3) *Alex. 11.* relegit.
(4) *Nov. Ambrof. ed.* dentes retundat &c.
(5) *Alex. 11.* læti bibamus sobria * ebrietate Spiritus.
(6) *Vat. 82.* Aurora: *Alex. 11.* Auroræ cursus provehit: *nova Ambrof. ed.* Aurora cursus provehit.

Jam cedit [1] pallens proximo * dici nox adventui . * obtundens lumen siderum . * adest & clarus Lucifer ·

Jam stratis læti surgimus . * grates canentes & tuas . * quòd cæcam noctem vicerit * revectans rursus Sol diem ·

Te nunc ne carnis gaudia * blandis subrepant æstibus . * dolis nec cedat sæculi * mens nostra . Sancte . quæsumus ·

Ira ne rixas provocet.* gula ne ventrem incitet . * opum pervertat ne fames . * turpis ne luxus occupet ·

Sed firma mente sobrii . * casto manentes corpore . * toto fideli spiritu . * Christe . ducamus hunc diem ·

Deo Patri sit gloria . * ejusque soli Filio &c.

A. Prudentii C

Ales diei nuncius * lucem propinquam præcinit . * nos excitator mentium * jam Christus ad vitam vocat ·

Auferte (clamat) lectulos * ægros . soporos . desides . * castique recti ac sobrii . * vigilate . jam sum proximus ·

Jesum ciamus vocibus . * flentes . precantes . sobrii . * intenta supplicatio . * dormire cor mundum vetat ·

Tu Christe somnum disjice . * tu rumpe noctis vincula . * tu solve peccatum vetus . * novumque lumen ingere .

Præsta Pater piissime &c.

Feria IV. Matutini

(a) *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.* [2]

Fulgentis Auctor ætheris . * qui Lunam lumen noctibus . * Solem dierum cursibus . * certo fundasti tramite ·

Nox atra jam depellitur . * Mundi nitor renascitur . * novusque jam mentis vigor * dulcis in actus erigit ·

Laudes sonare jam tuas * dies relatus admonet . * vultusque cæli blandior . * nostra serenat pectora ·

Vitemus omne lubricum . * declinet prava spiritus . * vitam facta non inquinent . * lingua culpam non implicet ·

Sed Sol diem dum conficit . * Fides profunda ferveat . * Spes ad promissa provocet . * Christo conjungat Charitas ·

Gloria Deo Patri &c.

A. Prudenti C.

Nox & tenebræ & nubila . * confusa Mundi & turbida . * (intrat . albescit polus . * Christus venit) discedite ·

Caligo terræ scinditur . * percussa Solis spiculo . * rebusque jam color redit . * vultu nitentis Sideris ·

Te Christe solum novimus . * te mente pura & simplici . * flendo & canendo . quæsumus . * intende nostris sensibus ·

Sunt multa fuscis inlita . * quæ luce purgentur tua . * tu lux Eoi Sideris * vultu sereno inlumina ·

Præsta Pater piissime &c.

(a) MS. vetustissimum Reg. Sueciæ , & Brev. Mozarabum Fer. II. post Dom. I. Epiphaniæ . Aurelianus Episcopus in sua Regula hunc Hymnum ponit ad Primam .

(1) *MS. Alex. 11. in quo præsens Hymnus inscribitur :* Item ad tertia Feria dicendus : *heic habet* pollens .

(2) *In MS. Alexandr. præsentis Hymni Inscriptio ita se habet :* Hymnus quarta Feria dicendus .

Matutini

[a] FERIA V. [1]

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

DEus æterni luminis * candor inenarrabilis . * venturus diei Judex . * qui mentis occulta vides .

Tu regnum cælorum tenes . * & totus in Verbo tu es . * per Filium cuncta regis . * Sancto Spiritui fons es .

Trinum nomen [2] alta vides . * unum per omnia potens . * mirumque per signum Crucis . * tu rector immensæ lucis .

Tu Mundi Constitutor es . * Tu [b] in septimo Throno sedes * Judex . ex alto humilis * venisti pati pro nobis .

Tu Sabaoth [3] Omnipotens . * tu Hosianna summi culminis . * tibi laus est mirabilis . * tu es prima Anastasis .

Tu Fidei auditor es . * & humiles tu respicis . * tibi alta sedes thronus . * tibi divinus est honor .

Christo , æternoque Deo * Patri cum Sancto Spiritu . * vitæ solvamus munera * a sæculis in sæcula . Amen .

A. Prudentii C.

LUX ecce surgit aurea . * pallens facessat cæcitas . * quæ nosmet in præceps diu * errore traxit devio .

Hæc lux serenum conferat . * purosque nos præstet sibi . * nihil loquamur subdolum . * volvamus obscurum nihil .

Sic tota decurrat dies . * ne lingua mendax . ne manus . * oculive peccent lubrici . * ne noxa corpus inquinet .

Speculator adstat desuper . * qui nos diebus omnibus * actusque nostros prospicit . * a luce prima in vesperum .

Deo Patri sit gloria &c.

FERIA VI. [4]

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [c]

CHriste Rex cæli . Domine . * Mundi Salvator maxime . * qui nos hoc Crucis munere . * mortis solvisti crimine .

Te deprecantes poscimus . * tua conserves munera . * quæ per legem Catholicam * cunctis donasti Gentibus .

Tu Verbum Patris æterni . * ore Divino editus . * Deus ex Deo consistens * Unigenitus Filius .

Te universa creatura * Mundi fatentur Dominum . * [d] jussu Patris inchoata . * tuis perfecta viribus .

Tibi omnes & Angeli * cælestem [5] præstant gloriam . * te chorus Archangelorum * divinis laudant vocibus .

Te Seniorum multitudo . * bis duodenus numerus . * odoramentis plenas gestans . * supplex adorat . pateras .

Tibi Cherubim & Seraphim . * Throni Paterni luminis . * senis alarum plausibus . * clamore jugi personant .

Sanctus . Sanctus . Sanctus * Dominus Deus Sabaoth . * omne cælum atque terra . * tua sunt plena gloria .

Hosianna Fili David . * benedictus es a Patre * qui in nomine Dei venisti * de excelsis Domine .

Tu Agnus immaculatus * es datus terræ

(a) MS. vetustissimum Reg. Sueciæ : & Brev. Mozarabum Fer. III. post Dominicam Epiphaniæ.
(b) Vide Concilium Romanum sub Zacharia P. instante S. Bonifacio . Harduini tom.3. col.1940.
(c) MS. Vetustissimum Reg. Sueciæ . (d) Vide S. Gregorium Theologum lib. II. cap.VI. apud Euthymium in Commentario Evangelii secundum Joannem Biblioth. PP. tom. 19. pag.680. ad ea verba cap.5. *non potest Filius a se facere quidquam &c.* & ad alia : *Pater namque diligit Filium &c.*

(1) *Alex.* II. Hymnus quinta Feria dicendus.
(2) *Idem MS.* alta fides *pro* alta vides.
(3) *Idem* , *loco* omnipotens *præfert* homini potens .
(4) *Alex.* II. Hymnus sexta Feria dicendus .
(5) *Idem MS.* præsentant .

terræ Victima. * qui Sanctorum vestimenta * tuo lavisti sanguine.

Te multitudo beatorum * cæli locata Martyrum. * palmis insignis & coronis. * Ducem sectantur gloriæ.

Quorum nos addas numero. * te precamur. Domine. * una voce te sonamus * unum laudamus carmine.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

Æterna cæli gloria. * beata spes mortalium. * celsi Tonantis Unice. * castæque proles Virginis.

Da dexteram surgentibus. * exurgat & mens sobria. * flagransque in laudem Dei * grates rependat debitas.

Ortus refulget Lucifer. * sparsamque lucem nunciat. * cadit caligo noctium. * lux sancta nos illuminet.

Manensque nostris sensibus * noctem repellat sæculi. * omnique fine diei. * purgata servet pectora.

Quæsita jam primum Fides. * radicet altis sensibus. * secunda Spes congaudeat. * qua major extat Charitas.

Deo Patri sit gloria &c.

SABBATO.[1]

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.[a]

Diei luce reddita. * primis post somnum vocibus. * Dei canamus gloriam. * Christi fatentes gratiam.

Per quem Creator omnium. * diem noctemque condiens. * æterna lege sanciens. * ut semper succedant sibi.

Tu vera lux Fidelium. * quem lex æterna non tenet * noctis. nec ortus occidens. * æterno fulgens lumine.

Christe. precamur. annuas * orantibus servis tuis. * iniquitas ne sæculi * nostram captivet fidem.

Non quo reddamus invicem. * vincamus in bono malum. * absit nostris e cordibus * ira. dolus. superbia.

Absistat avaritia. * malorum radix omnium. * vinum mentem non occupet. * ebrietate perdita.

Sit[2] noster sensus competens. * tum bibamus poculum. * conservet pacis fœdera * non simulata charitas.

Sit inlibata castitas. * credulitate perpeti. * addendis non sit prædiis * malesuada semper fames. * ut si fluant divitiæ. * Prophetæ nos psalmus regat.

Presta Pater ingenite. * totum ducamus jugiter. * Christo placentes hunc diem. * Sancto repleti Spiritu.

Gloria &c.

Aurora jam spargit polum. * terris dies illabitur. * lucis resultat spiculum. * discedat omne lubricum.

Phantasma noctis decidat. * mentis reatus subruat. * quidquid tenebris horridum * nox attulit culpæ cadat.

Ut mane illud ultimum * (quod præstolamur cernui) * in lucem nobis effluat. * dum hoc canore concrepat.

Præsta Pater piissime &c.

HYMNI AD HORAM DIEI PRIMAM.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

Hora Prima.

JAM lucis orto Sidere * Deum precemur supplices. * ut in diurnis actibus * nos servet a nocentibus.

Linguam (refrænans) temperet. * ne litis horror insonet. * visum (fovendo) contegat. * ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima. * absistat & vecordia. * carnis terat superbiam * potus. cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit. * noctemque

(a) Ex MS. Vetustissimo Reg. Sueciæ.

(1) Alex. 11. Hymnus diei Sabbati dicendus.

(2) Idem MS. sit nostris sensibus competens.

Hora Prima. que fors reduxerit. * mundi per abstinentiam. * ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria &c.

[a] *Ambrosianum.*

CHriste cælorum [1] conditor. * Deus Dominator omnium. * placabilis nos aspice * precantes tuos famulos.

Hora Prima psallimus. * laudes Deo referimus. * qui cæcam noctem vicimus. * Christum Regem requirimus.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * cum Spiritu Paraclito * & nunc & in perpetuum.

Gloria tibi Pater. * gloria Unigenito. * unà cum Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

[b]

POst matutinas laudes. * quas Trinitati psallimus. * psallamus rursus admonet * verus Pater familias.

Simus semper solliciti. * ne prætereat Opus Dei. * sed oremus sedulè. * sicut docet Apostolus.

Psallamus mente Domino. * psallamus simul Spiritu. * ne vaga mens in turpibus * inertes tegat animos.

Sed septies in hac die * dicamus laudes Domino. * Divinitati perpetim * debitam demus gloriam.

Gloria Deo Patri. * gloria Unigenito. * unà cum Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula. Amen.

JAM lucis splendor rutilat. * noctis fugatis tenebris. * reddamus laudes Domino. * qui manet ante sæcula.

Pellamus omne noxium. * poscamus omne prosperum. * defendat suos famulos * virtus æterna jugiter.

Ut ore ei consono. * & corde devotissimo * possimus omni tempore * laudes referre debitas. [c]

HYMNI AD HORAM DIEI SECUNDAM. [d]

JAM nos Secundæ præmonet * Horæ peractis circulis. * Deo sacratum promere * hymnum perennis gloriæ.

Exurge Jesu. alleva * cordis rei fastidia. * ut lingua clare concinat * laudis tuæ magnalia.

Infunde lumen Spiritus. * da claritatem cordibus. * quo te Deum per omnia * laudemus semper sæcula. Amen.

INCIPIUNT HYMNI AD HORAM TERTIAM. [e] [2]

S. Ambrosii Episc. Modiolanen.

JAM surgit Hora Tertia. * qua Christus ascendit Crucem. * nil insolens mens cogitet. * intendat affectum precis.

Qui corde Christum [3] suscipit. * innoxium sensum gerit. [f] * votisque perstat sedulis. * Sanctum mereri Spiritum.

Hæc Hora. quæ finem dedit * [4] diri

veterno

(a) Ex Cod. Vaticano num. 82. (b) Ex Cod. MS. Reginæ Sueciæ num. 1352.
(c) *al.* Deo Patri. (d) In Brev. Mozarabo Hymno Horæ Primæ nunc conjunctus.
(e) MS. Vetustissimum Reg. Sueciæ, & Vat. 82. 83. Regula Aureliani Episcopi.
(f) S. August. libro De Natura & Gratia cap. 63. Beda De Arte Metrica.

(1) *Vocem* conditor *omittit Vat.* 82.
(2) *Alex.* 11. *inscribit*: Hymnus ad tertiam. *ut Ambrosii agnoscunt & PP. Maurini in nova Ambros. ed.*
(3) *Vat.* 82. suscepit *licet sequiori cura factum* suscipit *exhibeat. Idem MS. infra cum nova Ambros. ed.* votisque præstat sedulis.
(4) *Alex.* 11. diri veterni criminis; *Vat.* 82. diri veterno crimini; *& paulo inferius idem Vat. una cum nov. Ambros. ed.* diluit *habet pro* diruit.

veterno criminis. * mortisque regnum diruit. * culpamque ab ævo sustulit.

Hinc [1] jam beata tempora. * Christi cepere gratiam. * Fide replevit veritas * totum per Orbem Ecclesias.

Celsus [2] triumphi vertice. * Matri loquebatur suæ. * En filius (Mater) tuus. * Apostole. en Mater tua.

Prætenta nuptæ fœdera * alto docens mysterio. * ne Virginis partus sacer * Matris pudorem læderet.

Cui fidem cælestibus * Jesus dedit miraculis. * nec credidit plebs impia. * qui credidit. salvus erit.

Nos credimus [3] Natum Deum. * partumque Virginis sacræ. * peccata qui Mundi tulit * ad dexteram sedens Patris.

Gloria &c.

[a]

JAM surgit Hora Tertia. * & nos intenti currimus. * psallendi opus implemus. * Christum laudemus Dominum.

Hora quoque jam Tertia * Christus Cruce suspensus est. * voluntatem Patris implevit. * Mundi peccatum abstulit.

Conscendit sedem propriam. * sedet ad Patris dexteram. * collaudant Throni Dominum. * quem perfidi negaverant.

Nos Christum Deum colimus. * Judicemque speramus. * quem Prophetæ cecinerunt. * Apostoli secuti sunt.

Egressus Hora Tertia * sanctus Paterfamilias. * per singulos denarios * conduxit operarios. *Hora Tertia.*

In tua. Christe. vinea * (quam præmio jam cernimus) * sequimur opus mysticum. * propter promissum optimum.

Ecce processit hora. * in qua Sanctus Spiritus * Apostolorum vascula * de verbo fecit ebria.

Infunde sensum. Domine. * ut te canamus laudibus. * Christe Redemptor omnium * sanctifica nostrum chorum.

Gloria tibi Domine &c.

[b] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

CErtum [4] tenentes ordinem. * pio poscamus pectore * (Hora diei Tertia) * Trinæ virtutis gloriam.

Ut simus habitaculum * illi Sancto Spiritui. * qui quondam in Apostolis * hac hora distributus est.

Hoc gradientes ordine. * ornavit cuncta splendidè * Regni cælestis conditor. * æternæ vitæ præmiis.

Gloria &c.

[c] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

NUnc Sancte nobis Spiritus. * [5] unum Patri cum Filio. * dignare promptus ingeri * nostro refusus pectori.

Os. lingua. mens. sensus. vigor. * [6] confessionem personent. * flammescat igne charitas. * accendat ardor proximos.

Præsta Pater piissime &c.

INCI-

(a) Brev. Mozarabum in Officio Horæ III.
(b) MS. vetustissimum Reg. Sueciæ, & Breviarium Mozarabum.
(c) S. Ambrosio adscribit Hincmarus lib. De non trina Deitate: & tam ipse quam Gothescalcus legunt: *unus Patris cum Filio.*

(1) *Alex.* 11. hic jam beata tempora. Christi cœpere gratia: *nov. Ambros. ed.* cœpere Christi gratia.

(2) *Vat.* 82. & *nov. Amb. ed.* Celsi triumphi vertice.

(3) *Vat.* 82. Natum Dei.

(4) *Alex.* 11. *inscribit*: Hymnus ad Tertiam cotidianus.

(5) *Vat.* 82. unus Patris cum Filio.

(6) *Idem MS.* confessione personent, flammescat ignis, caritas &c.

Hora Sextæ.

INCIPIUNT HYMNI AD HORAM DIEI SEXTAM.

[a] *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.* [b]

BIS ternas horas explicans * diei Sol ingreditur. * ut sex idemque transigat. * [1] innocens claudat auditum.

Nos ergo nunc consamuli. * Prophetæ dicti memores. * solvamus ora in canticis. * prece mixta. Davidicis.

Ut septies diem verè * orantes cum psalterio. * laudesque cantantes Deo. * læti solvamus debitum.

Sic enim Christi gratia. * peccantibus dat veniam. * sæpeque confitentibus * non aderit mors impia.

Memento non desit tamen * orantibus servis Dei. * quod Pauli vox Apostoli. * servandum prædixit nobis.

Cujus vox hoc promeruit. * ut diceret idem Deo. * [2] Orabo mente Dominum. * orabo simul spiritu.

Ne vox sola Deo canat. * sensusque noster alibi [d] ductus. aberret fluctuans * vanis præventus casibus.

Tunc enim Deo accepta est * oratio canentium. * si pura mens idem gerat. * quod explicat vox cantici.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [c]

JAM Sexta sensim volvitur * ter binis Hora cursibus. * diesque puncto æquali. * utramque noctem respicit.

Venite servi supplices. * mente & ore extollite. * dignis beatum laudibus. * Nomen Dei cum cantico.

Hoc namque tempus illud est. * quod sæculorum Judicem. * injusta morti tradidit * mortalium sententia.

Cum Sol repente territus * horrore tanti criminis. * mortem minatus sæculis. * diem refugit impium.

Hoc & beatus tempore * Abraham fideliter * [3] peritus in mysterio. * Tres vidit. Unum credidit.

Hanc ad precandum congruam. * Salvator horam tradidit. * cum diceret fidelibus. * Patrem rogandum servulis.

Necnon & ille pertinax * [d] [usus] hostis fidei. gratiam * (quam prædicavit Gentibus) * hoc est adeptus tempore.

Et nos amore debito. * timore justo subditi. * adversus omnes impetus. * quos sævus hostis incutit.

Unum rogemus [&] Patrem * Deum. Regemque Filium. * simulque Sanctum Spiritum. * in Trinitate Dominum.

Ut quos redemit passio. * isto peracta tempore. * possit sub ipso tempore. * servare deprecatio.

Gloria &c.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

DIcamus [e] laudes Domino. * ferventi rursus spiritu. * Hora voluta sexies. * nos ad orandum provocat.

Quia

(*a*) Ex Cod. Vat. 82.
(*b*) Ex Cassiodoro in Psalmum CI. pag. 337. nov. ad Rotomag.
(*c*) Ex MS. vetustissimo Reg. Succiæ. Regula Aureliani Episcopi.
(*d*) Erat alia manu in Codice, cujus priores literæ obsoluerant, indicabant autem Paulum, de quo hìc est sermo.
(*e*) Ex MS. vetustissimo Reg. Succiæ.

(1) *Vat.* 82. in noctis claudat auditum.

(2) *Hæc sunt verba quæ laudat Cassiodorus loco a Thomasio indicato, dicens*: Hinc etiam Sancti Ambrosii secundùm Apostolum, horæ sextæ roseus hymnus ille redoluit; ait enim: Orabo mente Dominum &c. *Hæc Cassiodorus, cui ad marginem addiderunt Editores hæc verba*: Hymnus iste desideratur.

(3) *Alex.* 11. *præsentem hymnum inscribens*: Hymnus ad sextam, *hæc habet* reperitus *pro* peritus.

Quia in hac fidelibus * veræ ſalutis gratia : * beati Agni hoſtia . * Crucis virtute redditur ·

Cujus luce clariſſima * tenebreſcat Meridies . * ſumamus toto pectore * tanti ſplendoris gratiam :

Gloria &c.

JAM curſus Horæ Sextæ * rotat diei tempora . * nos admonet per omnia . * laudes referre debitas ·

Nunc Petrus orans genibus . * fidem futuram proſpicit . * nunc viva Chriſtus ſemina * inſtat fluenta tradere ·

Hoc Solis ævo myſticè * tres Patriarcha hoſpitat * carnis figuræ nuncios * ſub Trinitatis numine ·

Perfecta ſummi calculi . * & prima conſtat partibus . * quæ data ſeſe perficit . * tenetque Mundi fabricam ·

Hæc nempe . Chriſte . condita . * manent tua potentia . * cujus poteſtas gloriæ . * per cuncta regnat ſæcula : Amen ·

S· Ambroſii Epiſc· Mediolanen·

RECtor potens . verax Deus . * qui temperas rerum [1] vices . * ſplendore mane inſtruis . * & ignibus Meridiem ·

Extingue [2] flammas litium . * aufer calorem noxium . * confer ſalutem corporum . * veramque pacem cordium ·

Deo Patri ſit gloria &c.

INCIPIUNT HYMNI AD HORAM DIEI NONAM · [3] *Hora Nona.*

S· Ambroſii Epiſc· Mediolanen·

TER [a] Hora trina volvitur . * redire [4] qua Chriſtus ſolet * mercede largus vineam * locare mercenariis ·

Decet paratos ſiſtere * ne tranſeat merces Dei . * plantare quæ vitem ſolet . * Chriſtumque cordi adfigere ·

Hæc Hora . quæ reſplenduit . * Crucifque ſolvit nubila . * Mundum tenebris exuens . * reddens ſerena lumina ·

Hæc Hora qua reſuſcitans * Jeſus ſepulchris corpora * prodire mortis libera * juſſit reſuſo ſpiritu ·

Redit favilla in ſanguinem . * ciniſque carnem reddidit . * mixtique vivis mortui * videre Chriſti gloriam ·

Novata ſæcla [5] crederes . * mortis ſolutis legibus * vitæ beatæ munere * curſum perennem currere ·

Dicamus ergo proximi . * laudes Deo cum cantico . * confeſſus eſt latro fidem . * [6] quo eſt redemptus tempore ·

Qua gratia jejunium * læti ſolemus ſolvere . * inſtar futuri muneris * famem probati neſciant ·

Gloria &c.

(*a*) Ex Cod. vetuſtiſſimo Reg. Sueciæ , & Vat. 82. 83. Aureliani Epiſcopi Regula in die Paſchæ præſcribit .

(1) *Vat.* 82. rerum vice , *ſed factum ſecundis curis* . (2) *Idem MS.* Extingues , & *infra* aufer calore noxium .

(3) *Alex.* 11. *inſcribitur* Hymnus ad Veſperum in die jejunii .

(4) *Idem Alex.* quia *pro* qua . *Vat.* 82. *infra* . mercedem largus vineæ locare &c.

(5) *Vat.* 82. eredere :

(6) *Alex.* 11. *addita præpoſitione* : in quo eſt redemptus tempore .

Vespiri. *S. Ambrosii Episc. Mediolanen.*

PErfecto [a] [1] trino numero * ternis horarum terminis. * laudes canentes debitas * Nonam dicentes psallimus.

Sacrum Dei mysterium * puro tenentes pectore * Petri magistri regulam * signo salutis proditam.

Et nos psallamus spiritu * adhærentes Apostolis. * qui plantas adhuc debiles * Christi virtute dirigunt.

Gloria &c.

FUndere preces tempus est. * diei cursus admonet * canere laudis canticum * tibi Redemptor omnium.

Serenam mentem effice. * opus honestum perfice. * preces orantum accipe. * mentem perennem tribue.

Præsta Pater piissime &c.

COnvexa Solis orbita * novem voluta circulis. * horæ peracto tramite * ter conficit ternario.

Hoc Passionis tempore * complevit Auctor omnium. * nunc ad laborem vineæ * misit vocatos servulos.

Hac Petrus Hora mystica * claudi resolvit vincula. * nunc visionum cognitor * terno recursu terminat.

Hymni canamus gloriam * cum voce. puris mentibus. * Deo creanti prospera * per acta justis sæcula. Amen.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

RErum Deus tenax vigor. * immotus in te permanens. * lucis [2] diurnæ tempora * successibus determinans.

Largire clarum vespere. * quo vita nusquam decidat. * sed præmio mortis sacræ * perennis instet gloria.

Præsta Pater piissime &c.

INCIPIUNT HYMNI VESPERTINI

Recedente Sole. ac die cessante, hora incensi Lucernæ. [3] [b]

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

DEus qui certis legibus * noctem discernis ac diem. * [c] ut fessa curis corpora * somno relaxet. otio.

Te noctis inter horridæ * tempus precamur. ut sopor * mentem dum fessam detinet. * fidei lux inluminet.

Hostis ne fallax incitet * lascivis cura gaudiis. * secreta noctis advocans * blandus in æstus corporis.

Subrepat nullus sensui * horror timoris anxii. * inludat mentem nec vagam * fallax imago visuum.

Sed cum profundus vinxerit * somnus curarum nescius. * fides nequaquam dormiat. * vigil te sensus somniet.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * Sancto simul Paraclito * in sempiterna sæcula. Amen.

S. Am-

(a) Ex Cod. vetustissimo Reg. Sueciæ.
(b) Ex Cod. Reg. Sueciæ. Aurelianus Episcopus in sua Regula ad Lucernarium. Vide Breviar. Mozarabum p. 107.
(c) Brev. Mozarab. Ut fessa cures corpora. Somnus relaxet, otium.

(1) *Ad nonam præscribitur Hymnus iste in Alex. 11. in quo incipit*: Perfectum trinum numerum &c.

(2) *Vat. 82.* diurna.

(3) *Alex. 11. inscribitur* Hymnus Vespertinus.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [a]

DEus [1] Creator omnium. * polique rector. vestiens * diem decoro lumine. * noctem soporis gratia.

Artus solutos ut quies * reddat laboris usui. * mentesque fessas allevet. * luctusque solvat anxios.

Grates peracto jam die. * & noctis exortu. preces * [2] voti (reos ut adjuves) * hymnum canentes solvimus.

Te cordis ima concinant. * te vox canora concrepet. * te diligat castus amor. * te mens adoret sobria.

Ut [3] cum profunda clauserit * diem caligo noctium. * fides tenebras nesciat. * [4] & nox fidei luceat.

Dormire mentem [5] ne finas. * dormire culpa noverit. * castis fides refrigerans. * somni vaporem temperet.

Exuta sensu lubrico. * te cordis alta somnient. * nec [6] hostis invidi dolo. * pavor quietos suscitet.

Christum rogemus & Patrem. * Christi Patrisque Spiritum. * [7] Unum [b] potens per omnia. * fove precantes Trinitas.

Gloria &c.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen. [c]

SAtor Princepsque temporum * clarum diem laboribus. * noctemque qui laboribus * fixo distinguis ordine. *Vesperi.*

Mentem tu castam dirige. * obscura ne silentia * ad dira cordis vulnera * telis patescant invidi.

Somno non cedat spiritus. * vigilque custos corporis. * metus inanes arceat. * fallax depellat gaudium.

Vacent ardore pectora. * faces nec ullas sentiant. * adfixa ne praecordiis * mentis vigorem saucient.

Sed cum defessa corpora * somni tenebunt gratiam. * solo quietis sit memor fides. * soporem nesciat.

A. Prudentii C. Hymnus ad incensum Lucernae.

INventor rutili. Dux bone. luminis. * qui certis vicibus tempora dividis. * merso Sole chaos ingruit horridum. * lucem redde tuis. Christe. Fidelibus.

Splendent ergo tuis muneribus. Pater. * flammis mobilibus. scilicet atria. * absentemque diem lux agit aemula. * noctem illuminans fulgure praevio.

Nos festis trahimus per pia gaudia * noctem conciliis. votaque prospera. * concentu parili suave sonantibus * hymnorum modulis ora resolvimus.

O res digna. Deus. quam tibi roscidae * noctis principio grex tuus offerat * lucem! qua tribuis nil pretiosius. * lucem qua reliqua cernimus.

 Tu

(a) Ex Cod. Reg. Sueciae & Vat. 82. 83. S. Augustinus lib. 9. cap. 12. Confessionum, & lib. 6. de Musica cap. 9. & Aurelianus Episcopus in sua Regula ad Lucernarium, atque Hincmarus de non trina Deitate. (b) Hincmarus item legit, Unum. (c) Ex Cod. MS. Reg. Sueciae.

(1) *Alex.* 11. *& praesens una cum subsequenti inscribitur*, Hymnus Vespertinus: *Vat.* 82. Vespertinalis. *Exstat apud Maurinos nov. Ambros. edit. memoratur & a Josepho Bingamo lib.* 14. *cap.* 2. §. 10. *pag.* 53. *ed. Halae* 1728.

(2) *Vat.* 82. votis.

(3) *Idem MS.* Et cum profunda &c.

(4) *Ita Alex.* 11. *at Vat.* 82. *& PP. Maurini*: & nox fide reluceat.

(5) *Alex.* 11. ne sinat: *& infra pro* castis fides &c. *Nov. Ambros ed.* custos fides refrigerans: *tum idem MS. Alex.* 11. somni vapore temperet.

(6) *Alex.* 11. nec hostis in fide dolo.

(7) *Vat.* 82. unus potens &c.

Vesperi. Tu lux vera oculis. lux quoque sensibus. * intus tu speculum. tu speculum foris. * lumen. quod delibat plebs tua. suscipe. * tinctum pacifici Chrismatis unguine.

Per Christum genitum. summe Pater. tuum. * in quo visibilis stat tibi gloria. * qui noster Dominus. qui tuus Unicus. * spirat de Patrio corde Paraclitum.

Per quem splendor. honos. laus. sapientia. * majestas. bonitas. & pietas tua. * Tu regnum contines numine triplici * texens perpetuis sæcula sæculis. Amen.

S. Magni Felicis Ennodii Episc. Ticinensis.

NIgrante tectam pallio * jam terra noctem suscipit. * ut viva dulci funere * reconvalescant corpora.

Mortis figura blandior. * bustum soporis admovet. * anhela lucis æstibus. dum mens tepescit otio.

Lux. Christe. vita. veritas. * ne fusca somni tempora. * tetris parata umbraculis * nos ad tenebras evocent.

Nox nulla nos subdat sibi * in noctis atræ tegmine. * sed nec caloris ebrii * mentita pingat corpora.

Verum reatum nesciis * falsi ministrans criminis. * tu per quietis munera * adsiste custos pervigil.

Hostis procul sit callidius. * quod lædit illud dormiat. * qui dente sævo mandere * certat cubantes lectulis.

Hic membra vinctus lugeat. * pulsare sese quos foves. * madente carne spiritus * non enecetur naufragus.

Ornet cubile castitas. * quæ prima virtutum micat. * vivat fides in pectore. * quæ luce vernat perpeti.

ALtissimi Verbum Patris. * almæ Jesusque Virginis. * bis nostro natus gaudio. * carnis factor. & caro.

Decursa transit jam dies. * exaudi preces supplicum. * fovensque lætus Vesperi * gloriosum Lumen suscipe.

Hoc solis ad finem tibi * incensum sacrum damus. * cæleste ut nostris tuum * lumen tenebris fulgeat.

Mentemque fessam dum sopor * noctis paratam detinet. * obscura cedant somnia. * pectusque purum luceat.

Quietem nullus corporis * rapiat dolus lasciviæ. * sed te. Deus. mens sonet. * tecum cor altum vigilet.

Vocibus simul cum cordibus * Christo. Patrique. Spiritui. * hymnum sonantes in choro. * zelo canamus perpetim. Amen.

ADesto nostris precibus. * adesto jam propitius. * o Christe. Mundi gloria. * suso lumine inriga.

Te Vespertina oratio. * te Matutina concinit. * tibi indefessè personet * hymnus cum dulci carmine.

Deo Patri sit gloria &c.

CHriste lux Mundi. salus & potestas. * qui diem Solis radiis adimples. * noctem & fulvam faciens corusco * sidere pingis.

Certis ut totum moribus peractum * temperes Mundum vicibus recursis. * atque resolvat omnium labores * forte quietis.

Ecce vergentem rotat hora Solem. * Vesperis rursum remanentis ortum. * hinc & astrorum chorus omnis alto * surgit olympo.

Nos

Nos pio cultu tibi præcinentes * vocibus sacris modulamus hymnis. * sensibus totis simul excitamur * pangere laudes.

Thura libamus tibi. magne Rector. * Lumen & sacrum Domino exhibemus * fervidum guttas madidumque summo * vertice nectar.

Præstet ut votum ferat. ut medelam * donet ut nostris veniam delictis. * firmet ut sensus placidam quietem. * mulceat ortus.

Et licet nox subeat profundo * horridis Mundi tenebris operta. * mens tamen nostra fidei supernæ * splendeat ortu.

Desinant culpæ. vigilet vicissim * noster inlabens animus. nec ulla * sensus involvat gravior vagantum * spiritum turma.

Cor enim nostrum vigilet sopore. * somniet Christum Dominumque semper. * insonet psalmis. meditetur hymnis. * nocte dieque.

Gloria summo celebret Parenti. * gloria Christo. pariterque Sancto. * prædicet Trinum pia voce Nomen. * omne per ævum. Amen.

(a)

O Lux beata. Trinitas. * & principalis Unitas. * jam sol recedit igneus. * infunde lumen cordibus.

Jam noctis tempus advenit. * quietem nobis tribue. * diluculo nos respice * de cælo. clementissime.

Tu. Christe. solve vincula. * absterge nostra vitia. * relaxa prius crimina. * & indulge facinora.

Oramus ut exaudias. * precamur ut subvenias. * Christe Jesu Omnipotens. * tu nos a malo libera.

Te mane laudum carmine. * te vespere prædicamus vespere. * te nostra supplex gloria * per cuncta laudet sæcula. Amen. Vesperi.

(b)

CHriste lumen perpetuum * astrorum. fulgor Siderum. * noctem nostram inlumina. * conserva pura pectora.

Nullis incidat laqueis. * nullis gravetur hostibus. * nec maculentur corpora * lascivia per soporem.

Custodi corda omnium * fideliumque maximè * protectione propria. * tua Christe potentia.

Ut gratuletur anima * vidisse lucem prosperam. * implesse vota debita * reddenda tibi. Trinitas.

Deo Patri sit gloria &c.

(c)

CHriste. precamur. annue. * mixtasque voces fletibus * semper benignus & pius * venturam in noctem suscipe.

Te corda nostra somnient. * te per soporem sentiant. * tuamque semper gloriam * vicina luce concinant.

Vitam salubrem tribue. * nostrum calorem refice. * tetram noctis caliginem * claritas tua inluminet.

Hymnis vota persolvimus. * vesperque sacrum poscimus. * nostrum delens chirographum. * tuumque præstans editum.

Deo Patri sit gloria. * ejusque soli Filio. * Sancto simul Paraclito. * &c.

CHriste (d) Salvator omnium. * cælorum sublimis Deus. * tuam rogamus gloriam. * dum prona volvitur dies.

Jam

(a) Hunc Hymnum Hincmarus lib. De non trina Deitate attribuit S. Ambrosio. Brev. Mozarabum Dom. II. post Octavam Epiphaniæ. (b) Brev. Mozarabum Fer. III. post Octavam Epiphaniæ; & Fer. III. Dom. I. Quadragesimæ. (c) Brev. Mozarabum Fer. VI. Dom. I. Quadragesimæ.
(d) Breviar. Mozarabum Fer. II. post Octavam Epiphaniæ.

Vespri. Jam Sol urgente vespere * occasu suo graditur * Mundum concludens tenebris . * suum observans ordinem .

Sic nos . excelse Domine . * precantes tuos famulos * labore fessos diei * quieta nox suscipiat .

Ut non fuscatis mentibus * dies abscedat luminis . * sed tua protecti gratia * cernamus lucem prosperam .

Deo Patri sit gloria . * ejusque soli Filio &c.

De opere sex dierum creationis Mundi. Die Dominico.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

LUcis Creator optime . * lucem dierum proferens * primordiis lucis novæ . * Mundi parans originem .

Qui mane junctum vesperi . * diem vocari præcipis . * tetrum chaos illabitur . * audi preces cum fletibus .

Ne mens gravata crimine * vitæ sit exul munere . * dum nil perenne cogitat . * seseque culpis illigat .

Cælorum pulset intimum . * vitale tollat præmium . * vitemus omne noxium . * purgemus omne pessimum .

Præsta Pater piissime . * Patrique compar Unice . * cum Spiritu Paraclito . * regnans per omne sæculum . Amen .

FERIA II.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

IMmense Cæli Conditor . * qui mixta ne confunderent . * aquæ fluenta dividens . * cælum dedisti limitem .

Firmans locum cælestibus . * simulque terræ rivulis . * ut unda flammas temperet . * terræ solum ne dissipet .

Infunde nunc . piissime . * donum perennis gratiæ . * fraudis novæ ne casibus . * nos error atterat vetus .

Lucem fides inveniat . * sic luminis jubar ferat . * hæc vana cuncta terreat . * hanc falsa nulla comprimant .

Præsta Pater piissime &c.

FERIA III.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

TElluris ingens Conditor . * Mundi solum qui eruens . * pulsis aquæ molestiis . * terram dedisti immobilem .

Ut germen aptum proferens . * fulvis decora floribus . * fœcunda fructu sisteret . * pastumque gratum redderet .

Mentis perustæ vulnera . * munda virore gratiæ . * ut facta fletu diluat . * motusque pravos atterat .

Jussis tuis obtemperet . * nullis malis approximet . * bonis repleri gaudeat . * & mortis actum nesciat .

Præsta Pater piisime &c.

FERIA IV.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

CÆli Deus sanctissime . * qui lucidum centrum poli * candore pingis igneo . * augens decoro lumine .

Quarto die. qui flammeam * Solis rotam constituens . * Lunæ ministras ordini * vagos recursus Siderum .

Ut

Ut noctibus vel lumini * diremptionis terminum . * primordiis & Mensium . * signum dares notissimum.

Illumina cor hominum . * absterge sordes mentium . * resolve culpæ vinculum . * everte moles criminum.

Præsta Pater piissime &c.

FERIA V.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

MAgnæ Deus potentiæ . * qui ex aquis ortum genus * partim remittis gurgiti . * partim levas in aera.

Demersa lymphis imprimens . * subvecta cælis irrogans . * ut stirpe una prodita * diversa rapiant loca.

Largire cunctis servulis * (quos mundat unda sanguinis) * nescire lapsus criminum . * nec ferre mortis tædium.

Ut culpa nullum deprimat . * nullum levet jactantia . * elisa mens ne concidat . * elata mens ne corruat.

Præsta Pater piissime &c.

FERIA VI.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

PLasmator Hominis Deus . * qui cuncta solus ordinans * humum jubes producere * reptantis & feræ genus.

Qui magna rerum corpora . * dictu jubentis vivida . * ut serviant per ordinem . * subdens dedisti homini.

Repelle a servis tuis * quidquid per immunditiam . * aut moribus se suggerit . * aut actibus se interserit.

Da gaudiorum præmia . * da gratiarum munera . * dissolve litis vincula . * adstringe pacis fœdera.

Præsta Pater piissime &c.

INCIPIUNT HYMNI AD COMPLETORIUM, SIVE ANTE CUBITUM. Completorii.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

CHriste [a] qui lux es & dies * noctis tenebras detegens . * lucifer lucem proferens . * vitam beatam tribue.

Precamur . Sancte Domine . * defende nos in hac nocte . * ut sit nobis in te requies . * quietam noctem tribue.

Ne gravis somnus irruat . * ne hostis nos subripiat . * ne caro illi consentiat . * & ne nos reos statuat.

Oculi somnum capiant . * cor ad te semper vigilet . * dextera tua protegat * famulos . qui te diligunt.

Defensor noster aspice . * insidiantes reprime . * guberna tuos famulos . * quos sanguine mercatus es.

Memento nostri Domine * in isto gravi corpore . * qui es defensor animæ . * adesto nobis Domine.

Deo Patri sit gloria . * ejusque soli Filio . * cum Spiritu Paraclito . * & nunc & in perpetuum . Amen.

TE lucis ante terminum * rerum Creator poscimus . * ut solita clementia * sis præsul ad custodiam.

Procul recedant somnia . * & noctium phantasmata . * hostemque nostrum comprime . * ne polluantur corpora.

Præsta Pater omnipotens * per Jesum Christum Dominum . * qui tecum in perpetuum * regnat cum Sancto Spiritu . Amen.

Sol

(a) Ex Vat. 82. & 83 . S. Ambrosio adscribit Hincmarus lib. De non trina Deitate.

Completorii. SOL [a] Angelorum respice. * quem concupiscit mentium * intenta visu castitas * sursum manentem cernere.

Quo cuncta pollent cælitus * cursu recursu prospero. * quo vita constat omnium. * intende grates supplicum.

Da servulis custodiam. * qua temperentur commoda. * adversa sint innoxia. * corrupta ne sint pectora.

Frugalitas. tu. sensuum. * sator salus. refectio. * potus. cibique gaudium * lux atque virtus cordium.

Repelle membris lubrica. * ne polluat lascivia. * ne fœda vexet passio. * culpetque mentis actio.

Virtutis infer copiam. * qua conferas clementiam. * oblitus ut peccaminum. * dones quietem temporum.

Votis rogamus affatim. * superna Pax illabere. * qua cuncta tuta perpetim * serves subactis scandalis.

Gloria Patri ingenito. * gloria Unigenito. * unà cum Sancto Spiritu. * in sempiterna sæcula. Amen.

CIbis [b] resumptis congruis. * cœnæ peractis usibus. * ad te. Redemptor inclyte. * laudes venimus promere.

Occurre nobis ocyus. * tollens cibi gravedinem. * corpus parandum ad precem. * confessionis dans fidem.

Ut quidquid ore promimus * tuis sacris in laudibus. * nobis coronam conferens. * soli Deo dans gloriam.

Presta Pater piissime &c.

JESU Salvator sæculi. * Verbum Patris Altissimi. * lux lucis invisibilis. * custos tuorum pervigil.

Tu fabricator omnium. * discretor atque temporum. * fessa labore corpora * noctis quiete recrea.

Te deprecamur supplices. * ut nos ab hoste liberes. * ne valeat seducere * tuo redemptos sanguine.

Ut dum gravi in corpore * brevi manemus tempore. * sic caro nostra dormiat. * ut mens soporem nesciat. Amen.

A. Prudentii C.

CUltor Dei memento * te fontis & lavacri * rorem subiisse sacrum. * te Chrismate innovatum.

Fac cum (vocante somno) * castum petens cubile. * frontem locumque cordis * Crucis figura signet.

Crux pellit omne crimen. * fugiunt Crucem tenebræ. * tali dicata signo * mens fluctuare nescit.

Procul o procul vagantum * portenta somniorum. * procul esto pervicax * præstigiator astu.

O tortuose serpens. * qui mille per meandros * fraudesque flexuosas * agitas quieta corda.

Discede. Christus hic est. * hic Christus est. liquesce. * Signum (quod ipse nosti) damnat tuam catervam.

Corpus licet fatescens. * jacens reclinet paululum. * Christum tamen sub ipso * meditabimur sopore.

Gloria Deo Patri. * & Christo vivo Regi. * Paraclitoque Sancto * & nunc & in æternum. Amen.

INCIPIUNT HYMNI PRIMÆ VIGILIÆ NOCTIS. SEU IN PRINCIPIO NOCTIS. [c]

OBsidiones obvias * paremus omnes carminum * contra tenebrarum ducem. * contra tetrum satellitem.

Manus

(a) Breviar. Mozarabum in Officio Completorii. (b) Brev. Mozarabum in Officio ante Completoria in Quadrag. (c) Brev. Mozar. in Officio post Complet. in Sabbat. & præcipuis Festivit.

Manus perarmet Spes. Fides. * lumbos valens Crux obtegat. * cingamur ense Spiritus * propter timorem noctium.

Jesu manu fortissima * salva Fideles per fidem. * everte adversos Cruce. * in pace cuncta protege.

[a]

ADsunt tenebræ primæ. * noctis terræ excursus. * cum canticis & hymnis * nunc dedicemur omnes.

Nam tempus illud hoc est. * quod Hieremias dicit. * surgendum esse nobis * primordio in noctis.

Nos spiritus per arma * invicta Radix David. * disrumpe vincula noctis. * & da jubar salutis.

Somno quiescit grata * mens. pervigil resurgat. * non sordidemur actu.* nec spiritu gravemur.

Sed corpore & mente. * spiritu fervente. * vestigio impigro. * te consequamur. Christe.

NOctis [b] terræ primordia * in laudibus transigimus. * nunc te precamur. Trinitas. * ut præcinentes audias.

Tu omnibus da gratiam. * tu fessa quoque alleva. * errata dele criminum. * exclude juge scandalum.

Lux vera nos illuminet. * mentis tenebras effuget. * ut pax abundet omnibus. * qui te. Creator. credimus.

HYMNUS PRO INFIRMIS.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

CHriste [c] cælestis medicina Patris. * verus humanæ Medicus salutis. * providæ plebis precibus potenter * pande favorem.

PSALT. R. G.

En ob infirmos tibi supplicamus. * quos nocens pestis valitudo quassat. * ut pius morbo releves jacentes. * quo quatiuntur. *Pro Infirmis.*

Qui potestate manifestus extans. * mox Petri socrum febribus jacentem. * Reguli prolem. puerumque salvas * Centurionis.

Ferto languenti populo vigorem. * effluc largam populo salutem. * pristinis more solito reformans * viribus ægros.

Corporum morbos. animumque sana. * vulnerum causis adhibe medelam. * ne sine fructu cruciatus urat * corpora nostra.

Omnis impulsus perimens recedat. * omnis incursus crucians liquescat. * vigor optatæ foveat salutis * membra dolentis.

Jam Deus nostri miserate fletus * pro quibus te nunc petimus medere. * ut tuam omnis recubans medelam * sentiat æger.

Quo per illata mala dum teruntur. * eruditorum numero decori * compotes intrent. sociante fructu. * regna polorum.

Gloria Patri. Genitæque Proli. * & tibi compar utriusque semper * Spiritus Alme. Deus unus. omni * tempore sæcli.

Gloriam psallat chorus. & resultet. * gloriam dicat. canat & resolvat. * nomine trino Deitati soli * sidera clament. Amen.

HYMNUS PRO DEFUNCTIS. [d]

A. Prudentii C.

DEus ignee fons animarum. * duo qui socians elementa * vivum simul

(a) Brev. Mozarabum ut supra. (b) Brev. Mozarabum ut supra. (c) Brev. Mozarab. in Officio Infirmorum, & Fer. v. post Octav. Epiphaniæ. (d) Brev. Mozarab. in Officio Defunctor.

Pro Defunctis. simul ac moribundum * hominem . Pater . effigiasti ·

Tua sunt . tua . Rector . utraque . * tibi copula jungitur horum. * tibi dum vegetata cohærent . * spiritus simul & caro servit ·

Rescissa sed ista seorsum * solvunt hominem . perimuntque . * humus excipit arida corpus . * animæ rapit aura liquorem ·

Quia cuncta creata . necesse est . * labefacta senescere tandem . * compactaque dissociari . * & dissona texta retexi ·

Hinc maxima cura sepulchris * impenditur . hinc resolutos * honor ultimus accipit artus . * & funeris ambitus ornat ·

Hoc provida Christicolarum * pietas studet . utpote credens . * fore protinus omnia viva . * quæ nunc gelidus sopor urget ·

Qui jacta cadavera passim . * miserans tegit aggere terræ . * opus exhibet ille benignum * Christo. pius . Omnipotenti ·

Quin lex eadem monet omnes . * gemitum dare forte sub una . * cognataque funera nobis . * aliena in morte dolere ·

Sequimur tua dicta . Redemptor . * quibus (atra e morte triumphans) * tua per vestigia mandas * socium Crucis ire latronem ·

Patet ecce Fidelibus ampli * via lucida jam Paradisi . * licet & nemus illud adire . * homini quod ademerat anguis ·

Illic precor . optime ductor . * famulam tibi præcipe mentem * genitali in sede sacrari . * quam liquerat exul & errans ·

Animas non immemor ob hoc . * quarum memores sumus ipsi . * Deus forte rogamus * a portis erebi regis fac alienas ·

Sit honor tibi . fons pietatis . * laus . gloria . summa potestas * Patri . Genito . sive . Dono . * Orbis Regi . qui Deus unus · Amen ·

HYMNUS [a] AD SERENITATEM POSCENDAM ·

S. Ambrosii Episc. Mediolanen·

OBduxere polum nubila cæli . * abscondantque diem sole fugato . * noctes continuas sidere nudas . * & lunæ viduas carpimus olim ·

Æther dira micat igne corusco . * concussoque tremit cardine Mundus . * cæli porta tonat . ruptaque credas * axis ætherei vincla resolvi ·

Excrescunt pluviis æquora ponti . * nec fines proprios jam freta norunt . * terrarum medio fluctuat unda . * errabunda secat arva carina ·

Portus nauta suos . littora nauta . * secessusque suos nauta requirit . * hospes nauta satis. vitibus hospes . * messes nauta supernavigat hospes ·

Flentes agricolæ culta relinquunt . * spectant naufragium triste laboris . * messis læta natat . semina . census . * nati . tecta . pecus . arvaque migrant ·

Cernas alta domus culmina ferri . * mutatisque locis limina poni . * mœstas inter aves ludere pisces . * pisces in tremulis ludere tectis ·

Eversos [1] videas arbore nidos . * pullis cum teneris per freta duci . * nec matrem exilio ponere curas . * majoresque metu cogere fœtus ·

Spectat turba . virum turba fenestris . * spectat fœminei turba pudoris . *

(a) al. in postulatione serenitatis .

(1) Vat. 82, Eversa videas &c.

ris. * deploratque famem turba precantum. * victum navigiis nauta ministrat.

Jesu parce tua morte redemptis. * prior Diluvium [a] pertulit ætas. * ut mundaret aqua crimina terræ. * sed mundata tuo sanguine terra est.

Jam nunc missa ferens ore columba * ramum [b] paciferæ munus olivæ. * exutas liquido flumine terras. * læto significet lapsa volatu.

Æterne Genitor gloria Christo * semper cum Genito sit tibi Sancto * compar Spiritui. qui Deus unus. * pollens perpetuis inclyte sæclis.

HYMNI [c] AD PLUVIAM POSCENDAM.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

SQualent arva soli pulvere multo. * pallet siccus ager. terra fatiscit. * nullus [d] ruris honos. nulla venustas. * quando nulla viret gratia florum.

Tellus dura sitit nescia roris. * fons jam nescit aquas. flumina cursus. * herbas nescit humus. nescit aratrum. * magno rupta patet turpis hiatu.

Fervens sole dies. igneus ardor * ipsas urit aves. frondea rami * fessis tecta negant. pulvis arenæ * sicco despuitur ore viantis.

Ventis ora feræ. bestia ventis. * captantesque viri flamina venti. * ventis & volucres ora recludunt. * hac mulcere sitim fraude volentes.

Fœtus cerva suos. pignora cerva. * fœtus cerva siti fessa. recusat. * fœtus cerva pios mœsta relinquit. * quæsitam quoniam non vehit herbam.

Venerunt juvenes pocula noti * quærentes putei. lymphaque fugit. * & vasis vacuis tecta revisunt. * fletus (heu!) proprios ore bibentes. *Pro Pluvia.*

Bos præsepe suum linquit inane. * pratorumque volens carpere gramen * nudam versat humum. sic pecus omne * fraudatum moriens labitur herbis.

Radices nemorum rustica plebes * explorat. misero curva labore. * solarique famem cortice quærit. * nec succos teneros arida præstat.

Hanc peccata famem nostra merentur. * sed merce propria. Christe. foveto. * quo culpa gravior gratia major. * justi supplicii vincla resolvens.

Jam cælum referes. arvaque laxes * fœcundo placidus imbre. rogamus. * Eliæ meritis impia sæcla * donasti [e] pluvia. nos quoque dones.

Æterne Genitor gloria Christo. * semper cum Genito sit tibi Sancto &c.

HYMNUS IN TEMPORE BELLI.

S. Ambrosii Episc. Mediolanen.

TRistes nunc Populi. Christe Redemptor. * pacem suppliciter cernere rogantes. * threnos & gemitus cerne dolorem. * mœstis auxilium desuper affer.

Dirè nāque fremens en furor atrox * gentis finitimæ arva minatur * sævè barbarico murmure nostra * vastari. perimens ut lupus agnos.

Defensor quis erit. ni pius ipse * succurras miserans auctor Olympi. * humano generi crimina parcas. * [1] affectis veniam dones amore?

Habram præsidio pertulit olim * Reges

(a) protulit *Beda*. (b) pacificæ manus *Beda*. (c) in præcatione pluviæ. (d) roris *ex Beda*. (e) pluviam *Beda*.

(1) *Vat.* 82. affectos veniam dones amare.

In Bello. ges quinque tuo conditor ævi. * haud multis pueris nempe parentem * proſtratis reducens hoſtibus atris.

Moyſes gelidi æquora ponti * confidens populum torrida carpens * deduxit. refluens undaque hoſtem * extemplo rapiens occulit omnem.

Tercentiſque viris Amalechitis * dejecit Gedeon juſſus adire. * oppreſſum populum [1] gentemque ferro * liberavit ope fretus opima.

Hæc tu Cunctipotens omnia ſolus. * in cujus manibus ſunt univerſa. * in te noſtra ſalus. gloria in te. * occidis. iterum vivificaſque.

Major quippe tua gratia. Jeſu. * quam ſit flagitii copia noſtri. * contritos. nec enim mœſtaque corda. * clemens. [2] vel humiles ſpernere noſti.

Salva ergo tua morte redemptos. * ſalva ſuppliciter pacta petentes. * diſrumpe frameas. ſpicula frange. * confringe clypeos bella volentum.

Jam cælum gemitus ſcandat amarus. * jam nubes penetret vox lacrymarum * [3] votum. contritio plebis anhela. * Salvator placidus jam miſerere.

ITEM ALIUS.

S. Ambroſii Epiſc. Mediolanen.

SÆvus bella ferit Barbarus horrens.* frendens bella furor ſemper acervat. * ac reſpergit ovans cæde recenti. * multa ſtrage ſuper lætus anhelans.

Terret continuo [4] fervida bello * gens affræna ſuis vaſta catervis. * fidens innumeris æquora ponti * perturbat rigidis arvaque telis.

Vertit terga ſuis hoſtibus ecce * diris ipſa cohors Chriſticolarum. * ac per prona tremens. invia perque. * turpi pulſa fugit feſſa pavore.

Gens impunè ferox millia vexat.* & crudè lacerans millia truncat. * lymphis lota ſacris corpora fœdis * paſſim nuda jacent tradita corvis.

Ædes inde ſacras. Templa dicata. * Aras atque Deo ſanctificatas. * exultans valido cuncta triumpho * invadit ſpolians prædo ſuperbus.

Urbes urit edax Barbarus ignis. * communeſque domos urit & almas. * vinctos prædo ſenes ducit ephebos. * nuptas. & viduas. atque puellas.

Caſum virgo ferum. virgo ſacrata.* caſum virgo ſuum deflet amarum. * amiſſumque dolet virgo pudorem. * lethi ferre volens virgo laborem.

Hoc peccata malum grande merentur. * verè noſtra. Deus. plurima. ſancte. * ſed nunc ſuppliciter poſcimus omnes. * jam clemens famulos aſpice triſtes.

Immenſus penetret fletus olympum.* aſcendatque pias clamor ad aures. * Moſi nam meritis Amalechitas * Jeſus ſtravit agens nomine clarus.

Jeſu nate Dei cunctipotentis. * virtus vera. ſalus ſumma labore. * pax. & certa quies ac decus omne. * tu nunc eſto tuis fautor alumnis.

Emptis parce tua morte rogamus. * inſtaurans animos. pelle timorem. * hoſtes comminuens. ſparge fugatos. * pacis perpetuæ munera confer.

Laus & perpes honor gloria Patri. * laus æterna tibi gloria Fili. * una Spiritui gloria Sancto. * ſicut ſemper erat nunc. & in ævum.

HYMNUS

(1) *Idem MS.* gentem ferro.
(2) *Idem*, vel humilis &c.
(3) *Idem*, vatum.
(4) *Vat.* 82. fervida bella.

Hymnus de universis Dei operibus.

Sive, de VII. Diebus in creatione Mundi, deque ejus VII. Ætatibus.

Bedæ Presbyteri.

PRimo Deus cæli globum. * molemque terræ condidit. * terram sed umbris abditam * abyssus alta texerat.

At per dies Ætatibus * labentis ævi congruos * ornavit Orbem & æthera. * cunctamque Mundi machinam.

Prima Creator sæculi * Die tenebras effugans * aquis adhuc absconditum * lampavit Orbem lumine.

Lucis beatæ gaudiis. * Mundi replevit incolas. * Ætate mox Altissimus * Prima. Creator sæculi.

Locatur inter cærula * Die Secunda maximus * poli globus. divisaque est * utrinque limpha labilis.

Primo Secundæ tempore * Ætatis Arca mystica. * hinc inde concurrentia * locatur inter cærula.

Lucente sæcli Tertia * Die fluens sub æthere * abyssus alta sufidet. * virensque paret arida.

Electa proles Abrahæ * de perfidorum fluctibus * Ætate florens claruit * lucente sæcli Tertia.

Quarta jubar sublimium * Die micabat siderum. * polo. soloque fulgidam * lucis daturum gratiam.

Hebræa gens Davidico * Regno refulsit inclyta * Ætate pandens actuum * Quarta jubar sublimium.

Novum genus progignitur * Quinta Die de limpidis * nascens aquis natantium. * volantiumque sub polo.

Ætate Quinta in Chaldæa * (pœnam luente Judæa) * Fidelium de perfidis * novum genus progignitur.

Sexta creatus est homo * Die Creatoris sui * imaginem qui præferens * semper beatus viveret. *De VII. diebus & VII. ætatibus Mundi.*

Summus Creator omnium * (per quem creatus est Homo) * Ætate Filius Dei * Sexta creatus est homo.

Obdormienti splendida * plasmatur Adæ Fœmina. * os illius ex ossibus. * ex carne carnem proferens.

De carne Christo propria. * & sanguinis mysterio. * jam Sponsa nata est in Cruce * obdormientis splendida.

Post facta celsa Conditor * Die quiescens Septima. * eam vocari in sæcula. * & esse jubet Sabbatum.

Ætas quiætis Septima * post hoc futura est sæculum. * qua sabbatizat cum suis * post facta celsa Conditor.

Octava restat cæteris * Ætatibus sublimior. * cum mortui de pristino * terræ resurgent aggere.

Vultumque Christi perpetes * justi vident amabilem. * eruntque sicut Angeli * cælesti in arce fulgidi.

Quam nobis ad se semitam * ostendit ipse prævius. * de Matre natus Virgine. * Deus Deique Filius.

Nam morte mortem destruens. * Sexta subegit.... * quievit ast in Sabbato. * in corde terræ conditus.

Vitæque Prima Sabbati * surgendo pandit januam. * Suisque congaudentibus. * ascendit ad thronum Patris.

Et Sex in hujus sæculi * Ætatibus nos præcipit. * nostram ferendo jam Crucem. * jus omne lethi vincere.

Intrabimus post omnia * devicta Mundi prælia. * carnis soluti vinculis. * Vitæ perennis Sabbatum.

Sequetur una Sabbati. * claudenda nullo termino. * cum carnis immortalitas * æterna nobis redditur.

Sic carnis atque spiritus * bino potiti

De Veteri & Novo Testamento.

titi gaudio. * scandemus ad cælestia * Regni perennis mœnia.

Quo nos venire. quæsumus. * concede Sancta Trinitas. * Unumque te cognoscere * verum Deum per sæcula.

Gloria &c.

HYMNUS DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO.

C. Sedulii Presbyteri.

CAntemus socii Domino. cantemus honores. * dulcis amor. Christo personet ore pio.

Primus ad ima ruit magna de luce Superbus. * sic homo. cum tumuit. primus ad ima ruit.

Unius ob meritum cuncti periere minores. * salvantur cuncti unius ob meritum.

Sola fuit mulier. patuit qua janua Letho. * ex qua Vita redit sola fuit mulier.

Frater iniquus erat justum qui perculit olim. * damnator Christi frater iniquus erat.

Transitus ille monet. quid prima amisit origo. * quid ventura paret. transitus ille monet.

Arca levatur aquis homines ne perderet æquor. * ne pereant homines arca levatur aquis.

Sume. Pater. populos pro Nati vulnere cunctos. * cum tradis Christum sume Pater populos.

Hostia summa Patris tacitis signata figuris. * quam referat Christus. hostia summa Patris.

Claudicat ecce videns Dominum. dum prævalet heres. * aspera gens Christum claudicat ecce videns.

Reppulit ille famem frater. quem vendidit auro. * venditus ab Juda reppulit ille famem.

Perfide corde peris. dum vastant omnia plagæ. * dum cessant plagæ. perfide corde peris.

Agnus ab hoste sacer conduxit sanguine Patres. * sanguine nos revocat Agnus ab hoste sacer.

Obruit unda nefas. populo gradiente per æquor. * nunc Mundi populis obruit unda nefas.

Murmurat impietas Manna veniente refecta. * panis adest Christus. murmurat impietas.

Plebs sibi dura caput terræ cultoris adoptat. * abstulit (heu!) Christum plebs sibi dura caput.

Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ. * quodque Salus veniat. Lex dedit indicium.

En lapis irriguus. satiare incredule fonte. * qui Christum reprobas. en lapis irriguus.

Carpitur igne sacro munus. votumque priorum. * seditiosa Tribus carpitur igne sacro.

Regna beata Patris Legis non contigit heres. * Christus dispensat Regna beata Patris.

Destruit Arca Dei muros dum circuit hostem. * sic hostem Mundi destruit Arca Dei.

Area vellus habet. madido sed vellere sicca est. * siccum tota madens Area vellus habet.

Vincis honore Dei promisso munere Gentes. * effectum natæ vincis honore Dei.

Tu decus omne tuis. qui sternis cæde Goliam. * qui vincis Mundum. tu decus omne tuis.

Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetæ. * implevit Christus maxima dona Dei.

Pon-

Pondera dura tulit Mandatum Legis. & iram. * Gratia Mandati pondera dura tulit.

Virgo Maria nitet nullo temerata pudore. * post partum pueri Virgo Maria nitet.

Filius hic hominis fit maxima quæstio Mundi. * Nobiscum Deus est Filius hic hominis.

Gaudia magna Dei Mundus percepit & ambit. * respuit. heu! Mundus gaudia magna Dei.

Signa movent populos. cernunt magnalia cæci. * nulla tamen duros signa movent populos.

Aspera mors populis ligno deducta cucurrit. * aufertur Ligno aspera mors populis.

Ipse tulit Dominus pro pœnis munera servis. * pro servis pœnas ipse tulit Dominus.

Vita beata necem miseris avertere venit. * depulit a miseris vita beata necem.

Lumen adesse Dei persensit tartarus ingens. * nec cernunt homines lumen adesse Dei.

Mors fera per hominem miserum sibi subdidit Orbem. * subdita congemuit mors fera per hominem.

Suscitat ecce genus morti pater ille profanus. * ad vitam Christus suscitat ecce genus.

Hic populus Dominum dura cervice negavit. * suscepit primus hic populus Dominum.

Sanguine læta redit fuso gens impia Christi. * gustato Christi sanguine læta redit.

Crimina cuncta suis terrenus contulit author. * dissolvit Christus crimina cuncta suis.

Libera corda sibi facinus devinxerat olim. * nunc reficit Christus libera corda sibi.

Fortia vinc'a dedit peccati sæva potestas. * dulcis amor Christi fortia vincla dedit. *De Veteri & Novo Testamento.*

Jam super astra sedet. cuncti exultate Fideles. * Præside quid sævis? jam super astra sedet.

Mortuus ille tonat. cælum terramque subegit. * quid faciant hostes? mortuus ille tonat.

Pellitur umbra die Christo veniente Figura. * Christus adit Gentes. pellitur umbra die.

Te properare docent & signa & sæcula prima. * nos sacra quæ gerimus te properare docent.

Unicus adveniens firmavit vota priorum. * vota dedit nobis Unicus adveniens.

Passio. Christe. tua complevit munera Legis. * munera nostra replet Passio. Christe. tua.

Hic homo qui Deus est. spes est antiqua priorum. * spes in fine piis hic homo. qui Deus est.

Munus erit fidei toto credentibus ævo. * qui dedit ut credant. munus erit fidei.

Te veniente. Deus. Mundanus concidit error. * concidit hic Mundus te veniente. Deus.

Gratia plena Dei est. quæ totis Gentibus extat. * abscedant sectæ. gratia plena Dei est.

Sola columba redit. quæ totum circuit Orbem. * discedant corvi. sola columba redit.

Adveniet Dominus dare digna piis mala pravis. * credite jam miseri. adveniet Dominus.

Visio (Christe) tui tormentum & & pœna malorum est. * gloria cuncta bonis visio (Christe) tui.

Gloria magna Patri. semper tibi gloria. Nate. * Spiritui & Nato gloria magna Patri. Ca-

De Vita Christi.

Cœlii Sedulii Presbyteri Epigramma.

Hæc tua perpetuæ quæ scripsi dogmata vitæ. * corde rogo. facias. Christe. manere meo. * ut tibi quæ placeant (tete favente) requirens. * gaudia cælorum (te duce. Christe) metam.

Hymnus Abecedarius de Christo succincte ab Incarnatione usque ad Ascensionem.

Cœlii Sedulii Presbyteri.

A Solis ortus cardine * ad usque terræ limitem * Christum canamus Principem * natum Maria Virgine.

Beatus Author sæculi * servile corpus induit. * ut carne carnem liberans. * ne perderet quos condidit.

Clausæ Parentis viscera * cælestis intrat gratia. * venter Puellæ bajulat * secreta quæ non noverat.

Domus pudici pectoris * templum repente fit Dei. * intacta nesciens virum * verbo concepit Filium.

Enixa est Puerpera. * quem Gabriel prædixerat * quem matris alvo gestiens * clausus Johannes senserat.

Fœno jacere pertulit. * præsepe non abhorruit. * parvoque lacte pastus est. * per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus cælestium. * & Angeli canunt Deo. * palamque fit pastoribus * Pastor. Creator omnium.

Hostis Herodes impie. * Christum venire quid times? * non eripit mortalia. * qui regna dat cælestia.

Ibant Magi (quam viderant) * stellam sequentes præviam. * Lumen requirunt lumine. * Deum fatentur munere.

Katerva matrum personat *. conlisa deflens pignora. * quorum Tyrannus millia * Christo sacravit victimam.

Lavacra puri gurgitis * cælestis Agnus attigit. * peccata quæ non detulit. * (nos abluendo) sustulit.

Miraculis dedit fidem * habere se Deum Patrem. * infirma sanans corpora. * resuscitans cadavera.

Novum genus potentiæ. * aquæ rubescunt hydriæ. * vinumque jussa fundere. * mutavit unda originem.

Orat salutem servulo * flexus genu Centurio. * credentis ardor plurimus * extinsit ignes febrium.

Petrus per undas ambulat * Christi levatus dextera. * natura quam negaverat. * fides paravit semitam.

Quarta die jam fœtidus * vitam recepit Lazarus. * mortisque liber vinculis * factus superstes est sibi.

Rivos cruoris torridi * contacta vestis obstruit. * fletu rigante supplicis * arent fluenta sanguinis.

Solutus omni corpore * jussus repente surgere. * suis vicissim gressibus * æger vehebat lectulum.

Tunc ille Judas carnifex * ausus Magistrum tradere. * pacem ferebat osculo. * quam non habebat pectore.

Verax datur fallacibus. * pium flagellat impius. * Crucique fixus innocens * conjungitur latronibus.

Xeromyrrham post sabbatum * quædam vehebant corpori. * quas alloquutus Angelus. * vivum sepulchro non tegi.

Ymnis. venite. dulcibus * omnes cana-

nansmus subditum * Christi triumpho tartarum . * quo nos redemit venditus ·

Zelum draconis invidi . * & os leonis pessimi * calcavit Unicus Dei.* seseque cælis reddidit ·

Gloria Patri ingenito . * gloria Unigenito . * unà cum Sancto Spiritu * in sempiterna sæcula · Amen ·

De Cruce Christi·

V. Fortunati Episc. Pictavien·

CRux benedicta nitet . Dominus qua carne pependit. * atque cruore suo vulnera nostra lavit ·

Mitis amore pio pro nobis Victima factus . * traxit ab ore lupi . qua sacer Agnus oves ·

Transfixis palmis ubi Mundum clade redemit . * atque suo clausit funere mortis iter ·

Hic manus illa fuit clavis confixa cruentis . * quæ eripuit Paulum crimine . morte Petrum ·

Fertilitate potens . o dulce & nobile Lignum . * quando tuis ramis tam nova poma geris ·

Cujus odore novo defuncta cadavera surgunt . * & redeunt vitæ . qui caruere die ·

Nullum uret æstus sub frondibus arboris hujus . * luna nec in nocte . sol neque meridie ·

Tu plantata micas . secus est ubi cursus aquarum . * spargis & ornatas flore recente comas ·

Appensa est Vitis inter tua brachia . de qua * dulcia sanguineo vina rubore fluunt ·

Hymnus de die Judicii Abecedarius · *De Cruce Christi.*

Hujus meminit Beda Presbyter ·

APparebit repentina * dies magna Domini . * fur obscura velut nocte * improvisos occupans ·

Brevis totus tum parebit * prisci luxus sæculi . * totum simul cum clarebit . * præterisse sæculum ·

Clangor tubæ per paternas * terræ plagas concinens . * vivos unà mortuosque * Christo ciet obviam ·

De cælesti Judex arce * majestate fulgidus . * claris Angelorum choris * comitatus aderit ·

Erubescet orbis Lunæ . * Sol & obscurabitur . * Stellæ cadent pallescentes . * Mundi tremet ambitus ·

Flamma ignis anteibit * justi vultum Judicis . * cælos . terras . * & profundi * fluctus ponti devorans ·

Gloriosus in sublimi * Rex sedebit solio . * Angelorum tremebunda * circumstabunt agmina ·

Hujus omnes ad Electi * colligentur dexteram . * pravi pavent a sinistris . * hœdi velut fœtidi ·

Ite . (dicet Rex ad dextros) * Regnum cæli sumite . * Pater vobis quod paravit * ante omne sæculum .

Charitate qui fraterna * me juvistis pauperem . * charitatis nunc mercedem * reportate divites ·

Læti dicent . Quando . Christe . * pauperem te vidimus ? * te . Rex magne . vel egentem * miserati juvimus ?

Magnus illis dicet Judex . * Cum juvistis pauperes . * panem . domum . vestem dantes . * me juvistis humiles ·

Nec tardabit & sinistris * loqui justus Arbiter · * In Gehennæ maledicti * flammas hinc discedite ·

Obsecrantem me audire . * me despexistis

De die Judicii. spexistis mendicum . * nudo vestem non dedistis . * neglexistis languidum .

Peccatores dicent . Christe . * quando te vel pauperem . * te . Rex magne . vel infirmum * contemnentes sprevimus ?

Quibus contra Judex altus . * Mendicanti quandiu * opem ferre despexistis . * me sprevistis improbi .

Retro ruent tum injusti * ignes in perpetuos . * vermis quorum non moritur . * flamma nec restinguitur .

Satan atro cum ministris * quo tenetur carcere . * fletus ubi mugitusque * strident omnes dentibus .

Tunc Fideles ad cælestem * sustollentur patriam . * choros inter Angelorum * Regni petent gaudia .

Urbis summæ Jerusalem * introibunt gloriam . * vera lucis atque Pacis * in qua fulget Visio .

Christum Regem jam Paterna * claritate splendidum . * ubi celsa Beatorum * contemplantur agmina .

Ydri fraudes ergo cave . * infirmantes subleva . * aurum temne . fuge luxus . * si vis astra petere .

Zona clara castitatis * lumbos nunc præcingere . * in occursum magni Regis . fer ardentes lampades .

ORATIO S. EUGENII TOLETANI EPISC.

REX Deus . immensi quo constat machina Mundi . * quod miser imploro . tu Christe perfice clemens .

Da vigilem sensum . Rex regum . cuncta gubernans * da (precor) ingenium . da mentis lumen honestum .

Sit mihi recta Fides . & falsis obvia sectis . * sit mihi præcipuè morum correctio præsens .

Sim charus . humilis . verax . cum tempore prudens . * secreti tacitus . & linguæ famine cautus .

Da fidum socium . da fixum semper amicum . * da blandum . sobrium . parcum . castumque ministrum .

Non me paupeties cruciet . nec languor obuncet . * sit comes alma salus . & sufficientia victus .

Absint divitiæ . fastus . & jurgia . lites . * invidia & luxus . & ventris pensio turpis .

Crimine ne lædam quemquam . nec crimine lædar . * sic bene velle queam . quo pravum posse recedat .

Nil turpe cupiam . faciam vel proloquar umquam . * te mens desideret . lingua canat . actio promat .

Da Pater altitonans undosum fletibus imbrem . * quo valeam lacrymis culparum solvere moles .

Da precor auxilium . possim quo vincere Mundum . * & vitæ stadium . placido percurrere passu .

Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam . * concede veniam cui tollit culpa coronam .

Gloria summa tibi cælique terræque Creator . * qui Deus es Trinus . regnans super omnia solus .

Hymnarium claudit in prima editione Hymnus alter , cui titulus Hymnus auctior de Ascensione Domini ; *initium vero ,* Æterne Rex altissime &c. *qui quum nec verbo distet ab eo , quem una cum editis modo Thomasii additamentis habemus supra pag. 372. consulto hoc loco omisimus .*

ORA-

ORATIONALE

SIVE

ORATIONES ET PRECES ECCLESIASTICÆ.

Juxta antiquiores Ecclesiæ Romanæ Ritus, ex ejusdem vetustis Codicibus digestæ.

✠

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SALVATORIS

Incipiunt Orationes & Preces de Anni Circulo.

[1] *IX. Kal. Januarii. idest. die* XXIV. *Mensis Decembris*.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI.

Ad Missam hora nona. & Vesperos.

Statio ad S. Mariam Majorem

Ad Præsepe.

G DEus. qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas. præsta. ut Unigenitum tuum. quem Redemptorem læti suscepimus. venientem quoque Judicem securi videamus Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Da nobis. quæsumus. omnipotens Deus. ut sicut adoranda Filii tui Natalitia prævenimus. sic ejus munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum vivit &c. G.R

Præsta misericors Deus. ut ad suscipiendum Filii tui singulare Nativitatis mysterium. & mentes credentium præparentur. & non credentium corda subdantur. Per eumdem Dominum. R

(1) IX. Kal. Januarii, *& quidem rectè, nam a Vigilia Nativitatis Domini ab hora nona, aut a vesperi, anni sacrorum rituum cursum desumebant veteres, ut patet ex libro Comitis ab Albino Caroli Imperatoris jussu emendato apud Ven. Thomasium de antiquis libris Missarum Par.* II. *pag.* 1. *ex libro Gradalis Ecclesiæ Sancti Joannis Modœtiensis in Insubribus apud eumdem Thomasium eodem volumine P.* 1. *pag.* 258. *& facile etiam ex Antiphonario Carnotensi eodem Opere pag.* 268. *quibus & similibus monimentis Clariss. Georgii Adonis Martyrologio pag.* 5. *Florentinium emendat asserentem in notis ad Hieronymianum Martyrologium pag.* 167. *& seq. veterem Ecclesiam qua in Oriente qua in Occidente anni principium desumpsisse ab* VIII. *Kal. Januarii non modo in temporibus ad posterorum memoriam signandis, sed & in sacris cæremoniis.*

VIII. Kal. Jan. ideſt. die xxv. *Menſis Decembris*·
NATALE DOMINI·

Ad priorem Vigiliam in exordio noctis & ad primam Miſſam in nocte· Statio ad S. Mariam Majorem ad Præſepe· In Vigilia Domini in nocte· Oratio·

Deus. qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti inluſtratione clareſcere. da quæſumus. ut cujus Lucis myſteria in terra cognovimus. ejus quoque gaudiis in cælo perfruamur· Qui tecum vivit· R.G

Item in Vigilia Domini in nocte·

Da quæſumus. omnipotens Deus. ut qui nova Incarnati Verbi tui luce perfundimur. hoc in noſtro reſplendeat opere. quod per fidem fulget in mente· Per eumdem· G

Item in Vigilia Domini mane primo. ſive ad Matutinos·

Reſpice nos omnipotens & miſericors Deus. & mentibus clementer humanis. naſcente Chriſto. ſummæ veritatis lumen infunde· Per eumdem Dominum noſtrum· R

In die ſancto Natalis Domini· Statio ad S. Petrum. ſed a temporibus S. Gregorii VII. celebratur ad S. Mariam Majorem propter brevitatem diei·

Concede. quæſumus. omnipotens Deus. ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet· quos ſub peccati jugo vetuſta ſervitus tenet· Per eumdem· G.R

Omnipotens ſempiterne Deus. qui hunc diem per Incarnationem Verbi tui. & per partum Beatæ Virginis Mariæ conſecraſti. da populis tuis in hac celebritate juſtitiæ. ut & qui tua gratia ſunt redempti. tua adoptione ſint filii· Per eumdem· R

Præſta quæſumus omnipotens Deus ut natus hodie Salvator Mundi. ſicut divinæ nobis generationis eſt auctor. ita & immortalitatis ſit ipſe largitor: Qui tecum vivit & regnat Deus· G.R

Aliæ Orationes de Natali Domini ad Veſperos. ſive Matutinos. ſive ad univerſa Officia·

Reſpice nos miſericors Deus. & mentibus clementer humanis. naſcente Chriſto. ſummæ veritatis lumen oſtende· Per eumdem· R

Largire. quæſumus. Domine famulis tuis. fidei. ſpei & charitatis augmentum. ut qui de Nativitate Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriantur. & adverſa Mundi (te gubernante) non ſentiant. & quæ temporaliter celebrare deſiderant. ſine fine percipiant· Per eumdem· G.R

Deus. qui per Beatæ Mariæ ſacræ Virginis partum. ſine humana concupiſcentia procreatum. in Filii tui membra venientes. paternis feciſti præjudiciis non teneri. præſta quæſumus. ut hujus creaturæ novitate ſuſcepta vetuſtatis antiquæ contagiis exuamur· Per eumdem· G.R

Concede nobis omnipotens Deus. ut ſalutare tuum nova cælorum luce mirabile. quod ad ſalutem Mundi hodierna feſtivitate proceſſit. noſtris ſemper innovandis cordibus oriatur· Per eumdem· G

Omnipotens ſempiterne Deus. qui hunc diem per Incarnationem Verbi tui. & partum Beatæ Mariæ Virginis conſecraſti. da populis tuis in hac celebritate conſortium. ut qui tua gratia G

tia sunt redempti. tua sint adoptione securi. Per eumdem.

G Deus. qui humanæ substantiæ dignitatem & mirabiliter condidisti. & mirabilius reformasti. da nobis. quæsumus. ejus Divinitatis esse consortes. qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps. Qui tecum.

G Omnipotens sempiterne Deus. qui in Filii tui Domini nostri Nativitate tribuisti totius Religionis initium perfectionemque constare. da nobis. quæsumus. in ejus portione censeri. in quo totius salutis humanæ summa consistit. Qui tecum.

G Da quæsumus. Domine populo tuo inviolabilem fidei firmitatem. ut qui Unigenitum tuum in tua tecum gloria sempiternum. in veritate nostri corporis natum de matre Virgine confitentur. & a præsentibus liberentur adversis. & mansuris gaudiis inserantur. Per eumdem.

R Præsta quæsumus. Deus noster. ut familia tua. quæ Filii tui Domini Nostri Jesu Christi est Nativitate salvata. ejus etiam sit perpetua redemptione secura. Per eumdem.

R Adesto Domine supplicationibus nostris. & populus tuus. qui te factore conditus. teque est reparatus auctore. te etiam jugiter operante salvetur. Per.

L.R Deus. qui populo tuo plenæ præstitisti redemptionis effectum. ut non solum Unigeniti tui Nativitate corporea. sed etiam & Crucis ejus patibulo salvaretur. hujus. quæsumus. fidei famulis tuis tribue firmitatem. ut usque ad promissum gloriæ tuæ præmium. ipso quoque gubernante. perveniant. Per eumdem.

R Deus. qui humanæ substantiæ dignitatem & mirabiliter condidisti. & mirabilius reformasti. da quæsumus. ut ejus efficiamur in Divina consortes. qui nostræ humanitatis fieri dignatus est particeps. Christus Filius tuus. Qui tecum vivit & regnat Deus.

R Omnipotens sempiterne Deus. creator humanæ reformatorque naturæ. quam Unigenitus tuus in utero perpetuæ Virginitatis adsumpsit. respice nos propitius. ut Filii tui Incarnatione suscepta. inter ipsius mereamur membra numerari. Per eumdem.

R Deus. qui Nativitatis tuæ exordium pro nostra necessarium salvatione duxisti. respice nos propitius. & quos similes ad imaginem tuam fecisti. similiores observatione perfice mandatorum. Qui vivis.

R Da nobis. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui Nativitatem Domini nostri Jesu Christi solemniter veneramur. ejus semper muniamur auxilio. Qui tecum.

R Fundamentum fidei nostræ. Deus. qui in mentibus sanctis tamquam in excelsis montibus. æternitatis portas justitia muniente componis. concede nobis in te gloriosè credere. tuumque Filium. Dominum nostrum. ad redemptionem animarum hominem factum prædicabiliter confiteri. Qui tecum.

Item VIII. Kal. Jan. idest. xxv. die Mensis Decembris.

NATALE S. ANASTASIÆ MARTYRIS.

Statio ad S. Anastasiam. in nocte. sive mane primo.

G Da quæsumus. omnipotens Deus. ut qui Beatæ Anastasiæ martyris tuæ solemnia colimus. ejus apud te patrocinia sentiamus. Per.

VII. *Kal.*

VII. Kal. Jan. ideſt. XXVI. die Menſis Decembris.

NATALE S. STEPHANI MARTYRIS.

Statio ad S. Stephanum in Cælio Monte.

G Da nobis, quæſumus, Domine imitari quod colimus, ut diſcamus & inimicos diligere, quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit.

G.R Omnipotens ſempiterne Deus, qui primitias Martyrum in Beati Levitæ Stephani ſanguine dedicaſti, tribue quæſumus, ut pro nobis interceſſor * exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus * exoravit. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

* al. aſſiſtat. * al. ſupplicavit.

G Deus qui nos Unigeniti tui clementer Incarnatione redemiſti, da nobis patrocinia tuorum continuata Sanctorum, quibus capere valeamus ſalutaris myſterii portionem. Per eumdem.

R Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut ſicut divina laudamus in ſancti Stephani paſſione magnalia, ſic indulgentiam tuam piis ejus precibus adſequamur. Per.

R Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut Beatus Stephanus Levita magnificus, ſicut ante alios imitator Dominicæ Paſſionis & pietatis enituit, ita ſit fragilitatis noſtræ promptus adjutor. Per eumdem.

R Gratias agimus Domine, multiplicatis circa nos miſerationibus tuis, qui & Filii tui Nativitate nos ſalvas, & beati Martyris Stephani deprecatione ſuſtentas. Per eumdem.

R Beatus Martyr Stephanus, Domine quæſumus, pro fidelibus tuis ſuffragator accedat, qui dum benè ſit tibi placitus, pro his etiam proſit adjutor. Per.

VI. Kal. Jan. ideſt. XXVII. die Menſis Decembris.

NATALE S. JOHANNIS EVANGELISTÆ.

Statio ad S. Johannem in Lateranis; hoc eſt, in Baſilica Salvatoris.

G Eccleſiam tuam Domine benignus inluſtra, ut beati Johannis Evangeliſtæ inluminata doctrinis, ad dona perveniat ſempiterna. Per.

Ad Veſperos in die.
Prima Statio in Lateranis in eadem Baſilica Salvatoris.

G Beati Johannis Evangeliſtæ, quæſumus, Domine ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Per.

Secunda Statio ibidem ad Fontes.

G Beati Evangeliſtæ Johannis, Domine, precibus adjuvemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur. Per.

Tertia Statio ibidem ad S. Andream.

G Sit, Domine quæſumus, Beatus Johannes Evangeliſta noſtræ fragilitatis adjutor, ut pro nobis tibi ſupplicans copioſius audiatur. Per.

Aliæ Orationes.

G Deus, qui per os beati Apoſtoli tui Johannis Evangeliſtæ Verbi tui nobis arcana reſeraſti, præſta quæſumus, ut quod ille noſtris auribus excellenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus. Per eumdem.

R Omnipotens ſempiterne Deus, qui hujus diei venerandam ſanctamque lætitiam, beati Apoſtoli tui Johannis Evange-

Evangelistæ festivitate tribuisti. da Ecclesiæ tuæ. quæsumus. & amare quod credidit. & prædicare quod docuit. Per.

R Deus. qui beati Johannis Evangelistæ præconiis Principii Sempiterni secreta reserasti. da quæsumus. ut ad intelligentiam Verbi ejus per quem nobis splendet. suffragiis accedamus. Per eumdem.

R Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut excellentiam Verbi tui (quam Beatus Evangelista Johannes adseruit) & convenienter intelligere valeamus. & veraciter confiteri. Per eumdem.

R Beati Evangelistæ Johannis nos. Domine quæsumus. merita prosequantur. & tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per.

R Adsit Ecclesiæ tuæ Domine quæsumus Beatus Evangelista Johannes. ut cujus perpetuus Doctor existit. semper esse non desinat suffragator. Per.

V. Kal. Jan. idest. XXVIII. die Mensis Decembris.

NAT. INNOCENTUM.

Statio ad Sanctum Paulum.

R.G Deus. cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres. non loquendo sed moriendo confessi sunt. omnia in nobis vitiorum mala mortifica. ut fidem tuam. quam lingua nostra loquitur. etiam moribus vita fateatur. Per.

G Deus. qui licet sis magnus in magnis. mirabilia tamen gloriosiùs operaris in minimis. da nobis. quæsumus. in eorum celebritate gaudere. qui Filio tuo Domino nostro testimonium præbuerunt etiam non loquentes. Per eumdem.

R Deus. qui bonis tuis Infantium quoque nescia sacramenti corda prævenis. tribue. quæsumus. ut in nostra conscientia fiduciam non habentes. indulgentia semper copiosa præveniat. Per.

Adjuva nos Domine. quæsumus. eorum deprecatione Sanctorum. qui Filium tuum humana necdum voce profitentes. cælesti sunt pro ejus Nativitate gratia coronati. Per. R

Ipsi nobis. Domine quæsumus. postulent mentium puritatem. quorum innocentiam hodie solemniter celebramus. Per. R

Discat Ecclesia tua. Deus. Infantum (quos hodie veneramur) exemplo sinceram tenere pietatem. quæ prius vitam præstitit sempiternam. quam possit nosse præsentem. Per. R

Pridie Kal. Jan. idest. XXXI. die Mensis Decembris.

NAT. SANCTI SILVESTRI PAPÆ.

* *Antiquitus Statio in Cæmeterio Priscillæ via Salaria. postea ad Sanctum Silvestrum in Titulo Equirii.*

Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut Beati Silvestri confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas. & devotionem nobis augeat & salutem. Per. G

Sancti tui nos. quæsumus Domine. ubique lætificent. ut dum eorum merita recolimus. patrocinia sentiamus. Per. G

Adesto Domine supplicationibus nostris. nec eos ullis mentis & corporis patiaris subjacere periculis. quos Beati Silvestri Pontificis tui munit gloriosa confessio. Per. R

Kal.

Kalendis Januarii.
IN OCTAVA DOMINI.
Statio ad Sanctam Mariam ad Martyres. *al. ad Sanctam Mariam Majorem*. *a tempore vero Callisti II. ad Sanctam Mariam Trans Tiberim*.

G Deus. qui salutis æternæ. Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda. humano generi præmia præstitisti. tribue quæsumus. ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus. per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum.

R Deus. qui nobis nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum. fac quæsumus. nos ejus perpetua Divinitate muniri. cujus sumus carnali commercio reparati. Qui tecum.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui in Unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti. custodi opera misericordiæ tuæ. & ab omnibus nos maculis vetustatis emunda. ut per auxilium gratiæ tuæ in illius inveniamur forma. in quo tecum est nostra substantia. Qui.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui tuæ mensæ participes. a diabolico jubes abstinere convivio. da quæsumus plebi tuæ. ut gustu mortiferæ profanitatis abjecto. puris mentibus ad epulas æternæ salutis accedat. Per.

Ad prohibendum ab Idolis.

R Omnipotens sempiterne Deus. da nobis voluntatem tuam & fideli mente retinere. & pia conversatione depromere. ut Ecclesia tua a profanis vanitatibus expiata. non aliud profiteatur verbis. aliud exerceat actione. Per.

Item Kal. Januar.
NAT. S. MARTINÆ VIRGINIS ET MATYRIS.
* *Statio ad Sanctam Martinam juxta Arcum Triumphalem Severi*.

Alt. Deus. qui nos hodie Beatæ & Sanctæ Martinæ Virginis & Martyris tuæ annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut ejus adjuvemur meritis. cujus castitatis inradiamur exemplis. Per.

Dominica I. post Natale Domini.

G Omnipotens sempiterne Deus. dirige actus nostros in beneplacito tuo. ut in nomine Dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare. Per eumdem.

R Propitiare misericors Deus supplicationibus nostris. & populum tuum pervigili protectione custodi. ut qui Unigenitum tuum in carne nostri corporis Dominum natum esse fatetur. nulla possit diaboli falsitate corrumpi. Per eumdem.

Ad Vesperos.

L Respice propitius Domine ad debitam tibi Populi servitutem. ut inter humanæ fragilitatis incerta. nullis adversitatibus opprimatur. qui de tua protectione confidit. Per.

Idibus Januarii. idest. v. die Mensis Jan.
IN VIGILIIS EPIPHANIÆ.
Statio in Ecclesia S. Petri.

R Corda nostra quæsumus Domine venturæ Festivitatis splendor inlustret. quo Mundi hujus tenebris carere valeamus. & perveniamus ad patriam claritatis æternæ. Per.

R Illumina. quæsumus. Domine populum tuum. & splendore gratiæ tuæ cor

cor ejus semper accende. ut Salvatoris Mundi stella famulante manifestata Nativitas. mentibus eorum & reveletur semper & crescat. Per eumdem.

VII. Idus Januarii. idest. die VI. *Mensis Januarii.*

IN EPIPHANIA.

Ad priores Vesperos. Vigilias in nocte. & Missam in die.

Stationes ad S. Petrum.

G Deus. qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus. stella duce revelasti. concede propitius. ut qui jam te ex fide cognovimus. usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut quæ solemni celebramus officio. purificata mentis intelligentia consequamur. Per.

G.R Deus inluminator omnium Gentium. da populis tuis perpetua pace gaudere. & illud lumen splendidum infunde cordibus nostris. quod trium Magorum mentibus aspirasti. Per.

G.R Deus. cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit. præsta quæsumus. ut per eum. quem similem nobis foris agnovimus. intus reformari mereamur. Qui tecum vivit.

G Omnipotens sempiterne Deus. fidelium splendor animarum. qui hanc Solemnitatem electionis Gentium primitiis consecrasti. imple Mundum gloria tua. & subditis tibi populis per luminis tui appare claritatem. Per Dominum nostrum.

G Concede nobis omnipotens Deus. ut Salutare tuum nova cælorum luce mirabile. quod ad salutem Mundi hodierna festivitate processit. nostris semper innovandis cordibus oriatur. Per eumdem.

PSALT.R.G.

Da nobis. quæsumus. Domine digne celebrare mysterium. quod in nostri Salvatoris infantia. miraculis coruscantibus declaratur. & corporalibus incrementis manifesta designatur humanitas. Per eumdem. G

Præsta quæsumus omnipotens Deus. ut Salvatoris Mundi stella duce manifestata Nativitas. mentibus nostris reveletur semper & crescat. Per eumdem. G

Inlumina. quæsumus. Domine populum tuum. & splendore gloriæ tuæ cor ejus semper accende. ut Salvatorem suum & incessanter agnoscat. & veraciter apprehendat Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum. G

Omnipotens sempiterne Deus. qui Verbi tui Incarnationem præclari testimonio sideris indicasti. quod videntes Magi oblatis Majestatem tuam muneribus adorarunt. concede. ut semper in mentibus nostris tuæ appareat stella justitiæ. & noster in tua sit confessione thesaurus. Per eumdem. R

Deus. qui per hujus celebritatis mysterium æternitatis tuæ lumen cunctis Gentibus suscitasti. da plebi tuæ Redemptoris sui plenum cognoscere fulgorem. ut ad perpetuam claritatem per ejus incrementa perveniat. Per. R

Die primo post Theophaniam.

Statio ad Sanctum Petrum ad Vincula.

Omnipotens sempiterne Deus. fidelium splendor. *Require supra.* L

Inlumina Domine. quæsumus. *Require supra.* L

Deus inluminator omnium Gentium. *Require supra.* Alb.

Die

Die secundo post Theophaniam · *Statio ad S. Anastasiam* ·

Alt. Concede nobis omnipotens Deus · *Req. sup.*

Die tertio post Theophaniam · *Statio ad SS. Johannem & Paulum* ·

Alt. Proficiat. Domine quæsumus. plebs tibi dicata piæ devotionis affectu. ut sacris actionibus erudita. quanto Majestati tuæ sit gratior. tanto donis potioribus augeatur · Per ·

Dominica I. post Theophaniam · *Statio ad S. Mariam* · *al. ad SS. Johannem & Paulum* ·

Vota quæsumus Domine supplicantis populi cælesti pietate prosequere. ut & quæ agenda sunt videant. & ad implenda quæ viderint convalescant · Per ·

Idibus Jan. idest. XIII. *Mensis Januarii* ·

IN OCTAVA EPIPHANIÆ ·

L Deus cujus Unigenitus · *Require supra* ·

Ad Vesperos ·

L Da nobis. quæsumus. Domine dignè celebrare · *Require supra* ·

Aliæ Orationes ·

L Præsta quæsumus omnipotens Deus ut Salvatoris · *Require supra* ·

Alt. Tuere. quæsumus. Domine plebem tuam. & sacram Solemnitatem recolentem. gratiæ cælestis largitate prosequere. ut visibilibus adjuta solatiis. ad invisibilia bona promptiùs incitetur · Per ·

E Deus. qui Unigeniti Filii tui Baptismo fluenta sanctificare voluisti aquarum. da ut renati aqua & Spiritu pervenire ad gaudia æterna mereamur · Per eumdem &c. in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per omnia sæcula ·

Dom. II. post Theophaniam · *Statio in Ecclesia Sancti Eusebii* ·

L Omnipotens sempiterne Deus. qui cælestia simul & terrena moderaris. supplicationes populi tui clementer exaudi. & pacem tuam nostris concede temporibus · Per ·

Dom. III. post Theophaniam ·

L Omnipotens sempiterne Deus. infirmitatem nostram propitius respice. atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende · Per ·

Dom. IV. post Theophaniam ·

L Deus. qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis & corporis. ut ea quæ pro peccatis nostris patimur te adjuvante vincamus · Per ·

Dom. V. post Theophaniam ·

L Familiam tuam. quæsumus Domine. continua pietate custodi. ut quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur. tua semper protectione muniatur · Per ·

Dom. VI. post Theophaniam ·

L Conserva populum tuum Deus. & tuo nomini fac devotum. ut divinis subjectus officiis. & temporalia viriliter. & æterna dona percipiat · Per

Orationes in Septuagesima · *Die Dominico* · *Statio ad S. Laurentium foris murum* ·

e Preces populi tui. quæsumus. Domine clementer exaudi. ut qui justè pro

pro peccatis nostris affligimur. pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

R Deus. qui per ineffabilem observantiam sacramenti famulorum tuorum præparas voluntates. donis gratiæ tuæ corda nostra purifica. ut quod sancta est devotione tractandum. sinceris mentibus exequamur. Per.

R Concede. quæsumus. omnipotens Deus fragilitati nostræ sufficientiam competentem. ut suæ Reparationis effectum & pia conversatione recenseat. & cum exultatione suscipiat. Per.

In Sexagesima. Die Dominico. Statio ad Sanctum Paulum.

G Deus. qui conspicis. quia ex nulla nostra actione confidimus. concede propitius. ut contra adversa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur. Per.

R Tuere. quæsumus. Domine plebem tuam. & sacram Solemnitatem recolentem gratiæ cælestis largitate prosequere. ut visibilibus adjuta solatiis. ad invisibilia bona promptior incitetur. Per.

R Adjuva nos Deus salutaris noster. & ad beneficia recolenda (quibus nos instaurare dignatus es) tribue venire gaudentes. Per.

R Rege. quæsumus. Domine populum tuum. & gratiæ tuæ in eo dona multiplica. ut ab omnibus liber offensis, & temporalibus non destituatur auxiliis. & sempiternis gaudeat institutis. Per.

In Quinquagesima. Die Dominico. Statio ad Sanctum Petrum.

G Preces nostras. quæsumus. Domine clementer exaudi. atque a peccatorum vinculis absolutos. ab omni nos adversitate custodi. Per.

Aufer a nobis Domine. quæsumus. R iniquitates nostras. ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur sensibus introire. Per.

Perfice Domine benignus in nobis R Observantiæ sanctæ subsidium. ut quæ te auctore facienda cognovimus. te operante impleamus. Per.

De multitudine misericordiæ tuæ R Domine populum tibi protege confitentem. & corporaliter gubernatum. piæ mentis affectu tuis muneribus adsequendis effice promptiorem. Per.

Feria IV. in capite Jejunii. Collecta populi ad Sanctam Anastasiam. Statio ad Sanctam Sabinam. Oratio ad Collectam.

Concede nobis Domine præsidia G militiæ Christianæ Sanctis inchoare jejuniis. ut contra spiritales nequitias pugnaturi. continentiæ muniamur auxiliis. Per.

Oratio ad Stationem sive Missam.

Præsta Domine fidelibus tuis. ut G Jejuniorum veneranda solemnia. & congrua pietate suscipiant. & secura devotione percurrant. Per.

Aliæ Orationes.

Inclinantes se. Domine. majestati G tuæ propitiatus intende. ut qui divino munere sunt refecti. cælestibus semper nutriantur auxiliis. Per.

Inchoata jejunia. quæsumus. Domine benigno favore prosequere. ut R observantiam. quam corporaliter exercemus. mentibus valeamus implere sinceris. Per.

Fac nos. quæsumus Domine. salu- R tis nostræ causas & devotis semper fre-

 quen-

quentare servitiis. & devotiùs recolere principaliter inchoatas. Per.

R Respice Domine, quæsumus, super famulos tuos, & in tua misericordia confidentes cælesti protege benignus auxilio. Per.

Orationes, & Preces super pœnitentem confitentem peccata sua more solito Feria IV. infra Quinquagesimam.

R Exaudi Domine preces nostras, & confitentium tibi parce peccatis, ut quos conscientiæ reatus accusat, indulgentiæ tuæ miseratio absolvat. Per.

R Præveniat hunc famulum tuum, quæsumus Domine, misericordia tua, & omnes iniquitates ejus celeri indulgentia deleantur. Per.

R Adesto Domine supplicationibus nostris, nec ut ab hoc famulo tuo clementiæ tuæ longinqua miseratio, sana vulnera, ejusque remitte peccata, ut nullis a te iniquitatibus separatus tibi semper Domino valeat adhærere. Per.

R Domine Deus noster, qui offensione nostra non vinceris, sed satisfactione placaris, respice, quæsumus, ad hunc famulum tuum, qui se tibi peccasse graviter confitetur. Tuum est ablutionem criminum dare, & veniam præstare peccantibus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum, quam mortem. Concede ergo Domine hoc, ut & tibi pœnitentiæ excubias celebret, ut correctis actibus suis, conferri sibi a te sempiterna gaudia gratuletur. Per.

R Precor, Domine, clementiam tuæ majestatis ac nominis, ut huic famulo tuo peccata & facinora sua confitenti, veniam dare, & præteritorum criminum [debita] relaxare digneris. Qui humeris tuis ovem perditam reduxisti ad caulas, qui publicani precibus vel confessione placatus es, tu etiam Domine & huic famulo tuo placare, tu ejus precibus benignus adsiste, ut in confessione flebili permanens, clementiam tuam celeriter exoret, & sanctis ac sacris Altaribus restitutus, spei rursus æternæ & cœlestis gloriæ reformetur. Qui vivis.

Feria V. in Quinquagesima.

Antiquitus vacabat Statio. Postea Collecta ad Sanctum Nicolaum in Carcere.
Statio ad Sanctam Georgium.

G Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ (quæ pro peccatis nostri meremur) averte. Per.

G Parce Domine, parce populo tuo, ut dignis Flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per.

Feria VI. in Quinquagesima.

Collecta ad S. Luciam in septem Soliis. Statio ad SS. Johannem & Paulum in [Titulo] Pammachii.

G Inchoata jejunia, quæsumus Domine, benigno favore prosequere, ut observantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

G Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda, quia ei nulla nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas. Per.

R Da, quæsumus, Domine fidelibus tuis jejuniis Paschalibus convenienter aptari, ut suscepta solemniter castigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat animarum. Per.

R Adjuva nos Deus Salutaris noster, ut quæ conlata nobis honorabiliter recense-

censemus. devotis mentibus adsequamur. Per.

R Præsta famulis tuis. Domine. abundantiam protectionis & gratiæ. da salutem mentis & corporis. da continua prosperitatis augmenta. & tibi semper fac esse devotos. Per.

Sabbato in Quinquagesima.
Antiquitus vacabat Statio. Postea fuit ad Sanctum Laurentium in Regione Tertia. deinde ad sanctum Basilidem. tandem Collecta ad Sanctum Laurentium in Lucina.
Statio ad Sanctum Tryphonem.

R Observationis hujus annua celebritate lætantes. quæsumus Domine, ut Paschalibus actionibus inhærentes. plenis ejus effectibus gaudeamus. Per.

R Adesto Domine supplicationibus nostris. & concede. ut hoc solemne jejunium (quod animis. corporibusque curandis salubriter institutum est) devoto servitio celebremus. Per.

R Fidelibus tuis. Domine. perpetua dona firmentur. ut eadem percipiendo te quærant. & quærendo sine fine percipiant. Per.

Orationes & Preces.
Dominica in Quadragesimæ inchoantis initio.
Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

G Deus. qui Ecclesiam tuam annua Quadragesimæ observatione purificas. præsta familiæ tuæ. ut quod a te obtinere abstinendo nititur. hoc bonis operibus exequatur. Per.

Ad Vesperos.
Statio prima ubi supra in Lateranis.

G Da nobis. quæsumus. omnipotens Deus. & æternæ promissionis gaudia quærere. & quæsita citius invenire. Per.

Statio secunda ibidem ad Fontes.

Adesto. quæsumus. Domine supplicationibus nostris. & in tua misericordia confidentes ab omni nos adversitate custodi. Per. G

Aliæ Orationes.

Concede nobis omnipotens Deus. ut per annua Quadragesimalis exercitia sacramenti. & ad intelligendum Christi proficiamus arcanum. & affectus ejus digna conversatione sectemur. Per eumdem. R

Omnipotens sempiterne Deus. qui nobis in observatione jejunii. & eleemosynarum semine posuisti nostrorum remedia peccatorum. concede. nos opere mentis & corporis semper tibi esse devotos. Per. R

Super populum tuum. Domine quæsumus. benedictio copiosa descendat. indulgentia veniat. consolatio tribuatur. fides sancta succrescat, redemptio sempiterna firmetur. Per. R

Feria II. in Quadragesima.
Collecta ad SS. Cosmam & Damianum.
Statio ad S. Petrum ad Vincula.

Converte nos Deus Salutaris noster. & ut nobis jejunium Quadragesimale proficiat. mentes nostras cælestibus instrue disciplinis. Per. G

Absolve quæsumus Domine nostrorum vincula peccatorum. & quidquid pro eis meremur propitiatus averte. Per. G

Sanctifica Domine. quæsumus. nostra jejunia. & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per. R

Omni-

R Omnipotens sempiterne Deus. qui per continentiam salutarem & corporibus mederis & mentibus . majestatem tuam suppliciter exoramus . ut pia jejunantium precatione placatus. & præsentia nobis subsidia præbeas & æterna · Per ·

R Esto Domine propitius plebi tuæ. & temporali consolatione non deferas. quam vis ad æterna contendere · Per ·

Feria III. in Quadragesima ·
Collecta ad S. Nicolaum in Carcere ·
Statio ad Sanctam Anastasiam ·

G Respice Domine familiam tuam . & præsta . ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat . quæ se carnis maceratione castigat · Per ·

G Ascendant ad te Domine preces nostræ . & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam · Per ·

R Da quæsumus Domine nostri effectum jejunii salutarem. ut castigatio carnalis adsumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum · Per ·

R Cordibus nostris . quæsumus Domine. benignus infunde . ut sicut ab escis corporalibus temperamur . ita sensus quoque nostros a noxio retrahamus excessu · Per ·

R Respice Domine propitius ad plebem tuam . & quam divinis tribuis proficere Sacramentis . ab omnibus absolve peccatis · Per ·

Feria IV. Mensis Primi ·
Collecta ad S. Petrum ad Vincula ·
Statio ad S. Mariam Majorem ·

G Preces nostras . quæsumus. Domine clementer exaudi . & contra cuncta nobis adversantia dexteram tuæ majestatis extende · Per ·

G Devotionem populi tui . Domine quæsumus . benignus intende . ut qui per abstinentiam macerantur in corpore . per fructum boni operis reficiantur in mente · Per ·

G Mentes nostras . quæsumus Domine . lumine tuæ claritatis illustra . ut videre possimus . quæ agenda sunt . & quæ recta sunt . agere valeamus · Per ·

R Precamur . omnipotens Deus . ut de transitoriis operibus abstinentes . ea potius operemur . quibus ad æterna gaudia consequenda . & spes nobis suppetat & facultas · Per ·

R Pacem nobis tribue Domine . quæsumus . mentis & corporis . ut per jejunium nostræ fragilitatis . & manifesti subjiciantur hostes . & invisibiles excludantur · Per ·

R Da . quæsumus . Domine populis Christianis . & quod profitentur agnoscere . & cæleste munus diligere . quod frequentant · Per ·

Feria V. in Quadragesima ·
Antiquitus vacabat Statio . postea fuit ad S. Laurentium foris murum ·

Al. Collecta ad Sanctam Agatham in Monasterio ·
*Statio ad Sanctum Laurentium in Formonso . sive * Panisperna ·* * Perpenna.

G Devotionem populi tui . quæsumus Domine . benignus · *Require pridie hujus diei ·*

G Da quæsumus Domine populis Christianis . quæ profitentur agnoscere . & cæleste munus diligere . quod frequentant · Per ·

E Suscipe . quæsumus . Domine preces nostras . & ad aures misericordiæ tuæ . postulationes sacratæ tibi plebis admitte · Per ·

Feria VI.

Feria VI. Mensis Primi. Collecta ad S. Marcum. Statio ad Apostolos.

G Esto Domine propitius plebi tuæ. & quam tibi facis esse devotam. benigno resove miseratus auxilio. Per.

G Exaudi nos misericors Deus. & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per.

R Hujus nobis parsimoniæ. quæsumus. Domine præbe mensuram. ut quod licentiæ carnis auferimus. salutarem nobis fructum mentis adquirat. Per.

R Da. quæsumus. nobis omnipotens Deus jejuniorum magnificè sacramenti & dignè semper tractare mysteria. & competenter honorare primordia. Per.

R Plebs tua. Domine quæsumus. benedictionis sanctæ munus accipiat. per quod & noxia quæque declinet. & optata reperiat. Per.

Sabbato Mensis Primi. Collecta ad S. Mariam in Transpontina. Statio ad S. Petrum.

R Deus. qui nos gloriosis remediis in terris adhuc positos. jam cælestium rerum facis esse consortes. tu. quæsumus. in ista quam vivimus nos vita guberna. ut ad illam. in qua ipse es. lucem perducas. Per.

R Reparet nos. quæsumus Domine. semper & innovet tua providentia pietatis. quæ fragilitatem nostram. & inter Mundi tempestates protegat. & gubernet. & in portum perpetuæ salutis inducat. Per.

R Fideles tuos. Domine. benedictio desiderata confirmet. quæ eos & a tua voluntate numquam faciat discrepare. & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per.

Item post diem Sabbati Mensis primi. Orationes & preces in XII. Lectiones [in Vigiliis. quæ ab exordio noctis celebrantur] apud S. Petrum.

Populum tuum, Domine quæsumus propitius respice. atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer averte. Per. G

Deus. qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis & corporis. ut ea quæ pro peccatis nostris patimur. te adjuvante vincamus. Per. G

Protector noster aspice Deus. ut qui malorum nostrorum pondere premimur. percepta misericordia. libera tibi mente famulemur. Per. G

Adesto. quæsumus. Domine supplicationibus nostris. ut esse (te largiente) mereamur & inter prospera humiles. & inter adversa securi. Per. G

Preces populi tui. Domine quæsumus. clementer exaudi. ut qui justè pro peccatis nostris affligimur. pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. G

Quæsumus omnipotens Deus vota humilium respice. atque ad defensionem nostram dexteram tuæ majestatis extende. Per. G

Actiones nostras. quæsumus. Domine & aspirando preveni. & adjuvando prosequere. ut cuncta nostra operatio. & a te semper incipiat. & per te cœpta finiatur. Per. G

Deus. qui delinquentes perire non pateris. sed expectas donec convertantur & vivant. debitam. quæsumus. peccatis nostris suspende vindictam. & præsta propitius. ne dissimulatio cumulet ultionem. sed potius per jejunium emendatio prosit ad veniam. Per. R

Omnium nostrum, Domine quæsumus. R

mus. ad te corda converte. ut ab his quibus offenderis. abstinentes. non iram tuam. sed misericordiam sentiamus. Per.

R Jejunia quæsumus Domine nos sacrata lætificent. ut imbecillitati nostræ tribuatur auxilium. & mentibus desideratus virtutum succedat affectus. Per.

R Adesto. quæsumus omnipotens Deus. & in jejunio corporali mentem nostram operibus tuorum refice mandatorum. Per.

R Da nobis observantiam. Domine legitima devotione perfectam. ut cum refrænatione carnalis alimoniæ. sancta tibi conversatione placeamus. Per.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui per continentiam salutarem corporibus mederis & mentibus. Majestatem tuam suppliciter exoramus. ut pia jejunantium præcatione placatus. & temporalia subsidia nobis tribuas & æterna. Per.

Post Benedictiones trium Puerorum ad Missam.

G Deus. qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propitius. ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per.

Super Populum.

E Ab omnibus nos quæsumus Domine peccatis propitius absolve. ut percepta venia peccatorum. liberis tibi mentibus serviamus. Per.

Secunda Dominica in Quadragesima. Antiquitus vacabat statio. postea fuit ad sanctum Paulum. al. ad sanctam Mariam in Domnica.

G Deus. qui conspicis omni nos virtute destitui. interius exteriusque custodi. ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore. & a pravis cogitationibus mundemur in meute. Per.

R Præsta nobis omnipotens Deus. ut quia vitiis subjacet nostra mortalitas. tua nos & medicina purificet. & potentia tueatur. Per.

R Præsta nobis misericors Deus. ut placationem tuam promptis mentibus exoremus. & peccatorum veniam consequentes. a noxiis liberemur incursibus. Per.

R Familiam tuam. quæsumus Domine. propitiatus inlustra. ut beneplacitis inhærendo. cuncta quæ bona sunt mereatur accipere. Per.

Feria II. in Hebdomada II. Collecta ad SS. Cosmam & Damianum. Statio ad S. Clementem.

G Præsta. quæsumus omnipotens Deus. ut familia tua. quæ se affligendo. carne ab alimeutis abstinet. sectando justitiam a culpa jejunet. Per.

G Adesto supplicatiouibus nostris omnipotens Deus. & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges. consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

R Tuis quæsumus Domine adesto supplicibus. & inter Mundanæ pravitatis insidias fragilitatem nostram sempiterna pietate prosequere. Per.

R Ecclesiam tuam. Domine. perpetua miseratione prosequere. ut inter sæculi turbines constituta, & præsenti jocunditate respiret. & æternæ beatitudinis percipiat. Per.

R Populum tuum Domine. quæsumus. ad te toto corde converte. quia quos defendis etiam delinquentes. majore pietate tueris sincera mente devotos. Per.

Feria

Feria III. *in Hebdomada* II.
Collecta vacat.
Statio ad S. Balbinam.

G Perfice. quæsumus Domine. benignus in nobis Observantiæ sanctæ subsidium. ut quæ te auctore facienda cognovimus. te operante impleamus. Per.

G Propitiare Domine supplicationibus nostris. & animarum nostrarum medere languoribus. ut remissione percepta in tua semper benedictione lætemur. Per.

R Deus. qui ob animarum medelam jejunii devotione castigare corpora præcepisti. concede ut corda nostra ita pietatis tuæ valeant exercere mandata. quatenus ab omnibus possimus semper abstinere peccatis. Per.

R Imploramus. Domine. clementiam tuam. ut hæc divina jejuniorum subsidia a vitiis expiatos. ad Festa ventura nos præparent. Per.

R Da. quæsumus. Domine fidelibus tuis, & fine cessatione capere Paschalia sacramenta. & desideranter expectare ventura. ut Mysteriis. quibus renati sunt permanentes. ad novam vitam his operibus perducantur. Per.

Feria IV. *in Hebdomada* II.
Collecta ad sanctum Georgium.
Statio ad sanctam Cæciliam Trans Tiberim.

G Populum tuum. Domine. propitius respice. & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere. a noxiis quoque vitiis cessare concede. Per.

G Deus innocentiæ restitutor & amator. dirige ad te tuorum corda fervorum. ut Spiritus tui fervore concepto. & in fide inveniantur stabiles. & in opere efficaces. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

R Deus. qui per Verbum tuum. humani generis reconciliationem mirabiliter operaris. præsta. quæsumus. ut sancto jejunio. & tibi toto simus corde subjecti. & in tua nobis efficiamur prece concordes. Per eumdem.

Præsta nobis Domine. quæsumus. R auxilium gratiæ tuæ. ut jejuniis & orationibus convenienter intenti. liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per.

Gratia tua nos. quæsumus Domine. non relinquat. quæ & sacræ nos deditos faciat servituti. & tuam nobis opem semper acquirat. Per. R

Adesto Domine famulis tuis. & opem tuam largire poscentibus. ut his qui te auctore & gubernatore gloriantur. & grata restaures. & restaurata conserves. Per. R

Feria V. *in Hebdomada* II.
Antiquitus vacabat Statio. Postea Collecta ad sanctum Georgium.
Statio ad sanctam Mariam trans Tiberim in titulo Callisti.

Præsta nobis Domine. quæsumus. G auxilium gratiæ tuæ. ut jejuniis & orationibus convenienter intenti. liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per.

Gratia tua nos. quæsumus Domine. G non derelinquat. quæ nobis opem semper acquirat. Per.

Adesto Domine famulis tuis. & perpetuam benignitatem largire poscentibus. ut his. qui te auctore & gubernatore gloriantur. & congregata re- R staures. & restaurata conserves. Per.

Feria VI. *in Hebdomada* II.
Collecta ad S. Agatham in Monasterio.
Statio ad Apostolos in Titulo Vestinæ, hoc est. ad sanctum Vitalem. R

Da. quæsumus omnipotens Deus. G ut

ut facro nos purificante jejunio . finceris mentibus ad Sancta ventura facias pervenire · Per ·

G Da . quæfumus Domine populo tuo falutem mentis & corporis . ut bonis operibus inhærendo . tuæ femper virtutis mereatur protectione defendi · Per ·

R Ad hoftes noftros . Domine . fuperandos . præfta quæfumus . ut auxilium tuum jejuniis tibi placitis . & bonis operibus impetremus · Per ·

R Omnipotens fempiterne Deus . qui per continentiam falutarem corporibus mederis & mentibus . majeftatem tuam fuppliciter exoramus . ut pia jejunantium precatione placatus . & temporalia nobis fubfidia præbeas & æterna · Per ·

R Adefto Domine propitius plebi tuæ . & temporali confolatione non deferas . quam vis ad æterna contendere · Per ·

Sabbato in Hebdomada II.
Collecta ad fanctum Clementem ·
Statio ad fanctos Marcellinum & Petrum ·

G Da . quæfumus Domine . noftris effectum jejuniis falutarem . ut caftigatio carnis affumpta . ad noftrarum vegetationem tranfeat animarum · Per ·

G Familiam tuam . quæfumus . Domine continua pietate cuftodi . ut quæ in fola fpe gratiæ cæleftis innititur . cælefti etiam protectione muniatur · Per ·

R Subveni Domine fervis tuis pro fua jugiter iniquitate gementibus . mentefque noftras terrenis affectibus prægravatas . medicinalibus tribue exonerari jejuniis . & corporis affectionem corrobora · Per ·

R Deus . qui profundo confilio . profpiciendo mortalibus . fancta inftituifti jejunia . quibus corda languentium falubriter curarentur . tu animam noftram . corpufque caftifica . corporis animæque falvator . æternæ felicitatis benigne largitor · Per ·

Implorantes . Domine . mifericordiam . fideles populos propitius intuere . qui præter te alium non noverunt . tuis femper beneficiis glorientur · Per · R

Tertia Dominica in Quadragefima ·
Statio ad fanctum Laurentium Martyrum foris murum ·

Quæfumus . omnipotens Deus vota humilium refpice . atque ad defenfionem noftram dexteram tuæ majeftatis extende · Per · G

Subjectum tibi populum . quæfumus Domine . propitiatio cæleftis amplificet . & tuis femper faciat fervire mandatis · Per · R

Suppliciter . Domine facra familia munus tuæ miferationis expectat . concede quæfumus . ut quod te jubente defiderat . te largiente percipiat · Per · R

Pro Scrutiniis Electorum ·

Da . quæfumus . Domine Electis noftris dignè atque fapienter ad confeffionem tuæ laudis accedere. ut dignitati priftinæ (quam originali tranfgreffione perdiderant) per tuam gloriam reformentur · Per · R

Adefto Domine . quæfumus . Redemptionis effectibus. ut quos Sacramentis æternitatis inftituis . iifdem protegas dignanter aptandos · Per · R

Feria II. in Hebdomada III.
Collecta ad fanctum Hadrianum ·
Statio ad fanctum Marcum ·

Cordibus noftris . quæfumus Domine . benignus infunde . ut ficut ab efcis corpo- G

corporalibus abſtinemus, ita ſenſus quoque noſtros a noxiis retrahamus exceſſibus. Per.

G Subveniat nobis, Domine, miſericordia tua, ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente ſalvari. Per.

R Conſerva, Domine familiam tuam bonis ſemper operibus eruditam, & ſic præſentibus conſolare ſubſidiis, ut ad ſuperna perducas dona propitius. Per.

R Da, quæſumus, omnipotens Deus, ut abſtinentiam noſtræ reſtaurationis exordiis competentem dignis percurramus officiis. Per.

R Gratias tibi referat, Domine, corde ſubjecto tua ſemper Eccleſia, & conſequenter obtineat, & obſervationes antiquas jugiter recenſendo, proficiat in futurum. Per.

Feria III. in Hebdomada III.
Collecta ad ſanctum Sergium.
Statio ad ſanctam Pudentianam.

G Exaudi nos omnipotens & miſericors Deus, & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per.

G Tua nos Domine protectione defende, & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per.

R Proſequere nos, omnipotens Deus, & quos ab eſcis carnalibus præcipis abſtinere, a noxiis quoque vitiis ceſſare concede. Per.

R Da, quæſumus Domine, Rex æterne cunctorum, ut ſacro nos purificatos jejunio, ſinceris quoque mentibus ad tua Sancta ventura facias pervenire. Per.

R Concede, miſericors Deus, ut devotus tibi populus ſemper exiſtat, & de tua clementia, quod ei profit, indeſinenter obtineat. Per.

Feria IV. in Hebd. III.
Collecta ad ſanctam Balbinam.
Statio ad S. Xiſtum.

Præſta nobis, quæſumus Domine, G ut ſalutaribus jejuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abſtinentes, propitiationem tuam faciliùs impetremus. Per.

Concede, quæſumus, omnipotens G Deus, ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſerviamus. Per.

Deus, qui nos formam humilitatis R jejunando & orando, Unigeniti tui Domini noſtri imitatione, docuiſti, concede quæſumus, ut quod ille jugi jejuniorum continuatione complevit, nos quoque per partes dierum facias adimplere. Per eumdem.

Da nobis Domine, quæſumus, ob- R ſervantiam legitima devotione perfectam, ut refrænatione carnalis alimoniæ, ſancta tibi converſatione placeamus. Per.

Defende Domine familiam tuam, R & toto tibi corde proſtratam ab hoſtium tuere formidine, nec bona tua difficulter inveniat, pro quibus & Sancti tui, & Angelicæ tibi ſupplicant Poteſtates. Per.

Feria V. in Hebd. III.
Antiquitus vacabat Statio.
poſtea, Collecta ad
S. Marcum.
Statio ad SS. Coſmam
& Damianum.

Magnificet te Domine Sanctorum G tuorum Coſmæ & Damiani beata ſolemnitas, qua & illis gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili providentia contuliſti. Per.

Subjectum tibi populum, quæſu- G mus Domine, propitiatio cæleſtis am-

plificet. & tuis semper faciat servire mandatis. Per.

E Concede quæsumus. *Require supra Feria IV.*

Feria VI. in Hebd. III.
Collecta ad sanctam Mariam Rotundam.
Statio ad sanctum Laurentium in Titulo Lucinæ.

G Jejunia nostra. quæsumus. Domine benigno favore prosequere. ut sicut ab alimentis in corpore. ita a vitiis jejunemus in mente. Per.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui in tua protectione confidimus. cuncta nobis adversantia. te adjuvante vincamus. Per.

R Præsta. quæsumus. Domine. ut observationes sacras annua devotione recolentes. & corpore tibi placeamus & mente. Per.

R Concede. quæsumus. Domine fragilitati nostræ sufficientiam competentem. ut suæ Reparationis effectum & pia conversatione recenseat. & cum exultatione suscipiat. Per.

R Super populum tuum. Domine quæsumus. benedictio copiosa descendat. indulgentia veniat. consolatio tribuatur. fides sancta succrescat. redemptio sempiterna firmetur. Per.

Sabbato in Hebd. III.
Collecta ad S. Vitalem.
Statio ad sanctam Susannam.

Præsta. quæsumus. omnipotens
G Deus. ut qui se affligendo carne ab alimentis abstinent. sectando justitiam à culpa jejunent. Per.

G Prætende Domine fidelibus tuis dexteram cælestis auxilii. ut & te toto corde perquirant. & quæ dignè postulant consequi mereantur. Per.

R Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut dignitas conditionis humanæ. per immoderantiam sauciata. medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per.

R Auge fidem tuam Domine. quæsumus. miseratus in nobis. quia pietatis tuæ subsidia non negabis. quibus integrè contuleris firmitatem. Per.

R Esto. quæsumus. Domine propitius plebi tuæ. ut quæ tibi non placent respuentes. tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per.

Quarta Dominica in Quadragesima.
*Statio ad Jerusalem in * Sessorio.* * Sessorio.

G Concede quæsumus. omnipotens Deus. ut qui ex merito nostræ actionis affligimur. tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per.

Ad Vesperos.

G L Deus. qui in deserti regione multitudinem populi tua virtute satiasti. in hujus quoque sæculi transeuntis excursu victum nobis spiritalem. ne deficiamus. impende. Qui vivis & regnas &c.

Aliæ Orationes.

R Tu semper. quæsumus Domine. tuam attolle benignus familiam. tu dispone correctam. tu propitius tuere subjectam. tu guberna perpetua bonitate salvandam. Per.

R Tu famulos tuos. quæsumus Domine. bonis moribus placatus institue. tu in eis quod tibi placitum sit dignanter infunde. ut & digni sint. & tua valeant beneficia promereri. Per.

Pro Scrutinio Secundo Electorum.

R Omnipotens sempiterne Deus. Ecclesiam tuam spiritali jocunditate multiplica. ut qui sunt generatione terreni. fiant regeneratione cælestes. Per.

Fe-

Feria II. in Hebdomada IV.
Collecta ad sanctum Stephanum in Cælio monte.
Statio ad sanctos Quatuor Coronatorum.

G Præsta quæsumus. omnipotens Deus. ut observationes sacras annua devotione recolentes. & corpore tibi placeamus & mente. Per.

O Deprecationem nostram. quæsumus. Domine benignus exaudi. & quibus supplicandi præstas affectum. tribue defensionis auxilium. Per.

R Sacræ nobis. quæsumus Domine. observationis jejunia. & piæ conversationis augmentum. & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium. Per.

R Proficiat. quæsumus Domine. plebi tibi dicatæ piæ devotionis affectus. ut sacris actionibus erudita. quanto Majestati tuæ fit gratior. tanto donis potioribus augeatur. Per.

R Tueatur. quæsumus Domine. dextera tua populum tuum deprecantem. & purificatum dignanter erudiat. ut consolatione præsenti ad futura bona proficiat. Per.

Feria III. in Hebd. IV.
Collecta ad Monasterium domnæ Rosæ.
Statio ad sanctum Laurentium in Titulo Damasi.

G Sacræ nobis quæsumus. *Require pridie hujus diei.*

G Miserere Domine populo tuo. & continuis tribulationibus laborantem. propitius respirare concede. Per.

R Da nostræ summe conditionis Reparator. ut semper declinemus a malis. & omne quod bonum est. prompta voluntate sectemur. Per.

Exercitatio veneranda. Domine. jejunii salutaris. populi tui corda disponat. ut & dignis mentibus suscipiat Paschale mysterium. & continuatæ devotionis sumat augmentum. Per.

Populi tui Deus institutor & rector. R peccata quibus impugnatur expelle. ut semper tibi placitus. & tuo munimine sit securus. Per.

Feria IV. in Hebd. IV.
Collecta ad sanctum Mennam.
Statio ad S. Paulum.

Deus. qui & justis præmia meritorum. & peccatoribus per jejunium veniam præbes. miserere supplicibus tuis. ut reatus nostri confessio. indulgentiam valeat percipere delictorum. Per. O

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut quos jejunia votiva castigant. ipsa quoque devotio sancta lætificet. ut terrenis affectibus mitigatis. facilius cælestia capiamus. Per. G

Pateant aures misericordiæ tuæ. Domine. precibus supplicantum. & ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per. d

Omnipotens sempiterne Deus. qui & justis præmia meritorum. & peccatoribus per jejunium erroris sui veniam præbes. miserere supplicibus. parce peccantibus. ut reatus nostri confessio. indulgentiam valeat percipere delictorum. Per. R

Concede misericors Deus. ut sicut nos tribuis solemne tibi deferre jejunium. sic nobis indulgentiæ tuæ præbe benignus auxilium. Per. R

Da plebi tuæ Domine piæ semper devotionis affectum. ut quæ prava sunt. respuens sancta conversatione firmetur. & a peccatis libera nullis adversitatibus atteratur. Per. R

Fe-

Feria V. in Hebd. IV.
Antiquitus vacabat Statio · postea.
Collecta ad S. Quiricum ·
Statio ad sanctum Silvestrum
*(* in Titulo Equitii ·)*

G Præsta . quæsumus . omnipotens Deus . ut quos votiva jejunia castigant · *Require pridie hujus diei* · .

G Populi tui Deus institutor . &c. *Require supra Feria III.*

Feria VI. in Hebd. IV.
Collecta ad S. Vitum in Macello ·
Statio ad S. Eusebium ·

G Deus . qui ineffabilibus Mundum renovas sacramentis . præsta . quæsumus . ut Ecclesia tua æternis proficiat institutis · & temporalibus non destituatur auxiliis · Per ·

G Da . quæsumus . omnipotens Deus. ut qui infirmitatis nostræ conscii de tua virtute confidimus . sub tua semper pietate gaudeamus · Per ·

R Præsta . quæsumus Domine . ut salutaribus jejuniis eruditi . a noxiis etiam vitiis abstinentes . propitiationem tuam faciliùs impetremus · Per ·

R Prosequere . quæsumus . omnipotens Deus . jejuniorum sacra mysteria. & quos ab escis carnalibus præcipis temperare . a noxiis quoque vitiis cessare concede · Per ·

R Adesto . Domine . populis . qui sacra mysteria contigerunt . ut nullis periculis affligantur . qui te protectore confidunt · Per ·

Sabbato in Hebd. IV.
Antiquitus Statio ad sanctum Laurentium Martyrum . sive . ad corpus . foris murum · postea .
Collecta ad S. Angelum [ad] piscium venditorem ·
Statio ad S. Nicolaum de Carcere ·

G Fiat Domine . quæsumus . per gratiam tuam fructuosus nostræ devotionis affectus . quia tunc nobis proderunt suscepta jejunia . si tuæ sint placita pietati · Per ·

G Deus . qui sperantibus in te misereri potius eligis . quam irasci . da nobis dignè flere mala quæ fecimus . ut tuæ consolationis gratiam invenire valeamus · Per ·

R Deus omnium misericordiarum ac totius bonitatis auctor . qui peccatorum remedia jejuniis . orationibus . & eleemosynis demonstrasti . respice propitius in hanc humilitatis nostræ confessionem · . ut qui inclinamur conscientia nostra . tua semper misericordia erigamur · Per ·

R Tua nos . Domine quæsumus . gratia . & sanctis exerceat veneranda jejuniis . & cælestibus mysteriis efficiat aptiores · Per ·

R Plebem tuam Domine . quæsumus . interius exteriusque restaura . ut quam corporeis non vis delectationibus impediri . spiritali facias vigere proposito . & sic rebus foveas transituris . ut tribuas potius inhærere perpetuis . Per ·

Quinta Dominica in Quadragesima de Passione Domini ·
Statio ad sanctum Petrum ·

G Quæsumus . omnipotens Deus familiam tuam propitius respice . ut te largiente regatur in corpore . & te servante custodiatur in mente · Per ·

R.G Da nobis . quæsumus Domine . perseverantem in tua voluntate famulatum . ut in diebus nostris . & merito & numero populus tibi serviens augeatur · Per ·

Pro Scrutiniis Electorum ·

R Concede Domine Electis nostris . ut sanctis edocti mysteriis . & renoventur

ventur fonte Baptiſmatis. & inter Eccleſiæ tuæ membra numerentur. Per.

R Concurrat. Domine quæſumus. populus tuus. & toto tibi corde ſubjectus obtineat. ut ab omni perturbatione ſecurus. & ſalvationis ſuæ gaudia promptus exerceat. & pro Regenerandis benignus exoret. Per.

R Deus. qui cum ſalutem hominum ſemper operaris. nunc tamen populum tuum gratia abundantiore multiplicas. reſpice propitius ad Electionem tuam. ut paternæ protectionis auxilio & regenerandos munias & renatos. Per.

Feria II. in Hebdom. V.
Collecta ad S. Georgium.
Statio ad ſanctum Chryſogonum Tranſtiberim.

G Sanctifica. quæſumus. Domine noſtra jejunia. & cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per.

G Da. quæſumus. Domine populo tuo ſalutem mentis & corporis. ut bonis operibus inhærendo. tua ſemper mereatur protectione defendi. Per.

R Deus. qui ad imaginem tuam conditis ideo das temporalia. ut largiaris æterna. Eccleſiam tuam ſpiritali fœcunditate multiplica. ut qui ſunt generatione terreni. fiant regeneratione cæleſtes. Per.

R Adjuva nos. Deus ſalutaris noſter. & in ſacrificio jejuniorum noſtras mentes purifica. ut ad beneficia recolenda (quibus nos inſtaurare dignatus es) tribuas venire gaudenter. Per.

R Benedictio. Domine quæſumus. in tuos fideles copioſa deſcendat. & quam ſubjectis cordibus expetunt. largiter conſequantur. Per.

Feria III. in Hebd. V.
Collecta vacat.
Statio ad ſanctum Cyriacum in Thermis.

Noſtra tibi. quæſumus Domine. ſint accepta jejunia. quæ nos & expiando gratia tua dignos efficiant. & ad remedia perducant æterna. Per. G

Da nobis. quæſumus. Domine perſeverantem. *Require ſupra in Dominica.* G

Præſta. quæſumus. Domine ut obſervationes ſacras annua devotione recolentes. & corpore tibi placeamus & mente. Per. R

Fiat. quæſumus Domine. per gratiam tuam fructuoſus noſtræ devotionis affectus. quia tunc nobis proderunt ſuſcepta jejunia. ſi tuæ ſint placita pietati. Per. R

Libera Domine. quæſumus. a peccatis & hoſtibus tibi populum ſupplicantem. ut in ſancta converſatione viventes. nullis afficiantur adverſis. Per. R

Feria IV. in Hebd. V.
Collecta ad ſanctum Marcum.
Statio ad S. Marcellum.

Sanctificato hoc jejunio. Deus. tuorum corda fidelium miſerator illuſtra. & quibus devotionis præſtas affectum. præbe ſupplicantibus pium benignus auditum. Per. G

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus. & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges. conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per. G

Jejunia. quæſumus Domine (quæ ſacris exequimur inſtitutis) & nos a reatibus noſtris ſemper expediant. & tuam nobis juſtitiam faciant eſſe placatam. Per. R

Præ-

R Præsta . quæsumus . omnipotens Deus.ut quos jejunia votiva castigant. ipsa quoque devotio sancta lætificet. ut terrenis affectibus mitigatis. facilius cælestia capiamus · Per ·

R Gregem tuum Pastor bone placatus intende. & oves. quas pretioso Sanguine Filii tui redemisti . diabolica non sinas incursione lacerari · Per eumdem ·

Feria V. in Hebd. V.
Antiquitus vacabat Statio · postea · Collecta ad sanctam Mariam in Via Lata ·
Statio ad S. Apollinarem ·

G Præsta . quæsumus . omnipotens Deus. ut dignitas conditionis humanæ per immoderantiam sauciata · medicinalis parsimoniæ studio reformetur · Per ·

G Esto . quæsumus . Domine propitius plebi tuæ . ut quæ tibi non placent . respuentes . tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum · Per ·

Tribue nobis . quæsumus . indulgentiam peccatorum . ut instituta jejunia tibi placitis sensibus operemur · Per ·

Feria VI. in Hebd. V.
Collecta ad SS. Johannem & Paulum ·
Statio ad sanctum Stephanum in Cælio Monte ·

G Cordibus nostris . Domine . benignus infunde . ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes . temporaliter potius maceremur . quam suppliciis deputemur æternis · Per ·

O Concede . quæsumus . omnipotens Deus; ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus . liberati a malis omnibus secura tibi mente serviamus · Per ·

Tribue nobis . quæsumus . Domine indulgentiam peccatorum . ut instituta Paschalia tibi placitis sensibus operemur · Per · R

Omnipotens sempiterne Deus . clementiam tuam suppliciter exoramus . ut qui mala nostra semper prævenis miserendo . facias nos tibi placitos . & piis actionibus & jejuniis salubribus expiando · Per · R

Protege Domine populum tuum · & in Sanctorum tuorum patrocinio confidentem . perpetua defensione guberna · Per · R

Sabbato in Hebd. V. quando eleemosyna datur . sive . quando datur fermentum in Consistorio Lateranensi ·
Antiquitus Statio ad S. Petrum · postea · collecta ad S. Xistum ·
Statio ad sanctum Johannem in Porta Latina ·

Proficiat . quæsumus Domine . plebs tibi dicata piæ devotionis affectu . ut sacris actionibus erudita . quanto majestati tuæ sit gratior . tanto donis potioribus augeatur · Per · G

Tueatur . quæsumus Domine . dextera tua populum tuum deprecantem . & purificatum dignanter erudiat . ut consolatione præsenti ad futura bona proficiat · Per · G

Omnipotens sempiterne Deus . qui per abstinentiam salutarem & corporibus nostris mederis & mentibus . majestatem tuam supplices exoramus . ut pia jejunantium precatione placatus . & præsentia nobis subsidia præbeas & futura · Per · R

Sanctificato hoc jejunio . tuorum corda fidelium . Deus miserator inlustra . & quibus devotionis præstas affectum. R

fectum. præbe supplicantibus pium benignus auditum. Per.

R Visita, quæsumus, Domine plebem tuam, & corda sacris dicata mysteriis, pietate tuere pervigili, ut remedia salutis æternæ, quæ te miserante percipit, te protegente custodiat. Per.

Dominica in Palmas, de Passione Domini.
Collecta ad S. Mariam.
Oratio ad Collectam.

S Adjuva Domine fragilitatem plebis tuæ, ut ad votivum magnæ Festivitatis effectum, intercedente Beata Dei Genitrice Maria, & corporaliter gubernata recurrat, & ad perpetuam gratiam devota perveniat. Per cumdem.

Vel alia.
Deus quem diligere. *Req. infra.*

Ex Orationibus in benedictione Palmarum, sive Frondium.

C.L Deus, qui miro dispensationis ordine, ex rebus etiam insensibilibus dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti, da quæsumus, ut devota tuorum corda fidelium salubriter intelligant, quid misticè designetur in facto, quod hodie cælesti lumine afflata Redemptori obviam procedens, Palmarum atque Olivarum ramos vestigiis ejus turba substravit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant, surculi vero Olivarum spiritualem Unctionem advenisse quodammodo clamant. Intellexit enim jam tunc illa hominum beata multitudo præfigurari, quia Redemptor noster humanis condolens miseriis, pro totius Mundi vita, cum mortis principe citius esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. & ideo talia obsequens administravit, quæ in illo & triumphos Victoriæ, & Misericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoque, plena fide & factum & significatum retinentes, te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus, ut in ipso, atque per ipsum (cujus nos membra fieri voluisti) de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius etiam gloriosæ Resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti, per omnia sæcula sæculorum.

Deus, qui Filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum pro salute nostra in hunc Mundum misisti, ut se humiliaret ad nos, & nos revocaret ad te, cui etiam, dum Jerusalem veniret, ut adimpleret Scripturas, credentium populorum turba, fidelissima devotione vestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebant, præsta quæsumus, ut illi fidei viam præparemus, de qua remoto lapide offensionis, & petra scandali, frondeant apud te opera nostra justitiæ ramis, ut ejus vestigia sequi mereamur. Qui tecum vivit. G.L

Statio ad Missam ad S. Johannem in Lateranis, hoc est, in Basilica Salvatoris.

Oratio ad Missam.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Salvatorem nostrum carnem sumere & crucem subire fecisti, concede propitius, ut & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eumdem. G

Aliæ Orationes.

R Deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum. Salvatorem nostrum & carnem sumere. & Crucem subire fecisti. concede propitius. ut & patientiæ ipsius habere documentum. & Resurrectionis ejus consortia mereamur. Christi Domini nostri. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. per.

L.R Deus. quem diligere & amare justitia est. ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica. ut qui fecisti nos morte Filii tui sperare, quod credimus. fac nos. eodem resurgente. pervenire quò tendimus. Per eumdem.

R Purifica. quæsumus. Domine familiam tuam. & ab omnibus contagiis pravitatis emunda. ut redempta vasa sui Domini Passione. non spiritus immundus rursus inficiat. sed salvatio sempiterna possideat. Per eumdem.

Feria II. in Hebd. VI.
Collecta ..... Statio ad S. Praxedem.
al. Collecta ad Sanctam Balbinam.
Statio ad SS. Nereum & Achilleum.

G Da quæsumus. omnipotens Deus. ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus. intercedente Unigeniti Filii tui passione respiremus. Per.

G Adjuva nos Deus salutaris noster. & ad beneficia recolenda (quibus nos instaurare dignatus es) tribue venire gaudentes. Per.

R Reminiscere miserationum tuarum Domine. & famulos tuos æterna protectione sanctifica. pro quibus Christus Filius tuus per suum cruorem nobis instituit Paschale mysterium. Qui tecum.

R Excita Domine tuorum corda fidelium. ut sacris intenta doctrinis. & intelligant quod sequantur. & sequendo fideliter apprehendant. Per.

Populum tuum Domine. quæsumus. toto corde converte. quia quos defendis etiam delinquentes. majore pietate tueris & sincera mente devotos. Per. R

Feria III. in Hebd. VI.
Collecta ad S. Mariam de Portica.
Statio ad Sanctam Priscam.

Omnipotens sempiterne Deus. da nobis ita Dominicæ Passionis sacramenta peragere. ut indulgentiam percipere mereamur. Per eumdem Dominum. G

Tua nos misericordia. Deus. & ab omni subreptione vetustatis expurget. & capaces sanctæ novitatis efficiat. Per. G

Da misericors Deus. ut quod in tui Filii Passione Mundus exercuit. salutare nobis fideliter sentiamus. Per eumdem. R

Fac omnipotens sempiterne Deus. ut quæ veraciter facta recurrimus. in nostrum transire remedium gratulemur. Per. R

Da. quæsumus. Domine fidelibus tuis. & sine cessatione capere Paschalia sacramenta. & desideranter expectare ventura. ut mysteriis (quibus renati sunt) permanentes. ad novam vitam his operibus perducantur. Per. R

Feria IV. in Hebd. VI.
Collecta ad S. Petrum ad Vincula.
Statio ad S. Mariam Majorem.

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus ut qui nostris excessibus incessanter affligimur. per Unigeniti tui Passionem liberemur. Qui tecum. G

Deus. qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti. ut inimici a nobis expelleres potestatem. concede nobis famulis tuis. ut Resurrectionis G

rectionis gratiam consequamur · Per eumdem ·

G Respice, Domine quæsumus. super hanc familiam tuam. pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium. & Crucis subire tormentum · Qui tecum ·

R Omnipotens sempiterne Deus. qui Christi tui beata Passione nos reparas. conserva in nobis opera misericordiæ tuæ. ut in hujus celebritate mysterii. perpetua devotione vivamus · Per eumdem ·

R Præsta. quæsumus. omnipotens & misericors Deus. ut sicut in Condemnatione Filii tui salus omnium fuit piaculum perfidorum. ita & per misericordiam tuam communis sit cultus iste credentium · Per eumdem ·

R Auxiliare Domine populo tuo. ut sacris & devotis proficiens incrementis. & tuo semper munere gubernetur. & ad redemptionis æternæ pertingat (te ducente) consortium · Per ·

Ad horam diei Tertiam ·

Deus. a quo & Judas reatus sui pœnam · *Require infra in Cœna Domini ad Missam* ·

Mox sequuntur Orationes *Solemnes* ·

Oremus. dilectissimi nobis. pro Ecclesia sancta Dei. *cum reliquis*. *Require infra Feria VI. Parasceve in Passione Domini* ·

FERIA V. IN COENA DOMINI ·

Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris ·

Eodem die non psallitur. nec salutatur. idest. non dicitur.

Dominus vobiscum ·

Orationes ·

R Omnipotens sempiterne Deus da. quæsumus. universis famulis tuis. plenius atque perfectius omnia Festi Paschalis introire mysteria. ut incunctanter pia corda cognoscant. quantum debeant de confirmata in Christo renascentium glorificatione gaudere · Per eumdem ·

R Concede credentibus. misericors Deus. salvum nobis de Christi Passione remedium. & humanæ fragilitatis præteritæ culpæ laqueos. æternæ suffragio pietatis absolvat · Per eumdem ·

R Omnipotens sempiterne Deus. qui vitam humani generis. pro nobis Filio tuo moriente. salvasti. præsta quæsumus. ut in hac populi tui devotione fructus proveniat gaudiorum · Per eumdem ·

R Gregem tuum Pastor bone placatus intende. & oves. quas pretioso sanguine Filii tui redemisti. diabolica non sinas incursione lacerari · Per eumdem ·

R Præsta. quæsumus. Domine. ut sicut de præteritis ad nova transimus, ita. vetustate deposita. sanctificatis mentibus innovemur. Per ·

Oratio ad Missam ·

G Deus. a quo & Judas reatus sui pœnam. & confessionis suæ latro præmium sumpsit. concede nobis tuæ propitiationis effectum. ut sicut in Passione sua Jesus Christus Dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum. ita nobis (ablato vetustatis errore) Resurrectionis suæ gratiam largiatur · Qui tecum vivit ·

Ad Vesperos ·

O Deus cujus Cœnam sacratissimam veneramur. ut ea digni inveniamur. munda nos. quæsumus. a sordibus peccatorum. qui ad insinuandum nobis humilitatis exemplum. pedes tuorum dignatus es hodie lavare discipulorum · Qui cum Patre ·

Item in Cœna Domini Orationes ad reconciliandum publicum Pœnitentem.

R. Adesto Domine supplicationibus nostris. & me (qui etiam misericordia tua primus indigeo) clementer exaudi. ut quem non electione meriti. sed dono gratiæ tuæ constituisti operis hujus Ministrum. da fiduciam tui muneris exequendi. & ipse in nostro ministerio. quod tuæ pietatis est. operare. Per.

R. Præsta. quæsumus. Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum. ut Ecclesiæ tuæ sanctæ (a cujus integritate deviarat peccando) admissorum veniam consequendo. reddatur innoxius. Per.

R. Deus humani generis benignissime conditor & misericordissime formator. qui hominem invidia diaboli ab æternitate dejectum. Unici Filii tui sanguine redemisti. vivifica itaque. quem tibi nullatenus mori desideras. & qui non derelinquis devium. adsume correptum. Moveant pietatem tuam. quæsumus Domine. hujus famuli tui lacrymosa suspiria. tu ejus medere vulneribus. tu jacenti manum porrige salutarem. ne Ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur. nec Grex tuus detrimentum sustineat. ne de Familiæ tuæ damno inimicus exultet. ne renatum lavacro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo. Domine. supplices preces. tibi fletum cordis effundimus. tu parce confitenti. ut in imminentes pœnas sententiamque futuri Judicii. te miserante. non incidat. Nesciat quod terret in tenebris. quod stridet in flammis. atque ab erroris via ad iter reversus justitiæ. nequaquam ultra novis vulneribus sauciettur. sed integrum sit ei atque perpetuum. & quod gratia tua contulit. & quod misericordia reformavit. Per eumdem.

Item ad reconciliandum Pœnitentem.

Omnipotens sempiterne Deus. confitenti tibi huic famulo tuo. pro tua pietate peccata relaxa. ut non plus ei noceat conscientiæ reatus ad pœnam. quam indulgentia tuæ pietatis [prosit] ad veniam. Per. R

Omnipotens & misericors Deus. qui peccatorum indulgentiam in confessione celeri posuisti. succurre lapsis. miserere confessis. ut quos delictorum catena constringit. magnitudo tuæ pietatis absolvat. Per. R

Deus. qui confitentium tibi corda purificas. & accusantes suas conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis. da indulgentiam reis. & medicinam tribue vulneratis. ut percepta remissione omnium peccatorum. sincera deinceps devotione permaneant. & nullum redemptionis æternæ sustineant detrimentum. Per. R

Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. respice super hunc famulum tuum. qui ab infesta sæculi tempestate demersus. flebili lamentatione suos accusat excessus. ut fletus ac gemitus ejus piè suscipias. eumque de tenebris ad lumen revoces. & medelam confitenti. salutem pœnitenti. & vulnerato auxilium sanitatis indulgeas. nec ultra inimicus in ejus habeat anima potestatem. ejusque confessionem libenter admittens. Ecclesiæ tuæ purificatum restitue. ac tuo Altario repræsenta. ut ad Sacramentum Reconciliationis admissus. unà nobiscum sancto Nomini tuo gratias agere mereatur. Per. R

Oratio

Oratio post Reconciliationem vel postеaquam communicaverit ·

R Deus . qui confitentium tibi corda purificas . & accusantes se conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis . da indulgentiam reis . & medicinam tribue vulneratis . ut percepta remissione omnium peccatorum . in Sacramentis tuis sincera deinceps devotione permaneant . & nullum redemptionis æternæ sustineant detrimentum · Per ·

Item in V. Feria Orationes Chrismales ·

R Domine Deus . qui in regenerandis plebibus tuis ministerio uteris Sacerdotum . tribue nobis perseverantem in tua voluntate famulatum . ut dono gratiæ tuæ in diebus nostris & merito & numero sacratus tibi populus augeatur · Per ·

R Da nobis . omnipotens Deus . remedia conditionis humanæ & sincero tractare servitio . & cum profectu salutis implere · Per ·

Oratio ante Mandatum ·

O Deus . cujus Cœnam sacratissimam · *Require supra ad Vesperos* ·

Orationes post Mandatum ·

O Adesto Domine officiis nostræ servitutis . quia tu pedes lavare dignatus es tuis discipulis . ne despicias opera manuum tuarum . quæ nobis retinenda mandasti . ut sicut hic exteriora abluuntur inquinamenta . sic a te omnium nostrum interiora laventur peccata · Quod ipse præstare digneris . qui vivis & regnas ·

O Deus . qui Discipulorum tuorum pedes abluens pio affectu . eis exemplum præbuisti . mandatumque dedisti . concede propitius . ut per obsequium mandatorum tuorum . eorum obtentu de tuo lætemur adspectu · Quod ipse præstare digneris . qui cum Patre & Spiritu Sancto &c·

Annue misericors Deus . ut qui divina præcepta violando . Paradisi felicitate decidimus . ad æternæ beatitudinis redeamus accessum per tuorum custodiam mandatorum · Quod ipse præstare digneris . qui cum Patre &c. O

Oratio pro his qui ipsum Mandatum adimpleverunt ·

Respice Domine super hos famulos tuos . qui se inclinando obedientiæ sanctæ . pio obsequio fratrum suorum expleverunt servitium . ut semper te habeant in auxilium . & in bonis actibus superent inimicum . & inoffensè semper agant servitium consuetum . ut æternum a te mereantur percipere præmium · Per · O

FERIA VI. MAJORE PARASCEVE IN PASSIONE DOMINI ·
Statio in Suxorio . quod est . in Basilica Jerusalem ·

Deus a quo . & Judas · *Require supra in Cœna Domini* · G

Deus qui peccati veteris hereditariam mortem . in qua posteritatis genus omne successerat . Christi tui Domini nostri Passione solvisti . dona . ut conformes eidem facti . sicut imaginem Terreni naturæ necessitate portavimus . ita imaginem Cælestis gratiæ sanctificatione portemus Christi Domini nostri · Qui tecum vivit · R

ORATIONES SOLEMNES
(Præfatio ·)

Oremus . dilectissimi nobis . in primis pro Ecclesia sancta Dei . ut eam Deus & Dominus noster pacificare . aduna- G.R

adunare & custodire dignetur per universum orbem terrarum. subjiciens ei principatus & potestates. detque nobis tranquillam & quietam vitam degentibus. glorificare Deum Patrem omnipotentem.

Oremus. *Adnunciat Diaconus*. Flectamus genua. *Iterum dicit*. Levate. (*Oratio*.)

G.R Omnipotens sempiterne Deus. qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelasti. custodi opera misericordiæ tuæ. ut Ecclesia tua toto orbe diffusa. stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eumdem.

(*Præfatio*.)

R.G Oremus & pro famulo Dei Papa nostro Sedis Apostolicæ ill. & pro Antistite nostro ill. ut Deus omnipotens. qui elegit eos in ordine Episcopatus. salvos & incolumes custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ ad regendum populum sanctum Dei.

Oremus. *Item adnunciat Diaconus ut supra*. (*Oratio*.)

R.G Omnipotens sempiterne Deus. cujus æterno judicio universa fundantur. respice propitius ad preces nostras. & electos a te nobis Antistites tua pietate conserva. ut Christiana plebs. quæ talibus gubernatur Auctoribus. sub tantis Pontificibus credulitatis suæ meritis augeatur. Per.

(*Præfatio*.)

R.G Oremus & pro omnibus Episcopis. Presbyteris. Diaconibus. Subdiaconibus. Acolythis. Exorcistis. Lectoribus. Ostiariis. Confessoribus. Virginibus. Viduis. & pro omni populo sancto Dei.

Oremus. *Item adnunciat Diaconus ut supra*. (*Oratio*.)

Omnipotens sempiterne Deus. cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur. exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes. ut gratiæ tuæ munere. ab omnibus [tibi Gradibus] fideliter serviatur. Per. in unitate ejusdem. R.G

(*Præfatio*.)

Oremus & pro Christianissimo Imperatore. vel Rege nostro ill. ut Deus omnipotens subditas illis faciat omnes Barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem. R.G

Oremus. *Item adnunciat Diaconus ut supra*. (*Oratio*.)

Omnipotens sempiterne Deus. qui Regnis omnibus æterna potestate dominaris. respice propitius ad Romanum. sive Francorum benignus Imperium. ut Gentes. quæ in sua feritate confidunt. dexteræ tuæ potentia comprimantur. Per. R.G

(*Præfatio*.)

Oremus & pro Catechumenis nostris. ut Deus & Dominus noster adaperiat aures præcordiorum ipsorum. januamque misericordiæ. ut per lavacrum Regenerationis. accepta remissione omnium peccatorum. digni inveniantur in Christo Jesu Domino nostro. R.G

Oremus. *Adnunciat Diaconus ut sup*. (*Oratio*.)

Omnipotens sempiterne Deus. qui Ecclesiam tuam nova semper prole fœcundas. auge fidem & intellectum Catechumenis nostris. ut renati fonte Baptismatis adoptionis tuæ filiis adgregentur. Per. R.G

Præ-

(Præfatio ·)

R.G Oremus . dilectiſſimi nobis . Deum Patrem omnipotentem. ut cunctis Mundum purget erroribus. morbos auferat . famem depellat . aperiat carceceres . vincula diſſolvat. peregrinantibus reditum . infirmantibus ſanitatem . navigantibus portum ſalutis indulgeat ·

Oremus· *Adnunciat Diaconus ut ſup.*
(Oratio .)

R.G . Omnipotens ſempiterne Deus . mœſtorum conſolatio . laborantium fortitudo . perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium . ut omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis . miſericordiam tuam gaudeant adfuiſſe · Per·

(Præfatio ·)

R.G Oremus & pro Hæreticis . & Schiſmaticis . ut Deus & Dominus noſter eruat eos ab erroribus univerſis . & ad ſanctam matrem Eccleſiam Catholicam atque Apoſtolicam revocare dignetur ·

Oremus· *Adnuntiat Diaconus ut ſupra·*
[Oratio·]

G.R Omnipotens ſempiterne Deus . qui omnes ſalvas . & neminem vis perire . reſpice ad animas diabolica fraude deceptas . ut omni hæretica perverſitate depulſa . errantium corda reſipiſcant · & ad veritatis tuæ redeant firmitatem · Per ·

(Præfatio ·)

G.R Oremus & pro perfidis Judæis . ut Deus & Dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum . ut & Ipſi cognoſcant Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum ·

Oremus· *Adnuntiat Diaconus. ut ſupra·*
[Oratio ·]

Omnipotens ſempiterne Deus· qui etiam Judaicam perfidiam a tua miſericordia non repellis . exaudi preces noſtras . quas tibi pro illius populi obcæcatione deferimus. ut agnita veritatis tuæ luce . quæ Chriſtus eſt, a ſuis tenebris eruantur · Per eum dem . G.R

(Præfatio ·)

Oremus & pro Paganis . ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum . & relictis idolis ſuis convertantur ad Deum [vivum &] verum . & unicum filium ejus Jeſum Chriſtum [Deum &] Dominum noſtrum · Cum quo vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſæcula ſæculorum · G.R

Oremus · *aduuntiat Diaconus ut ſupra ·*
(Oratio .)

Omnipotens ſempiterne Deus . qui non mortem peccatorum . ſed vitam ſemper inquiris . ſuſcipe propitius orationem noſtram . & libera eos ab idolorum cultura . & adgrega Eccleſiæ tuæ ſanctæ . ad laudem & gloriam nominis tui · Per · G.R

SABBATO SANCTO·
In Vigiliis Paſchæ ·
Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc eſt , in Baſilica Salvatoris ·
Veſpere Sabbati cum ingrediuntur ad Vigilias . primitus dicitur Litania Septena. cujus ſcilicet Sanctorum invocationes . obſecrationes & rogationes ſepties repetuntur . mox benedicitur Cereus Paſchalis . deinde recitantur XII. Lectiones . ſingulisque Lectionibus Oratio ſubnectitur ·

Oratio·

Orationes per singulas Lectiones in Sabbato Sancto in Vigilia Paschæ·

L.R Deus qui divitias misericordiæ tuæ in hac præcipue Nocte largiris. propitiare universo ordini Sacerdotalis officii · & omnes Gradus famulatus nostri perfecta delictorum remissione sanctifica. ut ministraturos regeneratrici gratiæ tuæ. nulli esse obnoxios patiaris offensæ· Per·

Sequitur I. Lectio Libri Genesis· In principio fecit Deus cælum & terram·

L.G Deus. qui mirabiliter creasti hominem. & mirabiliùs redemisti. da nobis quæsumus contra oblectamenta peccati. mentis ratione persistere. ut mereamur ad gaudia æterna pervenire· Per·

Sequitur II. Lectio de Noe·

.R Deus incommutabilis virtus. lumen æternum. respice propitius ad totius Ecclesiæ tuæ mirabile sacramentum. & opus salutis humanæ. perpetuæ dispositionis effectu tranquillus operare. totusque Mundus experiatur & videat dejecta erigi. inveterata novari. & per ipsum redire omnia in integrum. a quo sumpsere principium. Dominum nostrum Jesum Christum. Filium tuum· Qui tecum·

III. Lectio de Abraham· Tentavit Deus Abraham·

R.L Deus. fidelium Pater summe. qui in toto Orbe terrarum promissionis tuæ filios. diffusa adoptione. multiplicas. & per Paschale sacramentum Abraham puerum tuum universarum (sicut jurasti) Gentium efficis patrem. da populis tuis dignè ad gratiam suæ vocationis intrare· Per·

IV. Lectio Libri Exodi· Factum est autem in Vigilia matutina· *cum Cantico·* Cantemus Domino·

Deus. cujus antiqua miracula in præsenti quoque sæculo coruscare sentimus. præsta quæsumus. ut sicut priorem populum ab Ægyptiis liberasti. hoc ad salutem Gentium per aquas Baptismatis opereris· Per· G

Vel alia·

Deus. cujus antiqua miracula etiam nostris sæculis coruscare sentimus. dum. quod uni populo a persecutione Ægyptia liberando. dexteræ tuæ potentia contulisti. id in salutem Gentium per aquam regenerationis operaris. præsta. ut in Abrahæ filios. & in Israeliticam dignitatem. totius Mundi transeat plenitudo· Per· R.L

V. Lectio Esaiæ Prophetæ· Hæc est hæreditas credentibus in Domino·

Omnipotens sempiterne Deus. multiplica in honorem nominis tui. quod Patrum fidei spopondisti. & promissionis filios sacra adoptione dilata. ut quod priores Sancti non dubitaverunt futurum. Ecclesia tua magna jam ex parte cognoscat impletum· Per· R.L

Vel alia·

Deus. qui Ecclesiam tuam semper. Gentium· *Req. post VI. Lectionem.* G

VI. Lectio Jeremiæ Prophetæ· Audi Israel mandata vitæ·

Deus. qui Ecclesiam tuam semper Gentium vocatione multiplicas. concede propitius. ut quos aqua baptismatis abluis continua protectione tuearis· Per· L

VII. Le-

VII. Lectio Ezechielis Prophetæ · Facta est super me manus Domini ·

L Deus. qui nos ad celebrandum Paschale sacramentum. utriusque Testamenti paginis * imbuisti. da nobis intelligere misericordias tuas. ut ex perceptione præsentium munerum. firma sit expectatio futurorum · Per ·

*instruis.

VIII. Lectio Esaiæ Prophetæ · Apprehendent septem mulieres virum unum. *cum Cantico* · Vinea Domini ·

R.L Deus qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filiis. sanctorum Prophetarum voce manifestasti. in omni loco dominationis tuæ. satorem te bonorum seminum. & electorum palmitum esse cultorem. tribue quæsumus populis tuis (qui & vinearum apud te nomine censentur & segetum) ut spinarum & tribulorum squalore resecato digni efficiantur fruge fœcundi · Per ·

Vel alia.

G Deus qui nos ad celebrandum Paschale · *Req. post VII. Lect.*

IX. Lectio Libri Exodi · Dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti ·

L Omnipotens sempiterne Deus. qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es. intelligant redempti tui non fuisse excellentius. quod initio factus est Mundus. quam quod in fine sæculorum Pascha nostrum immolatus est Christus · Qui tecum ·

X. Lectio de Jona ·

R.L Deus.qui diversitatem omnium Gentium in confessione tui nominis * unum esse fecisti. da nobis & velle & posse quod præcipis. ut populo ad æternitatem vocato. una sit fides mentium & pietas actionum · Per ·

*adunasti.

XI. Lectio Libri Deuteronomii · Scripsit Moyses canticum. *cum Cantico* · Attende Cælum ·

R.L Deus celsitudo humilium. & fortitudo rectorum. qui per sanctum Moysen puerum tuum. ita erudire populos tuos sacri carminis tui decantatione voluisti. ut illa Legis iteratio. fieret etiam nostra directio. excita in omnem justificatarum Gentium plenitudinem potentiam tuam. & da lætitiam. mitigando terrorem. ut omnium peccatis tua remissione deletis. quod denuntiatum est in ultionem. transeat in salutem · Per ·

XII. Lectio Danielis Prophetæ · Nabuchodonosor ·

R.L Omnipotens sempiterne Deus. spes unica Mundi. qui Prophetarum tuorum præconio. præsentium temporum declarasti mysteria. auge populi tui vota placatus. quia in nullo fidelium. nisi ex tua inspiratione proveniunt quarumlibet incrementa virtutum · Per ·

Oratio post Psal. XLI. Sicut cervus desiderat ad fontes ·

G Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui festa Paschalia agimus. cælestibus desideriis accensi fontem vitæ sitiamus · Per ·

Alia Oratio in eodem Psalmo XLI.

R.G Omnipotens sempiterne Deus respice propitius ad devotionem populi renascentis. qui sicut cervus aquarum tuarum expetit fontem. & concede propitius. ut fidei ipsius sitis. Baptisma-

ptismatis mysterio animam corpusque sanctificet · Per ·

* *Sequitur Litania Quina . quæ quinquies repetitur - Benedictio Fontis Baptisterii . Baptismus Catachumenorum Competentium . eorumque Consignatio per Pontificem · mox Litania Trina . quæ ter repetitur . & tandem Missa ·.*

Orationes & Preces in Nocte sancta ad Missam ·

R.G Deus . qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ Resurrectionis inlustras . conserva in nova familiæ tuæ progenie . adoptionis Spiritum . quem dedisti . ut corpore & mente renovati . puram tibi exhibeant servitutem · Per · in nnitate ejusdem Spiritus ·

R Omnipotens sempiterne Deus . qui hanc sacratissimam noctem per universa Mundi spatia gloria Dominicæ Resurrectionis inlustras . conserva in nova familiæ tuæ progenie sanctificationis Spiritum . quem dedisti . ut corpore & mente renovati . puram tibi animam & purum pectus semper exhibeant · Per · in unitate ejusdem Spiritus Sancti ·

ORATIONES . ET PRECES IN DOMINICA SANCTA PASCHÆ ·

Statio ad sanctam Mariam Majorem in Præsepe ·

G Deus . qui hodierna die per unigenitum tuum . æternitatis nobis aditum . devicta morte . reserasti . vota nostra quæ præveniendo aspiras . etiam adjuvando prosequere · Per eumdem ·

R Deus. qui per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum . devicta morte reserasti . da nobis . quæsumus . ut qui resurrectionis Dominicæ solemnia colimus . per innovationem tui Spiritus a morte animæ resurgamus · Per eumdem . in unitate ejusdem ·

Deus qui nos resurrectionis Dominicæ annua solemnitate lætificas . concede propitius . ut per temporalia Festa quæ agimus . pervenire ad gaudia æterna mereamur · Per eumdem · R

Deus . qui nos fecisti hodierna die Paschalia Festa celebrare. fac nos. quæsumus. in cælesti regno gaudere · Per · F

Ad Vesperos ·

Prima Statio ad S. Johannem in Lateranis . hoc est . in Basilica Salvatoris ·

Concede . quæsumus . omnipotens Deus . ut qui Resurrectionis Dominicæ solemnia colimus . innovatione tui Spiritus a morte animæ resurgamus · Per eumdem · in unitate ejusdem · G

II· Statio ibidem ad Fontes ·

Præsta quæsumus omnipotens Deus ut qui Resurrectionis Dominicæ solemnia colimus, ereptionis nostræ suscipere lætitiam mereamur · Per eumdem · G

III. Statio ibidem ad S. Andream ·

Præsta quæsumus . omnipotens Deus. ut qui gratiam Dominicæ Resurrectionis agnovimus . ipsi per amorem Spiritus a morte animæ resurgamus · Per eumdem · in nnitate ejusdem Spiritus · G

Feria secunda in Albis ·
Statio ad S. Petrum ·

Deus . qui solemnitate Paschali Mundo remedia contulisti . populum tuum . quæsumus . cælesti dono prosequere . nt & perfectam libertatem consequi mereatur . & ad vitam proficiat sempiternam · Per · G

Paschale

R Paschale mysterium recensentes. Apostolorum. Domine. beatorum precibus foveamur. quorum magisterio cognovimus exequendum. Per.

R Deus Ecclesiæ tuæ redemptor atque perfector. fac quæsumus. ut Apostolorum precibus Paschalis Sacramenti dona capiamus. quorum nobis ea tribuisti magisterio prædicare. Per.

Ad Vesperos.

Prima Statio ad S. Johannem in Laterānis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

G Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur. a cunctis malis imminentibus per hæc Paschalia Festa liberemur. Per.

II. Statio ibidem ad Fontes.

G Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut Festa Paschalia. quæ venerando colimus. etiam vivendo teneamus. Per.

III. Statio ibidem ad S. Andream.

G Deus. qui populum tuum de hostis callidi servitute liberasti. preces ejus misericorditer respice. & adversantes ei tua virtute prosterne. Per.

Feria Tertia in Albis.

Statio ad S. Paulum.

G Deus. qui Ecclesiam tuam novo semper fœtu multiplicas. concede famulis tuis. ut sacramentum vivendo teneant. quod fide perceperunt. Per.

R Deus. qui Paschalia nobis remedia contulisti. populum tuum cælesti dono prosequere. ut inde post in perpetuum gaudeat. unde nunc temporaliter exultat. Per.

R Deus. qui solemnitate Paschali cælestia Mundo remedia benignus operaris. annua Festivitatis hujus dona prosequere. ut observantia temporalia ad vitam proficiat sempiternam. Per.

R Adesto Domine. quæsumus. *nostræ Redemptionis effectibus &c. Require supra Dom. III. in Quadragesima.*

Ad Vesperos.

Prima Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

G Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui Paschalis Festivitatis solemnia colimus. in tua semper sanctificatione vivamus. Per.

II. Statio ibidem ad Fontes.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut per hæc Paschalia Festa. quæ colimus. devoti in tua semper laude vivamus. Per.

III. Statio ibidem ad S. Andream.

G Deus. qui conspicis familiam tuam omni humana virtute destitui. Paschali interveniente Festivitate. tui eam brachii protectione custodi. Per.

Feria Quarta in Albis. Statio ad S. Laurentium foris murum.

G Deus. qui nos Resurrectionis Dominicæ annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut per temporalia Festa. quæ agimus. pervenire ad gaudia æterna mereamur. Per.

R Deus. qui pro salute Mundi Sacrificium Paschale fecisti. propitiare supplicationibus nostris. ut interpellans pro nobis Pontifex Summus. nos per id quod nostri est similis. reconciliet. per id quod tibi est æqualis. absolvat. Jesus

fus Christus [Filius tuus] Dominus noster. Qui tecum vivit & regnat.

R Deus. qui omnes in Christo renatos. genus Regium & Sacerdotale fecisti. da nobis & velle & posse quæ præcipis. ut populo ad æternitatem vocato. una sit fides cordium & pietas actionum. Per eumdem.

Ad Vesperos.
Prima Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

G Præsta. quæsumus omnipotens Deus. ut hujus Paschalis Festivitatis mirabile sacramentum. & temporalem nobis tranquillitatem tribuat. & vitam conferat sempiternam. Per.

II. Statio ibidem ad Fontes.

G Deus. qui nos per Paschalia Festa lætificas. concede propitius. ut ea quæ devotè agimus. te adjuvante. fideliter teneamus. Per.

III. Statio ibidem ad S. Andream.

G Tribue. quæsumus. omnipotens Deus. ut illuc tendat Christianæ devotionis affectus. quò tecum est nostra substantia. Per.

Feria Quinta in Albis.
Statio ad Apostolos.

G Deus. qui diversitatem Gentium in confessionem tui nominis adunasti. da. ut renatis fonte Baptismatis. una sit fides mentium. & pietas actionum. Per.

R Deus. qui multiplicas sobolem renascentium. fac eos gaudere propitius de suorum venia peccatorum. Per.

R Deus qui humanam naturam supra primæ originis reparas dignitatem. respice ad pietatis tuæ ineffabile sacramentum. ut quos regenerationis mysteriis dignatus es innovare. in his dona tuæ perpetuæ gratiæ benedictionisque conserva. Per.

Ad Vesperos.
Prima Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

Deus. qui nobis ad celebrandum Paschale sacramentum. liberiores animos præstitisti. doce nos. & metuere quod irasceris. & amare quod præcipis. Per. G

II. Statio ibidem ad Fontes.

Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut Ecclesia tua. & suorum firmitate membrorum. & nova semper fœcunditate lætetur. Per. G

III. Statio ibidem ad S. Andream.

Multiplica. quæsumus. Domine fidem populi tui. ut cujus per te sumpsit initium. per te consequatur augumentum. Per. G

Feria Sexta in Albis.
Statio ad S. Mariam ad Martyres. al. ad S. Mariam Majorem.

Omnipotens sempiterne Deus. qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti. da mentibus nostris. ut quod professione celebramus. imitemur affectu. Per. G

Deus. qui ad cæleste Regnum nonnisi renatis ex aqua & Spiritu Sancto pandis introitum. auge semper super famulos tuos gratiæ tuæ dona. ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis. a nullis fraudentur promissis. Per. R

Deus. qui credentes in te fonte Baptismatis innovasti. hanc renatis in Christo concede custodiam. ut nullo R

erroris

erroris incurſu gratiam tuæ benedictionis amittant · Per eumdem ·

Ad Veſperos ·
Prima Statio ad Jeruſalem ·

G Deus. per quem nobis & Redemptio venit. & præſtatur Adoptio. reſpice in opera miſericordiæ tuæ. ut in Chriſto renatis. & æterna tribuatur hereditas & vera libertas. Per eumdem ·

II. Statio ibidem ad Fontes ·

G Adeſto. quæſumus. Domine familiæ tuæ. & dignanter impende. ut quibus fidei gratiam contuliſti. & coronam largiaris æternam · Per ·

Aliter ad Veſperos ·
I. Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc eſt. in Baſilica Salvatoris ·

L Deus per quem · *Require ſupra ·*

II. Statio ibidem ad Fontes ·

L Adeſto. quæſumus · *Require ſupra ·*

III. Statio ibidem ad S. Andream ·

L Reſpice. Domine quæſumus. populum tuum. & quem æternis dignatus es renovare myſteriis. a temporalibus culpis dignanter abſolve · Per.

Sabbato in Albis ·
Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc eſt. in Baſilica Salvatoris ·

G Concede. quæſumus. omnipotens Deus. ut qui Feſta Paſchalia venerando egimus. per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur · Per ·

R Deus. qui nos exultantibus animis Paſcha tuum celebrare tribuiſti. fac. quæſumus. nos & temporalibus gaudere ſubſidiis. & æternitatis effectibus gratulari · Per ·

R Deus. innocentiæ reſtitutor & amator. dirige ad te tuorum corda famulorum. ut quos de infidelitatis tenebris liberaſti. numquam a tuæ veritatis luce diſcedant · Per ·

Ad Veſperos ·

I. Statio ad S. Mariam ·

Deus. totius conditor creaturæ. famulos tuos. quos fonte renovaſti Baptiſmatis. quoſque gratiæ tuæ plenitudine ſolidaſti. in adoptionis ſorte facias dignanter adſcribi · Per · G

II. Statio ad Fontes ·

Deus. qui multiplicas Eccleſiam tuam in ſobole renaſcentium. fac eam gaudere propitius de ſuorum profectibus filiorum · Per · G

Die Dominico in Octavas Paſchæ ·
Statio ad S. Pancratium ·

al· in Lateranis in Baſilica Conſtantiniana Salvatoris. al. ad S. Mariam ·

Præſta. quæſumus. omnipotens Deus. ut qui Paſchalia Feſta peregimus. hæc (te largiente) moribus & vita teneamus · Per · G

Deus. qui renatis Baptiſmate mortem adimis. & vitam tribuis ſempiternam. concede quæſumus. ut quorum nunc Regenerationis ſacræ diem celebramus octavum. ita corpora eorum animaſque cuſtodias. ut gratiam ſe Catholicæ fidei percepiſſe. pietatis tuæ defenſione. cognoſcant · Per · R

Deus. qui credentes in te populos gratiæ tuæ largitate multiplicas. reſpice propitius ad Electionem tuam. ut qui ſacramento Baptiſmatis ſunt renati. Regni cæleſtis mereantur introitum · Per · R

Majeſtatem tuam. Domine. ſupplices exoramus. ut quos viam feciſti perpe- R

perpetuæ falutis intrare . nullis permittas errorum laqueis implicari · Per·

Ad Vefperos ·

Statio ad SS. Cofmam & Damianum ·

G Largire . quæfumus . Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem . ut pariter ab omnibus mundentur offenfis . & fecura tibi mente deferviant · Per.·

Alia Oratio ·

Deus . qui nos exultantibus animis Pafcha tuum celebrare tribuifti . fac nos . quæfumus . & temporalibus gaudere fubfidiis . & æternitatis effectibus gratulari · Per ·

Incipiunt Orationes Pafchales · *Vefpertinales & Matutinales* . *five ad univerfa Officia* ·

R.G Deus . qui omnes in Chrifto renatos · *Require fupra Feria IV. in Albis* ·

R.G Deus . qui credentes in te · *Require fupra Feria VI. in Albis* ·

R.G Deus . qui pro falute Mundi · *Require fupra Feria IV. in Albis* ·

G Deus . qui ad æternam vitam in Chrifti Refurrectione nos reparas . erige nos ad confedentem in dextera tua noftræ falutis Auctorem . ut qui propter nos judicandus advenit . pro nobis judicaturus adveniat Jefus Chriftus Filius tuus Dominus nofter · Qui tecum ·

G Deus . & reparator innocentiæ & amator . dirige ad te tuorum corda fervorum . ut de infidelitatis tenebris liberati . numquam a tuæ virtutis luce difcedant . Per ·

R.G Deus . qui credentes in te populos · *Require fupra in Octavas Pafchæ* ·

R Omnipotens fempiterne Deus . qui humanam naturam fupra primæ originis reparas dignitatem . refpice pietatis tuæ ineffabile facramentum . & quos regenerationis myfterio innovare dignatus es . in his dona tua perpetua gratiæ protectione conferva · Per ·

Omnipotens fempiterne Deus . deduc nos ad focietatem cæleftium gaudiorum . ut Spiritu Sancto renatos . regnum tuum * facias introire . atque eò perveniat humilitas gregis . quò præceffit celfitudo Paftoris · Qui tecum · R.G

* tribuas.

Præfta nobis omnipotens & mifericors Deus . ut in Refurrectione Domini noftri Jefu Chrifti percipiamus veraciter portionem · Per eumdem · O

Concede . quæfumus . omnipotens Deus . ut veterem cum fuis rationibus hominem deponentes . illius converfatione vivamus . ad cujus nos fubftantiam Pafchalibus remediis tranftulifti Per eumdem · O

* Dele . quæfumus . Domine confcriptum peccati lege Chirographum . quod in nobis Pafchali myfterio per Refurrectionem Filii tui vacuafti · Qui tecum vivit · R.G

* Depelle.

Deus . qui ad æternam vitam in Chrifti Refurrectione nos reparas . imple pietatis tuæ ineffabile facramentum . ut cum in majeftate fua Salvator nofter advenerit . quos fecifti Baptifmo regenerari . facias beata immortalitate veftiri · Per eumdem · R.G

Deus humani generis conditor & redemptor . da quæfumus . ut reparationis noftræ collata fubfidia . te jugiter infpirante . fectemur · Per · O

Gaudeat . Domine plebs fidelis . & cum propriæ recolit falvationis exordia . ejus promoveatur augumentis · Per · G

Deus qui renatis * per aquam & Spiritu Sancto cæleftis regni pandis introitum R.G

* aqua.

troitum. auge super famulos tuos gratiam. quam dedisti. ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis. a nullis priventur promissis. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

R.O Fac. omnipotens Deus. ut qui Paschalibus remediis innovati. similitudinem Terreni Parentis evasimus. ad formam Cælestis transferamur Auctoris. Qui tecum.

G Deus. qui nos fecisti hodierna die Paschalia Festa celebrare. fac nos. quæsumus. in cælesti regno gaudere. Per.

O Familiam tuam. quæsumus Domine. dextera tua perpetuo circumdet auxilio. ut Paschali interveniente solemnitate. ab omni pravitate defensa donis cælestibus prosequatur. Per.

R Paschalibus nobis. quæsumus. Domine remediis dignanter impende. ut terrena desideria respuentes. discamus inhiare cælestia. Per.

R Quæsumus. omnipotens Deus. jam non teneamur obnoxii sententiæ damnationis humanæ. cujus nos vinculis hæc Redemptio Paschalis absolvit. Per.

R Concede misericors Deus. ut quod Paschalibus exequimur institutis. fructiferum nobis omni tempore sentiamus. Per.

R Multiplica fidem. quæsumus. Domine populi tui. ut cujus per te sumpsit initium. per te consequatur augmentum. Per.

R Præsta nobis omnipotens Deus. ut percipientes Paschali munere veniam peccatorum. deinceps peccata vitemus. Per.

R Deus. per quem nobis & Redemptio venit. *Req. supra Feria VI. in Albis.*

R Deus. qui per Unigenitum tuum devicta morte. æternitatis nobis aditum reserasti. erige ad te tuorum corda credentium. ut omnis generatio apprehendat meritis. quod suscipit mysteriis. Per eumdem.

R Da misericors Deus. ut in Resurrectione Domini nostri Jesu Christi. inveniamus & nos veraciter portionem. Per eumdem.

R Adesto. quæsumus. Domine. tuæ adesto familiæ. & dignanter impende. ut quibus fidei gratiam contulisti. & coronam largiaris æternam. Per.

R Exaudi nos omnipotens Deus. & familiæ tuæ corda (cui perfectam Baptismi gratiam contulisti) ad promerendam Beatitudinem aptes æternam. Per.

R Conserva in nobis. quæsumus. Domine misericordiam tuam. ut quos ab erroris liberasti caligine. veritatis tuæ firmiùs inhærere facias documento. Per.

R Solicita. quæsumus. Domine quos lavasti. pietate custodi. ut qui a tua sunt passione redempti. tua Resurrectione lætentur. Qui vivis.

R Christianam. quæsumus. Domine respice plebem. & quam æternis dignatus es renovare mysteriis. a temporalibus dignanter culpis absolve. Per.

R Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut quæ Divina sunt jugiter ambientes. donis semper mereamur cælestibus propinquare. Per.

R Omnipotens sempiterne Deus. propensiùs his diebus tuam misericordiam consequamur. quibus eam pleniùs. te largiente cognovimus. Per.

R Concede misericors Deus. ut devotus tibi populus tuus existat. & de tua clementia quod ei prosit indesinenter obtineat. Per.

R Deus. qui sensus nostros terrenis actionibus perspicis retardari. concede.

cede. quæsumus. ut tuo potius munere tuis aptemur remediis. Per.

R Tribue. quæsumus. Domine. ut illuc semper tendat Christianæ devotionis affectus. quò tecum est nostra substantia. Per eumdem.

R Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut Ecclesia tua & in suorum firmitate membrorum. & in nova semper fœcunditate lætetur. Per.

R Largire. quæsumus. Ecclesiæ tuæ Deus. & a suis semper & ab alienis abstinere delictis. ut pura tibi mente deserviens pietatis tuæ remedia sine cessatione percipiat. Per.

Orationes. & Preces de Pascha Annotino.

R Deus. per cujus providentiam nec præteritorum momenta deficiunt. nec ulla superest expectatio futurorum. tribue permanentem peractæ (quam recolimus) Solemnitatis effectum. ut quod recordatione percurrimus. semper in opere teneamus. Per.

R Deus qui renatis fonte Baptismatis. delictorum indulgentiam tribuisti. præsta misericors. ut recolentibus hujus nativitatis insignia. plenam adoptionis gratiam largiaris. Per.

Orationes & Preces in Parochia.

R Deus. qui humani generis es & reparator & rector. da. quæsumus. Ecclesiam tuam & nova prole semper augeri. & devotione cunctorum crescere filiorum. Per.

R Renovatum. Domine. fonte ac Spiritus tui potentia. in hereditarium populum clementer adnumera. ut qui multitudine purgati sunt criminum. invisibilium etiam mereantur copia præmiorum. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

R Populus tuus. quæsumus. Domine. renovata semper exultet animæ juventute. ut qui antea peccatorum veterno in mortis venerat senium. nunc lætetur in pristinam se gloriam restitutum. Per.

Dominica I. post Octavas Paschæ. sive post Clausum Paschæ. Statio ad SS. Cosmam & Damianum. al. ad S. Petrum.

L.R Deus. qui in filii tui humilitate jacentem mundum erexisti. fidelibus tuis perpetuam lætitiam concede. ut quos perpetuæ mortis eripuisti casibus. gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eumdem.

R Deus. in cujus præcipuis mirabilibus est humana reparatio. solve opera diaboli & mortifera peccati vincula disrumpe. ut destructa malignitate. quæ nocuit. vincat misericordia. quæ redemit. Per.

Dominica II. post Octavas Paschæ. sive post Clausum Paschæ.

L.R Deus. qui errantibus. ut in viam possint redire justitiæ. veritatis tuæ lumen ostendis. da cunctis. qui Christiana professione censentur. & illa respuere. quæ huic inimica sunt nomini. & ea quæ sunt apta sectari. Per.

R Tibi placitam. Deus noster. populo tuo tribue voluntatem. quia tunc illi prospera cuncta præstabis. cùm tuis aptum feceris institutis. Per.

Dominica III. post Octavas Paschæ. sive post Clausum Paschæ.

L.R Deus. qui fidelium mentes unius efficis voluntatis. da populis tuis. id amare quod præcipis. id desiderare. quod promittis. ut inter mundanas varie-

varietates ibi noſtra fixa ſint corda. ubi vera ſunt gaudia. Per.

R Exaudi. Domine. preces noſtras. ut quod tui verbi ſanctificatione promiſſum eſt. Evangelico ubique compleatur effectu. & plenitudo Adoptionis obtineat. quod prædixit teſtificatio veritatis. Per eumdem.

Dominica IV. poſt Octavas Paſchæ: ſive poſt Clauſum Paſchæ.

R Deus a quo bona cuncta procedunt. largire ſupplicibus. ut cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt. & te gubernante eadem faciamus. Per.

R Deus. qui miſericordiæ januam fidelibus patere voluiſti. reſpice in nos. & miſerere noſtri. ut qui voluntatis tuæ viam te donante ſequimur. a vitæ numquam ſemitis deviemus. Per.

In tribus Litaniis ante Aſcenſionem Domini.

Feria ſecunda.

Collecta ad S. Mariam Majorem.

Statio ad S. Johannem ad Lateranum.

Oratio ad Collectam.

Deus. cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. intercedente beata & glorioſa ſemper Virgine Dei Genitrice Maria. ſuſcipe deprecationem noſtram. ut quos delictorum catena conſtringit. miſeratio tuæ pietatis abſolvat. Per eumdem.

Oratio ad Stationem. ſive Miſſam.

L Præſta. quæſumus. omnipotens Deus. ut qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus. contra adverſa omnia. tua ſemper protectione muniamur. Per.

L Prætende nobis Domine miſericordiam tuam. ut quæ votis expetimus

converſatione tibi placita conſequamur. Per.

Feria III.

Collecta ad Sanctam Sabinam.

Statio ad S. Paulum.

Oratio ad Collectam.

L Exaudi Domine gemitum populi tui. nec plus apud te valeat offenſio delinquentium. quam miſericordia tua indulta fletibus ſupplicantium. Per.

Oratio ad Stationem. ſive Miſſam.

L Clamantium ad te. quæſumus. Domine preces dignanter exaudi. ut ſicut Ninivitis in afflictione poſitis pepercisti. ita & nobis in præſenti tribulatione ſuccurre. Per.

L Propitiare Domine iniquitatibus noſtris. & exorabilis tuis eſto ſupplicibus. ut conceſſa venia quam precamur. perpetuo miſericordiæ tuo munere gloriemur. Per.

Feria IV.

Collecta ad Jeruſalem. al. ad Sanctum Euſebium.

Statio ad S. Laurentium foris murum.

Oratio ad Collectam.

L Miſerere jam. quæſumus. Domine intercedente beata & glorioſa ſemperque Virgine Dei Genitrice Maria. populo tuo. & continuis tribulationibus laborantem. celeri propitiatione lætifica. Per eumdem.

Oratio ad Stationem. ſive Miſſam.

L Deus. refugium pauperum. ſpes humilium. ſaluſque miſerorum. ſupplicationem populi tui clementer exaudi. ut quos juſtitia verberum fecit afflictos. abundantia remediorum faciat conſolatos. Per.

L Purifica. quæſumus, Domine tuo-

 rum

rum corda fidelium. ut a terrena cupiditate mundati. & præsentis vitæ periculis eruantur. & perpetuis donis firmentur. Per.

In Vigilia Ascensionis Domini.
Statio ad Sanctam Mariam.

L Tribue. quæsumus. Domine. ut munere Festivitatis hodiernæ. illuc filiorum tuorum dirigatur intentio. quò in tuo unigenito tecum est nostra substantia. Per eumdem.

IN ASCENSIONE DOMINI.

Ad Priores Vesperos. Vigilias in nocte. & Missam in die.
Stationes ad S. Petrum.

G Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui hodierna die Unigenitum tuum. Redemptorem nostrum. ad cælos ascendisse credimus. ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

R.G Adesto Domine supplicationibus nostris. ut sicut humani generis Salvatorem consedere tecum in tua majestate confidimus. ita usque ad consummationem sæculi. manere nobiscum (quemadmodum est pollicitus) sentiamus. Qui tecum vivit.

R.G Deus. cujus Filius in alta cælorum potenter ascendens. captivitatem nostram sua duxit virtute captivam. tribue quæsumus. ut dona. quæ suis participibus contulit. largiatur & nobis Jesus Christus Dominus noster. Qui tecum vivit.

R Deus. qui ad declaranda tuæ miracula majestatis. post resurrectionem a mortuis hodie in cælos. Apostolis adstantibus. ascendisti. concede nobis tuæ pietatis auxilium. ut secundum tuam promissionem. & tu nobiscum semper in terris. & nos tecum in cælo vivere mereamur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia.

Præsta. quæsumus. omnipotens Pater. ut nostræ mentis intentio. quò solemnitatis hodiernæ gloriosus Auctor ingressus est semper intendat. & quò fide pergit. conversatione perveniat. Per eumdem.

Erectis sensibus. & oculos cordis ad sublimia elevantes. quæsumus. ut quæ in precum vota detulimus. ad impetrandi fiduciam referamus. Per. R

Tribue. quæsumus. omnipotens Deus. ut munere Festivitatis hodiernæ. illuc filiorum tuorum dirigatur intentio. quò in tuo Unigenito tecum est nostra substantia. Per eumdem. R

Da. quæsumus. omnipotens Deus. illuc subsequi tuorum membra fidelium. quò Caput nostrum principiumque præcessit Jesus Christus Filius tuus. Dominus noster. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate. R

Dominica post Ascensionem Domini.
Statio ad S. Mariam ad Martyres.

Omnipotens sempiterne Deus. fac. nos tibi semper & devotam gerere voluntatem. & majestati tuæ sincero corde servire. Per. R

Deus vita fidelium. gloria humilium. & beatitudo Justorum. propitius suscipe supplicum preces. ut animæ. quæ promissiones tuas sitiunt. de tua semper abundantia repleantur. Per. R

Deus spei. lumen sincerum mentium. luxque perfecta Beatorum. qui verè es lumen Ecclesiæ tuæ. da cordibus nostris. & dignam tibi orationem persolvere. & te semper præconiorum munere conlaudare. Per. R

Deus.

R Deus. qui te rectis ac sinceris manere pectoribus asseris. da nobis tua gratia tales existere. in quibus habitare digneris. Per.

R Fideles tuos. Domine. benedictio desiderata confirmet. quæ eos & a tua voluntate numquam faciat discrepare. & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per.

R Benedic. Domine. familiam tuam in cælestibus. & reple eam donis tuis spiritalibus. concede eis charitatem. gaudium. pacem. patientiam. bonitatem. mansuetudinem. spem. fidem. continentiam (castitatem.) ut repleti omnibus donis tuis. desiderantes ad te pervenire mereantur. Per.

Sabbato in Vigilia Pentecostes.

R Concede nobis Domine præsidia militiæ Christianæ sanctis inchoare jejuniis. ut contra spiritales Nequitias pugnaturi. continentiæ muniamur auxiliis. Per.

R Da nobis. quæsumus. Domine per gratiam Sancti Spiritus. novam tui Paracliti spiritalis observantiæ disciplinam. ut mentes nostræ sacro purificatæ jejunio. cunctis reddantur ejus muneribus aptiores. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

R Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut spiritus Sanctus adveniens Majestatem nobis Filii tui manifestando clarificet. Per eumdem. in unitate ejusdem.

In Vigiliis Pentecostes.

Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. in Basilica Salvatoris.

Cum ingrediuntur ad Vigilias primum dicitur Litania Septena. cujus scilicet Sanctorum invocationes. obsecrationes. rogationesque septies respondentur. mox Oratione præmissa recitantur sex Lectiones. singulisque Lectionibus Oratio subnectitur.

Incipiunt Orationes per singulas Lectiones in Vigiliis Pentecostes.

Da nobis. quæsumus. Domine per gratiam Spiritus Sancti. novam tui Paracliti. spiritalis observantiæ disciplinam. ut mentes nostræ sacro purgatæ jejunio. cunctis reddantur ejus muneribus aptiores. Per. in unitate ejusdem Spiritus. R.L

Sequitur I. Lectio Genesis. In principio fecit Deus cælum & terram.

Omnipotens sempiterne Deus. indeficiens lumen. qui Spiritum tuum Sanctum. cum super aquas. in Mundi creationis exordio fereretur. humanæ declarasti salutis Auctorem. præsta quæsumus. ut idem Spiritus veritatis. Ecclesiæ tuæ dona multiplicet. Per. in unitate ejusdem Spiritus. L.R

II. Lectio Libri Genesis. Tentavit Deus Abraham.

Deus. qui in Abrahæ famuli tui opere. humano generi obedientiæ exempla præbuisti. concede nobis. & nostræ voluntatis pravitatem frangere. & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per. L.O

III. Lectio Libri Exodi. Factum est autem in Vigilia matutina. *cum Cantico.* Cantemus Domino.

Deus. qui primis temporibus impleta miracula. novi Testamenti luce reserasti. quod Mare Rubrum. forma sacri Fontis existeret. & liberata plebs ab Ægyptia servitute Christiani populi sacramenta præferret. da ut omnes gentes Israelis privilegium me- L.R

rito fidei consecutæ. Spiritus tui participatione regenerentur. Per in unitate ejusdem Spiritus.

IV. Lectio Libri Deuteronomii. Scripsit Moyses canticum hoc. *cum Cantico.* Attende cælum.

L.R Deus gloriatio fidelium & vita justorum. qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri Carminis erudisti. in universis Gentibus misericordiæ tuæ munus operare. tribuendo beatitudinem. auferendo terrorem. ut quod prænuntiatum est ad supplicium in remedium transferatur æternum. Per.

Vel alia.

G Deus. qui nobis per Prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere. atque ad æterna festinare. da famulis tuis. ut quæ a te jussa cognovimus. implere cælesti inspiratione valeamus. Per.

V. Lectio Esaiæ Prophetæ. Apprehendent septem mulieres virum unum. *cum Cantico.* Vinea facta est.

L.R Omnipotens sempiterne Deus. qui per unicum Filium tuum Ecclesiæ tuæ demonstrasti te esse cultorem. ut omnem palmitem fructum in eodem Christo tuo (qui vera vitis est) afferentem clementer excolens. fructus afferat ampliores. fidelibus tuis (quos velut vineam ex Ægypto per fontem Baptismi * pertulisti) nullæ peccatorum spinæ prævaleant. ut Spiritus tui sanctificatione muniti perpetua fruge ditentur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum.

* tran-stulisti

Vel alia.

Deus. qui nos ad celebrandam Festivitatem. utriusque Testamenti paginis instruis. da nobis intelligere misericordiam tuam. ut ex perceptione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per. G

VI. Lectio Jeremiæ Prophetæ. Audi Israel mandata vitæ.

Deus. incommutabilis virtus. & lumen æternum. respice propitius ad totius Ecclesiæ mirabile Sacramentum. & da famulis tuis. ut hoc quod devotè agimus. etiam rectitudine vitæ teneamus. Per. G

Oratio de Psalmo XLI. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum.

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui solemnitatem doni Spiritus Sancti colimus. cælestibus desideriis accensi fontem vitæ sitiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti per omnia. G

Item alia.

Domine Deus virtutum. qui collapsa reparas. & reparata conservas. auge populos in tui nominis sanctificatione renovandos. ut omnes qui diluuntur sacro Baptismate. tua semper inspiratione dirigantur. Per.

Sequitur Litania Quina. quæ quinquies respondetur. mox Benedictio Fontis Baptisterii. Baptismus Catechumenorum Competentium. eorumque Consignatio per Pontificem. deinde Litania Trina. quæ ter respondetur. & tandem Missa & Neophytorum Communio.

Ora-

Orationes ad Missam in Vigilia Pentecostes post ascensum Fontis.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat. & lux tuæ lucis corda eorum. qui per gratiam tuam renati sunt. Sancti Spiritus illustratione confirmet. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

R Deus. qui Ecclesiam tuam novo semper fœtu multiplicas. concede famulis tuis. ut Sacramentum tuum vivendo teneant. quod fide perceperunt. Per.

R Deus. cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ multiplicatur & regitur. conserva in nova familiæ tuæ progenie sanctificationis gratiam. quam dedisti. ut corpore & mente renovati. in unitate fidei ferventes. tibi. Domine. servire mereantur. Per. in unitate ejusdem Spiritus.

ORATIONES. ET PRECES. DOMINICA PENTECOSTES.

Statio ad S. Petrum.

G Deus. qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti. da nobis in eodem Spiritu recta sapere. & de ejus semper consolatione gaudere. Per. in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

G Sancti Spiritus. Domine. corda nostra mundet infusio. & sui roris intima aspersione fœcundet. Per. in unitate ejusdem.

G.R Omnipotens sempiterne Deus. qui Paschale sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri. præsta. ut Gentium facta dispersio divisione linguarum. ad unam confessionem tui nominis cælesti munere congregetur. Per.

G.R Deus. qui sacramento Festivitatis hodiernæ universam Ecclesiam tuam in omni Gente & Natione sanctificas. in totam Mundi latitudinem Spiritus tui Sancti dona diffunde. ut quod inter ipsa Evangelicæ Prædicationis exordia operata est divina dignatio. nunc quoque per credentium corda diffunde. Per. in unitate ejusdem.

R Præsta. quæsumus. Domine. ut a nostris mentibus & carnales amoveat Spiritus Sanctus affectus. & spiritalia nobis dona potenter infundat. Per. in unitate ejusdem.

L.G Annue misericors Deus. ut qui divina præcepta violando a Paradisi felicitate decidimus. Spiritus Sancti illustratione ad æternæ beatitudinis redeamus accessum per tuorum custodiam mandatorum. Per. in unitate ejusdem.

Item Orationes ad Vesperos & ad universa Officia infra Octavas Pentecostes.

R Deus. qui Discipulis tuis Spiritum Sanctum Paraclitum in ignis fervore tui amoris mittere dignatus es. da populis tuis in unitate fidei esse ferventes. ut in tua semper dilectione manentes. & in fide inveniantur stabiles. & in opere efficaces. Qui vivis. in unitate ejusdem.

R Omnipotens sempiterne Deus. deduc nos ad societatem cælestium gaudiorum. ut Spiritu Sancto renatos regnum tuum facias introire. atque eò perveniat humilitas gregis. quò præcessit celsitudo Pastoris. Qui tecum. in unitate ejusdem.

R Adsit nobis. quæsumus Domine. virtus Spiritus Sancti. qui & corda nostra clementer expurget. & ab omnibus tueatur adversis. Per. in unitate ejusdem.

Mentes

R Mentes nostras. Domine. Spiritus Paraclitus (qui a te procedit) inluminet. & inducat in omnem (sicut tuus promisit Filius) veritatem · Qui tecum. in unitate ejusdem ·

R Sancti Spiritus. Domine. corda nostra mundet infusio. & sui roris ubertate fœcundet · Per · in unitate ejusdem ·

E.R Concede nobis misericors Deus. ut sicut in nomine Patris & Filii. divini Generis intelligimus veritatem. sic in Spiritu Sancto totius cognoscamus substantiam Trinitatis · Per eumdem. in unitate ejusdem ·

G Da nobis. quæsumus. Domine per gratiam Spiritus Sancti. novam · *Req. ante Lectiones in Vigiliis Pentecostes·*

Feria II.

Statio ad S. Petrum ad Vincula ·

G Deus. qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum. concede plebi tuæ piæ petitionis effectum. ut quibus dedisti fidem. largiaris & pacem · Per · in unitate ejusdem ·

Feria III·

Statio ad sanctam Anastasiam ·

G Adsit nobis. Domine quæsumus. virtus Spiritus Sancti. quæ & corda nostra clementer expurget. & ab omnibus tueatur adversis · Per · in unitate ejusdem ·

Incipiunt Orationes & Preces Mensis Quarti ·

Feria IV·

Collecta ad S· Petrum ad Vincula ·

Statio ad S· Mariam Majorem ·

G Mentes nostras. quæsumus Domine. Paraclitus (qui a te procedit) illuminet. & inducat in omnem (sicut tuus promisit Filius) veritatem · Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti per omnia ·

Præsta. quæsumus. omnipotens & misericors Deus. ut Spiritus Sanctus adveniens. templum nos gloriæ suæ dignanter habitando. perficiat · Per · in unitate ejusdem · G

Concede nobis Domine. præsidia militiæ Christianæ sanctis inchoare jejuniis. ut contra spiritales Nequitias pugnaturi continentiæ muniamur auxiliis · Per · R

Omnipotens & misericors Deus apta nos tuæ. propitius. voluntati. quò sicut ejus prætereuntes tramitem deviamus. sic integro tenore dirigamur ad illius semper ordinem recurrentes · Per · E.R

Da nobis mentem. Domine. quæ tibi sit placita. quia talibus jugiter quidquid est prosperum ministrabis · Per · E.R

Gratias tibi referat. Domine. corde subjecto tua semper Ecclesia. & consequenter obtineat. & observationes antiquas jugiter recensendo proficiat in futurum · Per · R

Feria V.

Statio ad S· Paulum ·

al. ad S· Laurentium foris murum ·

al. ad Apostolos ·

Mentibus nostris. quæsumus. Domine Spiritum Sanctum benignus infunde. cujus & sapientia conditi sumus. & providentia gubernamur · Per · in unitate ejusdem · L

Feria VI. Mensis Quarti ·

Collecta ad S. Marcum ·

Statio ad Apostolos ·

al. ad SS. Johannem & Paulum ·

Da. quæsumus. Ecclesiæ tuæ misericors Deus. ut Sancto Spiritu congrega- G

gregata. hostili nullatenus incursione turbetur · Per · in unitate ejusdem ·

R Vt nobis. Domine. terrenarum frugum tribuas ubertatem. fac mentes nostras cælesti fertilitate fœcundas · Per ·

R Fiant tua gratia. Domine. fructuosius nostræ devotionis affectus. quia tunc nobis proderunt suscepta jejunia. si tuæ sint placita pietati · Per ·

R Fideli populo Domine misericordiam tuam placatus impende. & præsidia corporis copiosa tribue supplicanti · Per ·

Sabbato Mensis Quarti · Statio ad sanctum Stephanum ·

Omnipotens sempiterne Deus. qui Paschale · *Req. in die Pentecostes* ·

Collecta ad S. Mariam in Transpontina · Statio ad S. Petrum ·

Post diem Sabbati Mensis Quarti Orationes & Preces in XII. Lectiones [in Vigiliis quæ ab exordio noctis celebrantur] apud S. Petrum ·

G Mentibus nostris. quæsumus. Domine. Spiritum Sanctum benignus infunde. cujus & sapientia conditi sumus. & providentia gubernamur · Per · in unitate ejusdem ·

G Illo nos igne. quæsumus Domine. Spiritus Sanctus inflammet. quem Dominus noster Jesus Christus misit in terram. & voluit vehementer accendi · Qui tecum · in unitate ejusdem ·

G Deus. qui ad animarum medelam. jejunii devotione castigari corpora præcepisti · concede nobis propitius. & mente & corpore semper tibi esse devotos · Per ·

O Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut salutaribus jejuniis eruditi. ab omnibus etiam vitiis abstinentes. propitiationem tuam faciliùs impetremus · Per ·

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. sic nos ab epulis carnalibus abstinere. ut a vitiis irruentibus pariter jejunemus · Per · G

Præsta Domine. quæsumus. famulis tuis. talesque nos concede fieri tuæ gratiæ largitate. ut bona tua & fiducialiter imploremus. & sine difficultate sumamus · Per · R

Da nobis Domine. quæsumus. regnum tuum justitiamque semper inquirere. ut quibus indigere nos perspicis. clementer facias abundare · Per · R

Deus. qui nos de præsentibus adjumentis esse vetuisti solicitos. tribue quæsumus. ut piè sectando quæ tua sunt. universa nobis salutaria condonentur · Per · R

Deus. qui misericordia tua prævenis non petentes. da nobis affectum majestatem tuam jugiter deprecandi. ut pietate perpetua supplicibus potiora defendas · Per · R

Deus. qui non despicis corde contritos. & afflictos miseriis. populum tuum jejunii ad te devotione clamantem propitiatus exaudi. ut quos humiliavit adversitas. adtollat reparationis tuæ prosperitas · Per · R

Item post Benedictionem trium Puerorum ad Missam ·

Deus · qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propitius. ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum · Per · G

Vel alia ·

Deus. cujus adorandæ potentiam majestatis. flammæ sævientis incendium sanctis tribus Pueris in splendorem demutatum est animarum. Ecclesiæ G

clesiæ tuæ similibus adesto remediis. ut de gravioribus Mundi hujus adversitatibus. propitiatione cælesti. populus tuus ereptus exultet. Per.

Super Populum.

G Proficiat. Domine. quæsumus. plebs tibi dicata piæ devotionis affectu. ut sacris actibus erudita. quantò majestati tuæ sit gratior. tantò donis potioribus augeatur. Per.

Dominica Octavarum Pentecostes.
Vacat Statio.

G Deprecationem nostram. quæsumus Domine. benignus exaudi. & quibus supplicandi præstas affectum. tribue defensionis auxilium. Per.

R Timentium te. Domine. Salvator & custos. averte ab Ecclesia tua Mundanæ sapientiæ oblectamenta fallaciæ. ut Spiritus tui eruditione formandos. Prophetica & Apostolica potius instituta. quam Philosophiæ verba delectent. ne vanitas mendaciorum decipiat. quos eruditio veritatis inluminat. Per. in unitate ejusdem.

R Sensibus nostris. Domine. Spiritum tuum Sanctum benignus infunde. ut tibi semper simus devoti. cujus sapientia creati sumus. & providentia gubernamur. Per. in unitate ejusdem.

R Omnipotens & misericors Deus. ad cujus beatitudinem sempiternam non fragilitate carnis. sed alacritate mentis ascenditur. fac nos atria supernæ civitatis. & te inspirante semper ambire. & tua indulgentia fideliter introire. Per.

R Ecclesia tua. Domine. cælesti gratia repleatur & crescat. atque ab omnibus vitiis expiata percipiat sempiternæ redemptionis augmentum. ut quod in membris suis copiosa temporum prorogatione veneratur. spiritali capiat largitate donorum. Per.

[IN SOLEMNITATE SACRAMENTI CORPORIS. ET SANGUINIS JESU CHRISTI.

Deus. qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti. tribue quæsumus. ita nos Corporis. & Sanguinis tui sacra Mysteria venerari. ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis.

R * Annue. quæsumus. omnipotens Deus. ut Sacramentorum tuorum gesta recolentes. & temporali securitate relevemur. & erudiamur Legalibus institutis. Per.

R * Supplices te rogamus. Domine Deus noster. ut sicut nos Filii tui Corporis & Sanguinis sacrosancti pascis alimonio. ita nos & Divinæ naturæ ejus facias esse consortes. Qui tecum.

R * Quæsumus omnipotens Deus. ut inter ejus numeremur membra. cujus Corpori communicamus & Sanguini. Qui tecum.

R * Lætificet nos. quæsumus Domine. Sacramenti veneranda Solemnitas. pariterque mentes nostras & corpora spiritali sanctificatione fœcundet. & castis gaudiis semper exerceat. Per.

* Quotidiani Domine. quæsumus. R munere Sacramenti. perpetuæ nobis tribue salutis augmentum. Per.]

Dominica I. post Octavam Pentecostes.

Deus in te sperantium fortitudo. L.R adesto propitius invocationibus nostris. & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas. præsta auxilium gratiæ tuæ. ut in exequendis mandatis tuis.

ctuis. & voluntate tibi & actione placeamus. Per.

Dominica II. post Octavam Pentecostes.

R.L Sancti nominis tui. Domine. timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum. quia nunquam tua gubernatione destituis. quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per.

Dominica III. post Octavam Pentecostes.

L Deprecationem nostram. quæsumus. Domine benignus exaudi. & quibus supplicandi præstas affectum. tribue defensionis auxilium. Per.

Dominica IV. post Octavam Pentecostes.

L Protector in te sperantium Deus. sine quo nihil est validum. nihil sanctum. multiplica super nos misericordiam tuam. ut te rectore. te duce. sic transeamus per bona temporalia. ut non amittamus æterna. Per.

Dominica I. post Natale Apostolorum Petri & Pauli.

L Da. quæsumus Domine. ut & Mundi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur. & Ecclesia tua tranquilla devotione lætetur. Per.

Dominica I. post Octavam Apostolorum.

R.L Deus. qui diligentibus te bona invisibilia præparasti. infunde cordibus nostris tui amoris affectum. ut te in omnibus & super omnia diligentes. promissiones tuas. quæ omne desiderium superant consequamur. Per.

R Deus. qui in Sanctis habitas. & pia corda non deseris. libera nos a terrenis desideriis & cupiditate carnali. ut nullo in nobis regnante peccato. tibi soli Domino liberis mentibus serviamus. Per.

Dominica II. post Octavam Apostolorum.

Deus virtutum. cujus est totum. quod est optimum. insere pectoribus nostris amorem tui nominis. & præsta in nobis religionis augmentum. ut quæ sunt bona nutrias. ac vigilantiæ studio. quæ sunt nutrita custodias. Per. R.L

Da nobis Domine. quæsumus. ut in tua gratia veraciter confidentes. & quæ digna sunt postulemus. & jugiter postulata sumamus. Per. R

Dominica III. post Octavam Apostolorum.

Deus. cujus providentia in sui dispositione non fallitur. te supplices exoramus. ut noxia cuncta submoveas. & omnia nobis profutura concedas. Per. R

Custodi nos Domine. quæsumus. in tuo servitio constitutos. ut quibus famulatum esse vis sincere. propitius largire quod præcepisti. Per. R

Dominica IV. post Octavam Apostolorum.

Largire nobis Domine. quæsumus. semper spiritum cogitandi quæ recta sunt. propitius. & agendi. ut qui sine te esse non possumus. secundum te vivere valeamus. Per. R.L

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut viam tuam devota mente currentes. subripientium delictorum laqueos evadamus. Per. R

Ad Vesperos.

Custodi nos. quæsumus. Domine in tuo L

in tuo fervitio conftitutos . & quorum famulatum effe vis fincerum . propitius nobis largire quæ præcipis · Per ·

Dominica I. poft fancti Laurentii ·

L.R Pateant aures mifericordiæ tuæ . Domine . precibus fupplicantium . & ut petentibus defiderata concedas . * fac tibi eos . quæfumus . placita poftulare · Per ·

*fac eos quæ tibi funt placita.

R Præfta . quæfumus . omnipotens & mifericors Deus . ut inter hujus vitæ caligines . non ignorantia fallente mergamur . nec præcipiti ftudeamus voluntate peccare . fed cui fiduciam fperandæ pietatis indulges . optatæ mifericordiæ præfta benignus effectum · Per ·

Dominica II. poft fancti Laurentii ·

L.R Omnipotens fempiterne Deus . qui abundantia pietatis tuæ & merita fupplicum excedis & vota . effunde fuper nos mifericordiam tuam . ut dimittas quæ confcientia metuit . & adjicias quod oratio non præfumit · Per ·

R Omnipotens fempiterne Deus . a quo folo fancta defideria . recta confilia . & jufta funt opera . da fervis tuis illam . quam Mundus dare non poteft . pacem . ut & corda noftra mandatis tuis dedita . & tempora fint tua protectione tranquilla · Per ·

Dominica III. poft fancti Laurentii ·

L.R Omnipotens & mifericors Deus . de cujus munere venit . ut tibi a fidelibus tuis dignè & laudabiliter ferviatur . tribue . quæfumus . nobis . ut ad promiffiones tuas fine offenfione curramus · Per ·

R Omnipotens fempiterne Deus . per quem cœpit effe quod non erat . & factum eft vifibile . quod latebat . ftultitiam noftri cordis emunda . & quæ in nobis funt vitiorum fecreta purifica . ut poffimus tibi . Domine . pura mente fervire · Per ·

Dominica IV. poft fancti Laurentii ·

Omnipotens fempiterne Deus . da nobis Fidei . Spei & Charitatis augmentum . & ut mereamur adfequi quod promittis . fac nos amare quod præcipis · Per · L.R

Omnipotens fempiterne Deus . fac nos tibi femper & devotam gerere voluntatem . & majeftati tuæ fincero corde fervire · Per · R

Dominica V. poft fancti Laurentii ·

Cuftodi Domine . quæfumus . Ecclefiam tuam propitiatione perpetua . & quia fine te labitur humana mortalitas . tuis femper auxiliis & abftrahatur a noxiis . & ad falutaria dirigatur · Per · L.R

Præfta nobis mifericors Deus . ut placationem tuam promptis mentibus exoremus . & peccatorum veniam confequentes . a noxiis liberemur incurfibus · Per · R

Dominica VI. poft fancti Laurentii ·

Ecclefiam tuam . Domine . miferatio continuata mundet & muniat . & quia fine te non poteft falva confiftere . tuo femper munere gubernetur · Per · L.R

Da . quæfumus . Domine hanc mentem populo tuo . ut quia ad te placandum neceffitate concurrit . majeftati tuæ fiat etiam voluntate devotus · Per · R

Menfe Septimo Orationes & Preces ·

Die Dominico ·

Statio ad fanctum Petrum ·

Abfolve . quæfumus . Domine tuorum G.L

rum delicta populorum . & a peccatorum nostrorum nexibus . quæ pro nostra fragilitate contraximus . tua benignitate liberemur · Per ·

Orationes in Jejunio Mensis Septimi · Feria IV.
Collecta ad S. Petrum ad Vincula · Statio ad S. Mariam Majorem ·

G Misericordiæ tuæ remediis . quæsumus Domine . fragilitas nostra subsistat . ut quæ sua conditione atteritur . tua clementia reparetur · Per ·

G Præsta . quæsumus . Domine familiæ supplicanti . ut dum a cibis corporalibus se abstinent . a vitiis mente jejunent · Per ·

R Præsta . quæsumus . Domine fidelibus tuis . ut jejuniorum veneranda solemnia & congrua pietate suscipiant . & secura devotione percurrant · Per ·

R Deus . qui te sinceris asseris manere pectoribus . da nobis tua gratia tales existere . in quibus habitare digneris · Per ·

Feria VI. Mensis Septimi ·
Collecta ad sanctum Marcum · Statio ad Apostolos ·

G Præsta . quæsumus . omnipotens Deus . ut observationes sacras annua devotione recolentes . & corpore tibi placeamus & mente · Per ·

R Inchoata jejunia . Domine quæsumus . benigno favore prosequere . ut sicut ab alimentis in corpore . ita a vitiis jejunemus in mente · Per ·

Sabbato Mensis Septimi ·
Collecta ad S. Mariam in Transpontina · Statio ad S. Petrum ·
Post diem Sabbati . in XII. Lectiones [in Vigiliis . quæ ab exordio noctis celebrantur] apud S. Petrum ·

Omnipotens sempiterne Deus · qui per continentiam salutarem . & corporibus mederis & mentibus . majestatem tuam supplices exoramus . ut pia jejunantium deprecatione placatus . & præsentia nobis subsidia præbeas & futura · Per ·

Da nobis . quæsumus . omnipotens Deus . ut jejunando tua gratia satiemur . & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores · Per · O

Tuere . quæsumus . Domine familiam tuam . ut salutis æternæ remedia . quæ te aspirante requirimus . te largiente consequamur · Per · O

Præsta . quæsumus . Domine . sic nos ab epulis abstinere carnalibus . ut a vitiis irruentibus pariter jejunemus · Per · O

Ut nos . Domine . tribuis solemne tibi deferre jejunium . sic nobis . quæsumus . indulgentiæ præsta subsidium · Per · G

Tribue . quæsumus . Domine fidelibus tuis . ut jejunio Mensis Septimi convenienter aptentur . & suscepta solemniter castigatio corporalis . ad fructum cunctarum transeat animarum · Per · R

Præsta . quæsumus . omnipotens Deus . ut qui se affligendo carnem ab alimentis abstinet . sectando justitiam culpa jejunet · Per · R

Deus humanæ salutis operator da nobis exercere jejunia congruenter . quibus nostræ substantiæ sempiterna remedia providisti · Per · R

Suscipe Domine preces populi supplicantis . & nostri vota jejunii . Salutaris tui perfice Sacramentum · Per · R

Omnipotentiam tuam . Domine . prompta mente laudantes . jejunia tibi sacrata deferimus . ut dum grati de perceptis existimus . efficiamur percipiendis fructibus gratiores · Per · R

Post Benedictionem trium Puerorum ad Missam.

G.R Deus. qui tribus pueris mitigasti flammas igneas. concede quæsumus. ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per.

Super Populum.

R Auxiliare Domine populo tuo. ut sacræ devotionis proficiens incrementis. & tuo semper munere gubernetur. & ad redemptionis æternæ pertineat te docente consortium. Per.

Die Dominico.
Vacat Statio.

G Omnipotens sempiterne Deus. misericordiam tuam ostende supplicibus. ut qui de meritorum qualitate diffidimus. non judicium tuum. sed indulgentiam sentiamus. Per.

Dominica I. post sancti Angeli.

L Ad te nos. Deus. clamantes exaudi. & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus. ut qui pro peccatis nostris justè affligimur. misericordia tua præveniente clementiam sentiamus. Per.

L Quæsumus. omnipotens Deus. clementiam tuam. ut inundantiam coerceas imbrium. & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per.

R Tua nos. Domine quæsumus. gratia semper præveniat. & sequatur. ac bonis operibus jugiter præstet esse intentos. Per.

Dominica II. post S. Angeli.

L.R Da. quæsumus. Domine populo tuo diabolica vitare contagia. & te solum. Domine. puro * corde sectari. Per.

* men-te.

R Custodi nos omnipotens Deus. ut tua dextera gubernante. nec nostra nobis prævaleant. nec aliena peccata. Per.

Dominica III. post S. Angeli.

Dirigat corda nostra. Domine quæsumus. tuæ miserationis operatio. quia tibi sine te placere non possumus. Per. L.R

Tuis Domine. quæsumus. adesto supplicibus. & inter Mundanæ pravitatis insidias fragilitatem nostram sempiterna pietate prosequere. Per. R

Dominica IV. post S. Angeli.

Omnipotens & misericors Deus. universa nobis adversantia propitiatus exclude. ut mente & corpore pariter expediti. quæ tua sunt liberis mentibus exequamur. Per. L.R

Da. quæsumus. omnipotens Deus. sic nostram veniam promereri. ut nostros corrigamus excessus. sic fatentibus relaxare delictum. ut coerceamus in suis pravitatibus obstinatos. Per. R

Dominica V. post S. Angeli.

Largire. quæsumus. Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem. ut pariter ab omnibus mundentur offensis. & secura tibi mente deserviant. Per. R. L

Delicta nostra. Domine (quibus adversa dominantur) absterge. & tua nos ubique miseratione custodi. Per. R

Dominica VI. post S. Angeli.

Deus. qui nos regendo conservas. parcendo justificas. & a temporali tribulatione nos eripe. & gaudia nobis æterna largire. Per. L

Familiam tuam. quæsumus. Domine continua pietate custodi. ut a cunctis adversitatibus (te protegente) sit li- R

fit libera. & in bonis actibus tuo nomini fit devota. Per.

Dominica VII. post S. Angeli.

L Deus. refugium nostrum. & virtus. adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis. & præsta. ut quod fideliter petimus. efficaciter consequamur. Per.

Dominica VIII. post S. Angeli.

L Excita Domine. quæsumus. tuorum fidelium voluntates. ut divini operis fructum propensius exequentes. pietatis tuæ remedia majora percipiant. Per.

Dominica IX. post S. Angeli.

L. R Fac. nos. Domine quæsumus. prompta voluntate subjectos. & ad supplicandum tibi nostras semper excita voluntates. Per.

R Fac. nos Domine. quæsumus. tuis obedire mandatis. quia tunc nobis prospera cuncta provenient. si totius vitæ sequamur Auctorem. Per.

Dominica I. Adventus Domini. Statio ad S. Andream Apostolum post Præsepe. al. ad S. Mariam Majorem.

G.L Excita. Domine quæsumus. potentiam tuam. & veni. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis. te mereamur protegente eripi. te liberante salvari. Qui vivis & regnas.

G.L Suscipiamus. Domine. misericordiam tuam in medio templi tui. ut reparationis nostræ ventura solemnia. congruis honoribus præcedamus. Per.

Orationes de Adventu Domini ad Vesperos. sive Matutinos. vel ad universa Officia.

L.G Excita Domine potentiam tuam. & veni. & quod Ecclesiæ tuæ promisisti usque in finem sæculi clementer operare. Qui vivis & regnas.

Conscientias nostras. quæsumus. Domine visitando purifica. ut veniens Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. paratam sibi inveniat mansionem. Qui tecum. L.G

Prope esto Domine omnibus expectantibus te in veritate. ut in adventu Filii tui Domini nostri. placitis tibi actibus præsentemur. Per eumdem. L.G

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut magnæ Festivitatis ventura solemnia. prospero celebremus effectu. pariterque reddamur & intenti cælestibus disciplinis. & de nostris temporibus lætiores. Per. L.G

Mentes nostras. quæsumus. Domine lumine tuæ visitationis illustra. ut esse (te largiente) mereamur. & inter prospera humiles. & inter adversa securi. Per. L.G

Preces populi tui. quæsumus. Domine clementer exaudi. ut qui de adventu Unigeniti Filii tui secundum carnem lætantur. in secundo. cum venerit in majestate sua. præmium æternæ vitæ percipiant. Per eumdem. G.R

Excita Domine potentiam tuam. & veni. & quod Ecclesiæ tuæ usque in finem sæculi promisisti. clementer operare. Qui vivis & regnas. R

Excita Domine potentiam tuam. & magna nobis virtute succurre. ut per auxilium gloriæ tuæ (quod nostra peccata præpediunt) indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Per. R

Excita Domine. quæsumus corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias. ut per ejus adventum. purificatis tibi servire mentibus mereamur. Per eumdem. R

Præveniat nos. quæsumus omnipotens Deus. tua gratia semper & subsequatur. R

quatur. ut cum adventu Unigeniti tui (quem summo cordis desiderio sustinemus) & præsentis vitæ subsidia. & futuræ etiam consequamur. Per eumdem.

R Conscientias nostras. quæsumus. omnipotens Deus quotidie visitando purifica. ut veniente Domino Filio tuo paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Per eumdem.

L.R Fac. nos. quæsumus Domine Deus noster. pervigiles atque solicitos adventum expectare Christi Filii tui. Domini nostri. ut dum venerit pulsans. non dormientes peccatis, sed vigilantes. & in suis inveniat laudibus exultantes. Qui tecum.

R Præcinge. quæsumus. Domine Deus noster lumbos mentis nostræ divina tua virtute potenter. ut veniente Domino nostro Jesu Christo Filio tuo. digni inveniamur æternæ vitæ convivio. & vota cælestium dignitatum ab ipso percipere mereamur. Qui tecum.

R Adjuva Domine fragilitatem plebis tuæ. ut ad votivum magnæ Festivitatis effectum. & corporaliter gubernata percurrat. & ad perpetuam gratiam devota mente perveniat. Per.

R Animæ nostræ. quæsumus omnipotens Deus. hoc potiantur desiderio. ut a tuo Spiritu inflammentur. ut sicut lampades. divino munere satiati. ante conspectum venientis Christi Filii tui. velut clara lumina fulgeamus. Per eumdem. in unitate ejusdem.

R Festina. quæsumus. ne tardaveris Domine. & præsidium nobis tuæ pietatis impende: ut opportunis consolationibus subleventur. qui in tua miseratione confidunt. Per.

R Concede. quæsumus. omnipotens Deus hanc gratiam plebi tuæ. adventum Unigeniti tui cum summa vigilantia expectare. ut (sicut ipse auctor nostræ salutis docuit) velut fulgentes lampadas in ejus occursum nostras animas præparemus. Per eumdem.

Voci nostræ. quæsumus, Domine aures tuæ pietatis accomoda. & cordis nostri tenebras lumine tuæ visitationis inlustra. Per. R

Da. quæsumus. omnipotens Deus cunctæ familiæ tuæ hanc voluntatem. Christo Filio tuo Domino nostro venienti. in operibus justis aptos occurrere. ut ejus dexteræ sociati regnum mereantur possidere cæleste. Per eumdem. R

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut redemptionis nostræ ventura Solemnitas. & præsentis nobis vitæ subsidia conferat. & æternæ vitæ beatitudinis præmia largiatur. Per. R

Excita. quæsumus. Domine potentiam tuam. & veni. ut ii qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adversitate liberentur. Per. R

Exultemus. quæsumus Domine Deus noster. omnes recti corde in unitate fidei congregati. ut veniente Salvatore nostro Filio tuo. immaculati occurramus illi in ejus Sanctorum comitatu. Per eumdem. R

Fac. nos. Domine quæsumus. mala nostra toto corde respuere. ut veniente Filio tuo Domino nostro. bona ejus capere valeamus. Per eumdem. R

Indignos. quæsumus. Domine famulos tuos. quia actionis propriæ culpa contristat. Unigeniti tui nos adventu lætifica. Qui tecum vivit. R

Quæsumus omnipotens Deus. preces nostras respice. & tuæ super nos viscera pietatis impende. ut qui ex nostra culpa adfligimur. Salvatore nostro adveniente respiremus. Per. R

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui sub peccati jugo ex debito R

to deprimimur. expectata Unigeniti tui nova Nativitate liberemur. Per.

R Excita Domine potentiam tuam. & veni. ut tua propitiatione salvemur. Qui vivis.

R Festina. ne tardaveris. Domine Deus noster. & a diabolico furore nos potenter libera. Qui vivis.

R Porrige nobis Domine dexteram tuæ venerationis. & veni. & peccata nostris propitiatus absolve. Qui vivis.

R Deus. qui prospicis. quia ex nostra pravitate affligimur. concede propitius. ut ex tua visitatione consolemur. Per.

R Festinantes. omnipotens Deus. in occursum Filii tui Domini nostri. nulla impediant opera actus terreni. sed cælestis sapientiæ eruditio faciat nos ejus esse consortes. Per eumdem.

R Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut filii tui ventura Solemnitas. & præsentis nobis vitæ remedia conferat & præmia æterna concedat. Per eumdem.

R Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui pro peccatis nostris meremur affligi. per adventum Filii tui a cunctis adversitatibus liberemur. Per eumdem.

R Deus. qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas. præsta ut Unigenitum filium tuum. quem Redemptorem læti suscipimus. venientem quoque Judicem securi videamus. Per eumdem.

L Quæsumus omnipotens Deus. preces nostras propitius respice. & tuæ super nos viscera pietatis impende. ut qui ex nostra culpa affligimur. te Salvatore respiremus. Per.

Dominica II. de Adventu.
Statio ad Jerusalem.

Excita Domine corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias. ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum.

Dominica III. de Adventu.
Statio ad S. Petrum.

Aurem tuam. quæsumus Domine. precibus nostris accommoda. & mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui vivis.

Orationes & Preces in Jejunio Mensis Decimi.
Feria IV.
Collecta ad S. Petrum ad Vincula.
Statio ad S. Mariam Majorem.

Præsta quæsumus. omnipotens Deus. ut redemptionis nostræ ventura solemnitas. & præsentis nobis vitæ subsidia conferat. & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per. G

Festina. quæsumus. Domine. ne tardaveris. & auxilium nobis supernæ virtutis impende. ut adventus tui consolationibus sublevemur. qui in tua pietate confidunt. Qui vivis. G

Deus qui conspicis. quia in tua pietate confidimus. concede propitius. ut de cælesti semper protectione gaudeamus. Per. R

Subveniat nobis. Domine. misericordia tua. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis. te mereamur veniente salvari. Qui vivis. R

Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos. ut beatæ Mariæ munita præsidiis. & conversatione tibi placeat. & secura deserviat. Per. R

Feria

Feria VI. Mensis Decimi.
Collecta ad S. Marcum.
Statio ad Apostolos.

G Excita. quæsumus. Domine potentiam tuam. & veni. ut hi. qui in tua pietate confidunt. ab omni citius adversitate liberentur. Qui vivis.

R Hujus nobis parsimoniæ. quæsumus. Domine præbe mensuram. ut quod licentiæ carnis auferimus. salutarem nobis fructum acquirat. Per.

R Deus. qui nostram conspicis semper infirmitatem destitui. adventus tui nos visitatione custodi. Qui vivis.

R Adesto. quæsumus. omnipotens Deus. atque in cunctis actionibus nostris. & aspirando nos præveni. & adjuvando custodi. Per.

R Respice Domine. quæsumus. propitius ad plebem tuam. & quam divinis tribuis proficere Sacramentis. ab omnibus absolve peccatis. Per.

Sabbato Mensis Decimi.
Collecta ad S. Mariam in Trasportina.
Statio ad S. Petrum.
Post diem Sabbati. in XII. Lectiones [in Vigiliis quæ ab exordio noctis celebrantur] apud S. Petrum.

G Deus. qui conspicis. quia ex nostra pravitate affligimur. concede propitius. ut ex tua visitatione consolemur. Per.

G Concede quæsumus omnipotens Deus. ut quia sub peccati jugo ex vetusta servitute deprimimur. expectata Unigeniti filii tui nova Nativitate liberemur. Per eumdem.

G Indignos nos quæsumus Domine famulos tuos (quos actionis propriæ culpa contristat) Unigeniti filii tui nos adventu lætifica. Per eumdem.

G Præsta quæsumus omnipotens Deus. ut Filii tui ventura solemnitas. & præsentis nobis vitæ remedia conferat. & præmia æterna concedat. Per eumdem.

Preces populi tui. quæsumus. Deus clementer exaudi. ut qui juste pro peccatis nostris affligimur. pietatis tuæ visitatione consolemur. Per. G

Adesto Domine supplicationibus nostris. & præsentis vota jejunii. placita tibi devotione exhibere concede. Per. R

Converte nos Deus. salutaris noster. & ut nobis jejunium corporale proficiat. mentes nostras cælestibus institue disciplinis. Per. R

Deus. qui pro animarum expiatione nostrarum sacri jejunii instituta mandasti. fragilitati nostræ adjumenta concede. & effectum cælestium mandatorum benignus inspira. Per. R

Miserationum tuarum. Domine quæsumus. præveniamur auxilio. ut in hujus solemnitate jejunii. omnium tibi sit devotio grata fidelium. Per. R

Post Benedictiones trium Puerorum ad Missam.

Deus. qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propitius. ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per. G.R

Super Populum.

Veniat. Domine quæsumus. populo tuo supplicanti tuæ benedictionis infusio. quæ diabolicas ab eodem repellat insidias. quæ fragilitatem mundet & protegat. quæ inopem sustentet & foveat. Per. R

Dominica IV. de Adventu.
Antiquitus vocabat Statio. postea ad sanctam Eugeniam. al. ad Apostolos.

Excita Domine. potentiam tuam. & veni. & magna nobis virtute succurre.

curre. ut per auxilium gratiæ tuæ (quod nostra peccata præpediunt) indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

ORATIONES. ET PRECES. IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

R Deus. qui loca nomini tuo dicata sanctificas. effunde super hanc Orationis Domum gratiam tuam. ut ab omnibus hic invocantibus te auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per.

G Deus. qui invisibiliter omnia contines. & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis. Templum hoc potentia tuæ inhabitationis inlustra. ut omnes qui huc deprecaturi conveniunt. ex quacumque tribulatione ad te clamaverint. consolationis tuæ beneficia consequantur. Per.

G Deus qui sacrandorum tibi Auctor es munerum. effunde super hanc Orationis Domum benedictionem tuam. ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum. defensionis tuæ auxilium sentiatur. Per.

G Deus qui ex omni coaptatione Sanctorum æternum tibi condis habitaculum. da ædificationi tuæ incrementa cælestia. ut quorum hic reliquias pio amore complectimur. eorum semper meritis adjuvemur. Per.

G Quæsumus omnipotens Deus. ut hoc in loco quem nomini tuo indigni dicavimus. cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per.

R.O Copiosa beneficia. quæsumus Domine Christianus populus adsequatur. ut qui in honorem Sanctorum sacrandis tibi liminibus devotus occurrit. & vitæ subsidia præsentis accipiat. & gratiam sempiternæ redemptionis inveniat. Per.

PSALT.R.G.

Effunde. quæsumus. Domine super hunc locum gratiam tuam. & omnibus in te sperantibus auxilii munus impende. Per. O

Item Orationes & Preces in Dedicatione Basilicæ novæ pro Conditoribus.

Deus. qui sacrandorum tibi Auctor es munerum. ad sanctificationem loci hujus propitius adesse dignare. ut qui hæc in honorem tui nominis condiderunt. protectorem te habere in omnibus mereantur. Per. O.R

Magnificare Domine Deus noster in sanctis tuis, & hoc in templo ædificationis appare. ut qui omnia in filiis adoptionis operaris. ipse semper in tua hereditate lauderis. Per. R

Domine Deus noster. familiam tuam ad Aulæ hujus suffragia concurrentem benignus exaudi. ejusdemque Conditorum omnia desideria cordis complacita tibi. pius adimple votis responde. augmenta eis annos vitæ. & temporum felicitatem. ut per spatia longæva viventibus. melioribus ornamentis studio eorum locus iste refulgeat. Per. O

Orationes & Preces in Dedicatione Basilicæ. quam Conditor non dedicatam reliquit.

Deus. qui loca nomini tuo dicata sanctificas. & benedictionibus tuis dicanda præcedis. præsta quæsumus. ut quod beato Apostolo tuo Illi & sanctis Martyribus Illis famulus tuus Ille. in hoc loco ædificium deputavit. digno præparetur officio. Per. R

Omnipotentiam tuam. quæsumus Domine. Sanctus tuus Ille interventor exoret. ut ejus meritis hanc Ecclesiam R.

deputatam. clementer inlustres. quoniam quicquid Sanctis honoris impenditur. tuæ respicit insignia majestatis. Per.

Orationes & Preces in Dedicatione loci illius, ubi prius fuit Synagoga.

O.R Deus qui absque ulla temporis mutabilitate cuncta disponis, & ad meliora perducis. quæ eligis esse mutanda. respice super hanc Basilicam. in honore beati Illius. nomini tuo dicatam. ut vetustate Judaici erroris expulsa. huic loco Sancti Spiritus per novitatem Ecclesiæ conferas veritatem. Per. in unitate ejusdem.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui hunc locum. Judaicæ superstitionis fœditate detersa. in honore beati Illius Ecclesiæ tuæ dignatus es pulchritudinem decorare. * Per.

R Præsta quæsumus Domine. ut illa fides hic fulgeat. quæ signo Crucis erecta mortem subegit. & salutem nobis contulit & triumphum. Per.

O.R A plebe tua. quæsumus Domine. spiritales Nequitiæ repellantur. & aerearum discedat malignitas Potestatum. Per.

O Deus vita credentium. & origo virtutum. reple quæsumus hoc Templum tuæ gloria majestatis in honore beati Illius. ut fiat Domus Orationis. quod perditum fuerat ante latibulum. & quid infidelium turba in isto loco inveniebat adversa. populus tuus orationibus suis te hic semper mereatur invenire propitium. Per.

In Dedicatione Altaris.

O Omnipotens sempiterne Deus. Altare hoc tuo nomini dicatum cælestis virtutis benedictione sanctifica. & omnibus in te sperantibus auxilii tui munus ostende. ut hic & Sacramentorum virtus. & votorum obtineatur effectus. Per.

In Anniversario Dedicationis Altaris.

Recensentes. Domine. annuæ dedicationis occursum. pietatem tuam suppliciter exoramus. ut quorum meritis hoc tuo nomini Altare sacrari jussisti. eorum precibus apud te adjuvare digneris. Per. L

ORATIONES ET PRECES IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

Deus qui nobis per singulos annos. L hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem. & sacris semper Mysteriis repræsentas incolumes. exaudi preces populi tui. & præsta. ut quisquis hoc Templum beneficia petiturus ingreditur. cuncta se impetrasse lætetur. Per.

Deus. qui Ecclesiam tuam. Sponsam O vocare dignatus es. ut quæ haberet gratiam per fidei devotionem. haberet etiam ex nomine pietatem. da. ut omnis hæc plebs. nomini tuo serviens. hujus vocabuli consortio digna esse mereatur. & Ecclesia tua in Templo (cujus anniversarius Dedicationis dies celebratur) tibi collecta te timeat. te diligat. te sequatur. ut dum jugiter per vestigia tua graditur ad cælestia promissa. te ducente pervenire mereatur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deus. qui de vivis & electis lapidibus L.O æternum Majestati tuæ condis habitaculum. auxiliare populo supplicanti. ut quod Ecclesiæ tuæ corporalibus proficit spatiis. spiritalibus amplificetur augmentis. Per.

Oratio.

Orationes & Preces in Dedicatione Fontis ·

O.R Omnipotens sempiterne Deus. hoc Baptisterium cælesti visitatione dedicatum. Spiritus tui inlustratione sanctifica. ut quoscumque Fons iste lavaturus est. trina ablutione purgati. indulgentiam omnium delictorum tuo munere consequantur · Per · in unitate ejusdem ·

R Omnipotens sempiterne Deus. fons omnium virtutum. & plenitudo gratiarum. dignare eadem sacro Baptismati præparata. majestatis tuæ præsentia consecrare. ut qui ubique totus es. etiam hic adesse te in nostris precibus sentiamus · Per ·

R Multiplica Domine benedictionem tuam. & per Spiritum tui muneris fidem nostram conrobora. ut qui in hæc fluenta descenderint. eos in Libro Vitæ adscribi jubeas. in regno tibi Deo Patri in resurrectione tradendos · Per ·

Propitiare Domine familiæ tuæ. & benignus humilitatis nostræ vota sanctifica. & omnes in hoc Fonte regenerandos universali adoptione custodi · Per · O.R

In Basilicæ Conditoris Agendis ·

Deus fidelium receptor animarum. præsta quæsumus. ut famulus tuus Ille. & in perpetua luce quiescat. & quod de hoc loco desideravit. obtineat · Per · O.R

Largire quæsumus. omnipotens Deus. ut anima famuli tui Illius. plenam capiat de hujus Ecclesiæ perfectione mercedem · Per · O.R

INCIPIUNT ORATIONES ET PRECES DE NATALITIIS SANCTORUM ·

MENSE JANUARIO ·

xix. *Kal. Februarii*. *idest* xiv. *die Mensis Januarii* · *Natale* S. FELICIS *Confessoris* · *Olim in Pincis* ·

G CONcede. quæsumus. omnipotens Deus. ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent. quatenus quorum solemnia agimus. etiam actus imitemur · Per ·

R Sancti Felicis. Domine. confessio recensita conferat nobis piæ devotionis augmentum. qui in confessione tui nominis perseverans meruit honorari · Per ·

R Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beatus Felix donis tuis extitit gloriosus. apud te nostris existat nominibus idoneus interventor · Per ·

XVII. *Kal. Februarii*. *idest*. xvi. *die Mensis Januarii* · *Natale* S. MARCELLI *Papæ & Confessoris* · *al. Martyris* ·

Olim Via Salaria in Priscillæ · * *vel ad* S. MARCELLUM ·

Exaudi Domine preces nostras. quas in sancti Confessoris tui atque Pontificis Marcelli solemnitate deferimus. ut qui tibi dignè meruit famulari. ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis · Per · R

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut beatus Marcellus tibi placita fulgeat forte Pontificatus. & pietati tuæ nos pia supplicatione commendet · Per · R

Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beati Marcelli Confessoris tui R

 atque

atque Pontificis solemnia colimus. ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

R Deus fidelium remunerator animarum. præsta. ut beati Marcelli Confessoris tui atque Pontificis (cujus venerandam celebramus Festivitatem) precibus indulgentiam consequamur. Per.

G Preces populi tui. quæsumus Domine. clementer exaudi. ut beati Marcelli martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus passione lætamur. Per.

XV. *Kal. Feb. ideft*. XVIII. *die Menfis Januarii. Natale* S. PRISCÆ *Virginis & Martyris. Ad S. Prifcam*.

G Da, quæsumus, omnipotens Deus. ut qui beatæ Priscæ martyris tuæ natalitia colimus. & annua solemnitate lætemur. & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

Item XV. *Kal. Feb. ideft* XVIII. *die Menfis Januarii. Dedicatio* CATHEDRÆ S. PETRI *qua primo Romæ fedit. Ad S. Petrum*.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui ineffabili sacramento Apostoli tui Petri Principatum in Romani nominis arce posuisti. præsta. ut quod in Orbem terrarum ejus prædicatione inchoavit. Christianæ devotionis sequatur universitas. Per.

Aliter.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui ineffabili sacramento Apostolo tuo Petro Principatum Romanæ Urbis tribuisti. unde se Evangelica veritas per tota mundi Regna diffunderet. præsta quæsumus. ut quod in Orbem Terrarum ejus prædicatione manavit. universitas Christiana. devotione sequatur. Per.

R Protector in te sperantium Deus. respice populum supplicantem. & Apostoli tui Petri interveniente suffragio. perfice miseratus pia desideria singulorum. Per.

XIII. *Kal. Feb. ideft*. XX. *die Menfis Januarii. Nat*. S. FABIANI *Papæ & Martyris. Olim Via Appia*.

G Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus. & quia pondus propriæ actionis gravat. beati Fabiani Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

R Adsit nobis. Domine quæsumus. sancta precatio beati Pontificis & Martyris tui Fabiani. quæ nos & a terrenis affectibus incessanter expediat. & cælestia desideria perficiat. Per.

Item XIII. *Kal. Feb. ideft*. XX. *die Menfis Januarii. Nat. SS. Martyrum* SEBASTIANI. MARII. MARTHÆ. AUDIFAX. & ABACUC. *Via Appia*.

R Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut sanctorum Martyrum tuorum. quorum celebramus victorias. participemur & præmiis. Per.

R Exaudi Domine populum tuum cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio supplicantem. ut & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere. & æternæ reperire subsidium. Per.

G Deus. qui beatum Sebastianum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti. ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera Mundi despicere. & nulla ejus adversa formidare. Per.

R Præsta. quæsumus. Domine. ut intercedente beato Sebastiano Martyre tuo.

tuo. & a cunctis adversitatibus muniamur in corpore. & a pravis cogitationibus mundemur in corde. Per.

XII. *Kal. Feb. idest.* XXI. *die Mensis Januarii. Natale sanctæ* AGNETIS *Virginis de Passione sua. Via Nomentana.*

G Omnipotens sempiterne Deus. qui infirma Mundi elegis. ut fortia quæque confundas. concede propitius. ut qui beatæ Agnæ Martyris tuæ solemnia colimus. ejus apud te patrocinia sentiamus. Per.

R Crescat. Domine. semper in nobis sanctæ jocunditatis affectus. & beatæ Agnæ Virginis atque Martyris tuæ veneranda festivitas augeatur. Per.

R Præsta. quæsumus. Domine mentibus nostris cum exultatione provectum. ut beatæ Agnes Martyris tuæ. cujus diem passionis annua devotione recolimus. etiam fidei constantiam subsequamur. Per.

XI. *Kal. Feb. idest.* XXII. *die Mensis Januarii. Natale* S. VINCENTII *Martyris. Statio in Basilica S. Eusebii juxta Morulana.*

G Adesto. quæsumus. Domine supplicationibus nostris. ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus. beati Vincentii Martyris tui intercessione liberemur. Per.

Item XI. *Kal. Feb. idest.* XXII. *die Men. Januarii. Nat.* S. ANASTASII *Martyris.*

Ad Aquas Salvias. Require in Natal. unius Martyris.

VIII. *Kal. Feb. idest.* XXV. *die Mensis Januarii. Conversio* S. PAULI *Apostoli. Ad S. Paulum.*

Deus. qui universum Mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti. da nobis quæsumus. ut qui ejus hodie conversionem colimus. per ejus ad te exempla gradiamur. Per. L

Præsta populo tuo Domine. quæsumus. consolationis auxilium. & diuturnis calamitatibus laborantem. beati Apostoli tui Pauli intercessione. a cunctis tribulationibus erue. Per. A

V. *Kal. Feb. idest.* XXVIII. *die Mensis Januarii. Natale* S. AGNÆ *secundò. sive de Nativitate. In Agonem.*

Deus. qui nos annua beatæ Agnæ Martyris tuæ solemnitate lætificas. da quæsumus. ut quam veneramur officio. etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per. G

Adesto nobis. omnipotens Deus. beatæ Agnes Festa repetentibus. quam hodiernæ Festivitatis prolatam exortu. ineffabili munere sublevasti. Per. R

MENSE FEBRUARIO.

IV. *Nonas Februarii. idest.* II. *die. Mensis Feb.* HYPAPANTI. *sive.* PURIFICATIO S. MARIÆ.

Collecta ad sanctum Hadrianum. Statio ad S. Mariam Majorem. Oratio ad Collectam.

ERudi. quæsumus. Domine plebem tuam. & quæ extrinsecùs annua tribuis devotione venerari. interiùs assequi gratiæ tuæ luce concede. Per.

Ex Orationibus in benedictione Cereorum.

Domine Jesu Christe. qui hodierna die in nostræ carnis substantia inter homines apparens. a Parentibus in Templo O

Templo es præsentatus. quem Simeon venerabilis senex lumine Spiritus tui irradiatus agnovit. suscepit. & benedixit. præsta propitius. ut ejusdem Spiritus Sancti gratia illuminati atque edocti. te veraciter cognoscamus. & te fideliter diligamus. Qui cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum.

Ad Stationem. sive Missam.

G.L Omnipotens sempiterne Deus. Majestatem tuam supplices exoramus. ut sicut Unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in Templo est præsentatus. ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eumdem.

R Deus. cujus hodierna die Unigenitus in nostra carne (quam adsumpsit pro nobis) in Templo est præsentatus. præsta. ut quem Redemptorem nostrum læti suscipimus, venientem quoque Judicem securi videamus Dominum nostrum Jesum Christum. Filium tuum. qui tecum.

Ad Vesperos.

G.L Perfice in nobis. quæsumus. Domine gratiam tuam. qui justi Simeonis expectationem implesti. ut sicut ille mortem non vidit. priusquam Christum Dominum videre mereretur. ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eumdem.

Aliæ Orationes.

E Quæsumus. omnipotens Deus. tua nos protectione custodi. & castimoniam mentibus nostris atque corporibus. intercedente beata Maria semper Virgine. propitiatus indulge. ut veniente Sponso. tuo Filio Unigenito. accensis lampadibus ejus digni præstolemur occursum. Per eumdem.

E Intercessio. quæsumus Domine. beatæ Mariæ semper Virginis. vota nostra commendet. nosque ejus veneratio tuæ Majestati reddat acceptos. Per.

Nonis Februarii. idest. v. die Mensis Februarii. Natale S. AGATHÆ *Virginis & Martyr. Ad S. Agatham.*

G Deus. qui inter cætera potentiæ tuæ miracula. etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti. concede propitius. ut cujus Natalitia colimus. per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

G Indulgentiam nobis Domine beata Agatha martyr imploret. quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis. & tuæ professione virtutis. Per.

Aliter.

R Indulgentiam nobis Domine beata Agatha Martyr tua imploret. quæ tibi grata extitit virtute martyrii & merito castitatis. Per.

G Deus. qui nos annua beatæ Agathæ Martyris tuæ solemnitate lætificas. da ut quam veneramur officio. etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

IV. *Idus Februarii. idest.* x. *die Mensis Februarii. Natale* S. SOTHERIS *Virginis & Martyris. Olim Via Appia.*

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut sanctæ Sotheris. cujus humanitatis celebramus exordia. Martyris beneficia sentiamus. Per.

XVI. *Kal. Martii. idest.* XIV. *die Mensis Februarii. Natale* SS. VALENTINI. VITALIS ET FELICULÆ *Martyrum. Olim Via Flaminia.*

R Tuorum nos Domine. quæsumus. precibus tuere Sanctorum. ut Festa Marty-

Martyrum tuorum Valentini. Vitalis & Feliculæ sine cessatione venerantes. & fideli muniamur auxilio. & magnifico proficiamus exemplo. Per.

R Protege Domine plebem tuam. & Festivitatem Martyrum tuorum Valentini. Vitalis & Feliculæ (quam nobis tradis assiduè debitam tibi persolvi) precibus concede Sanctorum. Per.

G Præsta. quæsumus omnipotens Deus ut qui beati Valentini Martyris tui natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per.

XIV. Kal. Mart. idest. xvi. die Mensis Februarii. Natale S. Julianæ Virg. et Mar.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui eligis infirma Mundi. ut fortia quæque confundas. da nobis in Festivitate sanctæ Martyris tuæ Julianæ. congrua devotione gaudere. ut & potentiam tuam in ejus passione laudemus. & provisum nobis percipiamus auxilium. Per.

VIII. *Kal. Mart. idest.* xxii. *Mensis Febr.* Cathedra S. Petri *Apost.*

Ad S. Petrum.

E.L Deus. qui beato Petro Apostolo tuo. collatis clavibus Regni cœlestis. ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti. concede. ut intercessionis ejus auxilio. a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

E Benedic. quæsumus. Domine plebem tuam. & beati Apostoli tui Petri precibus. tribue consequi tuæ defensionis auxilium. Per.

VI. *Kal. Mart. idest.* xxiv. *die Mens. Febr. Nat.* S. Matthiæ *Apost.*

Ad S. Mariam Majorem.

E.L Deus. qui beatum Matthiam Apostolorum tuorum Collegio sociasti. tribue quæsumus. ut ejus interventione. tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per.

Ad Vesperos.

Percipiat Domine. quæsumus. populus tuus. intercedente beato Matthia Apostolo tuo. misericordiam. quam deposcit. & quam precatur humiliter. indulgentiam consequatur & gloriam. Per. L

Mense Martio.

Nonis Martii. idest. vii. *die Mensis Martii. Nat. Sanctarum* Perpetuæ et Felicitatis.

Da nobis Domine Deus noster. Sanctorum Martyrum palmas inc essabili veneratione venerari. ut quos digna mente non possumus celebrare. humilibus saltem frequentibus obsequiis veneremur. Per. R

VIII. *Kal. Aprilis idest.* xxv. *die Mensis Martii.*

In Adnunciatione S. Mariæ Matris Domini Nostri Jesu Christi.

Collecta ad S. Hadrianum.

Statio ad S. Mariam Majorem.

Oratio ad Collectam.

Deus. qui beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum (Angelo nunciante) carnem suscipere voluisti. præsta supplicibus tuis. ut qui verè eam Genitricem Dei credimus. ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem. G

Ad Stationem. sive Missam.

Deus. qui hodierna die Verbum tuum beatæ Virginis alvo coadunare voluisti. fac. nos ita peragere. ut tibi placere valeamus. Per eumdem. G.L

In mentibus nostris Domine veræ fidei sacramenta confirma. ut qui conceptum G.L

certum de Virgine. Deum verum & Hominem confitemur. per ejus salutiferæ Resurrectionis potentiam ad æternam mereamur pervenire lætitiam. Per eumdem.

G.L Gratiam tuam, Domine, mentibus nostris infunde. ut qui (Angelo nunciante) Christi Filii tui Incarnationem cognovimus. per Passionem ejus & Crucem. ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem.

R Exaudi nos Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. qui per beatæ Mariæ sacri uteri divinæ gratiæ obumbrationem. universum Mundum inluminare dignatus es. majestatem tuam supplices exoramus. ut quod nostris meritis non valemus obtinere. ejus adipisci præsidiis mereamur. Per.

R Tibi (quæsumus) Domine. famulantes. prece humili auxilium implorantes. & beatæ semper Virginis Mariæ nos gaudia comitentur solemniis. cujus præconiis ac meritis nostra deleantur chirographa peccatorum. atque [a] rubigine scelerum. & molis vitiorum. igne compunctionis tui amoris mundemur incursu. Per.

Aliæ Orationes ad Vesperum.

R Beatæ & gloriosæ semperque Virginis. Dei Genitricis Mariæ. nos. Domine quæsumus. merita prosequantur. & tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per eumdem.

R Beatæ & gloriosæ semperque Virginis. Dei Genitricis Mariæ. quæsumus omnipotens Deus. intercessio nos gloriosa protegat. & ad vitam perducat æternam. Per eumdem.

R Porrige nobis Deus dexteram tuam. & per intercessionem Beatæ & gloriosæ semperque Virginis. Dei Genitricis Mariæ. auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per eumdem.

MENSE APRILI.

Idibus Aprilis. idest. XIII. *die Men. Aprilis. Natale* S. EUPHEMIÆ *Virginis & Martyris.*
Olim ad S. Euphemiam.

Concede nobis omnipotens Deus. R fauctæ Martyris Euphemiæ & exultare meritis. & beneficia referre suffragiis. Per.

Annue quæsumus Domine. ut sanctæ Martyris Euphemiæ tibi placitis deprecationibus adjuvemur. Per. R

Foveat nos Domine sanctæ Martyris R Euphemiæ jocunda solemnitas. & pietati tuæ commendare non desinat. Per.

Sanctæ nos Martyris Euphemiæ precatio tibi. Domine. grata comitetur. & tuam nobis indulgentiam poscere non desistat. Per.

XVIII. *Kal. Maji. idest.* XIV. *die Men. Aprilis. Natale* SS. TIBURTII. VALERIANI ET MAXIMI *Mart.*
Olim Via Appia.

Præsta quæsumus. omnipotens Deus. ut qui sanctorum tuorum Tiburtii. Valeriani & Maximi solemnia colimus. eorum etiam virtutes imitemur. Per. G

IX. *Kal. Maji. idest.* XXIII. *die Men. Apr. Nat.* S. GEORGII *Martyris.*
Statio ad S. Georgium.

Deus. qui nos beati Georgii Martyris tui meritis & intercessione lætificas. concede propitius. ut qui ejus beneficia poscimus. dona tuæ gratiæ consequamur. Per.

VII. *Kal. Maji. idest.* XXV. *die Men. Apr. Litania Major. Collecta ad S. Laurentium in Lucina. Statio ad sanctum Petrum.*
Oratio ad Collectam.

Mentem familiæ tuæ. quæsumus G Domi-

Domine. intercedente beato Laurentio Martyre tuo. & munere compunctionis aperi. & largitate pietatis exaudi. Per.

Oratio ad S. Valentinum [extra Portam Flaminiam.]

G Deus. qui culpas delinquentium districtè feriendo percutis. fletus quoque lugentium non recuses. ut qui pondus tuæ animadversionis cognovimus. etiam pietatis gratiam sentiamus. Per.

*Oratio ad Pontem * Molbi.*

* Milvium.

G Parce Domine. quæsumus. parce populo tuo. & nullis jam patiaris adversitatibus fatigari. quos precioso Filii tui sanguine redemisti. Qui tecum.

Oratio ad Crucem.

G Deus qui culpas nostras piis verberibus percutis. ut nos a nostris iniqnitatibus emundes. da nobis. & de verbere tuo proficere. & de tua citius consolatione gaudere. Per.

Oratio in Atrio.

G Adesto Domine supplicationibus nostris. & sperantes in tua misericordia. intercedente beato Petro Apostolo tuo. cælesti protege benignus auxilio. Per.

Alia Oratio in Atrio.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut ad te toto corde clamantes. intercedente beato Petro Apostolo tuo. tuæ pietatis indulgentiam consequamur. Per.

Ad Stationem. sive Missam ad S. Petrum.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus. contra adversa omnia. tua semper protectione muniamur. Per.

G Prætende nobis Domine. misericordiam tuam. ut quæ votis expetimus.

conversatione tibi placita consequamur. Per.

Item VII. *Kal. Maji. ideft.* xxv. *die Mensis Aprilis.* *Nat.* S. MARCI EVANGELISTÆ.

Ad S. Marcum.

Deus. qui beatum Marcum Evangelistam tuum Evangelicæ Prædicationis gratia sublimasti. tribue quæsumus. ejus nos semper & eruditione proficere. & oratione defendi. Per. L

Deus. qui nobis per ministerium beati Marci Evangelistæ & Martyris tui. veritatem Evangelii patefieri voluisti. concede. quæsumus. ut quod ab illius ore didicimus. gratia tua adjuti. operari valeamus. Per. B

IV. *Kal. Maji. ideft.* xxviii. *die Mensis Aprilis. Nat.* S. VITALIS *Martyris.*

Ad S. Vitalem.

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut intercedente beato Vitale Martyre tuo. & a cunctis adversitatibus liberemur in corpore. & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per. G

Exultet. quæsumus Domine. populus tuus in sancti tui commemoratione Vitalis. & cujus votivo lætatur officio. suffragio relevetur optato. Per. E

Pridie Kal. Maji. ideft. xxx. *die Men. Apr. Vigilia Sanctorum* PHILIPPI ET JACOBI APOSTOLORUM.

Protegat Ecclesiam tuam. Deus. oratio veneranda Apostolorum tuorum. quorum solemnia prævenimus obsequiis. & quorum frequentia devotionem impendit. perpetuæ poscat redemptionis effectum. Per. E

MENSE MAJO.

Kalendis Maii. Natale APOSTOLORUM PHILIPPI ET JACOBI.

Ad Apostolos.

G DEus. qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Jacobi solemnitate lætificas. præsta. quæsumus. ut quorum gaudemus meritis. instruamur exemplis. Per.

R Deus. qui es omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis. quique hunc diem beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi martyrio consecrasti. da Ecclesiæ tuæ de Natalitio tantæ Festivitatis lætari. ut apud misericordiam tuam & exemplis eorum & meritis adjuvemur. Per.

R [Quæsumus]. omnipotens Deus. ut sancti nos Jacobi lætificet ac Philippi festiva solemnitas. & quorum suffragiis nitimur. Natalitiis gloriemur. Per.

E Beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi honore continuo. Domine. plebs tua semper exultet. & his Præsulibus gubernetur. quorum & doctrinis gaudet & meritis. Per.

V. *Nonas Maii. idest.* III. *die Mensis Maii. Natale* SS. MARTYRUM ALEXANDRI PAPÆ. EVENTII ET THEODOLI.

Olim Via Nomentana.

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui sanctorum tuorum Alexandri. Eventii & Theodoli Natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus. eorum intercessionibus liberemur. Per.

Item V. *Nonas Maii. idest.* III. *die Mensis Maii. Nat.* S. JUVENALIS *Episcopi & Conf.*

R Beati nos. quæsumus Domine. Juvenalis & confessio semper prosit & meritum. Per.

Annue. quæsumus Domine. ut merita tibi placita sancti Confessoris & Episcopi tui Juvenalis. pro gregibus (quos sincero ministerio gubernavit) pietatem tuam semper exorent. Per. R

Item V. *Nonas Maii. idest.* III. *die Mens. Maii.* INVENTIO S. CRUCIS. *Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. ad Basilicam Salvatoris.*

Deus. qui in præclara salutiferæ Crucis Inventione. Passionis tuæ miracula suscitasti. concede. ut vitalis Ligni pretio. æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis. R.B

Deus. cui cunctæ obediunt creaturæ. & qui omnia Verbo tuo fecisti in sapientia. supplices quæsumus ineffabilem clementiam tuam. ut quos per Lignum sanctæ Crucis. Filii tui pio cruore es dignatus redimere. tu qui es lignum vitæ. Paradisique reparator. omnibus in te credentibus. dira serpentis venena extingue. & per gratiam Spiritus Sancti poculum salutis semper infunde. Per eumdem. in unitate ejusdem. R.B

Pridie Nonas Maii. idest. VI. *die Mensis Maii. Natale* S. JOHANNIS *Apostoli. Statio ante Portam Latinam.*

Deus. qui conspicis. quia nos undique mala nostra perturbant. præsta quæsumus. ut beati Johannis Apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per. G

VI. *Idus Maii. idest.* X. *die Mensis Maii. Natale SS. Martyrum* GORDIANI & EPIMACHI.

Olim Via Latina.

Da quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beatorum Martyrum Gordiani atque G

atque Epimachi solemnia colimus. eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

IV. *Idus Maii. idest. XII. die Mensis Maii. Nat. SS. Martyrum* NEREI *&* ACHILLEI *fratrum.*
Statio olim Via Ardeatina. vel ad SS. Nereum & Achilleum in Titulo Fasciolæ.

L.R Semper nos. Domine. Martyrum tuorum Nerei & Achillei foveat. quæsumus. beata solemnitas. & tuo dignos reddat obsequio. Per.

Item IV, *Idus Maii. idest.* XII. *die Mensis Maii. Nat.* S. PANCRATII *Martyris.*
Statio Via Aurelia.

L.G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beati Pancratii Martyris tui Natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus ejus intercessionibus liberemur. Per.

III. *Idus Maii. idest.* XIII. *die Mensis Maii. Natale. seu Dedicatio Basilicæ* S. MARIÆ AD MARTYRES.
Hæc solemnitas semper celebratur die Dominico ejus hebdomadæ. in qua occurrerit.
Statio ad S. Mariam ad Martyres.

L.G Concede. quæsumus. omnipotens Deus ad eorum nos gaudia æterna pertingere. de quorum nos virtute tribuis annua solemnitate gaudere. Per.

XIV. *Kal. Junii. idest.* XIX. *die Men. Maii. Natale* S. PUDENTIANÆ *Virginis.*
Ad S. Pudentianam.

E Deus. qui nos beatæ Pudentianæ Virginis tuæ solemnitate lætificas. da. quæsumus. ut quam veneramur officio. etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

VIII. *Kal. Junii. idest.* XXV. *die Mensis Maii. Natale* S. URBANI *Papæ & Martyris.*
Statio Via Appia.

Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus. ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per. L.G

MENSE JUNIO

Kalendis Junii. Natale sive Dedicatio Basilicæ S. NICOMEDIS *Martyris.*
Olim Via Nomentana.

Deus. qui nos beati Nicomedis Martyris tui meritis & intercessione lætificas. concede propitius. ut qui ejus beneficia poscimus. dona tuæ gratiæ consequamur. Per. L.G

IV. *Nonas Junii. idest.* II. *die Mensis Junii. Natale SS. Martyrum* MARCELLINI *&* PETRI.
Statio Via Lavicana.

Deus. qui nos annua beatorum Marcellini & Petri Martyrum tuorum solemnitate lætificas. præsta quæsumus. ut quorum gaudemus meritis. provocemur exemplis. Per. G.L

Lætetur Ecclesia tua. Deus. Martyrum tuorum Petri & Marcellini confisa suffragiis. atque eorum precibus gloriosis. & devota permaneat. & secura consistat. Per. R

Intercedentibus Sanctis tuis. Domine. plebi tuæ præsta subsidium. ut ab omnibus noxiis expedita. cuncta sibi profutura percipiat. Per. R

V. *Idus Junii. idest.* IX. *die Mensis Junii. Natale SS. Martyrum* PRIMI *&* FELICIANI.
Statio in Basilica S. Stephani.

Fac nos. Domine quæsumus. sanctorum tuorum Primi & Feliciani sem- L

per Festa sectari. quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per.

III. *Idus Junii. idest.* xi. *die Mensis Junii. Natale* S. BARNABÆ *Apostoli*.

L Deus. qui nos beati Barnabæ Apostoli tui meritis & intercessione lætificas. concede propitius. ut qui ejus beneficia poscimus. dono tuæ gratiæ consequamur. Per.

Pridie Idus Junii. idest. xii. *die Mensis Junii.*

Natale SS. Martyrum BASILIDIS. CYRINI. NABORIS & NAZARII.

Olim Via Aurelia. vel ad S. Basilidem.

R.L Sanctorum Basilidis. Cyrini. Naboris. & Nazarii. quæsumus Domine Natalitia nobis votiva resplendeant. & quod illis contulit excellentiam sempiternam. fructibus nostræ devotionis accrescat. Per.

R.L Semper. Domine. sanctorum Martyrum Basilidis. Cyrini. Naboris. & Nazarii solemnia celebremus. & eorum patrocinia jugiter sentiamus. Per.

XVII. *Kal. Julii. idest.* xv. *die Mensis Junii. Natale* S. VITI *Martyris.*

Ad S. Vitum.

L.R Da Ecclesiæ tuæ Domine. quæsumus. sancto Vito intercedente. superbè non sapere. sed tibi placita humilitate proficere. ut proterva despiciens. quæcumque matura sunt. libera exerceat charitate. Per.

XIV. *Kalen. Julii. idest.* xviii. *die Mensis Junii. Nat. SS. Martyrum* MARCI & MARCELLIANI.

Statio olim Via Ardeatina.

G.L Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui sanctorum Marci & Marcelliani Natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus. eorum intercessione liberemur. Per.

R.E Sanctorum tuorum nos. Domine. Marci & Marcelliani Natalitia tueantur. qnia tantò fiducialius tuo nomini supplicamus. quantò frequentius Martyrum benedictionibus confovemur. Per.

XIII. *Kal. Julii. idest.* xix. *die Mensis Junii. Natale SS. Martyrum* PROTASII & GERVASII.

In Vigilia. sive ad Vesperos.

R.E Martyrum tuorum. Domine. Gervasii & Protasii Natalitia præeuntes. supplices te rogamus. ut quos cælesti gloria sublimasti. tuis adesse concedas fidelibus. Per.

Statio ad S. Vitalem.

G.L Deus. qui nos annua sanctorum tuorum Protasii & Gervasii solemnitate lætificas. concede propitius. ut quorum gaudemus meritis. accendamur exemplis. Per.

R Sanctorum Martyrum nos. Domine. Gervasii & Protasii confessio beata communiat. & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per.

E.R Sanctorum Gervasii & Protasii suffragiis imploramus. ut a cunctis. Domine. liberemur offensis. Per.

IX. *Kal Julii. idest.* xxiii. *die Mensis Junii. Vigilia* S. JOHANNIS BAPTISTÆ.

G Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut familia tua per viam salutis incedat. & beati Johannis Præcursoris hortamenta sectando. ad eum. quem prædixit. secura perveniat. Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum.

G Beati Johannis Baptistæ nos. Domine. præclara comitetur oratio. & quem

quem venturum esse prædixit, poscat nobis favere placatum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum.

R Præsta, quæsumus Domine, ut populus tuus ad plenæ devotionis effectum, beati Baptistæ Johannis Natalitiis præparetur, quem præmisisti Filio tuo parare plebem perfectam Jesu Christo Domino nostro. Qui tecum.

VIII. *Kal. Julii, idest, XXIV. die Men. Junii. Natale* S. JOHANNIS BAPTISTÆ.

Ad priores Vesperos, Vigilias in nocte, & Missam in die. Stationes ad S. Johannem ad Fontes in Lateranis.

Oratio in Vigiliis.

R Beati Johannis Baptistæ nos, quæsumus Domine, præclara comitetur oratio, & quem venturum esse prædixit, poscat nobis ab eo sempiternum remedium. Per eumdem.

Oratio in prima Missa de nocte, sive in prima aurora.

L.G Concede, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beati Johannis Baptistæ solemnia colimus, ejus apud te intercessione muniamur. Per.

Aliæ Orationes.

R.G Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Johannis nativitate fecisti, da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis * æternæ. Per.

* & salutis.

L.G Sumat Ecclesia tua Deus, beati Johannis Baptistæ generatione lætitiam, per quem suæ regenerationis cognovit Auctorem, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum. Qui tecum.

Ad Vesperos.

Prima Statio ad S. Johannem in Lateranis, hoc est, in Basilica Salvatoris.

Deus, qui nos beati Johannis Baptistæ concedis Natalitio perfrui, ejus nos tribue meritis adjuvari. Per. L.G

II. *Statio ibidem ad Fontes.*

Omnipotens sempiterne Deus, da cordibus nostris illam tuarum rectitudinem semitarum, quam beati Johannis Baptistæ in deserto vox clamantis edocuit. Per. L.G

Aliæ Orationes.

Deus, qui conspicis, quia nos undique mala nostra contristant, per Præcursorem gaudii, corda nostra lætifica. Per. L.G

Da, quæsumus, omnipotens Deus, intra sanctæ Ecclesiæ uterum constitutos, eo nos Spiritu ab iniquitate nostra justificari, quo beatum Johannem intra viscera materna docuisti. Per in unitate ejusdem. E.O

Deus, qui nos annua beati Johannis Baptistæ solemnia frequentare concedis, præsta quæsumus, ut & devotis eadem mentibus celebremus, & ejus patrocinio promerente plenæ capiamus securitatis augmentum. Per. G.E

Omnipotens & misericors Deus, qui beatum Johannem Baptistam tua providentia destinasti, ut perfectam plebem Christo Domino præpararet, da quæsumus, ut familia tua hujus intercessione Præconis, & a peccatis omnibus exuatur, & ad eum, quem prophetavit, pervenire mereatur, Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum. Qui tecum. G.E

Omnipotens sempiterne Deus, qui instituta Legalia, & sanctorum præconia Prophetarum, in diebus beati Baptistæ Johannis implesti, præsta quæsumus, ut cessantibus significatio- R

num

num Figuris . ipsa sui manifestatione Veritas eloquatur . Jesus Christus Dominus noster · Qui tecum ·

R Da . quæsumus misericors Deus . ut mysticis Ecclesiæ tuæ beati Baptistæ Johannis exordiis . & sacris erudita præconiis . ad iram venturi Judicis declinandam . dignos salutis fructus jugiter operetur · Per eumdem ·

R Beati nos . Domine . Baptistæ Johannis oratio . & intelligere Christi tui mysterium postulet . & mereri · Per eumdem ·

VI. *Kal. Julii . idest* . xxvii. *die Mens. Junii* · *Natale SS. Martyrum* JOHANNIS & PAULI · *In Vigilia . sive ad Vesperos* ·

R Beatorum Martyrum Johannis & Pauli Natalitia veneranda . quæsumus Domine . Ecclesia tua devota suscipiat. & fiat magnæ glorificationis amore devotior · Per ·

Ad SS. Johannem & Paulum in Titulo Pammachii ·

G.R Quæsumus omnipotens Deus . ut nos geminata lætitia hodiernæ Festivitatis excipiat . quæ de beatorum Johannis & Pauli glorificatione procedit . quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos · Per ·

R.E Beatorum Martyrum tuorum Johannis & Pauli nos . Domine . merita prosequantur . & tuam nobis indulgentiam semper implorent · Per ·

R Protege . Domine . plebem tuam . & quam Martyrum tuorum Iohannis & Pauli assidua tribuis Festivitate devotam . tibi semper placitam fieri precibus concede justorum · Per ·

IV. *Kal. Julii . idest* . xxviii. *die Mens. Junii* · *Natale sive Translatio corporis* S. LEONIS *Papæ* · *Statio ad S. Petrum* ·

G Deus . qui beatum Leonem Pontificem Sanctorum tuorum meritis coæquasti . concede propitius . ut qui commemorationis ejus Festa percolimus . vitæ quoque imitemur exempla · Per ·

G Deus . qui animæ famuli tui Leonis æternæ beatitudinis præmia contulisti . concede propitius . ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur . ejus apud te precibus sublevemur · Per ·

L Exaudi . quæsumus . Domine preces nostras . quas in sancti Confessoris tui atque Pontificis Leonis solemnitate deferimus . ut qui tibi dignè meruit famulari . ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis · Per ·

L Deus fidelium remunerator animarum . præsta . ut beati Leonis Confessoris tui atque Pontificis (cujus venerandam celebramus Festivitatem) precibus indulgentiam consequamur · Per ·

E Præsta . quæsumus . ut beatus Leo . qui tibi placita fulsit sorte Pontificatus . pietati tuæ nos pia supplicatione commendet · Per ·

Item iv. *Kal. Julii . idest* . xxviii. *die Mensis Junii* · *Vigilia sanctorum Apostolorum* PETRI & PAULI · *Statio ad S. Petrum* ·

L.G Præsta . quæsumus . omnipotens Deus . ut nullis nos permittas perturbationibus concuti . quos in Apostolicæ Confessionis Petra solidasti · Per ·

E.R Deus . qui nobis Apostolorum beatorum Petri & Pauli Natalitia gloriosa præire concedis . tribue quæsumus . eorum

eorum nos semper & beneficiis prævenini. & orationibus adjuvari. Per.

Ad Vesperum ad sanctum Petrum.

E.R Deus. qui ligandi solvendique licentiam tuis Apostolis contulisti. da quæsumus. ut per ipsos a terrenis vitiis expediti. liberi possimus cælestibus interesse mysteriis. Per.

III. *Kal. Julii. idest.* XXIX. *die Men. Junii.*

NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Ad Vigilias in nocte ad sanctum Petrum.

G Deus. qui Ecclesiam tuam Apostoli tui Petri fide & nomine consecrasti. quique beatum illi Paulum ad prædicandam Gentibus gloriam tuam sociare dignatus es. concede. ut omnes. qui ad Apostolorum tuorum Solemnia convenerunt. spiritali remuneratione ditentur. Per.

Statio ad sanctum Petrum.

Oratio de sancto Petro propriè.

R Deus qui beato Apostolo tuo Petro. conlatis clavibus Regni cælestis. animas ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti. concede. ut intercessionis ejus auxilio. a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

Orationes de SS. Petro & Paulo.

L.G Deus. qui hodiernam diem. Apostolorum tuorum Petri & Pauli Martyrio consecrasti. da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum. per quos Religionis sumpsit exordium. Per.

R Deus. qui hunc diem. beatorum Apostolorum Petri & Pauli martyrio consecrasti. da Ecclesiæ tuæ toto terrarum orbe diffusæ. eorum semper Magisterio gubernari. per quos sumpsit Religionis exordium. Per.

Largiente te. Domine. beatorum Petri & Pauli Natalitium nobis effulsit. concede quæsumus. ut hodierna gloria passionis. sicut illis magnificentiam tribuit sempiternam. ita nobis munimen operetur perpetuum. Per. R

Ad Vesperos ad sanctum Petrum.

Deus. qui Apostolo tuo Petro collatis clavibus Regni cælestis ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti. &c. *ut supra.* G

Item aliæ Orationes.

Omnipotens sempiterne Deus. qui Ecclesiam tuam in Apostolica soliditate fundatam ab Infernorum eruis terrore Portarum. præsta. ut in tua veritate persistens. nulla recipiat consortia perfidorum. Per. E.G

Familiam tuam. Domine. propitius intuere. & Apostolicis defende Præsidiis. ut eorum precibus gubernetur. quibus nititur (te constituente) Principibus. Per. G

Exaudi nos Deus salutaris noster. & Apostolorum tuorum nos tuere præsidiis. quorum donasti fideles esse doctrinis. Per. G.R

Protege Domine populum tuum. & Apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per. G.E

Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos. ut Apostolicis munita præsidiis. & conversatione tibi placeat. & secura deserviat. Per. G.E

Omnipotens sempiterne Deus. qui nos beatorum Apostolorum Petri & Pauli multiplici facis celebritate gaudere. da. quæsumus. ut eorum sæpius iterata solemnitas nostræ sit tuitionis augmentum. Per. R

Apostolicis nos Domine. quæsumus. R

mus. beatorum Petri & Pauli attolle præsidiis. ut quantò fragiliores fumus. tantò validioribus auxiliis foveamur. Per.

R Concede, quæsumus Domine, Apostolis tuis, intervenire pro nobis, quia tunc nos salvari posse confidimus; si eorum precibus tua gubernetur Ecclesia, quibus utitur (te constituente) Principibus. Per.

R Omnipotens sempiterne Deus. qui nos omnium Apostolorum merita sub una tribuisti celebritate venerari, quæsumus, ut celeriter nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per.

R Solemnitatis Apostolicæ multiplicatione gaudentes, clementiam tuam deprecamur, omnipotens Deus, ut tribuas jugiter nos eorum & confessione benedici, & patrociniis confoveri. Per.

R Præsta quæsumus omnipotens Deus. ut qui jugiter Apostolica defensione munimur, nec succumbamus vitiis, nec opprimamur adversis. Per.

R Beatorum Petri & Pauli honore continuo, plebs tua semper exultet. & his Præsulibus gubernetur, quorum doctrinis gaudet & meritis. Per.

Pridie Kal. Julii. idest. xxx. *die Mensis Junii.*
Natale sancti Pauli *Apostoli propriè.*
Ad priores Vesperos. Vigilias in nocte. & Missam in die. Stationes ad sanctum Paulum.

G.R Deus qui multitudinem Gentium, beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, ut cujus Natalitia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per.

R Majestatem tuam, Domine, supplices exoramus, ut sicut Ecclesiæ tuæ sanctus Apostolus Paulus extitit prædicator, ita sit nobis perpetuus suffragator. Per.

M E N S E J U L I O.
vi. *Nonas Julii. idest.* ii. *die Mensis Julii.*
Nat. sanctorum Martyrum Processi *&* Martiniani.
Statio olim Via Aurelia.

Deus, qui nos sanctorum tuorum Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdas & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per.

Pridie Nonas Julii. idest. vi. *die Mensis Julii.*
In Octavas Apostolorum.
Statio ad sanctum Petrum. al. ad Vincula.

Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit. & Coapostolum ejus Paulum, tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberavit. exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui vivis & regnas. G

Aliter.

Deus, cujus dextera beatum Petrum Apostolum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & Coapostolum ejus Paulum, tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberavit, concede propitius, ut amborum meritis æternam Trinitatis gratiam consequamur. Qui vivis. R

Protege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per. G

Bea-

E Beatorum Apostolorum tuorum Domine Petri & Pauli desiderata solemnia recensentes. praesta. quaesumus. ut eorum supplicationibus muniamur. quorum regimur Principatu. Per.

vi. Idus Julii. idest. x. die Mensis Julii.
Natale SEPTEM FRATRUM.
Hac die olim erant IV. Stationes. Via Appia ad sanctum Januarium in Praetextati.
Item Via Salaria. prima Missa ad Aquilonem in Priscillae. Secunda Missa ad S. Alexandrum in Jordanorum. Item tertia Missa ad sanctam Felicitatem.

L.G Praesta. quaesumus omnipotens Deus. ut qui gloriosos Martyres. fortes in sua confessione cognovimus. pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per.

xii. Kal. Augusti. idest. xxi. die Mensis Julii.
Natale Sanctae PRAXEDIS *Virginis.*
Ad S. Praxedem.

L. Omnipotens sempiterne Deus. qui infirma Mundi eligis. ut fortia quaeque confundas. da nobis in Festivitate sanctae Virginis tuae Praxedis congrua devotione gaudere. ut potentiam tuam in ejus transitu collaudemus. & provisum nobis percipiamus auxilium. Per.

xi. Kal. Augusti. idest. xxii. die Mensis Julii.
Natale S. MARIAE MAGDALENAE.

L Beatae Mariae Magdalenae. quaesumus Domine. suffragiis adjuvemur. cujus precibus exoratus. quatriduanum fratrem Lazarum. vivum ab inferis resuscitasti. Qui vivis.
PSALT.R.G.

Deus. qui beatae Mariae Magdalenae E poenitentiam ita tibi placitam gratamque fecisti. ut non solum ei peccata dimitteres. verum etiam singulari tui amoris gratia. ejus intima perlustrares. da nobis tuae propitiationis abundantiam. ut cujus commemoratione laetamur. ejus apud tuam misericordiam precibus adjuvemur. Per.

x. Kal. Augusti. idest. xxiii. die Mensis Julii.
Natale S. APOLLINARIS *Episcopi & Martyris.*
Ad S. Apollinarem.

Deus fidelium remunerator animarum. qui hunc diem beati Apollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrasti. tribue nobis. quaesumus. famulis tuis ut cujus venerandam celebramus Festivitatem. precibus ejus indulgentiam consequamur. Per.

viii. Kal. Augusti. idest. xxv. die Mensis Julii.
Natale sancti JACOBI *Apostoli.*
Statio ad sanctos Apostolos.

Esto Domine plebi tuae sanctificator L.E & custos. ut Apostoli tui Jacobi munita praesidiis. & conversatione tibi placeat. & secura deserviat. Per.

iv. Kal. Augusti. idest. die xxix. Men. Julii. Natale sancti FELICIS *Episcopi & martyris.*
Olim Via Aurelia.

Infirmitatem nostram respice omni- G.E potens Deus. & quia pondus propriae actionis gravat. beati Felicis Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

Sancti Felicis. Domine. confessio E recensita conferat nobis piae devotio-

S f f nis

nis augmentum . qui in tuo nomine perseverans meruit honorari · Per ·

Item IV. *Kal. Augusti . idest* . XXIX. *mensis Julii · Natale sanctorum martyrum* SIMPLICII . FAUSTINI & BEATRICIS ·
Statio olim Via Portuensi ·

R.L Præsta Domine quæsumus . ut sicut populus Christianus Martyrum tuorum Simplicii . Faustini . & Beatricis temporali solemnitate congaudet . ita perfruatur æterna . & quod votis celebrat . comprehendat effectu · Per ·

III. *Kal. Augusti . idest* . XXX. *die mensis Julii · Nat. Sanctorum martyrum* ABDON & SENNES ·
Statio olim Via Portuensi in Pontiani quod est ad Ursum pileatum ·

G.L Deus . qui in Sanctis tuis Abdon & Sennen . ad hanc gloriam veniendi . copiosum munus gratiæ contulisti . da famulis tuis suorum veniam peccatorum . ut Sanctorum tuorum intercedentibus meritis . ab omnibus mereamur adversitatibus liberari · Per ·

R Sancti tui nos . Domine . Abdon & Sennis piis orationibus prosequantur . & ab hujus vitæ periculis jugiter postulent expediri · Per ·

R Præsta . quæsumus . Domine . ut Ecclesia tua & Martyrum tuorum Abdon . & Sennis confisa suffragiis . devota permaneat . & eorum precibus gloriosis secura consistat · Per ·

R Populum tuum . Domine . perpetua munitione defende . nec difficulter quod piè . quod justè postulat consequatur . cui Sanctorum tuorum merita suffragantur · Per ·

MENSE AUGUSTO ·
Kalendis Augusti ·
Statio ad sanctum Petrum ad Vincula ·

Deus . qui beatum Petrum Apostolum a vinculis absolutum . illæsum abire fecisti . nostrorum . quæsumus . absolve vincula peccatorum . & omnia mala a nobis propitiatus exclude · Per · G.L

Item Kalendis Augusti · Natale sanctorum MACHABÆORUM ·
Statio ad Sanctum Petrum ad Vincula ·

Deus . qui in Sanctis habitas . & pia corda non deseris . suscipe propitius orationem nostram . & tribue misericordiam tuam . ut te custode servati . ab omnibus vitæ hujus periculis liberemur · Per · R

Fraterna nos . Domine . sanctorum Martyrum tuorum corona lætificet . quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum . & multiplici nos suffragio consoletur · Per · L.E

IV. Nonas Augusti . idest . II. *die Mensis Aug . Natale S.* STEPHANI *Episcopi & Martyris* ·
Statio olim Via Latina in Callisti ·

Deus . qui nos beati Stephani Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas . concede propitius ut cujus natalitia colimus de ejusdem etiam protectione gaudeamus · Per · G

VIII. Idus Augusti . idest . VI. *die Mensis Augusti · Natale S.* XYXTI *Episcopi & Martyris* ·
Olim Via Appia in Callisti · *vel ad S. Xyxtum* ·

Deus . qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus . concede G
propi-

propitius. ut intercessione beati Xysti Martyris tui atque Pontificis. contra omnia adversa muniamur. Per.

R Beati Xysti. Domine. tui Sacerdotis & Martyris annua Festa recolentes. quæsumus. ut quæ tuorum nobis sunt instrumenta præsentium. fiant æternarum patrocinia gratiarum. Per.

R Sancti Xysti. Domine. frequentata solemnitas. & de Sacerdotalibus nos instruat (te miserante) doctrinis. & de gloria Martyrii foveat ubique suffragiis. Per.

Item VIII. Idus Augusti. idest. VI. die Mensis Aug. Nat. SS. Martyr. FELICISSIMI & AGAPITI.

Olim Via Appia in Prætextati.

L.G Deus. qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Felicissimi & Agapiti Natalitia colere. da nobis in æterna lætitia de eorum societate gaudere. Per.

Item VIII. Idus Augusti. idest. VI. die Men. Aug. In TRANSFIGURATIONE DOMINI.

In Vigilia. sive ad Vesperos.

L Deus. qui nos sacrum Transfigurationis tuæ diem. devotis hodie laudibus præire concedis. tribue nobis. quæsumus. ad tuæ Divinitatis contemplationem pertingere. qui nostræ humilitatis dignatus es fieri particeps. Qui vivis.

In die.

L Deus. qui hodierna die Unigenitum tuum mirabiliter transformatum. cælitus utriusque Testamenti Patribus revelasti. da nobis. quæsumus. beneplacitis tibi actibus ad ejus semper contemplandam pertingere gloriam. in quo tuæ Paternitati optimè complacuisse testatus es. Per eumdem.

Fac nos. quæsumus Domine ad R illam tuæ claritatis visionem pertingere. quam tuis hodie Discipulis in monte transfiguratus ostendisti. Qui vivis.

VII. Idus Augusti. idest. VII. die Mensis Aug. Natale S. DONATI *Episcopi & Confessoris.*

Adesto Domine precibus nostris. R quas in sancti Confessoris & Episcopi tui Donati commemoratione deferimus. ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus. qui tibi placuit meritis adjuvemur. Per.

Deus tuorum gloria Sacerdotum L.R præsta quæsumus. ut sancti Confessoris & Episcopi tui Donati (cujus Festa gerimus) sentiamus auxilium. Per.

VI. Idus Augusti. idest. VIII. die Mensis Aug. Natale S. CYRIACI *Martyris.*

Olim Via Ostiensi in Sexto Bellistaria. * *vel ad* S. CYRIACUM *in Thermis.*

Deus. qui nos annua beati Cyriaci G Martyris tui solemnitate lætificas. concede propitius. ut cujus natalitia colimus. virtutem quoque passionis imitemur. Per.

V. Idus Augusti. idest. IX. die Mensis Augusti. Vigilia S. LAURENTII *Martyris.*

Adesto Domine supplicationibus G nostris. & intercessione beati Laurentii Martyris tui. perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

Da. quæsumus. Domine Deus noster. ut sicut beati Laurentii Martyris tui commemoratione. temporali G

gratulamur officio . ita perpetuo lætemur aspectu · Per ·

R Da . quæsumus . omnipotens Deus . ut beati Laurentii Martyris tui (quam prævenimus) veneranda solemnitas . & devotionem nobis augeat & salutem · Per ·

R Quæsumus . omnipotens Deus . ut nostra devotio . quæ Natalitia beati Laurentii Martyris antecedit . patrocinia nobis ejus accumulet · Per ·

R Beati Laurentii Martyris tui . Domine . geminata gratia nos refoveat. quam glorificationis ejus & optatis præimus officiis . & desideranter expectemus adventum · Per :

IV. Idus Augusti . idest . x. die Mensis Augusti · Natale S. LAURENTII *Martyris ·*

Ad priores Vesperos . Vigilias in nocte, & Missas in die. Stationes Via Tiburtina ad S. Laurentium foris muros ·

In prima Missa primo mane ·

G Excita Domine in Ecclesia tua Spiritum . cui beatus Laurentius Levita servivit . ut eodem nos replente studeamus amare . quod amavit . & opere exercere quod docuit · Per · in unitate ejusdem ·

In die .

G Da nobis . quæsumus . omnipotens Deus . vitiorum nostrorum flammas extinguere . qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare · Per ·

G.R Deus . cujus charitatis ardore beatus Laurentius edaces incendii flammas (contempto persecutore) devicit . concede [propitius] ut omnes qui Martyrii ejus merita veneramur. protectionis tuæ auxilio muniamur · Per ·

R Deus . qui Mundi creator & rector es . & qui hunc diem in Levitæ tui Laurentii Martyrio consecrasti . concede propitius . ut omnes qui Martyrii ejus merita veneramur . intercessionibus ejus ab æternis gehennæ incendiis liberemur · Per ·

Orationes ad Vesperos ·

Sancti Laurentii nos . Domine : sancta precatio tueatur . & quod nostra conscientia non meretur . ejus nobis . qui tibi placuit . oratione donetur · Per · R

Adsit nobis . Domine quæsumus . sancti Laurentii Martyris in tua glorificatione benedictio . cujus nobis est hodie facta suffragium in tua virtute Confessio · Per · R

Præsta . quæsumus . Domine . ut semper nobis beati Laurentii lætificent votiva martyria . quæ semper esse non desinunt admiranda · Per · R

III. Idus Augusti . idest . x1 . die Mensis Augusti ·
Natale S. TIBURTII *Martyris ·*
Olim Via Lavicana ·

Beati Tiburtii nos . Domine . foveant continuata præsidia . quia non desinis propitius intueri . quos talibus auxiliis concesseris adjuvari · Per · G

Omnipotens sempiterne Deus . qui nos sancti Martyris tui Tiburtii Festivitate lætificas . præsta . ut cujus commemoratione gaudemus . præsidio muniamur · Per · R

Item III. Idus Augusti . idest x1 . *die Men. Aug. Natale* S. SUSANNÆ *Virginis & Martyris · ad S. Susannam ·*

Pridie idus Aug. idest . x11. die Men. Augusti Natale S. EUPLI *Martyris . Olim ad* S. *Euplum ·*

Idibus

Idibus Augusti . idest . xIII. *die Men. Aug. Natale* S. HIPPOLYTI *Mart. Olim Via Tiburtina*·

G Da nobis omnipotens Deus . ut beati Hippolyti Martyris tui veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat & salutem · Per ·

R Sancti Hippolyti Martyris . Domine quæsumus . veneranda Festivitas . salutaris auxilii nobis præstet augmentum · Per ·

XIX. Kalendas Septembris . idest . xIV. *die Mensis Augusti* · *Natale* S. EUSEBII *Presbyteri* · *Ad S. Eusebium* ·

G Deus . qui nos Beati Eusebii Confessoris tui annua solemnitate lætificas . concede propitius . ut cujus Natalitia colimus . per ejus ad te exempla gradiamur · Per ·

Item XIX. Kal. Septemb. idest . xIV. *die Men. Aug. Vigilia Assumptionis* S. MARIÆ . *Ad* S. *Mariam Majorem* ·

G Deus . qui Virginalem aulam beatæ Mariæ . in qua habitares . eligere dignatus es . da quæsumus . ut sua nos defensione munitos . jucundos facias suæ interesse Festivitati · Qui vivis ·

G Concede . misericors Deus . fragilitati nostræ præsidium . ut qui sanctæ Dei Genitricis requiem celebramus . intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus · Per eumdem ·

XVIII. Kal. Augusti . idest . xv. *die Men. Aug.* ASSUMPTIO SANCTÆ MARIÆ VIRGINIS · *Collecta ad S. Hadrianum* · *Statio ad* S. *Mariam Majorem* · *Oratio ad Collectam* ·

G Veneranda nobis . Domine . hujus est diei Festivitas . in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem . nec tamen mortis nexibus deprimi potuit . quæ Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum · Qui tecum ·

Oratio ad Stationem . sive Missam ·

G Famulorum tuorum . Domine . delictis ignosce . & qui placere de actibus nostris non valemus . Genitricis Filii tui Domini Dei nostri intercessione salvemur · Per eumdem ·

Aliæ Orationes ·

G Subveniat Domine plebi tuæ Dei Genitricis oratio . quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus . in cælesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus · Per eumdem ·

G Magna est . Domine . apud clementiam tuam Dei Genitricis oratio . quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti . ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat · Per eumdem ·

R Deus . qui spe salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda . humano generi præmia præstitisti . tribue quæsumus . ut ipsam pro nobis apud te intercedere sentiamus . per quam meruimus Auctorem vitæ nostræ suscipere · Per eumdem ·

R Omnipotens sempiterne Deus . qui terrenis corporibus . Verbi tui veritatis Filii Unigeniti . per Venerabilem ac gloriosam semper Virginem Mariam ineffabile mysterium conjungere voluisti . petimus immensam clementiam tuam . ut quod in ejus veneratione deposcimus . te propitiante consequi mereamur · Per eumdem ·

R Concede . quæsumus . omnipotens Deus ad beatæ Mariæ semper Virginis gaudia æterna pertingere . de cujus nos

nos veneranda Assumptione tribuis annua solemnitate gaudere · Per ·

E Quæsumus . omnipotens Deus . ut plebs tua tibi toto corde deserviens . interveniente beata semper Virgine Maria . & beneficia tua jugiter mereatur & pacem · Per ·

XVI. Kal. Sept. ideſt . XVII. *die Men. Aug. In Octavas* S. LAURENTII *Mart.*

R.E Beati Laurentii nos faciat . Domine . passio veneranda lætantes . & ut eam sufficienter recolamus . efficiat promptiores · Per ·

R.E Iterata festivitate . beati Laurentii . Domine . Natalitia veneramur . quæ in cælesti beatitudine fulgere novimus sempiterna · Per ·

XV. Kal. Septemb. ideſt . XVIII. *die Mensis Augusti* · *Natale* S. AGAPITI *Martyris* .

Olim via Tiburtina ·

G Lætetur Ecclesia tua . Deus . beati Agapiti Martyris tui confisa suffragiis . atque ejus precibus gloriosis & devota permaneat . & secura consistat · Per ·

R.E Sancti Martyris Agapiti merita nos Domine . pretiosa tueantur . in quibus tuæ majestatis opera prædicantes . & præsens capiamus adjutorium & futurum · Per ·

XIV. Kal. Sept. ideſt . XIX. *die Men. Aug. Natale* S. MAGNI *Mart.*

R Adesto Domine supplicationibus nostris . & intercedente beato Martyre tuo Magno . ab hostium nos defende propitiatus incursu · Per :

XI. Kal. Septem. ideſt . XXII. *die Men. Aug. Natale* S. TIMOTHEI *Martyris* ·

Statio ad S. Paulum ·

G Auxilium tuum nobis Domine . quæsumus placatus impende . & intercedente beato Timotheo Martyre tuo . dexteram super nos tuæ propitiationis extende · Per ·

VIII. Kal. Septemb. ideſt . XXV. *die Men. Aug. Nat.* S. BARTHOLOMÆI *Apostoli* ·

Ad S. Bartholomæum in Insula :

L.E Omnipotens sempiterne Deus . qui hujus diei venerandam . sanctamque lætitiam . beati Apostoli tui Bartholomæi Festivitate tribuisti . da Ecclesiæ tuæ . quæsumus . & amare quod credidit . & prædicare quod docuit · Per :

Item VIII. Kal. Septemb. ideſt . XXV. *die Mensis Augusti* ·

Natale S· GENESII *Martyris* ·

VI. Kal. Septemb . ideſt . XXVII. *die Men. Aug. Natale* S. RUFI *Martyris* ·

R Adesto Domine supplicationibus nostris . & beati Rufi intercessionibus confidentes . nec minis adversantium . nec ullo conturbemur incursu · Per ·

V. *Kal. Septemb. ideſt* . XXVIII. *die Mens. Aug. Natale* S. HERMETIS *Martyris* ·

Olim Via Salaria vetere ·

G Deus . qui per beatum Hermen Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti . ex ejus nobis imitatione tribue . pro amore tuo prospera Mundi despicere . & nulla ejus adversa formidare · Per ·

R Sancti nos . quæsumus Domine . Hermis Natalitia votiva lætificent . & suæ beneficiis intercessionis adtollant · Per ·

R Exultet . quæsumus Domine . populus tuus in sancti tui commemoratione Her-

Hermis. & cujus votivo lætatur officio. suffragio relevetur optato· Per·

Item V. *Kal. Sept. idest*. XXVIII. *die Men. Aug. Nat.* S. AUGUSTINI *Episcopi & Confessoris*·

L Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus. & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum· Per·

IV. *Kal. Septembr. idest*. XXIX. *die Men. Augusti* IN PASSIONE S. JOHANNIS BAPTISTÆ·

R Sancti Johannis Baptistæ & Martyris tui. Domine quæsumus. veneranda Festivitas. salutaris auxilii nobis præstet effectum· Per·

R Perpetuis nos. Domine. S. Johannis Baptistæ tuere præsidiis. & quantò fragiliores sumus. tantò magis necessariis adtolle suffragiis· Per·

L Deus. qui Præcursorem Filii tui tanto munere ditasti. ut pro ipso etiam capite plecti mereretur. da nobis ex ejus imitatione veritatis fortes testes existere. & nullas adversitates Mundi formidare· Per·

Item IV· *Kal. Septembris idest*. XXIX. *die Mensis Aug. Nat. S.* SABINÆ *Martyris*·

Ad S. Sabinam·

G Deus. qui inter cætera potentiæ tuæ miracula. etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti. concede propitius. ut cujus Natalitia colimus. per ejus exempla ad te gradiamur· Per·

III. *Kal. Septembr. idest*. XXX. *die Men. Aug. Nat.* SS. MARTYRUM FELICIS ET ADAUCTI·

Olim Via Ostiensi·

G Majestatem tuam. Domine. supplices deprecamur. ut sicut nos jugiter Sanctorum tuorum commemoratione lætificas. ita semper supplicatione defendas· Per·

MENSE SEPTEMBRI·

Kalendis Septembris· Natale S. PRISCI *Martyris*·

Omnipotens sempiterne Deus. fortitudo certantium. & Martyrum palma. solemnitatem hodierni diei propitius intuere. & Ecclesiam tuam continua fac celebritate lætari. ut intercessione beati Martyris Prisci. omnium intercedentium vota perficias· Per· R

Nonis Septemb. idest. III. *die Septemb. Ordinatio* S. GREGORII *Papæ*·

Ad S. Petrum·

Deus. qui animæ famuli tui Gregorii eternæ beatitudinis præmia contulisti. concede propitius. ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur. ejus apud te precibus sublevemur· Per· G

Deus. qui beatum Gregorium Pontificem Sanctorum tuorum meritis coæquasti. concede propitius. ut qui commemorationis ejus Festa percolimus. vitæ quoque imitemur exempla· Per· O

Deus. corona Pontificum. & lucerna Doctorum. qui beatum Gregorium Ecclesiæ tuæ providisti Pontificem & Doctorem. quæsumus· ut ejus nos semper & documentis erudias. & exemplis informes· Per· L

Deus. qui frumenta tui eloquii beatum Pontificem tuum Gregorium esurientibus populis dispertire fecisti. concede tuis famulis toto mentis affectu servare quod docuit. ut illuc quoque (eodem apud te obtinente) mereamur subsequi. quò pervenit· Per· L

Omni-

L Omnipotens sempiterne Deus. qui per os beati Pontificis tui Gregorii. eloquiorum tuorum nobis abdita revelasti. concede nobis aurem pectoris ejus accommodare doctrinis. ut ad illam ejus interventu pervenire mereamur patriam. ad quam ipse totis desideriis anhelavit. Per.

VI. *Idus Septembris. idest. VIII. die Mensis Septembris.* NATIVITAS S. MARIÆ.
Collecta ad S. Hadrianum.
Statio ad S. Mariam Majorem.
Oratio ad Collectam.

G Supplicationem servorum tuorum. Deus miserator. exaudi. ut qui in Nativitate Dei Genitricis & Virginis congregamur. ejus intercessionibus complacatus. a te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem.

Oratio ad Stationem. sive Missam.

G Famulis tuis Domine, cælestis gratiæ munus impertire. ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium. Nativitatis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per.

Aliæ Orationes.

R.E Adjuvet nos. quæsumus Domine. sanctæ Mariæ gloriosa intercessio. cujus etiam diem. quo felix ejus est inchoata Nativitas.* meminimus. Per. (* celebramus.)

R.E Adesto nobis omnipotens Deus beatæ Mariæ Festa repetentibus. quam hodiernæ Festivitatis prolatam exortu. ineffabili munere sublevasti. Per.

Item VI. *Idus Septembris. idest.* VIII. *die Mensis Septembris. Natale* S. HADRIANI *mart.*
Ad Sanctum Hadrianum.

E Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beati Hadriani Martyris tui Natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus. ejus intercessionibus liberemur. Per.

V. *Idus Septembris. idest.* IX. *die Mensis Septembris. Natale* S. GORGONII *Martyris.*
Olim Via Lavicana.

Sanctus. Domine. Gorgonius sua nos intercessione lætificet. & pia faciat solemnitate gaudere. Per. R.E

III. *Idus Septembris. idest.* XI. *die Mensis Septembris. Natale Sanctorum Martyrum* PROTHI & HYACINTHI.
Olim Via Salaria in Basillæ.

Beati Prothi nos. Domine. & Hyacinthi foveat pretiosa confessio. & pia jugiter intercessio tueatur. Per. G.E

XVIII. *Kal. Octob. idest.* XIV. *die Mens. Septembris. Natale SS. Martyrum & Pontificum* CORNELII & CYPRIANI.
Statio olim Via Appia in Callisti.

Infirmitatem nostram quæsumus Domine propitius respice. & mala omnia quæ juste meremur. Sanctorum tuorum intercessione averte. Per. L.G

Beatorum Martyrum pariterque Pontificum Cornelii & Cypriani nos. Domine quæsumus. Festa tueantur. & eorum commendet oratio veneranda. Per. L.R

Item XVIII. *Kalend. Octobris. idest.* XIV. *die Mensis Septembris.*
EXALTATIO S. CRUCIS.
Statio ad S. Johannem in Lateranis. hoc est. ad Basilicam Salvatoris.

Deus. qui Unigeniti tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine humanum genus redimere dignatus es. con- G.

concede propitius. ut qui ad adorandam vivificam Crucem adveniunt. a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eumdem.

R Adesto familiæ tuæ. quæsumus clemens & misericors Deus. ut in adversis & prosperis ejus preces exaudias. & nefas adversariorum. per auxilium sanctæ Crucis digneris conterere. ut portum salutis tuæ valeant apprehendere. Per.

Ad Vesperos.

L.R Deus. qui nos hodierna die Exaltatione sanctæ Crucis annua solemnitate lætificas. præsta. ut cujus mysterium in terra cognovimus. ejus redemptionis præmia consequamur. Per eumdem.

XVII. *Kalend. Octob. idest.* xv. *die Mensis Septembris.* *Nat.* S. NICOMEDIS *Mart.* *Olim Via Nomentana.*

L.G Adesto Domine populo tuo. ut beati Nicomedis Martyris tui merita præclara suscipiens. ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvetur. Per.

XVI. *Kal. Octob. idest.* xvi. *die Men. Septembris.* *Natale* S. EUPHEMIÆ *Virginis & Martyris.* *Olim ad Sanctam Euphemiam.*

L.G Omnipotens sempiterne Deus. qui infirma Mundi eligis. *Require in S. Agnetis. Mens. Jan.*

Item XVI. *Kal. Octob. idest.* xvi. *die Mensis Septembris.* *Natale Sanctorum Mar.* LUCIÆ & GEMINIANI.

L.G Præsta Domine precibus nostris cum exultatione provectum. ut quorum diem passionis annua devotione recolimus. etiam fidei constantiam subsequamur. Per.

PSALT.R.G.

Exaudi Domine preces nostras. & L.O Sanctorum tuorum (quorum Festa solemniter celebramus) continuis foveamur auxiliis. Per.

XII. *Kal. Octob. idest.* xx. *die Mensis Septembris.* *Natale* S. EUSTACHII *Martyris.* *Ad S. Eustachium.*

Item XII. *Kal. Octobr. idest.* xx. *die Men. Septemb. Vigilia* S. MATTHÆI *Evangelistæ.*

Da quæsumus omnipotens Deus. E.L ut beati Matthæi Apostoli tui & Evangelistæ (quam prævenimus) veneranda solemnitas. & devotionem nobis augeat. & salutem. Per.

XI. *Kal. Octob. idest.* xxi. *die Mensis Septembr.* *Natale* S. MATTHÆI *Apostoli & Evangelistæ.* *Ad S. Matthæum in Merulana.*

Beati Evangelistæ Matthæi. Domine. precibus adjuvemur. ut quod possibilitas nostra non obtinet. ejus nobis intercessione donetur. Per. L. E

Beati Matthæi Evangelistæ. quæsumus. Domine supplicatione placatus. & veniam nobis tribue. & remedia sempiterna concede. Per. L. E

Sit. Domine. beatus Matthæus Evangelista nostræ fragilitatis adjutor. ut pro nobis tibi supplicans copiosius audiatur. Per. E

X. *Kal. Octob. idest.* xxii. *die Mensis Septembris.* *Natale* S. DIGNÆ *Virginis & martyr.*

V. *Kal. Octob. idest.* xxvii. *die Mensis Septembris.* *Natale SS. martyrum* COSMÆ & DAMIANI. *Ad SS. Cosmam & Damianum.*

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. G. L

Deus . ut qui sanctorum tuorum Cosmæ & Damiani Natalitia colimus . a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur . Per .

R. E Magnificet te . Domine . sanctorum Cosmæ & Damiani beata solemnitas . qua & illis gloriam sempiternam . & opem nobis ineffabili providentia contulisti . Per .

III. *Kal. Octob. idest* . XXIX. *die Mensis Septembris* . *Dedicatio Basilicæ* S. ARCHANGELI MICHAELIS .
Olim ad S. Michaelem in summitate Circi . inter nubes .

G.L Deus . qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas . concede propitius . ut a quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur . ab his in terra vita nostra muniatur . Per .

G.R Beati Archangeli tui Michaelis intercessione suffulti . supplices te . Domine . deprecamur . ut quos honore prosequimur . contingamus & mente . Per .

R. E Da nobis omnipotens Deus . beati Archangeli Michaelis eatenus honore proficere . ut cujus in terris gloriam prædicamus . precibus adjuvemur in cælis . Per .

R Perpetuum nobis . Domine . tuæ miserationis præsta subsidium . quibus & Angelica præstitisti suffragia non deesse . Per .

R. E Adesto plebi tuæ misericors Deus . & ut gratiæ tuæ beneficia potiora percipiat . beati Michaelis Archangeli fac supplicem deprecationibus sublevari . Per .

L Fac nos . quæsumus Domine . beati Archangeli tui Michaelis intercessione . illius beatitudinis cælestis esse participes . de qua ipse per tuam potentiam antiquum hostem dejecit . Per .

Pridie Kal. Octob. idest . XXX. die Mensis Septemb. Natale S. HIERONYMI *Presbyteri* .

Sancti nos Hieronymi . Domine . Natalitia votiva lætificent . & suæ beneficiis intercessionis attollant . Per . E

Exultet . Domine . populus tuus in sancti tui Hieronymi commemoratione . & cujus votivo lætatur officio . relevetur auxilio . Per . E

MENSE OCTOBRI

Nonis Octobris . idest . VII. *die Mens. Octob. Natale SS. Martyrum* MARCELLI *&* APULEI .

Sanctorum tuorum nos . Domine . Marcelli & Apulei beata merita prosequantur . & tuo semper perficiant amore ferventes . Per . R

Item Nonis Octob. idest . VII. *die Mensis Octob. Natale* S. MARCI *Papæ & Confessoris* .
Olim Via Ardeatina in Balbinæ .

Exaudi Domine . quæsumus . preces nostras . & interveniente beato Marco Confessore tuo atque Pontifice . supplicationes nostras placatus intende . Per . G

Da . quæsumus Domine . fidelibus populis Sanctorum tuorum semper veneratione lætari . & eorum perpetua supplicatione muniri . Per . G

Pridie Idus Octobris . idest . XIV. *die Mensis Octobris* . *Nat.* S. CALLISTI *Papæ & Martyris* .
Olim Via Aurelia milliario III.

Deus . qui nos conspicis . ex nostra infirmitate deficere . ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum G

ctorum tuorum exempla restaura. Per.

xv. *Kal. Novembris*. *idest*. xviii. *die Mensis Octobris*. *Natale* S. Lucæ *Evangelistæ*.

Interveniat pro nobis. Domine
E. L quæsumus. sanctus Lucas Evangelista. qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore. pro tui nominis honore. portavit. Per.

viii. *Kal. Novembris*. *idest* xxv. *die Mensis Octobris Nat. SS. Martyrum* Chrysanthi & Dariæ.

L Beatorum Martyrum tuorum. Domine. Chrysanthi & Dariæ. quæsumus. adsit nobis oratio. ut quos veneramur obsequio. eorum pium jugiter experiamur auxilium. Per.

vi. *Kal. Novembris*. *idest*. xxvii. *die Mensis Octobris*. *Vigilia sanctorum Apostolorum* Simonis & Judæ.

Concede. quæsumus omnipotens
L Deus. *Require in Vigilia plurimorum Apostolorum*.

v. *Kal. Novembris*. *idest*. xxviii. *die Mensis Octobris*. *Natale sanctorum Apostolorum* Simonis & Judæ.

Deus. qui nos per beatos Aposto-
L. E los tuos Simonem. & Judam. ad cognitionem tui nominis venire tribuisti. da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare. & celebrando proficere. Per.

Pridie Kal. Novembris. *idest*. xxxi. *die Mensis Octobris*. *Vigilia Omnium* Sanctorum.

L. E Domine Deus noster. multiplica super nos misericordiam tuam. & quorum prævenimus gloriosa solemnia. tribue subsequi in sancta professione lætitiam. Per.

Ad Vesperos.

Erudi. quæsumus. Domine populum tuum spiritalibus instrumentis. & quorum præstas solemnia prævenire. fac eorum & consideratione devotum. & defensione securum. Per.

Mense Novembri.
Kalendis Novembris. *Natale* S. Cæsarii *martyris*.
Collecta ad sanctos Cosmam & Damianum.
Statio ad sanctum Cæsarium.
Oratio ad Collectam.

Adesto Domine. Martyrum de- G
precatione Sanctorum. & quos pati pro tuo nomine tribuisti. fac tuis fidelibus suffragari. Per.

Ad Stationem sive Missam.

Deus. qui nos beati Martyris tui G
Cæsarii annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut cujus Natalitia colimus. etiam actiones imitemur. Per.

Item Kalendis Novembris.
Festivitas omnium Sanctorum.
Ad S. Mariam ad Martyres.

Omnipotens sempiterne Deus. qui L. E
nos Omnium Sanctorum merita. sub una tribuisti celebritate venerari. quæsumus. ut desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam. multiplicatis intercessionibus largiaris. Per.

Da. quæsumus Domine. fidelibus L. R
populis. Omnium Sanctorum semper veneratione lætari. & eorum perpetua supplicatione muniri. Per.

Concede. quæsumus omnipotens L. E
Deus ad eorum nos gaudia æterna pertingere. de quorum nos virtute tri-

tribuis annua solemnitate gaudere · Per ·

Quæsumus . omnipotens Deus . ut quorum nos tribuis communicare memoriis . eorum facias veraciter imitatores · Per ·

Ad Vesperos ·

L. E Omnipotens sempiterne Deus . qui nos Omnium Sanctorum tuorum multiplicata facis celebritate gaudere . concede . quæsumus . ut sicut illorum commemoratione . temporali gratulamur officio . ita perpetuo lætemur aspectu · Per ·

vi. *Idus Novemb. idest* . viii. *die Mensis Nov. Nat. Sanctorum* Quatuor Coronatorum ·
Statio ad SS. Quatuor Coronatorum ·

E *Quatuor Coronatorum nomina hæc sunt · Severus . Severianus . Victorinus . & Carpophorus . quorum dies natalis per incuriam neglectus minimè reperiri poterat . ideo statutum est . ut in eorum Ecclesia . horum quinque Sanctorum . qui in Missa recitantur . Natalis celebretur . ut cum istis . eorum quoque memoria pariter fiat* ·

G.L Præsta . quæsumus . omnipotens Deus . ut qui gloriosos Martyres Claudium . Nicostratum . Symphorianum. Castorium atque Simplicium . fortes in sua confessione cognovimus . pios apud te in nostra intercessione sentiamus · Per ·

R Annua Martyrum tuorum . Domine . vota recurrimus . majestatem tuam suppliciter deprecantes . ut cum temporalibus incrementis . prosperitatis æternæ Coronatorum capiamus augmenta · Per ·

R Sanctorum tuorum Coronatorum . quæsumus Domine . semper nos lætificent Festa . & majestati tuæ perpetua placatione commendent · Per ·

v. *Idus Nov. idest* . ix. *die Mensis Novembris* ·
Natale S. Theodori *Martyris* ·
Ad sanctum Theodorum ·

Deus. qui nos beati Theodori Martyris tui confessione gloriosa circumdas . & protegis . præsta nobis ejus imitatione proficere. & oratione fulciri. Per · G.L

iii. *Idus Nov. idest*. xi. *die Mensis Novembris* ·
Natale S. Mennæ *Martyris* ·
Olim ad S. Mennam ·

Præsta . quæsumus omnipotens Deus . ut qui beati Mennæ Martyris tui Natalitia colimus . intercessione ejus in tui nominis amore roboremur · Per · G.L

Da . quæsumus . Domine Deus noster . ut sicut tuorum commemoratione Sanctorum . temporali gratulamur officio . ita perpetuo lætemur aspectu · Per · G. L

Benedictio tua . Deus . impleat corda fidelium . talesque perficiat . qui & Martyrum honorificent passiones . & remedia salutis æternæ . eisdem patrocinantibus . adsequantur · Per · E

Item iii. *Idus Novembris idest* . xi. *die Mensis Novembris* ·
Natale S. Martini *Episcopi & Confessoris* ·
Ad sanctos Silvestrum & Martinum ·

Deus . qui conspicis . quia ex nulla nostra virtute subsistimus . concede propitius . ut intercessione beati Martini Confessoris tui . contra omnia adversa muniamur · Per · L. G

Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subjectum . & beati Martini E

tini Pontificis supplicatione custodi. ut corpore & corde protectus. quod piè credit appetat. & quod justè sperat. obtineat. Per.

x. *Kal. Decemb. ideſt*. xxii. *die Menſis Novembris*.
Natale S. Caeciliae *Virginis & Martyris*.
In Vigilia. ſive ad Veſperos.

R Sanctæ Martyris tuæ Cæciliæ [Domine] ſupplicationibus tribue nos foveri. ut cujus venerabilem ſolemnitatem prævenimus obſequio. ejus interceſſionibus commendemur. Per.

Statio ad ſanctam Cæciliam.

L. G Deus. qui nos annua beatæ Cæciliæ Martyris tuæ ſolemnitate lætificas. da. ut quam veneramur officio. etiam piæ converſationis ſequamur exemplo. Per.

R Omnipotens ſempiterne Deus. qui eligis infirma Mundi. ut fortia quæque confundas. da nobis in Feſtivitate ſanctæ Martyris tuæ Cæciliæ congrua devotione gaudere. ut & potentiæ tuæ in ejuſdem paſſione percipiamus auxilium. Per.

R Exaudi nos Deus ſalutaris noſter. ut ſicut de ſanctæ Cæciliæ Feſtivitate gaudemus. ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

R Creſcat. Domine. ſemper in nobis ſanctæ jocunditatis affectus. & beatæ Cæciliæ Martyris tuæ veneranda Feſtivitas augeatur. Per.

ix. *Kal. Decemb. ideſt*. xxiii. *die Menſis Novembris*.
Natale S. Clementis *Papæ & Martyris*.
Ad ſanctum Clementem.

L. G Deus. qui nos annua beati Clementis Martyris tui atque Pontificis ſolemnitate lætificas. concede propitius. ut cujus natalitia colimus. virtutem quoque paſſionis imitemur. Per.

Beati Clementis Sacerdotis & Martyris tui Natalitia veneranda. quæſumus Domine. Eccleſia tua devota ſuſcipiat. & fiat magnæ glorificationis amore devotior. Per. R

Beati Clementis. Domine. Natalitia fidelibus tuis munera ſuffragentur. & qui tibi placuit. nobis imploret auxilium. Per. E. R

Omnipotens ſempiterne Deus. qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis. da nobis in beati Clementis annua ſolemnitate lætari. qui Filii tui Martyr & Pontifex. quod miniſterio geſſit. teſtimonio comprobavit. & quod prædicavit ore. confirmavit exemplo. Per. B

Item ix. *Kal. Decemb. ideſt*. xxiii. *die Menſis Novembris*.
Natale S. Felicitatis *Martyris*.
Olim Via Salaria.

Præſta. quæſumus. omnipotens Deus. ut beatæ Felicitatis Martyris tuæ ſolemnia recenſentes. meritis ipſius protegamur & precibus. Per. G. E

Supplices te rogamus. omnipotens Deus. ut intervenientibus Sanctis tuis. & tua in nobis dona multiplices. & tempora noſtra diſponas. Per. G. L

Interceſſio nos. quæſumus Domine. ſanctæ Felicitatis Martyris tuæ votiva conſoveat. ut ejus ſacrata Natalitia. & temporaliter frequentemus. & conſpiciamus æterna. Per. R

viii. *Kal. Decembris. ideſt*. xxiv. *die Menſis Novembris*.
Natale S. Chrysogoni *Martyris*.
Ad Sanctum Chryſogonum.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris. G. L

ſtris. ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus. beati Chryſogoni Martyris tui interceſſione liberemur. Per.

III. *Kal. Decemb. ideſt.* XXIX. *die Menſis Novembris.*
Natale SS. Martyrum SATURNINI. CHRISANTHI. MAURI. DARIÆ *& aliorum.*
Olim Via Salaria in Thraſonis.

G. L Deus. qui nos beati Saturnini Martyris tui concedis Natalitio perfrui. ejus nos tribue meritis adjuvari. Per.

R Beatorum Martyrum. Domine. Saturnini. & Chryſanthi adſit oratio. ut quos obſequio veneramur. pium jugiter experiamur auxilium. Per.

Item III. *Kal. Decemb. ideſt.* XXIX. *die Menſis Novembris.*
Vigilia S. ANDREÆ *Apoſtoli.*

G. L Quæſumus omnipotens Deus. ut beatus Andreas Apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium. ut a noſtris reatibus abſoluti. a cunctis etiam periculis exuamur. Per.

Ad Veſperos.
Ad ſanctum Petrum.

R. E Tuere nos miſericors Deus. & beati Andreæ Apoſtoli tui (cujus Natalitia prævenimus) ſemper guberna præſidiis. Per.

Pridie Kal. Decemb. ideſt. XXX. *die Menſis Novembris.*
Nat. Sancti ANDREÆ *Apoſtoli.*
Ad Vigilias in nocte. ad ſanctum Petrum.
Ad Matutinos.

G. E Deus. qui es Sanctorum tuorum ſplendor mirabilis. qui hunc diem beati Andreæ martyrio conſecraſti. da Eccleſiæ tuæ de ejus Natalitio ſemper gaudere. ut apud miſericordiam tuam exemplis ejus protegamur & meritis. Per.

Statio ad ſanctum Petrum.
Olim ad ſanctum Andream in Exquiliis.

Majeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus. ut ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas Apoſtolus extitit Prædicator & Rector. ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per. G. L

Majeſtatem tuam. Domine. ſuppliciter exoramus. ut ſicut Eccleſiæ tuæ ſanctus Andreas Apoſtolus extitit Prædicator & Rector. ita ſit pro nobis perpetuus ſuffragator. Per. R

Beatus Andreas pro nobis. Domine quæſumus. imploret Apoſtolus. ut & noſtris reatibus abſoluti. a cunctis etiam periculis eruamur. Per. R

Ad Veſperos.

Da nobis. quæſumus. Domine Deus noſter. beati Apoſtoli tui Andreæ interceſſionibus ſublevari. ut per quos Eccleſiæ tuæ ſuperni muneris rudimenta donaſti. per eos ſubſidia perpetuæ ſalutis impendas. Per. G. E

Aliæ Orationes.

Adjuvet Eccleſiam tuam. tibi Domine ſupplicando. beatus Andreas Apoſtolus. & pius interventor efficiatur. qui tui nominis extitit prædicator. Per. E. G

Exaudi Domine populum tuum. cum ſancti Apoſtoli tui Andreæ patrocinio ſupplicantem. ut tuo ſemper auxilio. ſecura tibi poſſit devotione ſervire. Per. E. G

MENSE DECEMBRI.

VII. Idus Decemb. ideſt. VII. *die Men. Decemb.*
In Octavas S. ANDREÆ *Apoſtoli.*

Protegat nos. Domine. ſæpius beati Andreæ Apoſtoli repetita ſolemnitas. ut cujus R

ut cujus

ut cujus patrocinia sine intermissione recolimus. perpetua defensione sentiamus. Per.

R Adjuvet familiam tuam. tibi Domine supplicando. venerandus Andreas Apostolus tuus & pius interventor efficiatur. qui tui nominis extitit prædicator. Per.

Item VII. Idus Decemb. idest. VII. die Mensis Decemb. Natale S. AMBROSII *Episcopi & Confessoris.*

L Deus. Mundi auctor & conditor. qui hodiernæ Festivitatis diem. beati Ambrosii Sacerdotis electione consecrasti. præsta populo tuo: ut cujus annua celebritate devotis exultat obsequiis. ejus suffragiis tuæ pietatis consequatur auxilium. Per.

Pridie Idus decembris. idest. XII. die Mensis Decemb. Nat. S. DAMASI *Papæ & Confessoris.*

Olim Via Ardeatina.

E. L Misericordiam tuam Domine nobis. quæsumus. interveniente beato Confessore tuo Damaso. clementer impende. & nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per.

Idibus Decembris. idest. XIII. die Mensis Decembris. Nat. S. LUCIÆ *Virginis & Mart.*

Olim ad S. Luciam.

L. G Exaudi nos Deus salutaris noster. ut sicut de beatæ Luciæ Festivitate gaudemus. ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

B Intercessio nos. Domine quæsumus. sanctæ Luciæ Martiris tuæ votiva confoveat. ut ejus sacrata Natalitia & temporaliter frequentemus. & conspiciamus æterna. Per.

XII. Kalen. Januarii. idest. XXI. die Mensis Decembris. Nat. S. THOMÆ *Apostoli.*

Statio ad Apostolos.

Da nobis. quæsumus. Domine beati Apostoli tui Thomæ solemnitatibus gloriari. ut ejus semper & patrociniis sublevemur. & fidem congrua devotione sectemur. Per. E. L

Conserva Domine. populum tuum. & quem sanctorum tuorum præsidiis non desinis adjuvare. perpetuis tribue gaudere remediis. Per. E

Da populo tuo. quæsumus. Domine spiritum veritatis & pacis. & intercedente beato Thoma Apostolo tuo & te tota mente cognoscat. & quæ tibi sunt placita toto corde sectetur. Per. E

COMMUNE SANCTORUM.

* *Ex præscriptis Sanctorum Natalitiis desumi possunt Orationes & Preces pro aliorum quoque Sanctorum Festivitatibus. pari conditione servata. nominibusque commutatis.*

In Vigilia unius Apostoli.

Da. quæsumus. omnipotens Deus. ut Ill. Apostoli tui (quam prævenimus) veneranda solemnitas. & devotionem nobis augeat & salutem. Per. L

Beati Apostoli tui Ill. quæsumus Domine supplicatione placatus. & veniam nobis tribue. & remedia sempiterna concede. Per. L

Concede nobis. quæsumus omnipotens Deus. venturam Apostoli tui Ill. solemnitatem congruo prævenire honore. & venientem digna celebrare devotione. Per. E

Ad Vesperos.

Sancti tui nos. quæsumus. Domine Ill. Apostoli solemnitas (quam præveni- E

venimus) tueatur. quia tantò fiducialiùs tuo nomini supplicamus. quantò frequentiùs Apostolorum intercessionibus confovemur. Per.

E Deus tuorum gloria justorum. præsta. quæsumus. ut sancti tui Ill. (cujus diem passionis celebrando prævenimus) sentiamus auxilium. Per.

In Natali unius Apostoli. ad Matutinos.

E Deus. qui es omnium Sanctorum tuorum splendor mirabilis. quique hunc diem beati Apostoli tui Ill. martyrio consecrasti. da Ecclesiæ tuæ de Natalitio tantæ Festivitatis lætari. ut quæ Apostolorum tuorum prædicatione floruit. eorum exemplis muniatur. & intercessionibus adjuvetur. Per.

Aliæ Orationes.

E Quæsumus. omnipotens Deus. ut beatus Ill. Apostolus. tuum pro nobis imploret auxilium. ut a nostris reatibus absoluti. a cunctis etiam periculis exuamur. Per.

O Beati Apostoli tui Ill. quæsumus Domine. supplicatione plebs tua benedictionem percipiat. ut de ejus felicitate glorietur. & sempiternis valeat consortiis sociata lætari. Per.

O Da nobis. quæsumus. Domine Deus noster. beati Apostoli tui Ill. intercessionibus sublevari. ut per quos Ecclesiæ tuæ superni muneris rudimenta donasti. per eos subsidia perpetuæ salutis impendas. Per.

Deus. qui ligandi. *Require in Vig. SS. Petri & Pauli mense Junio.* * Familiam tuam. *Require in eorumdem Natali.* * Exaudi nos Deus. *ibidem.* * Protege Domine. *ibidem.* * Esto Domine. *ibidem.* * Apostolicis nos Domine. *ibidem.* * Concede quæsumus. *ibidem.* * Solemnitatis Apostolicæ. *ibidem.* * Præsta quæsumus. *ibidem.*

In Vigilia plurimorum Apostolorum.

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut sicut Apostolorum tuorum Ill. & Ill. gloriosa natalitia prævenimus. sic ad tua beneficia promerenda. majestatem tuam pro nobis ipsi præveniant. Per. R

In Natali plurimorum Apostolorum.

Deus qui nos per beatos Apostolos ad cognitionem tui nominis venire tribuisti. da nobis eorum gloriam sempiternam. & proficiendo celebrare. & celebrando proficere. Per. R

Deus. qui nos annua Apostolorum tuorum Ill. & Ill. solemnitate lætificas. præsta. quæsumus. ut quorum gaudemus meritis. instruamur exemplis. Per. E. L

Omnipotens sempiterne Deus. Mundi creator & rector. qui beatos Apostolos tuos nominis tui gloria consecrasti. exaudi populum tuum cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio supplicantem. ut per pacis donum proficiat ad fidei & charitatis augmentum. Per. V

Orationes in Natali plurimorum Sanctorum.

Exaudi Domine populum tuum cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio supplicantem. ut temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere. & æternæ reperire subsidia. Per. R

Præsta Domine. quæsumus. ut sicut Sanctorum tuorum nos Natalitia celebranda non deserunt. ita jugiter suffragiis comitentur. Per. R

Adesto Domine populo tuo cum San- R

Sanctorum patrocinio supplicanti. ut quod propria fiducia non præsumit. suffragantium meritis consequatur. Per.

R Sancti tui. quæsumus Domine. jugiter nobis à te & veniam postulent & profectum. Per.

R Deus. qui nos & Sanctorum Martyrum solemnitatibus. & Confessorum gloria circumdas & protegis. præsta nobis eorum semper & imitatione proficere. & emundatione fulgere. Per.

R Fac nos. Domine quæsumus. Sanctorum tuorum semper Festa sectari. quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentimus. Per.

R Magnificantes Domine clementiam tuam suppliciter exoramus. ut qui nos Sanctorum tuorum frequentibus facis Natalitiis interesse. perpetuis tribuas gaudere consortiis. Per.

R Da nobis omnipotens Deus. in Sanctorum tuorum te semper commemoratione laudare. quia refovere curabis. quos in honore tuo perseverare concedis. Per.

R Domine Deus noster multiplica super nos gratiam tuam. & quorum celebramus gloriosa certamina. tribue subsequi in sancta professione victoriam. Per.

In Vigilia unius Martyris.

* *Si fuerit Pontifex additur* (atque Pontificis.)

Adesto Domine supplicationibus nostris. & intercessione beati Ill. Martyris tui. perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

E Quæsumus omnipotens Deus. ut nostra devotio. quæ Natalitia beati Ill. Martyris antecedit. patrocinia nobis ejus accumulet. Per.

PSALT.R.G.

Præsta. quæsumus omnipotens Deus. ut qui sancti Martyris tui Ill. solemnia præimus. ejus etiam virtutes imitemur. Per. E

Ad Vesperos.

Deus. qui nobis beati Ill. Martyris tui Natalitia gloriosa præire concedis. tribue quæsumus. ejus nos semper & beneficiis præveniri. & orationibus adjuvari. Per. E

Deus. qui nos beati Martyris tui Ill. concedis Natalitia prævenire. ejus nos tribue meritis adjuvari. Per. E

In Natale unius Martyris.

* *Si fuerit Pontifex additur* (atque Pontificis.)

Ad Matutinos.

Omnipotens sempiterne Deus. fortitudo certantium. & martyrum palma. solemnitatem hodiernæ diei propitius intuere. & Ecclesiam tuam continua fac celebritate lætari. ut quod meritis non præsumit. intercessione beati Martyris tui Ill. assequi mereatur. Per. E

Deus Mundi Creator & Rector. qui hunc diem in beati Ill. martyrio consecrasti. concede propitius. ut omnes qui martyrii ejus merita venerantur. intercessionibus ejus ab æternis gehennæ incendiis liberentur. Per. E

Aliæ Orationes.

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui beati Ill. Martyris tui Natalitia colimus. intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per. E

Da. quæsumus. Domine Deus noster. ut sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio. ita perpetuo lætemur aspectu. Per. E

V u u Adesto

L Adesto Domine supplicationibus nostris. & intercedente beato Ill. Martyre tuo. ab hostium nos defende propitius incursu. Per.

E Votivos. Domine quæsumus. beati Martyris tui Ill. Natalis nos semper excipiat. qui & jucunditatem nobis suæ glorificationis infundat. & nos tibi reddat acceptos. Per.

E Fac. quæsumus. Domine Deus noster. intercedente beato Martyre tuo Ill. populum tuum in tua devotione gaudere. quia perpetua est & plena felicitas. si bonorum omnium serviamus Auctori. Per.

E Sancti Ill. Martyris tui. Domine. nos oratio sancta conciliet. quæ sacris virtutibus veneranda refulget. Per.

E Beati Martyris tui Ill. quæsumus Domine nos patrocinium conlatum non deserat. quod fragilitatem nostram & precibus tueatur & meritis. Per.

E Deus. qui sanctam nobis hujus diei Solemnitatem. pro commemoratione beati Martyris tui Ill. fecisti. adesto familiæ tuæ precibus. & da ut cujus hodie Festa celebramus. ejus meritis & intercessionibus adjuvemur. Per.

E Plebs tua Domine sancti Martyris tui Ill. te glorificatione magnificet. & eodem semper precante. te mereatur habere Rectorem. Per.

Item in Nat. unius Mart. & Pontificis.

L Deus. qui nos beati Ill. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut cujus Natalitia colimus. de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per.

In Vigilia plurimorum Martyrum.

* *Si fuerint Pontifices. additur* (pariterque Pontificum)

E Beatorum Martyrum Ill. & Ill. Natalitia veneranda. quæsumus Domine Ecclesia tua devota suscipiat. & fiat magnæ glorificationis amore devotior. Per.

B Protege Domine plebem tuam. & quam Martyrum tuorum Ill. & Ill. assidua tribuisti Festivitate devotam. tibi semper placitam fieri precibus concede justorum. Per.

Ad Vesperos.

E Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut populus tuus ad plenæ devotionis affectum. beatorum Martyrum Ill. & Ill. Natalitiis præparetur. & eorum patrocinio promerente plenæ capiat securitatis augmentum. Per.

E Deus. qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Ill. & Ill. solemnia frequentare concedis. præsta. quæsumus. ut & devotis eadem mentibus celebremus. & intercessionibus adjuvemur. Per.

In Natali plurimorum Martyrum.

Si fuerint Pontifices. additur (pariterque Pontificum)

Ad Matutinos.

E Deus. qui hodiernam diem sanctorum tuorum Ill. & Ill. martyrio consecrasti. da nobis salutem mentis & corporis. ut & illorum passioni sit veneratio ex nostra devotione. & nobis auxilium proveniat de eorum sanctissima intercessione. Per.

Aliæ Orationes.

R Majestati tuæ nos. Domine. Martyrum supplicatio beata conciliet. ut qui incessabiliter actibus nostris offendimus. Justorum precibus expiemur. Per.

R Martyrum tuorum nos. Domine. semper Festa lætificent. & quorum celebramus meritum. experiamur auxilium. Per.

R Jugiter nos. Domine. Sanctorum tuorum vota lætificent. & patrocinia nobis Martyrum ipsæ semper Festivitates exhibeant. Per.

R Ad defensionem fidelium. Domine quæsumus. dexteram tuæ majestatis extende. & ut perpetua pietatis tuæ protectione muniantur. intercessio pro his non desit Martyrum continuata sanctorum. Per.

R Fraterna nos. Domine. Martyrum tuorum corona lætificet. quæ & fidei nostræ præbeat incitamenta virtutum. & multiplici nos suffragio consoletur. Per.

R Præsta. quæsumus. Domine. ut sicut nobis indiscreta pietas horum Martyrum beatorum. individuæ charitatis præbet exemplum. sic spiritum gratiæ tuæ (quo jugiter muniamur) semper imploret. Per.

L Deus. qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Ill. & Ill. Natalitia colere. da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

L Deus. qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Ill. & Ill. solemnitate lætificas. concede propitius. ut quorum gaudemus meritis. accendamur exemplis. Per.

E Omnipotens sempiterne Deus. qui per gloriosi bella certaminis ad immortales triumphos Martyres extulisti. da cordibus nostris dignam pro eorum commemoratione lætitiam. ut quos pio amore amplectimur. eorum precibus adjuvemur. Per.

E Omnipotens sempiterne Deus. qui in Sanctorum tuorum cordibus flammam tuæ dilectionis accendis. da mentibus nostris eamdem fidei & charitatis virtutem. ut quorum gaudemus triumphis. proficiamus exemplis. Per.

E Omnipotens & misericors Deus. fidelium lumen animarum. adesto votis solemnitatis hodiernæ. & Ecclesiæ tuæ gaudiis de beatorum Martyrum Ill. & Ill. gloria conceptis. benignus aspira. ut & corda nostra passione ipsorum igniantur. & apud misericordiam tuam eorum juvemur meritis. quorum gaudemus exemplis. Per.

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut sanctorum Martyrum tuorum (quorum celebramus victorias) participemus præmiis. Per. B

Item in Natali plurimorum Martyrum & Pontificum.

Beatorum Martyrum pariterque Pontificum Ill. & Ill. nos. quæsumus Domine. Festa tueantur. & eorum commendet oratio veneranda. Per. L

In Vigilia unius Confessoris.
Si fuerit Pontifex. additur (atque Pontificis.)

Concede nobis. quæsumus. omnipotens Deus. venturam beati Confessoris tui Ill. solemnitatem. congruo prævenire honore. & venientem digna celebrare devotione. Per. E

Benedictionis tuæ. Domine. gratiam intercedente Confessore tuo Ill. suscipiamus. ut cujus. præveniendo. gloriam celebramus. ejus. supplicando. auxilium sentiamus. Per. E

Ad Vesperos.

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut ad meliorem vitam sancti Confessoris tui Ill. exempla nos provocent. quatenus cujus solemnia prævenimus. etiam actus imitemur. & intercessionibus adjuvemur. Per. E

Concede. quæsumus. omnipotens Deus. ut sicut Confessoris tui Ill. gloriosa Natalitia prævenimus. sic ad tua beneficia promerenda majestatem tuam pro nobis ipse præveniat. Per. E. O

In Natali unius Confessoris.
Si fuerit Pontifex. additur [atque Pontificis]
Ad Matutinos.

Adesto Domine populo tuo. ut beati Confessoris tui Ill. merita præclara suscipiens. ad impetrandam misericordiam tuam. semper ejus patrociniis adjuvemur & meritis. Per.

Absolve. quæsumus. Domine tuorum delicta populorum. & a peccatorum nexibus (quæ pro nostra fragilitate contraximus) intercedente beato Confessore tuo Ill. tua benignitate liberemur. Per.

Aliæ Orationes.

Da. quæsumus. omnipotens Deus ut beati Ill. Confessoris tui veneranda solemnitas. & devotionem nobis augeat & salutem. Per.

Sancti tui. quæsumus Domine. nos ubique lætificent. ut dum eorum merita recolimus. patrocinia sentiamus. Per.

Exaudi. quæsumus. Domine preces nostras. quas in beati Ill. Confessoris tui solemnitate deferimus. & qui tibi dignè meruit famulari. ejus intercedentibus meritis. ab omnibus nos absolve peccatis. Per.

Deus. fidelium remunerator animarum. præsta. ut beati Ill. Confessoris tui (cujus venerandam celebramus Festivitatem) precibus indulgentiam consequamur. Per.

Misericordiam tuam. quæsumus. Domine nobis interveniente beato Confessore tuo Ill. clementer impende. & nobis peccatoribus. ipsius propitiare suffragiis. Per.

Aures pietatis tuæ. quæsumus. Domine precibus nostris inclina. ut qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur. intercedente beato Confessore tuo Ill. miserationis tuæ gratia liberemur. Per.

Sancti Confessoris tui Ill. nos. quæsumus. Domine tuere præsidiis. ut ejus semper intercessionibus adjuvemur. Per.

Adesto. quæsumus. Domine precibus nostris. quas in sancti Confessoris tui Ill. commemoratione deferimus. ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus. ejus qui tibi placuit precibus adjuvemur. Per.

Exultemus. quæsumus Domine Deus noster. in solemnitate beati Confessoris tui Ill. ut ejus sacra Natalitia celebrantes. ad impetrandam misericordiam tuam. ejus semper patrociniis adjuvemur. Per.

Omnipotens sempiterne Deus. cui cuncta famulantur elementa. exaudi propitius. intercedente pro nobis beato Confessore tuo Ill. orationem nostram. & tribue nobis misericordiam tuam. & quæcumque præcipis ut agamus. ipse adjuva ut implere possimus. Per.

Sancti Confessoris tui Ill. tribue nos Domine supplicationibus foveri. ut cujus depositionem annuo celebramus obsequio. ejus apud te intercessionibus & meritis adjuvemur. Per.

Item in Natali Confessoris & Pontificis.

Deus. qui nos beati Ill. Confessoris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut cujus Natalitia colimus. etiam actiones imitemur. Per.

Item in Natali Confessoris & Doctoris.

Deus. qui populo tuo æternæ salutis beatum Ill. Ministrum tribuisti. præsta quæsumus. ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris. intercessorem habere mereamur in cælis. Per.

Item

Item in Natali Confessoris & Abbatis.

B Intercessio nos. quæsumus Domine beati Ill. Abbatis commendet. ut quod nostris meritis non valemus. ejus patrocinio assequamur. Per.

In Vigilia plurimorum Confessorum.
Si fuerint Pontifices. additur
(pariterque Pontificum)

B Beatorum Confessorum tuorum. Domine Ill. & Ill. Natalitia præeuntes. supplices te rogamus. ut quos cælesti gloria sublimasti. tuis adesse concedas fidelibus. Per.

E Conserva. quæsumus. Domine. familiam tuam. & benedictionum tuarum propitius ubertate purifica. ut per intercessionem beatorum Confessorum tuorum Ill. & Ill. & eruditionibus tuis semper multiplicetur & donis. Per.

Ad Vesperos.

E Propitiare misericors Deus supplicationibus nostris. & populum tuum pervigili protectione custodi. ut qui beatorum Confessorum tuorum Ill. & Ill. solemnia prævenimus. tribuas nobis ex eorum imitatione prospera Mundi despicere. & nulla ejus adversa formidare. Per.

In Natali plurimorum Confessorum.
Si fuerint Pontifices. additur
[pariterque Pontificum.]
Ad Matutinos.

E Deus. qui beatos Confessores tuos Ill. & Ill. Sanctorum tuorum meritis coæquasti. da nobis in eorum celebritate gaudere. ut quorum commemorationem agimus. eorum imitatione proficiamus. & intercessionibus sublevemur. Per.

L Deus. qui nos sanctorum Confessorum tuorum Ill. & Ill. confessionibus gloriosis circumdas & protegis. da nobis & eorum imitatione proficere. & intercessione gaudere. Per.

Sanctorum tuorum Ill. & Ill. Domine. suffragiis imploramus. ut a cunctis liberemur offensis. Per. E

Exaudi nos omnipotens & misericors Deus. & Sanctorum tuorum nos ubique tuere præsidiis. Per. E

Tribue. quæsumus. Domine. Sanctos tuos jugiter orare pro nobis. & semper eos clementer digneris audire. Per. E

Alias Orationes require in Natali plurimorum Sanctorum.

In Vigilia unius Virginis & Martyris

Sanctæ Martyris tuæ Ill. Domine. supplicationibus tribue nos foveri. ut cujus venerabilem solemnitatem prævenimus obsequio. ejus intercessionibus commendemur & meritis. Per. E

Quæsumus. omnipotens Deus. ut quorum nos tribuis communicare memoriis. eorum facias veraciter imitatores. Per. E

In Natali unius Virginis & Martyris.

Deus. qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti. concede propitius ut qui beatæ Ill. Martyris tuæ Natalitia colimus. per ejus ad te exempla gradiamur. Per. L. E

Indulgentiam nobis. Domine. beata Ill. Martyr imploret. quæ tibi grata semper extitit. & merito castitatis. & tuæ professione virtutis. Per. L. E

Omnipotens sempiterne Deus. qui infirma Mundi eligis. ut fortia quæque confundas. concede propitius. ut qui beatæ Ill. Martyris tuæ solemnia colimus. ejus apud te patrocinia sentiamus. Per. L

In Nata-

In Natali plurimarum Martyrum.

L Da nobis. quæsumus Domine Deus noster. sanctarum Martyrum palmas incessabili devotione venerari, ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per.

In Natali unius Virginis.

L Exaudi nos Deus salutaris noster. ut sicut beatæ Ill. Virginis tuæ Festivitate gaudemus. ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

E Deus. qui nos hodie sanctæ Virginis Ill. annua solemnitate lætificas. concede propitius. ut ejus adjuvemur meritis. cujus castitatis radiamur exemplis. Per.

In Natali unius Sanctæ Martyris & non Virginis.

Deus. qui inter cætera. *Require in Natali Virginis & Martyris*.

In Natali unius Sanctæ non Virginis.

L Exaudi nos Deus salutaris noster. ut sicut de beatæ Ill. Festivitate gaudemus. ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

ORATIONES VOTIVÆ.

De S. Trinitate.

L Omnipotens sempiterne Deus. qui dedisti famulis tuis. in confessione veræ fidei. æternæ Trinitatis gloriam agnoscere. & in potentia majestatis adorare Unitatem. quæsumus. ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per.

E Domine Deus. Pater omnipotens. famulos tuæ majestati subjectos. per Unicum Filium tuum in virtute Sancti Spiritus. benedic & protege. ut ab omni hoste securi in tua jugiter laude lætentur. Per eumdem. in unitate ejusdem.

De S. Sapientia.

Deus. qui per Coæternam tibi Sapientiam. hominem. cum non esset. condidisti. perditumque misericorditer reformasti. præsta quæsumus. ut eadem pectora nostra inspirante. te tota mente amemus. & ad te toto corde curramus. Per. E. L

Deus qui misisti Filium tuum. & ostendisti creaturæ Creatorem. respice propitius super nos famulos tuos. & præpara hagiæ Sophiæ dignam in cordibus nostris habitationem. Per eumdem. E

De Spiritu Sancto.

Deus. qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti. da nobis in eodem Spiritu recta sapere. & de ejus semper consolatione gaudere. Per. in unitate ejusdem. R.G

De Cruce.

Deus. qui Unigeniti Filii tui pretioso sanguine vivificæ Crucis Vexillum sanctificare voluisti. concede. quæsumus. eos qui ejusdem sanctæ Crucis gaudent honore. tua quoque ubique protectione gaudere. Per. L

Adesto nobis Domine Deus noster. & quos sanctæ Crucis lætari facis honore. ejus quoque perpetuis defende subsidiis. Per. L

De S. Maria.

Concede. nos famulos tuos. quæsumus Domine Deus. perpetua mentis & corporis sanitate gaudere. & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione. a præsenti liberari tristitia. & æterna perfrui lætitia. Per. L

Omni-

L Omnipotens ſempiterne Deus. famulos tuos nos dexterâ potentiæ tuæ a cunctis defende periculis. & intercedente beata & glorioſa Virgine Maria. fac nos præſenti proſperitate gaudere pariter & futura. Per.

Alias Orationes congruas require in propriis Feſtivitatibus S. Mariæ.

Per Adventum Domini.

L Deus. qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum (Angelo nunciante) carnem ſuſcipere voluiſti. præſta ſupplicibus tuis. ut qui verè eam Genitricem Dei credimus. ejus apud te intercesſionibus adjuvemur. Per eumdem.

L Omnipotens ſempiterne Deus. qui Coæternum tibi Filium pro Mundi ſalute ſecundum carnem Spiritu Sancto concipiendum. Angelico miniſterio beatæ Mariæ ſemper Virgini declaraſti. adeſto propitius populo tuo. ut ad ejus Nativitatem pace conceſſa liberioribus animis occurramus. Per eumdem.

A Natali Domini uſque ad Hypapantem.

G Deus. qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fœcunda humano Generi præmia præſtitiſti. tribue quæſumus. ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus. per quam meruimus Auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum.

Per Quinquageſimam Paſchæ.

L Deus. qui per Unigeniti filii tui Reſurrectionem. familiam tuam lætificare dignatus es. præſta quæſumus. ut per ejus venerabilem Genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem.

Orationes de SS. Angelis.

Perpetuum nobis. Domine. tuæ miſerationis præſta ſubſidium. quibus & Angelica præſtitiſti ſuffragia non deeſſe. Per. L

Plebem tuam. quæſumus Domine. perpetua pietate cuſtodi. ut ſecura ſemper. & neceſſariis adjuta ſubſidiis. & Spirituum tibimet placitorum pia ſemper veneratione lætetur. Per Dominum. E

Oratio generalis de Sanctis proprio loco quieſcentibus.

Propitiare. quæſumus Domine. nobis famulis tuis per ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. atque aliorum Sanctorum. quorum corpora. vel reliquiæ in præſenti Baſilica requieſcunt. merita glorioſa. ut eorum pia intercesſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per. V. L

Item in qualibet Eccleſia de Sanctis quorum Reliquiæ ibidem venerantur.

Concede. quæſumus omnipotens Deus. ut ſancta Dei Genitrix Maria. ſanctique tui Apoſtoli. Martyres. Confeſſores. Virgines. atque omnes Sancti. quorum Reliquias in iſta continentur Eccleſia. patrocinia nos ubique adjuvent. quatenus hic in illorum præſenti ſuffragio tranquilla pace in tua laude lætemur. Per. E

Exaudi Domine Deus clementer. in hac domo tua preces ſervorum tuorum. quatenus illorum meritis tuam conſequamur gratiam. quorum hic veneramur patrocinia. Per. E

Orationes ad poſcenda ſuffragia omnium Sanctorum quotidianis diebus.

Concede. quæſumus omnipotens Deus. ut intercesſio ſanctæ Dei Genitricis L

tricis Mariæ . ſanctorumque omnium Apoſtolorum . Martyrum . Confeſſorum atque Virginum . & omnium Electorum tuorum . nos ubique lætificet . ut dum eorum merita recolimus . patrocinia ſentiamus · Per eumdem · .

E Deus . qui nos beatæ Mariæ ſemper Virginis . & beatorum Apoſtolorum Martyrum & Confeſſorum . Virginum atque omnium ſimul Sanctorum continua lætificas memoria . præſta quæſumus . ut quos quotidiano veneramur officio . etiam piæ converſationis ſemper ſequamur exemplo · Per ·

E Fac . nos . Domine quæſumus . ſanctæ Mariæ ſemper Virginis ſubſidiis attolli . & glorioſa beatorum Apoſtolorum . Martyrum & Confeſſorum atque Virginum . omniumque ſimul Sanctorum protectione defendi . ut dum eorum pariter quotidie memoriam celebramus . eorum pariter ab omnibus adverſis ſemper protegamur auxilio · Per ·

Majeſtatem tuam . Domine . ſupplices deprecamur . ut ſicut nos jugiter omnium Sanctorum tuorum commemoratione lætificas . ita ſemper ſupplicatione defendas · Per · E

Adeſto Domine populo tuo . placatus & clemens . ut eorum ſupplicatione . qui tuæ placueruut pietati . te largiente ad vitam perveniant ſempiternam · Per · E

Quæſumus omnipotens Deus . ut quorum nos tribuis communicare memoriis . eorum facias veraciter imitatores · Per · E

INCIPIUNT ORATIONES ET PRECES DE QUOTIDIANIS AC DE DIVERSIS·

Juxta vetuſtiorem Romanæ Eccleſiæ ritum . in ſingulis officiis Eccleſiaſtici Curſus . Dominica tantùm Oratio ſolemniter dicitur . alia præterea Oratione ſuperaddita in Vigiliis tantummodo . Matutinis & Veſperis . horis præfatis vel Feſtivitati congrua ·

Incipiunt Orationes Nocturnæ . ſive Matutinæ ·

L.G ILlumina . Domine quæſumus . inte corda credentium . ut tuo ſemper munimine . & tuo auxilio protegamur · Per ·

L.G Inlumina . quæſumus . Domine tenebras noſtras . & totius noctis inſidias tu repelle propitius · Per ·

L.G Tua nos . Domine . Veritas ſemper inluminet . & ab omni pravitate defendat · Per ·

Salva nos omnipotens Deus . & lucem nobis concede perpetuam · Per · L.G

Deus . qui diem diſcernis a nocte . actus noſtros a tenebrarum diſtingue caligine . ut ſemper quæ ſancta ſunt meditantes . jugiter in tua * luce vivamus · Per · L.G

* lau-de·

Quæſumus . Domine Deus noſter . diei moleſtias noctis quiete ſuſtenta . ut neceſſaria temporum viciſsitudine ſuccedente noſtra reficiatur infirmitas · Per · L.G

Adeſto Domine precibus noſtris . & die noctuque nos protege . ut quibuslibet alternationibus temporum . tua ſemper incommutabilitate firmemur · Per · L.G

Exaudi nos miſericors Deus . & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende · Per · L.G

Item

Item Orationes ad Matutinos lucescente die.

E.R Gratias tibi agimus. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus. qui nos de transacto noctis spatio. ad matutinas horas perducere dignatus es.. quæsumus. ut dones nobis diem hunc sine peccato transire. quatenus ad vesperum & semper tibi Deo gratias referamus. Per.

E.R Exurgentes de cubilibus nostris auxilium gratiæ tuæ matutinis. Domine. precibus imploramus. ut discussis tenebris vitiorum. ambulare mereamur in luce virtutum. Per.

E.R Matutina supplicum vota. Domine. propitius intuere. & occulta cordis nostri remedio tuæ clarifica pietatis. ut desideria tenebrosa non teneant. quos lux cælestis gratiæ reparavit. Per.

E.R Te. Lucem veram. & lucis auctorem. Domine. deprecamur. ut digneris a nobis tenebras depellere vitiorum. & clarificare nos luce virtutum. Per.

Auge in nobis Domine. quæsumus.
E.R fidem tuam. & Spiritus Sancti lucem in nobis semper accende. Per. in unitate ejusdem.

E.R Emitte. quæsumus. Domine lucem tuam in cordibus nostris. ut mandatorum tuorum luce perpetua. in via tua ambulantes. nihil patiamur errorum. Per.

E.R Veritas tua. quæsumus Domine. luceat in cordibus nostris. & omnis falsitas destruatur inimici. Per.

E.R Gratias agimus inenarrabili pietati tuæ. omnipotens Deus. qui nos depulsa noctis caligine. ad diei hujus principium perduxisti. & abjecta ignorantiæ cæcitate. ad cultum tui nominis atque scientiam revocasti. inlabere sensibus nostris. omnipotens Pater. ut in præceptorum tuorum lumine gradientes. te Ducem sequamur & Principem. Per.

Deus. qui tenebras ignorantiæ. verbi tui luce depellis. auge in cordibus nostris virtutem fidei. quam dedisti. ut ignis quem gratia tua fecit accendi. nullis tentationibus possit extingui. Per. R.E

Sensibus nostris. quæsumus Domine. lumen sanctum tuum benignus infunde. ut tibi semper simus devoti. cujus sapientia creati sumus. & providentia gubernamur. Per. R.E

Omnipotens sempiterne Deus. apud quem nihil obscurum est. nihil tenebrosum. emitte lucem tuam in cordibus nostris. ut mandatorum tuorum lege percepta. in via tua ambulantes. nihil patiamur erroris. Per. E

Deus. qui vigilantes in laudibus tuis. cælesti mercede remuneras. tenebras de cordibus nostris auferre digneris. ut splendore luminis tui semper gaudeamus. Per. V.E

Auribus percipe. quæsumus Domine. verba oris nostri. clamoremque matutinum pius scrutator intellige. ut orandi ad te nobis sit fida devotio. tuaque donetur nobis diluculò contemplatio. & peccatorum omnium exoptata remissio. Per. E

Deus. qui nos ad principium hujus diei pervenire fecisti. da nobis hunc diem sine peccato transire. ut in nullo a tuis semitis declinemus. sed ad tuam justitiam faciendam nostra semper procedant eloquia. Per. E

Ad horam diei Primam.

Dirigere dignare. Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. hodie corda & corpora nostra in opera mandatorum tuorum. ut in hac die ad nul- E

ad nullum declinemus peccatum. sed semper quæ sancta sunt meditemur. atque opere compleamus. & tuo ubique auxilio muniamur. Per.

Ad horam diei Tertiam. Sextam. & Nonam. require Orationes Quotidianas vel pro peccatis &c. infra.

Incipiunt Orationes Vespertinæ. recedente Sole. ac die cessante ad Vesperos.

R.E Omnipotens sempiterne Deus vesperè & manè. & meridiè Majestatem tuam suppliciter deprecamur. ut expulsis de cordibus nostris peccatorum tenebris. ad veram lucem (quæ Christus est) nos facias pervenire. Per eumdem.

R.E Deus. qui illuminas noctem. & lumen post tenebras facis. concede nobis. ut hanc noctem sine impedimento Satanæ transeamus. atque matutinis horis ad Altare tuum recurrentes. tibi Deo gratias referamus. Per.

R.E Inlumina. quæsumus Domine. tenebras nostras. & totius noctis insidias tu repelle propitius. Per.

R.E Tuus est dies. Domine. & tua est nox. concede solem Justitiæ permanere in cordibus nostris. ad repellendas tenebras cogitationum iniquarum. Per eumdem.

R.E Vespertinæ laudis officia persolventes. clementiam tuam. Domine. humili prece deposcimus. ut nocturni insidiatoris fraudes te protegente vincamus. Per.

R.E Propitiare. Domine. Vespertinis supplicationibus nostris. & fac nos sine ullo reatu matutinis tibi laudibus præsentari. Per.

R.E Oriatur. Domine. nascentibus tenebris aurora justitiæ. ut peracto die tibi suppliciter gratias agentes. etiam manè dignanter respicias vota solventes. Per.

Gratias tibi agimus. Domine. custoditi per diem. gratias tibi exsolvimus custodiendi per noctem. repræsenta nos. quæsumus Domine. matutinis horis incolumes. ut nos omni tempore habeas laudatores. Per. E.R

Exaudi Domine famulos tuos Vespertina nomini tuo vota reddentes. & quos per singula diei momenta servasti. per noctis quietem custodire digneris. Per. E

Quæsumus. Domine Deus noster. diei molestias noctis quiete sustenta. ut necessaria temporum vicissitudine succedente. nostra reficiatur infirmitas. Per. E

Incipiunt Orationes Vespertinales. seu Matutinales.

Vox nostra te. Domine. semper deprecetur. & ad aures tuæ pietatis ascendat. Per. E.G

Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut liberis tibi mentibus serviamus. Per. E.G

Ut tuam. Domine. misericordiam consequamur. fac nos tibi toto corde esse devotos. Per. E.G

Suscipe. Domine. preces nostras. & clamantium ad te pia corda propitius intende. Per. E.G

Cunctas. Domine. semper a nobis iniquitates repelle. ut ad viam salutis æternæ secura mente curramus. Per. E.G

Redemptor noster aspice Deus. & tibi nos jugiter servire concede. Per. E.G

Deus. cæli terræque Dominator. auxilium nobis tuæ defensionis benignus impende. Per. E.G

Præ-

E. G Præsta . quæsumus . misericors Deus . ut tibi placita mente serviamus . Per .

E. G Purificet nos indulgentia tua . Deus . & ab omni semper iniquitate custodiat . Per .

E. G Adesto nobis misericors Deus . & tua circa nos propitiatus dona custodi . Per .

E. G A cunctis iniquitatibus nostris exue nos . Domine . & in tua fac pace gaudere . Per .

E. G Vincula Domine . quæsumus . humanæ pravitatis abrumpe . ut ad confitendum nomen tuum libera mente curramus . Per .

E. G Tua nos . Domine quæsumus . gratia benedicat . & ad vitam perducat æternam . Per .

E. G Vide Domine infirmitates nostras . & celeri nobis pietate succurre . Per .

E. G Fac nos . Domine . quæsumus . mala nostra toto corde respuere . ut bona tua capere valeamus . Per .

E. G Esto nobis propitius Deus . ut tua nos misericordia subsequatur . Per .

E. G Præveniat nos . quæsumus Domine . misericordia tua . & voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet . Per .

E. G Celeri nobis . quæsumus Domine . pietate succurre . ut devotio supplicantium ad gratiarum transeat actionem . Per .

E. G Delicta nostra . Domine (quibus adversa dominantur) absterge . & tua nos ubique miseratione custodi . Per .

E. G Absolve Domine . quæsumus . nostrorum vincula peccatorum . & quidquid pro eis meremur . averte . Per .

E. G Ascendant ad te . Domine . preces nostræ . & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam . Per .

Clamantes ad te . Deus . dignanter exaudi . ut nos de profundo iniquitatis eripias . & ad gaudia æterna perducas . Per . E. G

Concede nobis Domine . quæsumus . veniam delictorum . & eos qui nos impugnare moliuntur . expugna . Per . E. G

Tua nos . Domine quæsumus . gratia semper & præveniat & sequatur . ac bonis operibus jugiter præstet esse intentos . Per . G. E

Respice nos misericors Deus . & nomini tuo perfice veraciter obsequentes . Per . G. E

Tuere nos superne moderator . & fragilitatem nostram tuis defende præsidiis . Per . G. E

Ut a nostris excessibus . Domine . temperemur . tua nos præcepta concede jugiter operari . Per . G. E

Aufer a nobis . quæsumus . nostras Domine pravitates . ut non indignationem tuam . sed indulgentiam sentiamus . Per . G. F

Ut cunctis nos . Domine . foveas adjumentis . tuis apta propitius disciplinis . Per . G. E

Oculi nostri ad te . Domine . semper intendant . ut auxilium tuum & misericordiam sentiamus . Per . G. E

Peccata nostra . Domine quæsumus . memor humanæ conditionis absolve . & quidquid eorum retributione meremur . averte . Per . G. E

Porrige nobis Deus dexteram tuam . & auxilium nobis supernæ virtutis impende . Per . G. E

Exaudi nos Domine Deus noster . & Ecclesiam tuam inter Mundi turbines fluctuantem . clementi gubernatione moderare . Per . G. E

Intende Domine . quæsumus . supplices tuos . & pariter nobis indulgentiam G. E

gentiam tribue benignus. & gaudium. Per.

G. E Respice nos omnipotens & misericors Deus. & ab omnibus tribulationibus propitiatus absolve. Per.

G. E Iniquitates nostras ne respicias. Deus. sed sola nobis misericordia tua profit indignis. Per.

G. E Fac. nos. Domine Deus noster. tuis obedire mandatis. quia tunc nobis prospera cuncta proveniunt. si te totius vitæ sequamur Auctorem. Per.

Ad Completorium.

E Gratias tibi agimus. *Require supra inter Orationes Vespertinas.*

E Quæsumus Domine Deus noster. *ibidem.*

E Illumina. quæsumus. *ibidem.*

E Oriatur Domine. *ibidem.*

E Adesto Domine. *Req. supra inter Orationes Nocturnas.*

Incipiunt Orationes quotidianæ.

G. E Deus. qui conspicis. omni nos virtute destitui. interiùs exteriùsque custodi. ut & ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore. & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

G. E Gratiæ tuæ. quæsumus Domine. supplicibus tuis tribue largitatem. ut mandata tua te operante sectantes. consolationem præsentis vitæ percipiant & futuræ. Per.

G. E Adesto supplicationibus nostris. omnipotens Deus. & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges. intercedente beato Ill. consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

G. E Subveniat nobis. quæsumus Domine. misericordia tua. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis. te mereamur protegente salvari. Per.

Vox clamantis Ecclesiæ ad aures. G. E
Domine quæsumus. tuæ pietatis ascendat. ut percepta venia peccatorum. te fiat operante. devota. & protegente secura. Per.

Propitiare Domine supplicationibus G. E
nostris. & animarum nostrarum medere languoribus. ut remissione percepta. in tua semper benedictione lætemur. Per.

Propitiare Domine iniquitatibus no- E. G
stris. & exorabilis tuis esto supplicibus. ut concessa venia. quam precamur. perpetuo misericordiæ tuæ munere gloriemur. Per.

Deus innocentiæ restitutor & ama- E. G
tor. dirige ad te tuorum corda servorum. ut Spiritus tui fervore concepto. & in fide inveniantur stabiles. & in opere efficaces. Per. in unitate ejusdem.

Ecclesiæ tuæ. Domine. voces pla- E. G
catus admitte. ut destructis adversitatibus universis. secura tibi serviat libertate. Per.

Nostris Domine. quæsumus. pro- E. G
pitiare temporibus. ut tuo munere dirigatur & Romana securitas. & devotio Christiana. Per.

Largire. quæsumus. Domine fide- E. G
libus tuis indulgentiam placatus & pacem. ut pariter ab omnibus mundentur offensis. & secura tibi mente deserviant. Per.

Prætende Domine fidelibus tuis dex- E. G
teram cælestis auxilii. ut te toto corde perquirant. & quæ dignè postulant. consequi mereantur. Per.

Gaudeat. Domine quæsumus. plebs E. G
tua beneficiis impetratis. & cui fiduciam sperandæ pietatis indulges. optatæ misericordiæ præsta benignus effectum. Per.

Da

E. G. Da nobis . Domine . quæſumus perſeverantem in tua voluntate famulatum . ut in diebus noſtris . & merito & numero populus tibi ſerviens . augeatur · Per ·

E. G Fideles tuos . Domine quæſumus . corpore pariter & mente purifica . ut tua inſpiratione compuncti noxias delectationes vitare prævaleant · Per ·

E. G Dies noſtros quæſumus Domine . placatus intende . pariterque nos & a peccatis abſolve propitius . & a cunctis eripe benignus adverſis · Per ·

E. G Familiæ tuæ Domine . quæſumus . eſto protector . & miſericordiam tuam concede poſcenti . quæ tibi ſemper fiat obediens . & tua dona percipiat · Per ·

E. G Da . quæſumus . Domine populo tuo ſalutem mentis & corporis . ut bonis operibus inhærendo . tua ſemper mereatur virtute defendi · Per ·

E. G Excita Domine . quæſumus . tuorum fidelium voluntates . ut Divini operis fructum propenſiùs exequentes . pietatis tuæ remedia majora percipiant · Per ·

E. G Proficiat . Domine . quæſumus . plebs tibi dicata piæ devotionis affectu . ut ſacris actionibus erudita . quantò majeſtati tuæ ſit gratior . tantò donis potioribus augeatur · Per ·

E. G Protegat . Domine quæſumus . tua dextera populum ſupplicantem . ut præſentem vitam ſub tua gubernatione tranſcurrens mereatur invenire perpetuam · Per ·

E. G Reſpice Domine propitius plebem tuam . & toto tibi corde ſubjectam . præſidiis invictæ pietatis attolle · Per ·

E. G Adeſto Domine ſupplicibus tuis . & ſpem ſuam in tua miſericordia collocantes tuere propitius . ut a peccatorum labe mundati . in ſancta converſatione permaneant · Per ·

E. G Libera Domine . quæſumus . a peccatis & hoſtibus tibi populum ſupplicantem . ut in ſancta converſatione viventes nullis afficiantur adverſis · Per ·

E. G Excita . Domine . tuorum corda fidelium . ut ſacris intenta doctrinis . & intelligant quod ſequantur . & ſequendo fideliter apprehendant · Per ·

G. E Da ſalutem . Domine quæſumus . populo tuo mentis & corporis . & perpetuis conſolationibus tuorum reple corda fidelium . ut tua protectione relevati . & pia tibi devotione complaceant . & tua ſemper beneficia conſequantur · Per ·

G. E Quæſumus omnipotens Deus . ne nos tua miſericordia derelinquat . quæ & errores noſtros ſemper amoveat . & noxia cuncta depellat · Per ·

G. E Omnipotens ſempiterne Deus . univerſa nobis adverſa propitiatus exclude . ut mente & corpore pariter expediti . quæ tua ſunt liberis mentibus exequamur · Per ·

G. E Tuere Domine populum tuum . & ſalutaribus præſidiis ſemper adjutum . beneficiis attolle continuis & mentis & corporis · Per ·

G. E Purifica . quæſumus . Domine . tuorum corda fidelium . ut a terrena cupiditate mundati . & præſentis vitæ periculis exuantur . & perpetua devotione firmentur · Per ·

G. E Protector in te ſperantium Deus . ſalva populum tuum . ut a peccatis liber . & ab hoſte ſecurùs . in tua ſemper gratia perſeveret · Per ·

G. E Conſerva . quæſumus . Domine populum tuum . & quem ſalutaribus præſidiis non deſinis adjuvare . perpetuis tribue gaudere beneficiis & mentis & corporis · Per ·

Adſit .

G. E Adſit. Domine quæſumus. propitiatio tua populo ſupplicanti. ut quod (te inſpirante) fideliter expetit. tua celeri largitate percipiat. Per.

G. E Adeſto Domine populis tuis in tua protectione fidentibus. & tuæ ſe dexteræ ſuppliciter inclinantes. perpetua defenſione conſerva. Per.

G. E Reſpice propitius. Domine, ad debitam tibi populi ſervitutem. ut inter humanæ fragilitatis incerta. nullis adverſitatibus opprimatur, qui de tua protectione confidit. Per.

G. E Præſta. quæſumus. omnipotens Deus. ut ſemper rationabilia meditantes. quæ tibi ſunt placita. & dictis exequamur & factis. Per.

G. E Auxiliare Domine populo tuo. ut ſacræ devotionis proficiens incrementis. & tuo ſemper munere gubernetur. & ad Redemptionis æternæ pertineat (te ducente) conſortium. Per.

G. E Benedictionem tuam. Domine. populus fidelis accipiat. qua corpore ſalvatus ac mente. & gratam tibi ſemper exhibeat ſervitutem. & propitiationis tuæ beneficia ſemper inveniat. Per.

G. E Gaudeat. Domine quæſumus. populus tua ſemper benedictione confiſus. ut & temporalibus beneficiis adjuvetur. & erudiatur æternis. Per.

G. E Familiam tuam. Domine. dextera tua perpetuo circumdet auxilio. ut ab omni pravitate defenſa. donis cæleſtibus proſequatur Per.

G. E Conſerva. quæſumus Domine. familiam tuam. & benedictionum tuarum propitius ubertate purifica. ut eruditionibus tuis ſemper multiplicetur & donis. Per.

G. E Præſta. quæſumus. omnipotens Deus. ut inter innumeros vitæ præſentis errores. tuo ſemper moderamine dirigamur. Per.

Porrige dexteram tuam. quæſumus Domine. plebi tuam miſericordiam poſtulanti. per quam & errores declinet humanos. & ſolatia vitæ mortalis accipiat. & ſempiterna gaudia comprehendat. Per. G. E

Concede. quæſumus omnipotens Deus. ut viam tuam devota mente currentes. ſubripientium delictorum laqueos evadamus. Per. E. G

Conſerva Domine. quæſumus. tuorum corda fidelium. & gratiæ tuæ virtute corrobora, ut & in tua ſint ſupplicatione devoti. & mutua dilectioni ſinceri. Per. E. G

Da populo tuo. quæſumus Domine. ſpiritum veritatis & pacis. ut & te tota mente cognoſcat. & quæ tibi ſunt placita toto corde ſectetur. Per. E. G

Omnipotens ſempiterne Deus. qui cæleſtia ſimul & terrena moderaris. ſupplicationes populi tui clementer exaudi. & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per. E. G

Adeſto. quæſumus. Domine ſupplicationibus noſtris. & in tua miſericordia confidentes. ab omni nos adverſitate cuſtodi. Per. E. G

Da. quæſumus. omnipotens Deus. ut qui infirmitatis noſtræ conſcii de tua virtute confidimus. ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per. E. G

Familiam tuam. quæſumus. Domine cæleſti protectione circumda. ut te parcente ſit libera. te cuſtodiente a malis omnibus ſit ſecura. Per. E. G

Preces populi tui. quæſumus Domine. clementer exaudi. ut qui in ſola ſpe gratiæ cæleſtis innititur. cæleſti etiam protectione muniatur. Per. E. G

Adeſto Domine fidelibus tuis. & quibus ſupplicandi tribuis miſeratus affectum. concede benigniſſime conſolationis auxilium. Per. E. G

Fac

E.G Fac nos. quæsumus Domine Deus noster. in tua devotione gaudere. quia perpetua est & plena felicitas. si bonorum omnium serviamus Authori · Per·

E.G Da nobis Domine. quæsumus. ut & Mundi cursus pacifico nobis tuo ordine dirigatur. & Ecclesia tua tranquilla devotione lætetur · Per·

E.G Exaudi nos. Deus salutaris noster & dies nostros in tua pace dispone. ut a cunctis perturbationibus liberati. tranquilla tibi servitute famulemur· Per·

E.G Guberna Domine. quæsumus. plebem tuam. & tuis beneficiis semper accumula. ut & præsentis vitæ subsidiis gaudeat & æternæ· Per·

E.G Percipiat Domine. quæsumus. populus tuus misericordiam. quam deposcit. & quam precatur humiliter. indulgentiam consequatur & pacem · Per·

E.G Concede. quæsumus Domine. populo tuo veniam peccatorum. & quod meritis non præsumit. indulgentiæ tuæ celeri largitate percipiat· Per·

E.G Prætende nobis Domine misericordiam tuam. ut quæ votis expetimus. conversatione tibi placita consequamur· Per·

E.R Perpetua. quæsumus Domine. pace custodi. quos in te sperare donasti · Per·

E.R Adesto nobis misericors Deus. & tuæ pietatis in nobis propitius dona concede· Per·

E.R Exaudi nos miserator & misericors Deus. & continentiæ salutaris propitius nobis dona concede· Per·

R Plebis tuæ. Deus. ad te corda converte. ut tuo munere talis existat. cui tu perpetua beneficia largiaris · Per·

R.E Quæsumus. omnipotens Deus. ut plebs tua toto tibi corde deserviens & beneficia tua jugiter mereatur & pacem · Per·

Miserere nostri Deus. & tuæ nobis pietatis effectus potenti bonitate largire· Per· R

Rege nostras. Domine. propitius voluntates. ut nec propriis iniquitatibus implicentur. nec subdantur alienis · Per· R.E

Da famulis tuis. Deus. indulgentiam peccatorum. consolationem vitæ. gubernationemque perpetuam. qua tibi fideliter servientes. ad tuam jugiter misericordiam pervenire mereantur · Per· R

Comprime Domine. quæsumus noxios semper incursus. & salutarem temporibus nostris propitius da quietem · Per· R.E

Tu Domine semper a nobis omnem remove pravitatem. & ad tuam nos propitius converte justitiam· Per· R

Ab omnibus nos defende. quæsumus. Domine semper adversis. & continuis tuere præsidiis· Per· R.E

Conserva populum tuum Deus. & tuo nomini fac devotum. ut divinis subjectus officiis. & temporalis vitæ pariter & æternæ dono proficiat Per· R

Adsit. Domine. fidelibus tuis sacræ benedictionis effectus. qui mentes omnium spiritali vegetatione disponat. ut pro opera pietatis tuæ muneribus impleantur· Per· R

Orationes ante cibum·

Refice nos. Domine. donis tuis. & opulentiæ tuæ largitate sustenta· Per· R.E

Reficiamur. Domine. de donis. & datis tuis. & tua benedictione satiemur· Per· R

Protege nos Domine Deus noster. R

ster. & fragilitati nostræ necessariam præbe substantiam · Per ·

R.B Benedic Domine dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi · Per ·

R Deus, qui nos ad delicias spiritales semper invitas, da benedictionem super dona tua, ut ea quæ in tuo nomine sunt edenda, sanctificata percipere mereamur · Per ·

R Tua nos, Domine, dona reficiant & tua gratia consoletur · Per ·

Orationes sive Benedictiones super mensam·

B Benedicantur nobis, Domine, tua dona, quæ de tua largitate nobis ad remedium deducta sunt · Qui es Deus benedictus & regnas per omnia sæcula sæculorum · Amen ·

B Sanctæ Dei Genitricis Mariæ gloriosæ & intemeratæ Virginis orationibus, quod nobis appositum est, Redemptor omnium benedicat ·

B Beati Petri Principis Apostolorum interventionibus, quæ nobis ad remedium sunt prolata, Christus Dei Filius benedicat ·

Orationes post cibum·

R.B Satiati, Domine, opulentiæ tuæ donis, tibi gratias agimus pro his quæ (te largiente) suscepimus, obsecrantes misericordiam tuam, ut quod corporibus nostris necessarium fuit, mentibus non sit onerosum · Per ·

R.B Satiati sumus, Domine, de tuis donis ac datis, reple nos de tua misericordia, qui es benedictus · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum ·

Incipiunt Orationes pro peccatis·

G.B Exaudi, quæsumus Domine, gemitum populi supplicantis, & qui de meritorum qualitate diffidimus, non judicium, sed misericordiam consequi mereamur · Per ·

Succurre, quæsumus Domine, populo supplicanti, & opem tuam tribue benignus infirmis, ut sincera tibi mente devoti, & præsentis vitæ remediis gaudeant & futuræ · Per · B.G

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem · Per · B.G

Deus, qui justè irasceris, & clementer ignoscis, afflicti populi lacrymas respice, & iram tuæ indignationis (quam justè meremur) propitiatus averte · Per · B.G

Conserva, quæsumus Domine, populum tuum, & ab omnibus (quas meremur) adversitatibus redde securum, ut tranquillitate percepta devota tibi mente deserviat · Per · B.G

Afflictionem familiæ tuæ, quæsumus Domine, intende placatus, ut indulta venia peccatorum, de tuis semper beneficiis gloriemur · Per · B.G

Ab omnibus nos, quæsumus Domine, peccatis propitiatus absolve, ut percepta venia peccatorum liberis tibi mentibus serviamus · Per · B.G

Precibus nostris, quæsumus, Domine, aurem tuæ pietatis accomoda, & orationes supplicum, occultorum cognitor, benignus exaudi, ut (te largiente) ad vitam perveniant sempiternam · Per · B.G

Præsta populo tuo Domine, quæsumus, consolationis auxilium, & diuturnis calamitatibus laborantem propitius respirare concede · Per · B.G

Quæsumus omnipotens Deus, ut qui nostris fatigamur offensis, & merito nostræ iniquitatis affligimur, pie- B.G

pietatis tuæ gratiam consequi mereamur. Per.

E.G Deus. qui nos conspicis in tot perturbationibus non posse subsistere. afflictorum gemitum propitius respice. & mala omnia (quæ meremur) averte. Per.

E.G Deus cui proprium est misereri semper & parcere. suscipe deprecationem nostram. & quos delictorum catena constringit. miseratio tuæ pietatis absolvat. Per.

E.G Da nobis. quæsumus Domine. de tribulatione lætitiam. ut qui diu pro peccatis nostris affligimur. intercedente beato Ill. Martyre tuo. in tua misericordia respiremus. Per.

E.G Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subjectum. ut corpore & mente protectus. quod piè credit tua gratia consequatur. Per.

E.G Subjectum tibi populum. quæsumus Domine. propitiatio cælestis amplificet. & tuis semper faciat servire mandatis. Per.

E.G Purifica. quæsumus Domine. tuorum corda fidelium. ut a terrena cupiditate mundati. & præsentis vitæ periculis exuantur. & perpetuis donis firmentur. Per.

E.G Clamantium ad te. quæsumus Domine. preces dignanter exaudi. ut sicut Ninivitis in afflictione positis pepercisti. ita & nobis in præsenti tribulatione succurre. Per.

E.G Miserere jam. quæsumus Domine. populo tuo. & continuis tribulationibus laborantem celeri propitiatione lætifica. Per.

E.G Auxiliare Domine quærentibus misericordiam tuam. & da veniam confitentibus. parce supplicibus. ut qui nostris meritis flagellamur. tua miseratione salvemur. Per.

PSALT.R.G.

G.E Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui iram tuæ indignationis agnovimus. misericordiæ tuæ indulgentiam consequamur. Per.

G.E Tribulationem nostram. quæsumus Domine. propitius respice. & iram tuæ indignationis (quam justè meremur) propitiatus averte. Per.

G.E Deus. qui peccantium animas non vis perire. sed culpas. contine (quam meremur) iram. & (quam precamur) super nos effunde clementiam. ut de mœrore gaudium tuæ misericordiæ consequi mereamur. Per.

G.E Quæsumus. omnipotens Deus. afflicti populi lacrymas respice. & iram tuæ indignationis averte. ut qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus. tua consolatione liberemur. Per.

G.E Deus. qui culpa offenderis. pœnitentia placaris. preces populi supplicantis propitius respice. & flagella tuæ iracundiæ (quæ pro peccatis nostris meremur) averte. Per.

G.E Parce Domine. parce populo tuo. ut dignis flagellationibus castigatus. in tua miseratione respiret. Per.

G.E Intende. quæsumus Domine. preces nostras. & qui non operando justitiam correptionem meremur afflicti. in tribulatione clamantes respiremus auditi. Per.

G.E Præsta. quæsumus. omnipotens Deus. ut qui offensam nostram per flagella cognoscimus. tuæ consolationis gratiam sentiamus. Per.

G.E Ne despicias omnipotens Deus populum tuum in afflictione clamantem. sed propter gloriam nominis tui. tribulantibus succurre placatus. Per.

G.E Exaudi Domine gemitum populi tui. nec plus apud te valeat offensio delinquentium. quàm misericordia tua indulta fletibus supplicantium. Per.

G.E Omnipotens Deus. misericordiam tuam in nobis placatus impende. ut qui te contemnendo culpam incurrimus. confitendo veniam consequamur. Per.

G.E Deus. refugium pauperum. spes humilium. salusque miserorum. supplicationes populi tui clementer exaudi. ut quos justitia verberum fecit afflictos. abundantia remediorum faciat consolatos. Per.

G.E Moveat pietatem tuam. quæsumus Domine. subjectæ tibi plebis affectus. & misericordiam tuam supplicatio fidelis obtineat. ut quod meritis non præsumit. indulgentiæ tuæ largitate percipiat. Per.

G.E Deprecationem nostram. quæsumus omnipotens Deus. benignus exaudi. & quibus supplicandi præstas affectum. tribue defensionis auxilium. Per.

G.E Averte. quæsumus Domine. iram tuam propitiatus a nobis. & facinora nostra (quibus indignationem tuam provocamus) expelle. Per.

G.E Memor esto. quæsumus Domine. fragilitatis humanæ. & qui justè verberas peccatores. parce propitiatus afflictis. Per.

G.E Aures tuæ pietatis. quæsumus Domine. precibus nostris inclina. ut qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur. miserationis tuæ gratia liberemur. Per.

G.E Deus qui nullum respuis. sed quantumvis peccantibus per pœnitentiam pia miseratione placaris. respice propitius ad preces humilitatis nostræ. & inlumina corda nostra. ut tua valeamus implere præcepta. Per.

Oratio super Pœnitentem.

G Da nobis Domine. ut sicut publicani precibus & confessione placatus es. ita & huic famulo tuo Ill. placare Domine. & precibus ejus benignus aspira. ut in confessione flebili permanens & petitione perpetua. clementiam tuam celeriter exoret. sanctisque Altaribus. & Sacramentis restitutus. rursus cælesti gloriæ mancipetur. Per.

R Deus. justorum gloria. misericordia peccatorum. da huic famulo tuo Ill. plenam indulgentiæ veniam. & pœnitentiæ loco exoratus indulge. ut qui præterita peccata deplorat. futura mala non sentiat. neque jam ulteriùs lugenda committat. Dimitte ei Domine omnia crimina. & in semitis eum justitiæ placatus reinstaura. ut securus mereatur deinceps inter tuos benemeritos currere. & ad pacis æternæ præmia pervenire. Per.

R Domine Deus omnipotens sempiterne. qui peccatorum indulgentiam in confessione celeri posuisti. succurre lapsis. miserere confessis. ut quos delictorum catena constringit. miseratio tuæ pietatis absolvat. Per.

Oratio pro publicè Pœnitentibus.

E Omnipotens sempiterne Deus. confitenti tibi famulo tuo Ill. pro tua pietate peccata relaxa. ut non plus ei noceat conscientiæ reatus ad pœnam. quàm indulgentia tuæ pietatis ei prosit ad veniam. Per.

Oratio pro tentatis & tribulatis.

Deus. qui justificas impium. & non vis mortem peccatoris. majestatem tuam suppliciter deprecamur. ut famulos tuos de tua misericordia confidentes. cælesti protegas benignus auxilio. & assidua protectione conserves. ut tibi jugiter famulentur. & nullis tentationibus a te separentur. Per.

Ora-

Orationes de pœnitentia lacrymis petendis•

E Omnipotens mitissime Deus. qui sitienti populo fontem viventis aquæ de petra produxisti. educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas. ut peccata nostra plangere valeamus. remissionemque (te miserante) mereamur accipere. Per•

E Gratiam Sancti Spiritus. Domine Deus. cordibus nostris clementer infunde. quæ nos gemitibus efficiat lacrymarum. maculas nostrorum diluere peccatorum. atque optatæ nobis (te largiente) indulgentiæ præstet effectum. Per•

Orationes pro Charitate.

R Deus. qui diligentibus te facis cuncta prodesse. da cordibus nostris inviolabilem Charitatis affectum. ut desideria de tua inspiratione concepta. nulla possint tentatione mutari• Per•

E.R Deus. qui justitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo scribis. da nobis Fidei & Spei. Charitatisque augmentum. & ut mereamur assequi. quod promittis. fac nos amare quod præcepisti• Per•

R Libera nos Domine ab omni malo. propitiusque concede. ut quæ nobis poscimus relaxari. ipsi quoque proximis remittamus• Per•

R Deus. largitor pacis. & amator Charitatis. da servis tuis veram cum tua voluntate concordiam. ut ab omnibus. quæ nos pulsant. tentationibus liberemur• Per•

R Deus qui cùm omnes creaturas diligens feceris. in eam indulgentiam hominem. ut etiam illum ab impietatibus redimeres. condidisti. da servis tuis hunc Charitatis affectum. ut bona pro malis rependere tuo incitentur exemplo• Per•

Da Ecclesiæ tuæ. Domine. non superbè sapere. sed tibi placita humilitate proficere. ut proterva despiciens. & matura quæque desiderans exerceat libera Charitate• Per• R

Confirma Domine. quæsumus. tuorum corda fidelium. & gratiæ tuæ virtute corrobora. ut & in tua sint supplicatione devoti. & mutua dilectione sinceri• Per• R

Deus vita fidelium. gloria humilium. beatitudo justorum. propitius accipe supplicum preces. ut animæ. quæ promissiones tuas sitiunt. de tuæ semper Charitatis abundantia repleantur• Per• E

Sancti Spiritus gratia. quæsumus Domine. corda nostra illuminet. & perfectæ Charitatis dulcedine abundanter reficiat• Per• in unitate ejusdem• E

Oratio pro gratia S. Spiritus postulanda•

Deus. cui omne cor patet. & omnis voluntas loquitur. & quem nullum latet secretum. purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordium nostrorum. ut te perfectè diligere. & dignè laudare mereamur• Per• in unitate ejusdem• L.E

Concede. quæsumus omnipotens Deus. sanctum nos Spiritum votis promereri sedulis. quatenus ejus gratia ab omnibus liberemur tentationibus. & peccatorum nostrorum indulgentiam percipere mereamur• Per• in unitate ejusdem• E

Orationes pro tentationibus inimicorum invisibilium. vel ad repellendas malas cogitationes•

Omnipotens mitissime Deus. respice propitius preces nostras. & libera corda nostra de malarum tentationibus cogitationum. ut Spiritus Sancti dignum fieri habitaculum mereamur• Per• in unitate ejusdem• L.E

L. E Deus. qui illuminas omnem hominem venientem in hunc Mundum. illumina quæsumus corda nostra gratiæ tuæ splendore. ut digna ac placita Majestati tuæ cogitare semper. & te sincerè diligere valeamus. Per.

Oratio contra tentationem carnis.

L. E Ure igne Sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum. Domine. ut tibi casto corpore serviamus. & mundo corde placeamus. Per. in unitate ejusdem.

E Domine adjutor noster. & protector in tribulationibus. obsecramus immensam potentiam & pietatem tuam. ut per auxilium gratiæ tuæ refloreat caro nostra vigore pudicitiæ. & Sanctimoniæ novitate. ut zona castitatis succincta. lorica fidei circumdata. in resurrectione justorum æterna gaudia (te largiente) percipiat. Per.

Oratio ad postulandam humilitatem.

E Deus. qui superbis resistis. & gratiam præstas humilibus. auge in nobis veræ humilitatis virtutem (cujus in se formam fidelibus Unigenitus tuus exhibuit) ut numquam indignationem tuam provocemus elati. sed potius semper pietatis tuæ capiamus dona subjecti. Per eumdem.

Oratio ad postulandam Patientiam.

Deus. qui Unigeniti tui patientia antiqui hostis contrivisti superbiam. da nobis. quæsumus. quæ idem piè pro nobis pertulit dignè recolere. sicque exemplo ejus nobis adversantia æquanimiter tolerare. Per eumdem.

Orationes in Tribulatione.

R Ineffabilem misericordiam tuam. Domine. nobis clementer ostende. ut simul nos & a peccatis exuas. & a pœnis. quas pro his meremur. eripias. Per.

Parce Domine. parce peccantibus. & ut ad propitiationem tuam possimus accedere. spiritum nobis tribue corrigendi. Per. R

Adesto Domine fidelibus tuis. & quibus supplicandi tribuis miseratus affectum. concede benignissime consolationis auxilium. Per. R

Da nobis. quæsumus Domine. de tribulatione lætitiam. ut qui diu pro nostris peccatis afficimur. intervenientibus Sanctis tuis celeriùs in tua misericordia respiremus. Per. R

Parce Domine. parce peccatis nostris. & quamvis incessabiliter delinquentibus continua pœna debeatur. præsta quæsumus. ut quod ad perpetuum meremur exitium. transeat ad correptionis auxilium. Per. R

Memor esto Domine fragilitatis humanæ. & qui justè verberas peccatores. parce propitiatus afflictis. Per. R

Domine Deus. qui ad hoc irasceris. ut subvenias. ad hoc minaris. ut parcas. lapsis manum porrige. & laborantibus multiplici miseratione succurre. ut qui per te redempti sunt. ad spem vitæ æternæ tua moderatione serventur. Per. R

Adesto. Domine. invocationibus nostris. & non sit a nobis clementiæ tuæ longinqua misericordia. sana vulnera. remitte peccata. ut nullis iniquitatibus a te separati. tibi semper adhærere possimus. Per. R

Omnipotens & misericors Deus. qui peccantium non vis animas perire. sed culpas. contine quam meremur. iram. & quam precamur. effunde clementiam. ut a mœrore in gaudium per tuam misericordiam transferamur. Per. R

Deus

R Deus refugium pauperum. spes humilium. salusque miserorum. supplicationes populi tui clementer exandi. ut quos justitia verberum fecit afflictos. abundantia remediorum faciat consolatos. Per.

R Deus. qui offensionibus servorum tuorum & justè irasceris. & clementer ignoscis. præsta supplicibus indulgentiam peccatorum. ut reparato statu tibi subditæ libertatis. & correptio ab iniquitate. & cessatio fiat a verbere. Per.

R Parce Domine. parce supplicibus. da propitiationis auxilium. qui præstas etiam per ipsa flagella remedium. nec hæc tua correptio. Domine. sit negligentibus major causa pœnarum. sed fiat eruditio paterna correptis. Per.

R Deus infinitæ misericordiæ. & bonitatis immensæ. propitiare iniquitatibus nostris. & omnibus animarum nostrarum medere languoribus. ut peccatorum nostrorum remissione percepta. semper in tua benedictione lætemur. Per.

E.R Deus. sub cujus oculis omne cor trepidat. & omnes conscientiæ pavescunt. propitiare omnium doloribus gemituum. & cunctorum medere vulneribus. ut sicut nemo nostrum liber a culpa est. ita nemo sit alienus a venia. Per.

E.R Omnipotens sempiterne Deus. qui timore serviris. dilectione coleris. confessione placaris. misericordiam tuam effunde supplicibus. ut qui de meritorum qualitate diffidimus. non judicium tuum. sed indulgentiam sentiamus. Per.

R Deus humilium consolator. & fidelium fortitudo. propitius esto supplicibus. ut humana fragilitas. quæ per se proclivis est ad labendum. per te semper muniatur ad standum. & quæ per se prona est ad offensam. per te semper reparetur ad veniam. Per.

Suscipe. misericors Domine. supplicum preces. & secundum multitudinem indulgentiarum tuarum. ab omnibus nos absolve peccatis. ut ad omnia pietatis opera (te parcente) reparemur. & quos venia feceris innocentes. auxilio facias efficaces. Per. R

Si iniquitates nostras observaveris. Domine. quis sustinebit? Precamur ergo clementiam tuam. ut ubi nulla fiducia suppetit actionum. gratia tua copiosa resplendeat. & cùm delicta remittit indignis. & cùm beneficia præstat immeritis. Per. R

Misericors & miserator Domine. qui nos parcendo sustentas. & ignoscendo sanctificas. da veniam peccatis nostris. & Sacramentis cælestibus servientes ab omni culpa liberos esse concede. Per. R

Ne despicias. omnipotens Deus. populum tuum in afflictione clamantem. sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus. Per. L

Orationes tempore Belli.

Omnipotens & misericors Deus. a bellorum nos. quæsumus. turbine fac quietos. quia nobis bona cuncta præstabis. si pacem dederis & mentis & corporis. Per. G

Omnipotens Deus * Romani nominis inimicos. virtute. quæsumus. tuæ comprime majestatis. ut populus tuus & fidei integritate lætetur. & temporum tranquillitate semper exultet. Per. O

* al. Christiani

Deus. qui conteris bella. & impugnato- R

gnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas. auxiliare implorantibus misericordiam tuam. ut omnium Gentium feritate compressa. indefessa te gratiarum actione laudemus. Per.

R Deus. Regnorum omnium. Regumque dominator. qui nos & percutiendo sanas. & ignoscendo conservas. prætende nobis misericordiam tuam. ut tranquillitate pacis. tua potestate firmati. ad remedia correctionis utamur. Per.

R Deus. cujus Regnum est omnium sæculorum. supplicationes nostras clementer exaudi. & Romanorum Regum tibi subditum protege Principatum. ut in tua virtute fidentes. & tibi placeant. & super omnia Regna præcellant. Per.

R Contere. quæsumus. Domine hostes populi tui. & delicta nostra (quorum merito nobis dominantur) emunda. ut cùm (te placito) puritatem mentibus nostris infuderis. largiaris & pacem. Per.

R Hostium nostrorum. quæsumus Domine. elide superbiam. & dexteræ tuæ virtute prosterne. Per.

R Deus. qui Regnis omnibus æterno dominaris imperio. inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ. & Romani Regni adesto Principibus. ut tua tranquillitate clementes. tua sint semper virtute victores. Per.

R Propitiare Domine. in te sperantibus populis. & ad custodiam Romani nominis dexteram tuæ protectionis ostende. ut Regnum Majestati tuæ deditum. tua semper sit virtute defensum. Per.

R Deus. qui sub tuæ Majestatis arbitrio omnium Regnorum contines potestatem. Romani Imperii propitiare Principibus. ut qui tua expectant protectione defendi. omnibus sint hostibus fortiores. Per.

Deus. qui providentia tua cælestia simul & terrena moderaris. propitiare * Romanis rebus & Regibus. ut omnis hostium fortitudo (te pro nobis pugnante) frangatur. Per. * Christianorum rebus & Regibus

Deus. servientium tibi fortitudo Regnorum. propitius * Romani nominis esto Principibus. ut quorum tibi subjectior est humilitas. eorum ubique excellentior sit potestas. Per. * Christianorum adesto semper Principibus.

Deus. cujus Regnum nulla sæcula prævenerunt. nulla concludunt. supplicationes nostras clementer exaudi. & Romanorum Regum tibi subditum protege Principatum. ut in tua virtute fidentes. omnibus sint hostibus fortiores. Per.

Deus in te sperantium salus. & servientium fortitudo. suscipe propitius preces nostras. & Romani Imperii adesto Rectoribus. ut tuis consiliis inspirati. tua opitulatione muniti. adversum omnia resistere sibi arma prævaleant. Per. R

Deus. & temporalis vitæ auctor & æternæ. miserere supplicum in tua protectione fidentium. ut per virtutem brachii tui omnibus. qui nobis adversantur. revictis. nec in terrenis nec a cælestibus possimus excludi. Per. R

Omnipotens sempiterne Deus. miserere supplicum in tua protectione fidentium. & propter gloriam nominis tui. barbararum Gentium comprime feritatem. ut dexteræ tuæ virtute defensi liberis tibi mentibus serviamus. Per. R

Fidelium populum. quæsumus Domine. potentiæ tuæ muniat invicta defen- R

defensio. ut pio semper tibi devotus affectu. & ab infestis liberetur inimicis. & in tua jugiter gratia perseveret. Per.

R Populi tui quæsumus omnipotens Deus. propitiare peccatis. & totius hostilitatis a nobis terrores averte. ut Romani nominis secura libertas. in tua devotione semper exultet. Per.

R Protector noster aspice Deus. & ab hostium nos defende periculis. ut omni perturbatione submota. liberis tibi mentibus serviamus. Per.

Orationes pro Pace.

E.R Deus. a quo sancta desideria. & recta consilia. & justa sunt opera. da servis tuis illam. quam Mundus dare non potest. pacem. ut & corda nostra mandatis tuis dedita. & (hostium sublata formidine) tempora sint tua protectione tranquilla. Per.

E.R Deus. conditor Mundi. sub cujus arbitrio omnium sæculorum ordo decurrit. adesto propitius invocationibus nostris. & tranquillitatem pacis præsentibus concede temporibus. ut in laudibus misericordiæ tuæ. incessabili exultatione lætemur. Per.

R Deus in te sperantium fortitudo. conserva in populis tuis. quod es dignatus operari. & patentis misericordiæ tuæ ostende virtutem. ut qui superba impetimur hostium feritate. tua mereamur pace gaudere. Per.

R.E Deus auctor pacis & amator. quem nosse. vivere. cui servire. regnare est. protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos. ut qui in defensione tua confidimus. nullius hostilitatis arma timeamus. Per.

R.E Deus. qui misericordiæ tuæ potentis auxilio. & prospera tribuis. & adversa depellis. universa obstacula. quæ servis tuis adversantur. expugna. ut remoto terrore bellorum. & libertas secura. & Religio sit quieta. Per.

Orationes ad pluviam postulandam.

G.E Terram tuam. Domine (quam videmus nostris iniquitatibus tabescentem) cælestibus aquis infunde. atque inriga beneficiis gratiæ sempiternæ. Per.

G.R Da nobis Domine. quæsumus pluviam salutarem. & aridam terræ faciem fluentis cælestibus dignanter infunde. Per.

G.E Omnipotens. sempiterne Deus. qui salvas omnes. & neminem vis perire. aperi fontem benignitatis tuæ. & terram aridam aquis fluenti cælestis dignanter infunde. Per.

R.E Deus. in quo vivimus. movemur. & sumus. pluviam nobis tribue congruentem. ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti. sempiterna fiducialiùs appetamus. Per.

R.E Delicta fragilitatis nostræ Domine quæsumus. miseratus absolve. & aquarum subsidia præbe cælestium. quibus terrena conditio vegetata subsistat. Per.

R.E Omnipotens sempiterne Deus. cujus munere elementa omnia recreantur. reminiscere miserationum tuarum. & salutiferos imbres humano generi concede propitius. quatenus fœcunditatis tuæ alimoniis omnis terra lætetur. Per.

Orationes quando multum pluit.

G.E Domine. Deus. qui in mysterio aquarum salutis tuæ nobis Sacramenta sanxisti. exaudi orationem populi tui. & jube terrores inundantium cessare pluviarum. flagellumque hujus elementi ad effectum tui converte mysterii. ut qui regenerantibus aquis se gaudent renatos. gaudeant his castigantibus esse correctos. Per.

Quæ-

G.E Quæsumus. omnipotens Deus. clementiam tuam. ut inundantiam coerceas imbrium. & hilaritatem tui vultus nobis impertire digneris· Per·

R. Omnipotens sempiterne Deus. petimus divinam clementiam tuam. ut faciem totius terræ largioribus imbribus inrigare digneris. auresque salubres tribuas. atque ægris restituas pristinam sanitatem. & animæ. quæ promissiones tuas sitiunt. de tua semper charitate abundantia repleantur· Per·

R. Deus. qui ad mutandam aeris qualitatem operis cælum nubibus. & paras terræ pluviam. aperi fontem benignitatis tuæ. & terram squalidam. & ariditatem pulveream læto imbre fœcunda. ut recepisse nos veniam peccatorum. cessante jam correptione. lætemur· Per·

R.E Precibus populi tui Domine. quæsumus. placatus adspira. ut veniam tribuas humanis excessibus. & opem miseris benignus impendas· Per·

R Delicta nostra. Domine. nos ipsi cognoscimus. ut ipsius terræ fœditas monstrat transgressionis excessus. tu autem piissime Pater. qui cælum clausisti contumacibus. & ingratis reserasti. humilibus & contritis concede deprecantibus subsidia pluviarum. & largire mœrentibus abundantiam· Per·

E In afflictione maxima constitutis consolationem tribue. fons largissime pietatis. descendat (quæsumus) pluvia salutaris. ut omnia quæ sub cælo sunt irrigentur ab aquis. pasce servos tuos imbribus consuetis. quos ad laudem tuæ creare dignatus es Majestatis· Per·

E Omnipotens Deus. qui solus aquas emittis e cælis. dona servis tuis beneficium pluviæ salutaris. ut quod facinore nostro suspenditur. tuo jam gratuito munere prorogetur·

Orationes ad poscendam serenitatem·

Ad te nos. Domine. clamantes exaudi. & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus. ut qui pro peccatis nostris juste affligimur. misericordia tua præveniente clementiam sentiamus· Per· E.R

Deus. qui fidelium precibus flecteris. & humilium confessione placaris. conversis ad te propitiare supplicibus. & quos fecisti iram intelligere castigantis. fac misericordiam sentire parcentis· Per· R

Deus. qui omnium rerum tibi servientium natura per ipsos motus aeris. ad cultum tuæ majestatis instituis. tranquillitatem nobis misericordiæ tuæ. remotis largire terroribus. ut cujus iram expavimus. clementiam sentiamus· Per· E.R

Plebs tua. Domine. capiat sacræ benedictionis augmentum. & copiosis beneficiorum tuorum sublevetur auxiliis. quæ tantis intercessionum deprecationibus adjuvatur· E.R

Orationes pro fulgoribus·

Omnipotens sempiterne Deus. parce metuentibus. & propitiare supplicibus. ut post noxios ignes nubium. & vim procellarum. in materiam transeat laudis. comminatio potestatis· Per· E.R

Deus. sub cujus imperio nihil non verbo regitur. nihil non oratione mutatur. parce metuentibus. propitiare supplicibus. ut post noxios ignes nubium. & turbines procellarum. in materiam transeat laudis. comminatio potestatis· Per· E.R

A domo

E.R. A domo tua. quæsumus Domine. spiritales Nequitiæ pellantur. & aerearum discedat malignitas Potestatum. Per.

Orationes post tempestatem & fulgura.

R. Magnificentiam tuam. Domine. precamur. suppliciter implorantes. ut quia nos eminentibus periculis exuisti. a peccatis quoque benignus absolvas. ut & beneficia nobis majora concedas. & tuis nos facias parere mandatis. Per.

E.R. Omnipotens sempiterne Deus. qui nos & castigando sanas. & ignoscendo conservas. præsta supplicibus tuis. ut & tranquillitatibus hujus optatæ consolationis lætemur. & dono tuæ pietatis semper utamur. Per.

Orationes tempore (quod absit) mortalitatis.

E.R Deus. qui non mortem sed pœnitentiam desideras peccatorum. populum tuum. quæsumus. ad te converte propitius. ut dum tibi devotus extiterit. iracundiæ tuæ ab eo flagella amoveas. Per.

R.E Populum tuum. quæsumus omnipotens Deus. ab ira tua ad te confugientem. paterna recipe pietate. ut qui tuæ majestatis flagella formidant. de tua mereantur venia gratulari. Per.

R.E Ecclesiæ tuæ. quæsumus omnipotens Deus. placatus intende conventum. & misericordia tua nos potius. quàm ira præveniat. quia si iniquitates nostras observare volueris. nulla poterit creatura subsistere. sed admirabili pietate. qua nos fecisti. ignosce peccantibus. ut opera manuum tuarum non facias interire. Per.

R.E Exaudi Domine preces nostras. & ne velis cum servis tuis adire judicium. quia sicut in nobis nulla justitia reperitur. de qua præsumere valeamus. ita te fontem pietatis agnoscimus. a quo & a peccatis nostris nos * ablui. & a necessitatibus liberari confidimus. Per.

* absolvi.

R.E Deus. cujus misericordia cælestium quoque Virtutum indigent Potestates. & in cujus conspectu nullus est hominum absque sorde & pœna peccati. delicta populi tui. quæsumus. averte propitiatus. ut quos propriæ conscientiæ reatus accusat. bonitatis tuæ patientia faciat veniam promereri. Per.

R.E Deus. cujus tanta est excellentia pietatis. ut uno peccatore converso. maximum gaudium facias in cælis haberi. respice in exiguam populi portionem. ut omni vexatione depulsa. hereditas tua & numero augeatur. & devotione proficiat. Per.

R Exaudi Domine. quæsumus. populum tuum de tua misericordia. malorum suorum veniam supplicantem. & quia potens es peccata dimittere. supplicia (quæ nostris meremur operibus) potentia tuæ pietatis averte. Per.

R Iram tuam. quæsumus Domine. a populo tuo miseratus averte. quam nostris quidem meremur operibus. sed humana fragilitate sustinere non possumus. illa nos itaque contine pietate. quam præstare soles indignis. Per.

R Plebem nomini tuo subditam. Domine propitius intuere. eique tuas consolationes jugiter per cælestem gratiam dignanter operare. Per.

Orationes de sterilitate.

R Sempiternæ pietatis tuæ abundantiam

tiam. Domine. supplices imploramus. ut nos beneficiis (quibus non meremur) anticipans. benefacere cognoscaris indignis Per.

R Da nobis. quæsumus Domine. piæ supplicationis effectum. & pestilentiam famemque propitiatus averte. ut mortalium corda cognoscant. & te indignante talia flagella prodire. & te miserante cessare. Per.

Orationes pro peste. vel mortalitate animalium.

G Deus. qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti. supplices te rogamus. ut sine quibus non alitur humana conditio. nostris facias usibus non perire. Per.

G Deus qui non mortem. *Item*

G Populum tuum. *Require supra tempore mortalitatis.*

G Exaudi nos Deus. salutaris noster. & intercedente beato Martyre tuo Ill. populum tuum & ab iracundiæ tuæ terroribus libera. & misericordiæ tuæ fac largitate securum. Per.

R Deus. qui humanæ fragilitati necessaria providisti. misericors adminicula jumentorum. quæsumus. eadem (miseria consulendo) non subtrahas. & quorum nostris meritis sævit interitus. tua (nobis parcendo) clementia cessare jubeas vastitatem. Per.

R Benedictionem tuam. Domine. populus fidelis accipiat. qua corpore salvatus. ac mente. & congruam tibi semper exhibeat servitutem. & propitiationis tuæ beneficia semper inveniat. Per.

R Averte Domine. quæsumus. a fidelibus tuis cunctos miseratus errores. & sævientium morborum depelle perniciem. ut quos meritò flagellas devios. foveas tua miseratione correctos. Per.

Oratio pro gratiarum actione.

Deus. cujus misericordiæ non est numerus. & bonitatis infinitus est thesaurus. piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus. tuam semper clementiam exorantes. ut qui petentibus postulata concedis. eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per.

Oratio ad tollendum schisma.

Deus. qui errata corrigis. & dispersa congregas. & congregata conservas. quæsumus. super populum Christianum tuæ unionis gratiam clementer infunde. ut divisione rejecta. vero Pastori Ecclesiæ tuæ se uniens. tibi dignè valeat famulari. Per.

Oratio tempore Sedis vacantis.

Supplici. Domine. humilitate deposcimus. ut sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ concedat Pontificem illum tua immensa pietas. qui & pio in nos studio semper tibi placitus. & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reverendus. Per.

Orationes in Natali Papæ. ejusque Anniversario.

Pro se.

Deus. qui licet sis magnus in magnis. mirabilia tamen gloriosus operaris in minimis. concede mihi indigno famulo tuo. sacris convenienter servire Mysteriis. atque in omnibus tua misericordia protegat. quem conscientiæ reatus accusat. Per. G

Ab aliis.

Deus. qui populis tuis indulgentia consulis. & amore dominaris. da Spiritum sapientiæ. quibus dedisti regimen disciplinæ. ut de profectu sanctarum G

rum ovium fiant gaudia æterna Pastorum · Per · in unitate ejusdem ·

Oratio pro Apostolico ·

L Deus . omnium fidelium Pastor & rector . famulum tuum Ill. (quem Pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti) propitius respice . da ei . quæsumus . verbo & exemplo . quibus præest . proficere . ut ad vitam unà cum Grege sibi credito perveniat sempiternam · Per ·

Orationes in Natali Episcopi . idest . in die Ordinationis suæ . ejusque Anniversario ·
Pro se ·

O.R Deus . qui non propriis suffragantibus meritis . sed sola ineffabilis gratiæ largitate . me Familiæ tuæ præesse jussisti . tribue . me tibi digne persolvere ministerium Sacerdotalis Officii . & Ecclesiasticis convenienter servire ministeriis . plebemque commissam . te in omnibus protegente . gubernare concede · Per ·

R.O Deus . Mundi creator . & rector . ad humilitatis meæ preces placatus attende . & me famulum tuum (quem nullis suffragantibus meritis . sed immensa largitate clementiæ tuæ cælestibus mysteriis servire tribuisti) dignum facris Altaribus fac Ministrum. ut quod mea celebrandum voce depromitur . tua sanctificatione firmetur · Per ·

R.O Repleantur consolationibus tuis.Domine quæsumus . tuorum corda fidelium . pariterque etiam & de Ecclesiæ Præsule . & de suorum votorum plenitudine . gratiarum tibi referant actiones · Per ·

Ab aliis ·

R.O Deus . qui dierum nostrorum numeros . mensurasque temporum . majestatis tuæ potestate dispensas . ad humilitatis nostræ propitius respice servitutem . & tuæ pacis abundantia tempora nostra . & Episcopi Ill. nostri tua gratia benignus accumula . [ut ei . quem populo tuo præesse dignatus es . tuæ benedictionis abundantiam largiaris] · Per ·

Præsta . quæsumus . omnipotens sempiterne Deus . ut fidelibus tuis ordinatum præbeamus affectum . ejusque nos similiter diligendi Spiritum sanctum benignus infunde · Per · in unitate ejusdem · F.O

Oratio pro Episcopo & populo illi commisso ·

Omnipotens sempiterne Deus . qui facis mirabilia magna solus . prætende super famulum tuum Ill.& super cunctos illi commissos . Spiritum gratiæ salutaris . & ut in veritate tibi complaceant . perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde · Per · in unitate ejusdem · L.E

In Natali Consecrationis Præsbyteri ·
Pro se ·

Deus . qui digne tibi servientium nos imitari desideras famulatum . da nobis charitatis tuæ flamma ardere succensis . ut Antistitum priorum (qui tibi placuerunt) mereamur consortia obtinere · Per · E

Deus cujus arbitrio omnium sæculorum ordo decurrit . respice propitius ad nostri temporis ætatem . ut tibi servitus nostra complaceat . & misericordiæ tuæ in nobis dona concedas · Per · R

Deus . cujus arbitrio omnium sæculorum ordo decurrit . respice propitius ad me famulum tuum . quem ad ordinem Presbyterii promovere dignatus R

es. & ut tibi mea servitus placeat. tua in me misericorditer dona conserva. Per.

R Domine Deus noster. verax promissor. propitiare operi tuo. & mihi famulo tuo servienti tibi. tribuas perseverantem in tua voluntate famulatum. ut diebus nostris. & merito & numero populus tibi serviens augeatur. Per.

In Natali Consecrationis Diaconi.

Ad preces nostras. quæsumus. Domine propitiatus intende. ut Levitæ tui sacris Altaribus servientes. & fidei veritate fundati. & mente sint spiritali conspicui. Per.

Pro omni Gradu Ecclesiæ.

L Omnipotens sempiterne Deus. cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur. exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes. ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi Gradibus fideliter serviatur. Per. in unitate ejusdem.

L Da famulis tuis. Domine. indulgentiam peccatorum. consolationem vitæ. gubernationem perpetuam. ut tibi servientes ad tuam jugiter misericordiam pervenire mereantur. Per.

L Libera. quæsumus Domine. a peccatis & hostibus famulos tuos tibi supplicantes. ut in sancta conversatione viventes nullis afficiantur adversis. Per.

V. R Exaudi. quæsumus Domine. pro omni Gradu Ecclesiæ. supplicum preces. & devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi. ut nullis perturbationibus impediti. liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per.

Oratio tempore Concilii.

Infunde. quæsumus. famulis tuis. Domine Deus. Spiritum veritatis & pacis. ut quæ tibi placita sunt. toto corde cognoscant. & agnita tota virtute sectentur. Per. in unitate ejusdem. R

Orationes pro Regibus Romanis.

Deus. Regnorum omnium & Romani maximè protector Imperii. da servis tuis Regibus nostris Ill. & Ill. triumphum virtutis tuæ scienter excolere. ut cujus constitutione sunt Principes. ejus semper munere sint potentes. Per. L. R

Deus. in cujus manu corda sunt Regum. inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ. & Principibus nostris. famulis tuis Ill. & Ill. regimen tuæ appone sapientiæ. ut haustis de tuo fonte consiliis. & tibi placeant. & super omnia Regna præcellant. Per. R

Deus. qui * prædicando æterni Regni Evangelio. Romanum Imperium præparâsti. prætende famulis tuis Ill. & Ill. Principibus nostris arma cælestia. ut pax Ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per. L. R

* al. ad prędicandū ęterni Regis Evāgeliū.

Oratio pro Rege.

Quæsumus omnipotens Deus. ut famulus tuus Ill. Rex noster. qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula. virtutum etiam omnium percipiat incrementa. quibus decenter ornatus & vitiorum monstra devitare. & ad te (qui via. veritas & vita es) gratiosus valeat pervenire. Per. B. L

Orationes pro Rege & Exercitu ejus.

Deus. qui regnorum regumque omnium es dominator. supplicationes nostras R

ſtras clementer exaudi. & famuli tui Ill. Regis. ejuſque Exercitus. tibi ſubditum protege principatum. ut tua virtute muniti. omnibus ſint hoſtibus fortiores. & qui in ſua feritate confidunt. potentiæ tuæ brachio comprimantur. Per.

E Deus. cujus regnum. regnum eſt omnium ſæculorum. prætende quæſumus. famulo tuo Ill. & omni Exercitui ejus. arma cæleſtia. ut pax Eccleſiarum nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per.

Oratio pro adepta dignitate.

E Deus. cui omnis poteſtas & dignitas famulatur, da famulo tuo Ill. proſperum ſuæ dignitatis effectum. in qua te ſemper timeat. tibique jugiter placere contendat. Per.

E Omnium. Domine. fons bonorum. juſtorumque provectuum. tribue quæſumus Ill. famulo tuo adeptam bene gerere dignitatem. & a te ſibi præſtitam bonis operibus comprobare. Per.

Orationes pro Virgine ancilla Dei.

R Reſpice propitius Domine ſuper hanc famulam tuam. ut Virginitatis ſanctæ propoſitum. quod te inſpirante ſuſcepit. te gubernante cuſtodiat. Per.

R Da. quæſumus Domine. famulæ tuæ. quam Virginitatis honore dignatus es decorare. inchoati operis conſummatum effectum. & ut perfectam tibi offerat plenitudinem. initia ſua perducere mereatur ad finem. Per.

R Reſpice Domine. famulæ tuæ tibi debitam ſervitutem. ut inter humanæ fragilitatis incerta. nullis adverſitatibus opprimatur. quæ de tua protectione confidit. Per.

R Deus. caſtitatis amator. & continentiæ conſervator. ſupplicationem noſtram benignus exaudi. & hanc famulam tuam propitius intuere. & quæ pro timore tuo continentiæ pudicitiam vovit. tuo auxilio conſervetur. ut ſexageſimum fructum continentiæ. vitam æternam te largiente percipiat. Per.

Bonorum. Deus. operum inſtitutor. famulæ tuæ Ill. cor purifica. ut nihil in ea quod punire. ſed quod coronare poſſis. invenias. Per. R

Preces famulæ tuæ Ill. quæſumus Domine. benignus exaudi. ut aſſumptam caſtitatis gratiam te auxiliante cuſtodiat. Per. R

Deus. qui habitaculum tuum in corde pudico fundaſti. reſpice ſuper famulam tuam. & quæ caſtigationibus aſſiduis poſtulat. tua conſolatione percipiat. Per. R

Orationes pro Monaſterio.

Omnipotens ſempiterne Deus. qui facis mirabilia magna ſolus. prætende ſuper famulos tuos Spiritũ gratiæ ſalutaris. & ut in veritate tibi complaceant. perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per. in unitate ejuſdem. R. E

Fac. quæſumus Domine. famulos tuos toto ſemper ad te corde concurrere. tibi ſubdita mente ſervire. tuam miſericordiam ſuppliciter implorare. & tuis jugiter beneficiis gratulari. Per. R. E

Famulos tuos. quæſumus Domine. placatus intende. pariterque eos & a peccatis abſolve propitius. & a cunctis eripe benignus adverſis. Per. R

Item Orationes Monachorum.

Tu famulis tuis. quæſumus Domine. bonos mores placatus inſtitue. tu in eis quod tibi placitum ſit. dignanter infunde. ut & digni ſint. & tua valeant beneficia promereri. Per. R

Reſpi-

R Respice quæsumus Domine. famulos tuos. & in tua misericordia confidentes. cælesti protege benignus auxilio. Per.

R Da famulis tuis. quæsumus Domine. in tua fide & sinceritate constantiam. ut in charitate divina firmati. nullis tentationibus ab ejus integritate vellantur. Per.

R Famulos tuos. quæsumus Domine. tua semper gratia benedicat. & inculpabiles ad vitam perducat æternam. Per.

R Famulos tuos. quæsumus Domine. benignus intende. & eis dignanter pietatis tuæ impende custodiam. Per.

R Famulis tuis. quæsumus Domine. sperata concede. & ab omnibus eos culpis excusa. Per.

R Adesto Domine supplicationibus nostris. & famulos tuos assidua protectione conserva. ut qui tibi jugiter famulantur. continua remuneratione ditentur. Per.

Orationes pro amico. vel pro quo volueris.

E.L Deus. qui justificas impium. & non vis mortem peccatorum. Majestatem tuam suppliciter deprecamur. ut famulum tuum Ill. de tua misericordia confidentem. cælesti protegas benignus auxilio. & assidua protectione conserves. ut tibi jugiter famuletur. & nullis tentationibus a te separetur. Per.

R Omnipotens sempiterne Deus. miserere famulo tuo Ill. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ. ut te donante tibi placita cupiat. & tota virtute perficiat. Per.

E Famulum tuum Ill. quæsumus Domine. tua semper protectione custodi. ut libera tibi mente deserviat. & te protegente. a malis omnibus sit securus. Per.

Exaudi. quæsumus omnipotens E Deus. preces nostras. quas in conspectu pietatis tuæ effundere præsumimus. suppliciter deprecantes. ut famulum tuum Ill. in tua misericordia confidentem benedicas. & omnia ejus peccata dimittas. tuaque eum protectione conserves. ut possit tua gratia dignus fieri. & ad æternam beatitudinem valeat pervenire. Per.

Famulum tuum Ill. quæsumus Domine. corpore pariter & mente purifica. ut tua inspiratione compunctus noxias delectationes vitare prævaleat. Per. E

Oratio pro Familiaribus. vel devotis amicis.

Deus. qui charitatis dona per gratiam Sancti Spiritus. tuorum cordibus fidelium infudisti. da famulis & famulabus tuis Ill. & Ill. (pro quibus tuam deprecamur clementiam) salutem mentis & corporis. ut te tota virtute diligant. & quæ tibi placita sunt. tota dilectione perficiant. Per. in unitate ejusdem. L

Orationes pro salute vivorum.

Prætende Domine famulis & famulabus tuis. Ill. & Ill. dexteram cælestis auxilii. ut te toto corde perquirant. & quæ dignè postulant. consequi mereantur. Per. L.R

Da famulis & famulabus tuis Ill. & Ill. quæsumus Domine. in tua fide & sinceritate constantiam. ut in charitatè divina firmati. nullis tentationibus ab ejus integritate vellantur. Per. E.L

Oratio communis B. Augustini.

Omnipotens. sempiterne Deus. qui vivo- E.L

vivorum simul dominaris & mortuorum . omniumque misereris . quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis . te suppliciter exoramus . ut pro quibus effundere preces decrevimus . quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet . vel futurum jam exutos corpore suscepit . intercedentibus omnibus Sanctis tuis . pietatis tuae elementia delictorum suorum veniam consequantur . Per .

Item Oratio communis .

E. L Pietate tua . quaesumus Domine . nostrorum solve vincula peccatorum . & intercedente beata Maria cum omnibus Sanctis tuis . [Pastorem nostrum cum Congregatione sibi commissa .] nos famulos tuos . & cunctum populum Catholicum . in omni sanctitate custodi . omnesque affinitate ac familiaritate nobis junctos . [& omnes Christianos] a vitiis purga . virtutibus illustra . pacem & salutem nobis tribue . hostes visibiles & invisibiles remove . carnalia desideria repelle . aerem salubrem indulge . [fruges terrae concede] amicis & inimicis nostris veram charitatem largire . & omnibus fidelibus vivis & defunctis in terra viventium vitam pariter & requiem aeternam concede . Per .

Orationes pro sterilitate mulierum .

R Deus . qui emortuam vulvam Sarrhae . ita per Abrahae semen foecundare dignatus es . ut ei etiam contra spem soboles nasceretur . preces famulae tuae Ill. pro sua sterilitate deprecantis . propitius respice . ut ei juxta tenorem praecedentium Patrum . & foecunditatem tribuas . & filium . quem donaveris . benedicas . Per .

R. Deus . qui famulum tuum Isaac . pro sterilitate conjugii sui te deprecantem . exaudire . & conceptum Rebeccae donare dignatus es . preces famulae tuae Ill. pro percipienda prole benignus exaudi . ut firmamentum spei (quod in tua misericordia posuit) ex percepto munere quod postulat . confirmetur . Per .

Deus . qui opprobrium sterilitatis a Rachel auferens . dum anxietate prolem quaereret . meruit foecundari . concede propitius . ut famula tua Ill. in earum foeminarum . quae tibi placuerunt . sortem foecunditatis accipiat . & quod fideliter a tua pietate deposcit . obtineat . Per . R

Omnipotens sempiterne Deus . qui continuum etiam post futuram ad te precem . gemitum Annae . dum eam foecundares . in gaudium convertisti . desiderium famulae tuae Ill. ut foecundetur . propitius perfice . & ad laudem gloriae tuae ab ea opprobrium sterilitatis benignus averte . Per . R

Deus . cujus occulto consilio ideo Elisabeth sterilis uterus extitit . ut quandoque Angelica potius voce foecundaretur . concede propitius . ut sicut illa in Judaico populo Praecursorem Domini . ita famula tua Ill. in filio (qui ad credulitatem tibi hujus populi pure deserviat) foecundetur . Per eumdem . R

Deus . qui anxietatem sterilium pie respiciens . in eis foecunditatem etiam in sua desperatione mirabiliter operaris . concede propitius . ut famula tua Ill. de percipienda sobole . quod per se non valet . servi tui Gregorii mereatur precibus obtinere . Per . R

Omnipotens sempiterne Deus . qui maternum affectum . nec in ipsa sacra semper Virgine Maria (quae Redemptorem nostrum genuit) denegasti. con- R

concede propitius . ut ejusdem Dei Genitricis prece. famula tua Ill. esse genitrix mereatur · Per eumdem ·

Orationes in Natali genuino. idest. propriæ nativitatis anniversario.

R Omnipotens sempiterne Deus. totius conditor creaturæ. preces nostras clementer exaudi. & annos famuli tui Ill. (quem de maternis visceribus in hac vita prodire jussisti) prosperos plurimosque largire. ut omnem tibi exigat placiturus ætatem · Per ·

R Deus. qui sæculorum omnium cursum ac momenta temporum regis. exaudi nos propitius. & concede. ut famuli tui Ill. (cujus hodie natalem . . . celebramus . . . .) longævam ei largiaris ætatem. quatenus fidei ejus augmento. multisque annorum curriculis. hæc solemnitatis devotio perseveret · Per ·

R Deus vita fidelium. timentium te salvator & custos. qui famulum tuum Ill. ad hanc diem Natalis sui genuini. exempto anno. perducere dignatus es. gratiam in eo vitæ provectioris augmenta. & dies ejus annorum numerositate multiplica. ut (te annuente) per felicem provectus ætatem. ad principatum cælestium gaudiorum pervenire mereatur · Per ·

Orationes in Natali propriæ Regenerationis per sanctum Baptisma ·

B Gaudeat. Domine. plebs fidelis. & cum propriæ recolit salvationis exordia. ejus promoveatur augmentis · Per ·

B Omnipotens sempiterne Deus. qui humanam naturam. supra primæ originis reparas dignitatem. respice pietatis tuæ ineffabile sacramentum. & quos Regenerationis mysterio innovare dignatus es. in his dona tuæ gratiæ perpetua protectione conserva · Per ·

Deus. qui credentes in te fonte Baptismatis innovasti. hanc renatis in Christo concede custodiam. ut sacris muniti Mysteriis. nullo erroris incursu gratiam tuæ benedictionis amittant · Per · B

Oratio ad Agapen pauperum ·

Da Domine famulo tuo Ill. sperata suffragia obtinere. ut qui tuos pauperes. vel tuas Ecclesias memoravit. Sanctorum omnium. simul & beati Martyris tui Laurentii mereatur consortia. cujus nunc est exempla secutus · Per · G

Item pro his qui Agapen faciunt · Præfatio ·

Oremus. dilectissimi nobis. omnipotentem Deum. pro Filio nostro Ill. qui recolens divina mandata. de justis laboribus suis victum indigentibus subministrat. quatenus hæc devotio ipsius sicut nobis est necessaria. ita sit Deo semper accepta · Per Dominum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit & regnat Deus &c. R

Item alia ·

Sanctum ac venerabilem retributorem bonorum operum. Dominum deprecemur pro filio nostro Ill. qui de suis justis laboribus victum indigentibus administrat. ut Dominus cælesti sua misericordia terrenam eleemosinam compenset. & spirituales divitias largiatur. tribuat ei magna pro parvis. pro terrenis cælestia. pro temporalibus sempiterna · Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit & regnat Deus &c. R

Oratio ·

Oratio ·

R Deus . qui post Baptismi Sacramentum secundam ablutionem peccatorum eleemosynis indidisti . respice propitius super famulum tuum Ill. pro cujus operibus tibi gratiæ referuntur . fac eum præmio beatum . quem fecisti pietate devotum · Per ·

R Deus . qui homini ad tuam Imaginem facto . etiam spiritalem alimoniam præparasti . concede filio nostro famulo tuo Ill. qui in pauperes tuos tua seminat dona . ut verius metat suorum operum fructus . & largitatis hodiernæ compensatio istius perpetua conferatur . recipiatque pro parvis magna . pro terrenis cælestia . pro temporalibus . sempiterna · Per ·

R Omnipotens sempiterne Deus respice propitius super hunc famulum tuum Ill. qui in pauperes tuos operatur . virtute custodi . potestate tuere . ut per multa curricula annorum . lætus tibi in pauperes tuos hæc operetur · Per ·

Orationes ad proficiscendum in itinere ·

R.L Adesto Domine supplicationibus nostris . & viam famuli tui Ill. in salutis tuæ prosperitate dispone . ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates . tuo semper protegatur auxilio · Per ·

R Deus . qui diligentibus te . misericordiam tuam semper impendis . & a servientibus tibi in nulla es regione longinquus . dirige viam famuli tui Ill. in voluntate tua . ut te protectore . & te præduce per justitiæ semitas sine offensione gradiatur · Per ·

R Exaudi Domine preces nostras . & profectioni famuli tui Ill. misericordiam tuam (qui semper es ubique) prætende. ut ab omnibus adversitatibus tua opitulatione defensus . justorum desideriorum potiatur effectibus · Per ·

R . Deus infinitæ misericordiæ . & majestatis immensæ . quem nec spatia locorum. nec intervalla temporum . ab his quos tueris abjungunt . adesto famulis tuis Ill. & Ill. in te ubique fidentibus . & per omnem quam * acturi sunt . viam dux eis & comes esse dignare . nihil illis adversitatis noceat . nihil difficultatis obsistat · cuncta eis salubria . cuncta sint prospera . ut sub ope dexteræ tuæ . quicquid justo expetierint desiderio . celeri consequantur effectu · Per · *Itu*ri

R Deus qui ad vitam ducis . & confidentes in te paterna protectione custodis . quæsumus . ut præsenti famulo tuo a nobis egredienti Angelicum tribuas comitatum . ut ejus auxilio protectus nulla mali concutiatur formidine . nullo comprematur adversitatis angore . nullis irruentis inimici molestetur insidiis . sed spatiis necessarii itineris prospero gressu peractis . propriisque locis feliciter restitutus . universos reperiat sospites . ac debitas exolvat tuo nomini grates · Per ·

Item Orationes pro Iter agentibus ·

G Exaudi nos Domine ut iter famuli tui Ill. inter vitæ hujus pericula tuo semper regatur auxilio · Per ·

R Deus . veræ beatitudinis auctor atque largitor . dirige nos in eam . quam Immaculati ambulant . viam . ut testimonia legis tuæ piis cordibus exquirentes perseveremus . & diligere quod præcipiunt . & desiderare . quo ducunt · Per ·

R Deus . qui Sanctorum tuorum dirigis gressus . a nobis iniquitatis vitam amove .

amove. & nostri tua lege miserere. ut non obliti judicia tua. viam mandatorum dilatato corde curramus. Per.

Oratio pro Navigantibus.

E Deus. qui transtulisti Patres nostros per mare Rubrum. & transvexisti per aquam nimiam. laudem tui nominis decantantes supplices deprecamur. ut in hac navi famulos tuos repulsis adversitatibus portu semper optabili. cursuque tranquillo tuearis. Per.

Oratio pro redeuntibus de itinere.

R. E Omnipotens sempiterne Deus. nostrorum temporum vitæque dispositor. famulo tuo Ill. continuæ tranquillitatis largire subsidium. ut quem incolumem propriis laboribus reddidisti. tua facias protectione securum. Per.

Orationes super venientes in domum.

R Deus. humilium visitator. qui nos fraterna * dignatione consolaris. prætende societati nostræ gratiam tuam. ut per eos. in quibus habitas. tuum in nobis sentiamus adventum. Per.

* al. visitatione.

R Deus qui nobis in famulis tuis præsentiæ tuæ signa manifestas. mitte super nos Spiritum charitatis. ut in adventu fratrum. conservorumque nostrorum. gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per. in unitate ejusdem.

Orationes intrantibus in domum. sive Benedictiones.

R Adesto Domine supplicationibus nostris. & famulos tuos, quos charitatis visitamus officiis. gratiæ tuæ largitate locupleta. ut in eorum prosperitate continua gaudeamus. Per.

Exaudi nos. Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. & humilitatis nostræ officiis gratiam tuæ visitationis admisce. ut quorum adimus habitacula. tu in eorum tibi cordibus facias mansionem. Per. R

Adesto Domine supplicationibus nostris. & hanc domum serenis oculis tuæ pietatis inlustra. descendat super habitantes in ea gratiæ tuæ larga benedictio. ut his manufactis cum salubritate manentibus. ipsi tuum semper sint habitaculum. Per. R

Exaudi nos. Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. ut si qua sunt adversa. si qua contraria in hac domo famuli tui Ill. auctoritate Majestatis tuæ pellantur. Per. R

Protector in te sperantium Deus. & subditarum tibi mentium custos. habitantibus in hac domo famulis tuis propitius adesse dignare. veniat super eos spirante a te benedictionis ubertas. ut pietatis tuæ repleti muneribus. in tua gratia & in tuo nomine læti semper exultent. Per. R

Protector fidelium Deus. & subditarum tibi mentium frequentator. habitantibus in hac domo famulis tuis propitius adesse digneris. ut quos nos humana visitamus solicitudine. tu divina munias potestate. Per. R

Omnipotens sempiterne Deus. qui facis mirabilia magna solus. prætende super hos famulos degentes in hac domo Spiritum gratiæ salutaris. & ut complaceant tibi. Deus. in veritate tua. perpetuum eis rorem tuæ benedictionis effunde. Per. in unitate ejusdem. R

Omnipotens sempiterne Deus. insere te officiis nostris. & in hac manentibus R

ſibus domo præſentiæ tuæ concede cuſtodiam. ut familiæ tuæ defenſor. ac totius habitaculi hujus habitator appareas. Per.

Orationes in contentione.

E. R Omnipotens ſempiterne Deus. qui ſuperbis reſiſtis. & gratiam præſtas humilibus. tribue quæſumus. ut non indignationem tuam provocemus elati. ſed propitiationis tuæ capiamus dona ſubjecti. Per.

E. R Concede nobis miſericors Deus. & ſtudia perverſa deponere. & ſanctam ſemper amare juſtitiam. Per.

E. R Præſta quæſumus. omnipotens Deus. ut ſemper rationabilia meditantes. quæ tibi ſunt placita. & dictis exequamur & factis. Per.

R Deus qui unanimes nos in domo tua præcipis habitare. diſſenſionum cauſas placatus depelle noſtrum. ut competentibus adjuti ſubſidiis te largiente poſſimus eſſe concordes. Per.

R Concede nobis omnipotens Deus: ut diſpectis falſitatibus iniquorum. quæ animæ noſtræ conveniunt rationabilia exequamur. Per.

Orationes pro obloquentibus.

R. E Præſta. quæſumus. Domine. ut mentium reprobarum non curemus obloquium. ſed eadem pravitate calcata. exoramus. ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injuſtis. nec captioſis adulationibus implicari. ſed potius amare quæ præcipis. Per.

R. E Conſpirantes. Domine. contra tuæ plenitudinis firmamentum. dexteræ tuæ virtute proſterne. ut juſtitiæ non dominetur iniquitas. ſed ſubdatur ſemper falſitas veritati. Per.

E Da. quæſumus. omnipotens Deus. ſic nos tuam gratiam promereri. ut noſtros corrigamus exceſſus. ſic fatentibus relaxare delictum. ut coerceamus in ſuis pravitatibus obſtinatos. Per.

Orationes pro Irreligioſis.

Deus. qui fidelium devotione lætaris. populum tuum. quæſumus. Sanctis tuis fac eſſe devotum. ut qui ab eorum officio impia pravitate mentis abſcedunt. per tuam converſi gratiam. a diaboli (quibus capti tenentur) laqueis reſipiſcant. Per. R. E

Deus. qui infideles deſeris. & juſte indevotis iraſceris. populum tuum. quæſumus. converte propitius. ut qui te per duritiam irreligioſæ mentis ſemper offendunt. ad Sanctorum beneficia promerenda. tuæ miſerationis gratia inſpirante convertas. Per. R

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris. & nihil de ſua conſcientia præſumentibus. ineffabili miſeratione ſuccurre. ut quod non habet fiducia meritorum. tua conferat largitas invicta donorum. Per. R

Orat. pro Judicibus male agentibus. vel contra Perſecutores Eccleſiæ.

Eccleſiæ tuæ. Domine. preces placatus admitte. ut deſtructis adverſitatibus univerſis ſecura tibi ſerviat libertate. Per. R. E

Præſta Domine. quæſumus. ut toto tibi corde ſubjecti. timentium voluntatum reſpuamus affectus. Per. R

Da plebi tuæ. Domine. piæ ſemper devotionis affectum. ut quæ prava ſunt reſpuens. ſancta converſatione firmetur. & a peccatis libera nullis adverſitatibus atteratur. Per. R

Præſta. quæſumus. Domine. ut Eccleſia tua prompta tibi voluntate deſerviat. quia propenſius audiri poterit R

terit & defendi . cum eam tibi digne præſtiteris famulari · Per ·

Oratio contra paganos . ſive ad comprimendas feritates Gentium ·

Omnipotens ſempiterne Deus . in cujus manu ſunt omnium poteſtates . & omnium jura regnorum . reſpice in auxilium Chriſtianorum . ut gentes Paganorum . quæ in ſua feritate confidunt . dexteræ tuæ potentia conterantur · Per ·

E Deus qui providentia tua . cæleſtia ſimul & terrena moderaris . qui miſiſti Unigenitum Filium tuum in Mundum . ut per incarnationem ſuam credentibus gaudium afferret & pacem. concede . quæſumus . ut populus tuus infeſtatione Infidelium modo turbatus . per Incarnationem Domini noſtri Jeſu Chriſti . de triumpho gaudium adipiſci mereatur . & omnis hoſtium noſtrorum fortitudo te pro nobis pugnante frangatur · Per eumdem ·

Orationes ad viſitandum infirmum ·

G Deus . qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donaſti . ita & famulum tuum Ill. a lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutem · Per ·

G Reſpice Domine famulum tuum Ill. infirmitate ſui corporis laborantem . & animam refove . quam creaſti . ut caſtigationibus emendata . continuo ſe ſentiat tua medicina ſalvatam · Per ·

Orationes ſuper infirmum in domo ·

E. R Deus . qui factura tuæ pio ſemper dominaris affectu . inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris . & famulum tuum Ill. ex adverſa valetudine corporis laborantem * placidus reſpice . & viſita in ſalutari tuo . & cæleſtis gratiæ præſta medicinam · Per ·

* al. placatus.

E. R Deus qui humano generi & ſalutis remedium & vitæ æternæ munera contuliſti . conſerva famulo tuo Ill. tuarum dona virtutum . & concede . ut medelam tuam non ſolum in corpore . ſed etiam in anima ſentiat · Per ·

E. R Virtutum cæleſtium Deus . qui ab humanis corporibus omnem languorem . & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis . adeſto propitius huic ſervo tuo Ill. ut fugatis infirmitatibus . & viribus * revocatis . nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat · Per ·

* al. receptis.

E. R Domine ſancte . Pater omnipotens æterne Deus . qui fragilitatem conditionis noſtræ . infuſa virtutis tuæ dignatione confirmas . ut ſalutaribus remediis pietatis tuæ corpora noſtra & membra vegetentur . ſuper hunc famulum tuum propitiatus intende . ut omni neceſſitate corporeæ infirmitatis excluſa . gratia in eo priſtinæ ſanitatis perfecta reparetur · Per ·

Item Orationes pro Infirmis ·

E. R Omnipotens ſempiterne Deus . ſalus æterna credentium . exaudi nos pro famulis tuis Ill. pro quibus miſericordiæ tuæ imploramus auxilium . ut reddita ſibi ſanitate . gratiarum tibi in Eccleſia tua referant actionem · Per ·

R Omnipotens ſempiterne Deus . qui ægritudines & animorum depellis & corporum . auxilii tui ſuper infirmos noſtros oſtende virtutem . ut ope miſericordiæ tuæ ad omnia pietatis tuæ reparentur officia · Per ·

E. R Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium . auxilii tui ſuper infirmos noſtros

noſtros oſtende virtutem. ut ope miſericordiæ tuæ adjuti. Eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentari mereantur. Per.

E Omnipotens ſempiterne Deus. qui ſubvenis in periculis laborantibus. qui temperas flagella. te Domine ſupplices exoramus. ut viſitatione tua ſancta erigas famulum tuum Ill. de hac ægrotatione qua tenetur. & præſenta eum Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumem. ad laudem & gloriam nominis tui. Per.

Oratio pro reddita ſanitate.

E. R Domine ſancte. Pater omnipotens. æterne Deus. qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate cuſtodis. ad invocationem nominis tui benignus adſiſte. & hunc famulum tuum Ill. liberatum ægritudine. & ſanitate donatum. dextera tua erigas. virtute confirmes. poteſtate tuearis. & Eccleſiæ tuæ. ſanctiſque Altaribus tuis cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per.

Reconciliatio Pœnitentis ad mortem.

R. E Deus miſericors. Deus clemens. qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles. & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas. reſpice ſuper hunc famulum tuum. & remiſſionem ſibi omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renova in eo. piiſſime Pater. quicquid terrena fragilitate corruptum eſt. vel quicquid diabolica fraude violatum eſt. & in unitatem corporis Eccleſiæ tuæ membrum perfecta remiſſione reſtitue. Miſerere. Domine. gemituum. miſerere lacrymarum. & non habentem fiduciam niſi in tua miſericordia ad Sacramentum Reconciliationis admitte. Per.

Majeſtatem tuam. Domine. ſupplices deprecamur. ut huic famulo tuo Ill. longo ſqualore pœnitentiæ macerato. miſerationis tuæ veniam largiri digneris. ut Nuptiali veſte recepta ad Regalem menſam (unde ejectus fuerat) mereatur intrare. Per. R. E

Majeſtatem tuam. quæſumus. Domine ſancte. Pater omnipotens. æterne Deus. qui non mortem. ſed peccatorum vitam ſemper inquiris. reſpice flentem famulum tuum. attende proſtratum. ejuſque planctum in gaudium tua miſeratione converte. ſcinde delictorum ſaccum. & indue eum lætitiam ſalutarem. ut poſt longam peregrinationis famem de ſanctis Altaribus tuis ſatietur. ingreſſuſque cubiculum Regis in ipſius aula benedicat Nomen gloriæ tuæ ſemper. Per. R. E

Deus miſericors. Deus clemens. qui indulgentiam tuam nulla temporum lege concludis. ſed pulſanti miſericordiæ tuæ januam aperis. pœnitentes. etiam ſub ipſo vitæ hujus termino non relinquis. reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum. remiſſionem ſibi omnium peccatorum tota cordis confeſſione poſcentem. Renova in eo. piiſſime Pater. quod actione. quod verbo. quod ipſa denique cogitatione. diabolica fraude vitiatum eſt. & unitati corporis Eccleſiæ. membrum tuæ redemptionis adnecte. Miſerere gemituum. miſerere lacrymarum. & non habentem fiduciam. niſi in miſericordia tua. ad ſacramentum reconciliationis admitte. quia nullius animæ in hoc corpore conſtituti. difficilis apud te. aut tarda curatio eſt. fidelis enim es in verbis tuis. R

tuis. qui converſum peccatorem non per longa temporum ſpatia differendum. ſed mox ut in te gemuiſſet dixiſti eſſe ſalvandum. Per.

Oratio pro eo. qui eſt proximus morti.

v Omnipotens ſempiterne Deus. conſervator animarum. qui quos diligis. corripis. & quos recipis. pie ad emendationem coerces. te invocamus Domine. ut medelam conferre digneris animæ famuli tui Ill. qui in corpore patitur membrorum debilitationem, cum laboris ſtimulis infirmitatum. da ei Domine gratiam tuam. ut in hora exitus illius de corpore. abſque peccati macula tibi datori proprio. per manus ſanctorum Angelorum præſentari mereatur. Per.

Oratio quando anima egreditur de corpore.

** Primitus fiat Litania.*

v Deus miſericors. *Require ſupra in Reconciliatione Pœnitentis ad mortem.*

v Deus. qui potens es in miſericordia. veritatem judicas. ignoſcis. & pœnitentia remittis. tu Domine Deus noſter ſervo tuo peccata non imputes. qui veniam quærit. & bonitatis tuæ bona deſiderat. Audi ſupplicem. recipe pœnitentem. recipe ſicut Pater filium deprecantem. hunc famulum tuum Ill. velut filium revertentem. da veniam. remiſſis iniquitatibus ejus. ſacris Altaribus tuis in manus tuas æternæ ſuſcipere digneris. & accepta gratia. in omnibus quæcumque deliquit. indulgentia tuæ pietatis abſolvat. Per.

v Domine Jeſu Chriſte. Salvator & Redemptor noſter. qui non ſolum pœnitentibus. & ad pœnitentiam venientibus. ſed etiam eis qui nec dum ad te venire cupiunt. ultroneus ac propitius miſerator indulges. te ſuppliciter exoramus. ut hic famulus tuus Ill. (quem ad ſacroſancti Corporis & Sanguinis tui communionem ſuſcepimus) remiſſione omnium peccatorum ſuſcepta. reconciliatus gratia tua. ac Divinis Sacramentis. cæleſtem benedictionem & vitam recipere mereatur æternam. Qui vivis.

v Aſcendant ad te. Domine. preces noſtræ. & animam famuli tui Ill. gaudia æterna ſuſcipiant. ut quem feciſti adoptionis participem. jubeas hereditatis tuæ eſſe conſortem. Per.

Commendatio animæ.

v Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc Mundo. in nomine Dei Patris omnipotentis. qui te creavit. in nomine Jeſu Chriſti Filii Dei vivi. qui pro te paſſus eſt. in nomine Spiritus Sancti. qui in te effuſus eſt. in nomine Angelorum. & Archangelorum. in nomine Thronorum & Dominationum. in nomine Principatuum & Poteſtatum. & omnium Virtutum cæleſtium. in nomine Cherubim & Seraphim. in nomine omnis humani generis. quicquid a Deo ſuſceptus eſt. in nomine Patriarcharum & Prophetarum. in nomine Apoſtolorum & Martyrum. in nomine Confeſſorum & Epiſcoporum. in nomine Sacerdotum & Levitarum. & omnis Eccleſiæ Catholicæ Gradus. in nomine Monachorum & Anachoretarum. in nomine Virginum & fidelium Viduarum. hodie factus eſt in pace locus ejus. & habitatio ejus in Hieruſalem cæleſtem.

o. Commendo te omnipotenti Deo. chariſſime frater. eique te cujus es creatura. committo. ut cum humanitatis debitum morte interveniente perſolveris

veris. ad Auctorem tuum. qui te de limo terræ formavit. revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore. splendidissimus Angelorum chorus occurrat. Judex Apostolorum tibi Senatus occurrat. candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet. liliata rutilantium Confessorum te turma circumdet. jubilantium te Virginum chorus excipiat. & beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat. mitis atque festivus Jesu Christi tibi conspectus appareat. qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris. quod stridet in flammis. quod cruciat in tormentis. Cedat ibi teterrimus satanas cum satellitibus suis. in adventu tuo te comitantibus Angelis. contremiscat. atque in æternæ noctis chaos immane difugiat. Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus. & fugiant a facie ejus qui oderunt eum. sicut deficit fumus. deficiant. & sicut fluit cera a facie ignis. sic pereant peccatores a facie Dei. & justi epulentur. & exultent in conspectu Dei. & delectentur in lætitia. Confundantur igitur & erubescant omnes Tartareæ legiones. & ministri satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus. qui pro te crucifixus est. liberet te a morte Christus. qui pro te mori dignatus est. constituat te Christus Filius Dei vivi inter Paradisi sui amœna semper virentia. & inter oves suas te ille verus Pastor agnoscat. ille ab omnibus peccatis te absolvat. atque ad dexteram suam in Electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas. & præsens semper assistas. manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum. contemplationis Divinæ dulcedine potiaris. in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio.

Suscipe Domine servum tuum in bonum habitaculum æternum. Libera Domine animam servi tui Ill. ex omnibus periculis infernorum. & de laqueis pœnarum. & de omnibus tribulationibus malis. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Noe per diluvium. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Enoch [& Eliam] de communi morte Mundi. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Abraham per fidem & credulitatem. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Isaac de hostia & de manu patris sui Abrahæ. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Jacob per benedictionem majestatis tuæ. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Loth de Sodomis & de flamma ignis. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis Regis Ægyptiorum. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Job de passionibus suis. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti David de manu Saul Regis. & de Golia & de omnibus vinculis ejus. [Libera Domine animam servi tui. sicut liberasti Jonam de ventre ceti.] Libera Domine animam servi tui. sicut liberasti Danielem de lacu leonum. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis. & de manu Regis iniqui. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti Susannam de falso * crimine. Libera Domine animam famuli tui. sicut liberasti humanum genus per passionem Domini nostri Jesu Christi. Libera Domine animam servi tui. sicut liberasti Petrum & Paulum de carceribus.

v. o

* al. testimonio.

bus · Libera Domine animam famuli tui . ficut liberafti Theclam * de tribus tormentis · Sic liberare digneris Domine animam hominis iftius . & tecum habitare concede in bonis cæleftibus · Per eumdem ·

* al. de medio fpectaculo.

Alia Oratio ·

Or. Commendamus tibi Domine animam famuli tui . precamurque te Jefu Chrifte . Salvator Mundi . ut propter quam ad terram mifericorditer defcendifti . Patriarcharum tuorum finibus infinuare non renuas · Agnofce Domine creaturam tuam non ex Diis alienis creatam . fed a te folo Deo vivo & vero . quia non eft alius Deus præter te . & non eft fecundum opera tua · Lætifica Domine animam ejus in confpectu tuo . & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum . & ebrietatum ejus . quas fufcitavit furor five fervor mali defiderii · Licet enim peccavit . tamen Patrem & Filium & Spiritum Sanctum non negavit . fed credidit . & zelum Dei habuit in fe . & Deum . qui fecit omnia . fideliter adoravit ·

Oratio ·

Delicta juventutis ejus & ignorantias . quæfumus . ne memineris Domine . fed fecundum magnam mifericordiam tuam . memor efto illius in gloria claritatis tuæ · Aperiantur ei cæli · collætentur illi Angeli · In regnum tuum . Domine . fervum tuum fufcipe · Sufcipiat eum fanctus Michael Archangelus Dei . qui Militiæ cæleftis meruit principatum · Veniant illi obviam fancti Angeli Dei . & perducant eum in Civitatem cæleftem Jerufalem · Sufcipiat eum beatus Petrus Apoftolus . cui a Deo claves Regni cæleftis traditæ funt · Adjuvet eum fanctus Paulus . qui dignus fuit effe vas electionis · Intercedat pro eo S. Johannes electus Dei Apoftolus . cui revelata funt fecreta cæleftia · Orent pro eo omnes fancti Apoftoli . quibus a Domino data eft poteftas ligandi atque folvendi · Intercedant pro eo omnes Sancti Dei . qui pro Chrifti nomine tormenta in hoc Sæculo fuftinuerunt . ut vinculis carnis exutus pervenire mereatur ad gloriam Regni cæleftis · Præftante Domino noftro Jefu Chrifto . qui tecum vivit &c.

Si anxiatur adhuc anima . dicuntur hi Pfalmi . CXVII. Confitemini . CXVIII. Beati immaculati . *&* XV. *Graduum* ·

Orationes poft obitum hominis ·

In primis cantatur Pfalmus · In exitu Ifrael . *cum Antiphona . vel Alleluja . Deinde Sacerdos dicit has Orationes* ·

Præfatio ·

Pio recordationis affectu . Fratres Chariffimi . commemorationem faciamus chari noftri Ill. quem Dominus de tentationibus hujus fæculi adfumpfit . obfecrantes mifericordiam Dei noftri . ut ipfe ei tribuere dignetur placidam & quietam manfionem . & remittat omnes lubricæ temeritatis offenfas . ut conceffa venia plenæ indulgentiæ . quidquid in hoc fæculo proprius error attulit . totum ineffabili pietate ac benignitate fua compenfet · Per Dominum noftrum Jefum Chriftum Filium fuum . qui cum eo vivit & regnat Deus in unitate &c. V. R.

Collecta fequitur ·

Diri vulneris novitate perculfi . & quodammodo cordibus fauciati . mifericordiam tuam . Mundi Redemptor . flebilibus vocibus imploramus . ut chari noftri Ill. animam . ad te datorem proprium revertentem . blande leniterque V.

terque suscipias. & si quas illa ex hac carnali commoratione contraxit maculas. tu Deus insolita bonitate clementer deleas. piè indulgeas. oblivioni in perpetuum tradas. atque hanc eamdem laudes tibi cum cæteris redituram. & ad corpus quandoque reversuram. Sanctorum tuorum cœtibus adgregari præcipias. Per.

V R Tu nobis. Domine. auxilium præstare digneris. tu opem feras. tu misericordiam largiaris. spiritum etiam famuli tui Ill. ac chari nostri. vinculis corporalibus liberatum: in pace Sanctorum tuorum recipias: uti locum pœnalem. & gehennæ ignem. flammasque tartari in regione viventium evadat. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Filium tuum. qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti &c.

V.R Suscipe Domine animam servi tui Ill. ad te revertentem. de Ægypti partibus proficiscentem ad te. Emitte Angelos tuos sanctos in obviam illius. & viam justitiæ demonstra ei. Aperi ei portas justitiæ. & repelle ab ea omnes Principes tenebrarum. agnosce Domine depositum fidele. quod tuum est. Suscipe Domine creaturam tuam. non ex diis alienis creatam. sed a te Deo solo. vivo & vero. quia non est alius Deus præter te solum [Domine] & non est secundum opera tua. Lætifica Domine animam servi tui Ill. clarifica Domine famulum tuum. ne memineris iniquitatum ejus antiquarum & ebrietatum. quæ suscitavit * furor mali desiderii. licet enim peccavit. Patrem & Filium & Sanctum Spiritum tamen non negavit. sed credidit. & zelum Dei habuit. & Deum qui omnia fecit adoravit. Qui vivis & regnas Deus in sæcula &c.

* fervor.

PSALT.R.G.

Oratio ad lavandum corpus Defuncti.

Suscipe Domine animam famuli tui R.V Ill. revertentem ad te. vestem cælestem indue eam. & lava eam sancto fonte vitæ æternæ. ut inter gaudentes gaudeat. & inter sapientes sapiat. & inter Martyres coronatos consedeat. & inter Patriarchas & Prophetas proficiat. & inter Apostolos Christum sequi studeat; & inter Angelos & Archangelos claritatem Dei videat; & inter Paradisi rutilos lapides gaudium possideat. & notitiam Mysteriorum Dei agnoscat. & inter Cherubim & Seraphim claritatem Dei inveniat. & inter vigintiquatuor Seniores Cantica Canticorum audiat; & inter lavantes stolas suas in fonte luminis vestem lavet. & inter pulsantes pulsans portas cælestis Hierusalem apertas reperiat. & inter videntes Deum facie ad faciem videat. & inter audientes auditum cælestem cælestem sonum audiat.

Alia Oratio.

Suscipe Domine servum tuum Ill. in R.V æternum habitaculum. & da ei requiem æternam & regnum. idest. Hierusalem cælestem. & eum in finibus Patriarcharum nostrorum. idest Abrahæ. Isaac. & Jacob collocare digneris. & habeat partem in prima resurrectione. & inter resurgentes resurgat. & inter suscipientes corpora sua in die resurrectionis. corpus suum novum suscipiat. & cum benedictis ad dexteram Dei. Patris venientibus veniat. & inter possidentes vitam æternam possideat. Per.

Item Præfatio Defunctorum in Basilica.

Antiqui memores chirographi. Fratres charissimi. quo primi hominis peccato & corruptioni addicta est humana conditio. sub cujus lege sibi unusquis- R

que formidat. quod aliis accidisse videt. omnipotentis Dei misericordiam deprecemur pro spiritu chari nostri Ill. cujus hodie depositio celebratur. ut eum in æterna requie suscipiat. & beata resurrectione repræsentet. Per.

Collecta sequitur.

R Deus. qui justis supplicationibus semper præsto es. qui pia vota dignaris intueri. da famulo tuo Ill. (cujus depositionis hodie officia pia præstamus) cum Sanctis atque Electis tuis beati muneris portionem. Per.

Dicuntur Capitula.

R. E In memoria æterna erit Justus. Ab auditu malo non timebit.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Exultent Sancti in conspectu Dei. Et delectentur in lætitia.

Pretiosa in conspectu Domini. Mors Sanctorum ejus.

Exultabunt Sancti in gloria. Lætabuntur in cubilibus suis.

Item Oratio antequam ad sepulchrum deferatur.

Præfatio.

V. R Deum. Judicem universitatis. Deum cælestium & terrestrium & infernorum Dominum deprecemur pro spiritu chari nostri Ill. ut eum Dominus in requie collocare dignetur. & in parte primæ resurrectionis resuscitet. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit &c.

Collecta sequitur.

V. R Te. Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus. supplices deprecamur pro spiritu famuli tui Ill. quem ab * originibus hujus sæculi ad te accersire præcepisti. ut digneris. Domine. dare ei locum lucidum. locum refrigerii & quietis. Liceat ei transire portas infernorum. & * vias tenebrarum. maneatque in mansionibus Sanctorum. & in luce sancta. quam olim Abrahæ promisisti & semini ejus. nullam læsionem sustineat anima ejus. sed cum magnus dies ille resurrectionis ac remunerationis advenerit. resuscitare eum digneris. Domine. una cum Sanctis & Electis tuis. dones ei delicta atque peccata usque ad novissimum quadrantem. tecumque immortalitatis vitam. & regnum consequatur æternum. Per.

* al. voraginibus.

* al. pœnas

Item Præfatio.

Omnipotentis Dei misericordiam. dilectissimi fratres. deprecemur (cujus judicio aut nascimur aut finimur) ut animam fratris nostri Ill. quam Domini pietas de incolatu Mundi hujus transire præcepit. requies æterna suscipiat. & eam [in] beata resurrectione præsentet. & in finibus Abrahæ Isaac & Jacob collocare dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit &c. V. R

Collecta sequitur.

Deus. qui universorum creator & conditor es. qui es tuorum beatitudo Sanctorum. præsta nobis petentibus. ut animam fratris nostri Ill. a corporis nexibus absolutam. in prima Sanctorum tuorum resurrectione facias præsentari. Per. V. R

Item Præfatio ad sepulchrum priusquam sepeliatur.

Oremus. Fratres charissimi. pro anima chari nostri Ill. quem Dominus de laqueo hujus Sæculi liberare dignatus est. cujus corpusculum hodie sepulturæ traditur. ut eum Domini pietas inter Sanctos & Electos suos. V. R

idest

idest in finu Abrahæ & Isaac & Jacob collocare dignetur. & partem habeat in prima resurrectione. quam facturus est orantibus Sanctis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit &c.

Collecta ejusdem sequitur.

V.R Opus misericordiæ tuæ est. Pater omnipotens. æterne Deus. rogare pro aliis. qui pro nobis non sufficimus. Suscipe Domine animam servi tui Ill. revertentem ad te. Adsit ei Angelus testamenti tui Michael. Libera eam Domine de Principibus tenebrarum. & de locis pœnarum. ne jam ullis primæ nativitatis vel ignorantiæ confundatur erroribus. agnoscatur a tuis. & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerii & quietis in sinum transferatur Abrahæ. Per.

V.R Redemptor animarum Deus æternitatem concede defunctis. neque vacuari Passionis triumphum Mundi morte patiaris. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum.

Item post sepulturam.
Præfatio.

R.V Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes. Deum (cui omnia vivunt) fideliter deprecemur. ut hoc corpus a nobis in infirmitate sepultum. in virtute & ordine Sanctorum resuscitet. & ejus animam Sanctis & fidelibus jubeat adgregari. eique in judicio misericordiam tribuat. quemque morte redemptum. debitis solutum. Patri reconciliatum. boni Pastoris humeris reportatum. Spiritu Sancto protectum. in comitatu æterni Regis perenni gaudio. & Sanctorum consortio perfrui concedat. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum. qui cum eo vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti. per &c.

Collecta.

Omnipotens æterne Deus. qui humano corpori a te ipso animam inspirare dignatus es. dum (te jubente) pulvis pulveri rursum redditur. tu imaginem tuam cum Sanctis & Electis tuis. æternis sedibus præcipias sociari. Per. R

Præfatio.

Obsequiis autem rite celebratis. membris ex feretro depositis. tumulo ex more composito. post Israelis exitum ex Ægypto. deprecemur clementiam Dei Patris pro anima chari nostri Ill. quem Dominus de laqueo hujus Mundi liberavit. lugubris læthalis cuique posse ubique est. & potestas innumerabilis. habens divitias spiritales. animæ hujus subveniat sublimis Dominus. ut ardore careat æterni ignis. adeptura perpetui regni refugium coram suo Rege. gratificet in gaudio genitali. in sublimi solio Patrum præelectorum. in mediis splendoribus Sanctorum. in sede majestatis magno in lumine. in regione in regno vivorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium suum. qui cum eo vivit &c. R.

Commendatio Animæ.

Commendamus tibi. Domine. animam fratris nostri Ill. precamurque. ut propter quam ad terras tua pietate descendisti. Patriarcharum tuorum finibus insinuare non renuas. sed miserere migranti in tuo nomine de hac instabili [vita] & tam incerta. in sempiternam illam vitam ac lætitiam in cælestibus. Præsta Salvator Mundi. qui cum Patre vivis Dominator. & regnas Deus in unitate Spiritus Sancti in sæcula. R.O

Item alia.

R.O Deus. apud quem omnia morientia vivunt. & cui non pereunt moriendo corpora nostra. sed mutantur in melius. te supplices deprecamur: ut suscipi jubeas animam famuli tui Ill. per manus Sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Patriarchæ Abrahæ. resuscitandamque in die novissimo magni Judicii. & quidquid de regione mortali. tibi contrarium contraxit fallente diabolo. tua pietate ablue indulgendo. Per.

Item aliæ Orationes post obitum hominis. Egressa anima.

Or. Tibi. Domine. commendamus animam famuli tui. ut defunctus sæculo tibi vivat. & quæ per fragilitatem Mundanæ conversationis peccata commisit. tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per.

Or. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui. in manibus sanctorum Abrahæ. Isaac & Jacob & omnium Patriarcharum tuorum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui in manibus Sanctorum Isaiæ & omnium Prophetarum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui in manibus Sanctorum Petri & Pauli. Johannis. & omnium Apostolorum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui. in manibus Sanctorum Stephani. Laurentii. Savini. & omnium Martyrum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui in manibus Sanctorum Silvestri. Leonis. & omnium Sanctorum Confessorum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui in manibus Sanctorum Egidii. Benedicti. & omnium Sanctorum Monachorum. Commendamus tibi. Domine. animam famuli tui in manibus Sanctarum Virginum Mariæ Matris Domini. Agnetis. Cæciliæ. Agathæ. & omnium Virginum tuarum. Commendamus in manus tuas. Domine. spiritum famuli tui. ne Princeps ei noceat tenebrarum. sed tu Domine misericorditer eum protegas in omnia sæcula sæculorum. Amen.

V Misericordiam tuam Domine sancte. Pater omnipotens. æterne Deus; pietatis affectu rogare pro aliis cogimur. qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus. tamen de tua fisi gratuita pietate clementiam tuam deposcimus. ut animam servi tui Ill. ad te revertentem cum pietate suscipias. Adsit ei Angelus Michael. & per manus Sanctorum Angelorum tuorum; inter Sanctos & Electos tuos in Sinibus Abrahæ. Isaac & Jacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris. quatenus liberata de Principibus tenebrarum & de locis pœnarum. nullis jam primæ nativitatis vel ignorantiæ: aut propriæ iniquitatis. seu fragilitatis confundatur erroribus. sed potius agnoscatur a tuis. & sanctæ Beatitudinis requie perfruatur. atque cum magni judicii dies advenerit. inter Sanctos & Electos tuos resuscitatus gloria manifestæ contemplationis perpetuo satietur. Per.

Ad Vesperos pro defuncto.

Suscipe Domine animam famuli tui Ill. quam de ergastulo hujus sæculi vocare dignatus es. & libera eam de locis pœnarum. quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur. & inter Sanctos & Electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per. Or.

Absolve. quæsumus Domine. animam famuli tui Ill. ab omni vinculo delictorum. ut in resurrectionis gloria Or.

ria . inter Sanctos & Electos tuos . eum resuscitari præcipias · Per·

Or. Deus . cui soli competit medicinam præstare post mortem . tribue quæsumus . ut anima famuli tui terrenis exuta contagiis . in tuæ redemptionis parte numeretur · Per·

Or. Pacem beatæ resurrectionis obtineat . Domine . anima famuli tui . vitamque æternam habere mereatur in cælis . per te Jesu Christe . Salvator Mundi · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per &c·

Item Oratio ad Vigiliam ·

Or. Deus . qui humanarum conditor animarum . & æternus amator es . quæsumus · ut animam famuli tui Ill. quam vera (dum maneret in corpore) tenuit fides . ab omnibus cruciatibus infernorum reddas extorrem . ut segregata ab infernalibus claustris . Sanctorum mereatur in cælis adunari consortiis · Per ·

Item ad sepeliendum ·

O. V Non intres in judicium cum servo tuo . Domine . quoniam nullus apud te justificabitur homo . nisi per te omnium peccatorum tribuatur ei remissio· Non ergo eum . quæsumus . tua judicialis sententia premat . quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat . sed gratia tui illi succurrente mereatur evadere judicium ultionis . qui dum viveret . insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis · Qui vivis Deus & regnas per omnia &c·

Or. Deus . cui omnia vivunt · & cui non pereunt moriendo corpora nostra · sed mutantur in melius . te supplices deprecamur . ut suscipi jubeas animam famuli tui Ill. per manus sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ Patriarchæ . resuscitandamque in novissimo magni Judicii die . & quicquid vitiorum fallente Diabolo contraxit . tu pius & misericors abluas indulgendo · Per Christum ·

Or. Fac . quæsumus Domine . hanc cum servo tuo defuncto misericordiam . ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem . qui tuam in votis tenuit voluntatem · ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis . ita illic eum tua miseratio societ Angelicis choris · Per ·

Or. Temeritatis quidem est . Domine . ut homo hominem . cinis cinerem . mortalis mortalem . tibi Domino Deo nostro audeat commendare · sed quia terra suscipit terram . & pulvis convertitur in pulverem . donec omnis caro in suam redigatur originem . inde tuam . piissime Pater . lacrymabiliter quæsumus pietatem . ut hujus famuli tui animam (quam de hujus Mundi cœnulenta voragine ducis ad Patriam) amici tui Abrahæ sinu recipias . & refrigerii rore perfundas · sit ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata . & beatæ requiei tuæ (te donante) conjuncta · & si quæ sunt illi . Domine . dignæ cruciatibus culpæ . tu eas gratia mitissimæ lenitatis indulge . nec peccati recipiat vicem . qui tuam in votis tenuit voluntatem · sed indulgentiæ tuæ piam sentiat bonitatem . cumque finito Mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum . novus homo Sanctorum omnium cœtibus aggregatus . cum Electis tuis resurgat in parte dextera coronandus · Per Christum Dominum ·

M.S Satisfaciat tibi . quæsumus Domine Deus noster . pro anima famuli tui fratris nostri . beatissimæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ . omniumque Sanctorum tuorum oratio . & præ-

præſentis familiæ tuæ humilis & devota ſupplicatio . ut peccatorum omnium veniam (quam precamur) obtineat . nec eum patiaris cruciari a gehennalibus flammis . quem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſo ſanguine redemiſti . Qui tecum & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per &c.

Incipiunt Orationes pro Defunctis . Orationes in die depoſitionis Defuncti .

R Adeſto . quæſumus Domine . pro anima famuli tui Ill. cujus in depoſitione ſua officium commemorationis impendimus . ut ſi qua cum ſæcularis macula invaſit . aut vitium Mundiale infecit . dono tuæ pietatis indulgeas & extergas . Per .

L Deus . cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere . te ſupplices exoramus pro anima famuli Ill. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti . ut non tradas eam in manus inimici . neque obliviſcaris in finem . ſed jubeas eam a ſanctis Angelis ſuſcipi . & ad patriam Paradiſi perduci . ut quia in te ſperavit & credidit . non pœnas inferni ſuſtineat . ſed gaudia æterna poſſideat . Per .

Orationes in die III. VII. *&* XXX. *depoſitionis defuncti .*

R Quæſumus Domine . famulo tuo . cujus ſeptimum obitus ſui diem commemoramus . Sanctorum atque electorum largire conſortium . & rorem miſericordiæ tuæ perennis infunde . Per .

R Omnipotens ſempiterne Deus . collocare dignare corpus & animam & ſpiritum famuli tui Ill. (cujus diem III. VII. vel XXX. ſuæ depoſitionis celebramus) in finibus Abrahæ Iſaac & Jacob . & cum dies agnitionis tuæ venerit . inter ſanctos & electos tuos eum reſuſcitari præcipias . Per .

Quæſumus Domine . ut animæ famuli tui Ill. (cujus depoſitionis diem tertium . vel ſeptimum . vel trigeſimum commemoramus) Sanctorum atque Electorum tuorum largiri digneris conſortium . & rorem miſericordiæ tuæ perennis infundas . Per .

In Annuali . ſive Anniverſario defuncti .

Deus indulgentiarum . Domine . da famulo tuo Ill. (cujus anniverſarium depoſitionis diem commemoramus) refrigerii ſedem . quietis beatitudinem . & luminis claritatem . Per .

Suſcipe Domine preces noſtras pro anima famuli tui Ill. ut ſi quæ in eo maculæ de terrenis contagiis adhæſerunt . remiſſionis tuæ miſericordia deleantur . Per .

Orationes pro defuncto Apoſtolico .

Da nobis Domine . ut animæ famuli & Sacerdotis tui Ill. Epiſcopi (quam de ſæculo eduxiſti laborioſo certamine) Sanctorum tuorum cœtui tribuas eſſe conſortem . Per . E. G

Deus . qui inter Apoſtolicos Sacerdotes . famulum tuum Ill. Pontificali feciſti dignitate vigere . præſta quæſumus . ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio . Per . L

Orationes pro defuncto Epiſcopo .

Preces noſtras . quæſumus Domine . quas in famuli tui Ill. Epiſcopi depoſitione deferimus . propitiatus exaudi . ut qui nomini tuo Miniſterium fidele dependit . perpetua ſanctorum ſocietate lætetur . Per . E. R

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris . & animam famuli tui Ill. Epiſcopi R

ſcopi in vivorum regione æternis gaudiis jubeas ſociari · Per ·

E.R Præſta quæſumus Domine . ut anima famuli tui Ill. Epiſcopi (quam in hoc ſæculo commorantem ſacris muneribus decoraſti) cæleſti ſede glorioſa ſemper exultet · Per ·

R Deus cujus miſericordiæ non eſt numerus . ſuſcipe pro anima famuli tui Ill. Epiſcopi preces noſtras , & lucis ei lætitiæque in regione Sanctorum tuorum ſocietatem concede · Per ·

R Præſta . quæſumus omnipotens Deus . ut animam famuli tui Ill. Epiſcopi . in congregatione Juſtorum . æternæ beatitudinis jubeas eſſe conſortem · Per ·

E Deus . qui inter Apoſtolicos Sacerdotes famulum tuum Ill. Epiſcopum cenſeri feciſti . præſta quæſumus . ut quorum vicem gerebat ad horam in terris . eorum perpetuo conſortio lætetur in cælis · Per ·

B Suſcipe Domine . quæſumus . preces noſtras pro anima famuli tui Ill. Epiſcopi . ut in Pontificum tibimet placitorum perpetua ſede lætetur · Per ·

R Omnipotens ſempiterne Deus . Majeſtatem tuam ſupplices exoramus . ut famulo tuo Ill. Sacerdoti (quem in requiem tuam vocare dignatus es) dones ſedem honorificatam . & fructum beatitudinis ſempiternæ . ut ea quæ in oculis noſtris docuit & geſſit . non judicium nobis pariant . ſed profectum attribuant . ut per quem nunc in te gaudemus in terris . cum eodem apud te exultare mereamur in cælis · Per ·

Pro defuncto Sacerdote ·

B Deus . cujus miſericordiæ non eſt numerus . ſuſcipe pro anima famuli tui Ill. Sacerdotis preces noſtras . & lucis ei lætitiæque regionem in Sanctorum tuorum ſocietate concede · Per ·

Deus . cui ſoli competit medicinam præſtare poſt mortem . præſta quæſumus . ut anima famuli tui Ill. Sacerdotis . terrenis exuta contagiis in tuæ redemptionis parte numeretur · Per · E

Pro uno defuncto . ſive una defuncta ·

Inclina Domine aurem tuam ad preces noſtras . quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur . ut animam famuli tui Ill. (quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti) in pacis ac lucis regione conſtituas . & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem · Per · G. E

Abſolve Domine animam famuli tui Ill. ab omni vinculo delictorum . ut in reſurrectionis gloria inter ſanctos tuos reſuſcitatus reſpiret · Per · G. E

Annue nobis Domine . ut anima famuli tui Ill. remiſſionem (quam ſemper optavit) mereatur percipere peccatorum · Per · G. E

Omnipotens ſempiterne Deus . cui numquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur . propitiare animæ famuli tui Ill. ut qui de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſit . Sanctorum tuorum numero facias adgregari · Per · R. L

Præſta quæſumus omnipotens Deus . ut animam famuli tui Ill. ab Angelis lucis ſuſceptam . in præparata habitacula deduci facias Beatorum · Per · R.L

Item pro una defuncta ·

Quæſumus Domine . pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ Ill. & a contagiis mortalitatis exutam . in æternæ ſalvationis partem reſtitue · Per · L

Pro defuncto nuper baptizato ·

Deus . qui ad cæleſte Regnum nonniſi renatis per aquam & Spiritum Sanctum pandis introitum . multiplica ſuper animam famuli tui Ill. miſericor- R. B

ricordiam tuam. & cui donasti celerem & incontaminatum transitum post Baptismi Sacramentum. da ei & æternorum plenitudinem gaudiorum. Per.

R Deus. qui omne meritum vocatorum donis tuæ bonitatis anticipas. propitiare animæ famuli tui Ill. quam in finem istius vitæ Regenerationis unda mundavit. & quem fecisti non timere de culpa. fac gaudere de gratia. Per.

R. E Propitiare Domine animæ famuli tui Ill. ut quem in finem istius vitæ Regenerationis fonte mundasti. ad cælestis Regni beatitudinem facias pervenire. Per.

R Deus. cujus bonitatis nullus est numerus. quia semper misericordia tibi est causa miserendi. exaudi pro Ill. famuli tui anima supplicantes. ut illum gratia tua sicut donavit Baptismo. ita donet & Regno. Per.

R Deus. qui cælestis Regni nonnisi renatis pandis introitum. auge super anima famuli tui Ill. gratiæ tuæ dona. ut quæ ab omnibus est purgata peccatis. a nullis sit aliena promissis. Per.

R Ascendant ad te. Domine. preces nostræ. & animam famuli tui Ill. gaudia æterna suscipiant. ut quem fecisti adoptionis participem. jubeas hereditatis tuæ esse consortem. Per.

Oratio pro defuncto desiderante pœnitentiam. & minimè consequente.

L.R Omnipotens & misericors Deus. in cujus humana conditio potestate consistit. animam famuli tui Ill. quæsumus ab omnibus absolve peccatis. ut pœnitentiæ fructum. quem voluntas ejus optavit. præventus mortalitate non perdat. Per.

Pro his qui in Cæmeteriis requiescunt.

Deus cujus miseratione animæ fidelium requiescunt. famulis tuis Ill. & Ill. vel omnibus hic in Christo quiescentibus. da propitius veniam peccatorum. ut a cunctis reatibus absoluti sine fine lætentur. Per. L.R

Omnipotens sempiterne Deus. annue precibus nostris ea quæ poscimus. & dona omnibus. quorum hic corpora requiescunt. refrigerii Sedem. quietis beatitudinem. luminis claritatem. & qui peccatorum suorum pondere prægravantur. eos supplicatio commendet Ecclesiæ. Per. R

Deus. fidelium lumen animarum. adesto supplicationibus nostris. & da omnibus quorum corpora hic quiescunt. refrigerii sedem. quietis beatitudinem. luminis claritatem. Per. L.R

Adesto. quæsumus. Domine. pro animabus famulorum famularumque tuarum. & omnium hic quiescentium. ut si quæ carnales maculæ in eis de terrenis contagiis inhæserunt. miserationis tuæ venia delantur. Per.

Inclina. quæsumus Domine aures tuas ad preces nostras. pro quibus misericordiam tuam supplices exoramus. ut animas famulorum famularumque tuarum in pacis. ac lucis regione constituas. & Sanctorum jubeas esse consortes. Per. R

Multiplica. Domine. super animas famulorum famularumque tuarum. misericordiam tuam. & quibus donasti Baptismi Sacramentum. da eis æternorum plenitudinem gaudiorum. Per. R

Pro defunctis fratribus.

Deus. veniæ largitor. & humanæ salutis amator. quæsumus clementiam tuam. ut nostræ Congregationis fratres. propinquos & benefactores. qui ex hoc L

ex hoc sæculo transierunt. beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis. ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per.

Pro defunctis Congregationis.

L Deus. vita viventium. spes morientium. salus omnium in te sperantium. præsta propitius. ut animæ hujus Congregationis nostræ mortalitatis tenebris absolutæ. beata Maria semper Virgine intercedente in perpetua cum sanctis tuis luce lætentur. Per.

Pro Patre & Matre.

L Deus. qui nos patrem & matrem honorare præcepisti. miserere clementer animabus patris & matris meæ. eorumque peccata dimitte. meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per.

Si sit pro pluribus. dicatur (animabus parentum nostrorum) *& ubi dicitur* (meque) *dicatur* (nosque)

Sic pro Patre tantùm dicatur (animæ patris mei) *vel* (nostri)

Si pro matre tantùm. dicatur (animæ matris meæ) *vel* (nostræ)

Pro pluribus vel omnibus defunctis.

R Præsta, quæsumus Domine. animabus famulorum famularumque tuarum misericordiam sempiternam. ut mortalibus nexibus expeditas. lux eas æterna possideat. Per.

R Deus. cui soli competit medicinam præstare post mortem. tribue quæsumus. ut animæ famulorum famularumque tuarum ab omnibus exutæ peccatis. in Electorum tuorum societatibus adgregentur. Per.

R.L Fidelium Deus omnium conditor & Redemptor. animarum famulorum famularumque tuarum. remissionem cunctorum tribue peccatorum. ut indulgentiam. quam semper optaverunt. piis supplicationibus consequantur. Per.

Majestatem tuam. Domine. suppliR ces exoramus. ut animæ famulorum famularumque tuarum. ab omnibus. quæ per humanitatem commiserunt. exutæ. in tuorum censeantur sorte justorum. Per.

Animabus. quæsumus Domine. fa- R.L mulorum famularumque tuarum. Ill. & Ill. oratio proficiat supplicantium. ut eas & a peccatis exuas. & tuæ redemptionis facias esse participes. Per.

Animabus. quæsumus Domine. fa- R.E mulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam. ut eis proficiat in æternum. quod in te speraverunt & crediderunt. Per.

Supplices. quæsumus Domine. pro R.B animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus. sperantes. ut quicquid conversatione contraxerunt humana. & clementer indulgeas. & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per.

In Natali Sanctorum simul & officio mortuorum. Pro defuncto Sacerdote.

Beati Martyris tui Ill. Domine quæ- R.O sumus. intercessione nos protege. & animam famuli tui Ill. Sacerdotis. sanctorum tuorum junge consortiis. Per.

Adjuva nos Domine Deus noster; R beati tui Ill. precibus exoratus. & animam famuli tui Ill. Sacerdotis in beatitudinis sempiternæ lucis constitue. Per.

Item pro defuncto laico.

Ascendant ad te. Domine preces R.O nostræ. & animam famuli tui Ill. gau-

dia æterna suscipiant. ut quem fecisti adoptionis participem. jubeas hereditatis tuæ esse consortem. Per.

PRECES GENERALES.

A Deum Patrem. Filiumque ejus Dominum Jesum Christum. & Spiritum Sanctum devotis animis invocemus. Kyrie eleison.

Pro Catholica Dei vivi Ecclesia. per totum orbem constituta. misericordem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Apostolico & universali Papa. misericordem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Imperatore nostro. Judicibus. & Exercitibus ejus. qui justitiam & rectum judicium diligunt. misericordem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Archiepiscopo nostro & Sacerdotio ejus. omnipotentem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Episcopo nostro & Sacerdotio ejus. omnipotentem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Pro Sacerdotibus. & Ministris sacri Altaris. & cunctis Deum verum colentibus populis. Domini potentiam deprecemur. Kyrie eleison.

Pro his. quos peregrinationis necessitas. aut iniquæ potestatis oppressio. vel hostilitatis vexat ærumna. conditoris nostri misericordiam deprecemur. Kyrie eleison.

Pro jocunditate serenitatis. & opportunitate pluviæ. atque aurarum vitalium blandimentis. ac diversorum temporum prospero cursu omnipotentem Dominum supplicemus. Kyrie eleison.

Pro requie fidelium animarum. præcipue sanctorum Domini Sacerdotum. qui huic Ecclesiæ præfuerunt. Dominum spirituum & universæ carnis Judicem imploremus. Kyrie eleison.

Pro emundatione animarum corporumque nostrorum. & omnium venia peccatorum. conditorem Mundi. Dominum supplicemus. Kyrie eleison.

Pro Civitate hac. & omnibus habitantibus in ea. misericordem Dominum deprecemur. Kyrie eleison.

Exaudi Domine vocem famuli tui. pro incolumitate totius populi [tui. Kyrie eleison.]

Item aliæ.

Domine Deus omnipotens patrum nostrorum. Kyrie eleison. A

Respice de cælo & de sede sancta tua. Kyrie eleison.

Pro sancta Ecclesia Catholica. quam conservare digneris. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Apostolico & Universali Papa. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Imperatore nostro. Judicibus. & Exercitibus ejus. Kyrie eleison.

Pro Domno Ill. Archiepiscopo nostro. & Sacerdotio ejus. Kyrie eleison.

Pro universis Episcopis. cuncto Clero & Populo. Kyrie eleison.

Pro Civitate hac. & omnibus habitantibus in ea. Kyrie eleison.

Ut concordiam veram. & pacem bonam nobis omnibus donare digneris. Kyrie eleison.

Libera nos qui liberasti filios Israel. Kyrie eleison.

In manu forti & brachio extento. Kyrie eleison.

Exurge Domine. adjuva nos. & libera nos propter nomen tuum. Kyrie eleison. *III. vicibus.*

Depre-

Deprecatio. quam Papa Gelasius pro Universali Ecclesia constituit canendam esse (a)

Dicamus omnes. Domine exaudi. & miserere.

Patrem Unigeniti. & Dei Filium Genitoris ingeniti. & Sanctum Deum Spiritum. fidelibus animis invocemus. ℟. Domine exaudi. & miserere.

Pro immaculata Dei vivi Ecclesia. Sacerdotibus ac Ministris. Divinam bonitatis opulentiam deprecemur. ℟. Domine exaudi &c.

Pro sanctis Dei magni Sacerdotibus & Ministris. cunctisque Deum verum colentibus populis. Christum Dominũ supplicemus. ℟. Domine exaudi &c.

Pro universis recte tractantibus verbum veritatis. multiformem Verbi Dei sapientiam peculiariter obsecremus. ℟. Domine &c.

Pro his. qui se mente & corpore propter cœlorum regna castificant. & spiritualium labore desudant. largitorem spiritalium munerum obsecremus. ℟. Domine &c.

Pro religiosis Principibus. omnique Militia eorum. qui judicium & justitiam diligunt. Domini potentiam obsecremus. ℟. Domine &c.

Pro jocunditate & serenitate. [& opportunitate] pluviæ. atque aurarum vitalium blandimentis. ac prospero diversorum operum cursu. Rectorem Mundi. Dominum deprecemur. ℟. Domine &c.

Pro his. quos prima Christiani nominis initiavit agnitio. quos jam desiderium gratiæ cœlestis accendit. omnipotentis Dei misericordiam obsecremus. ℟. Domine &c.

Pro his. quos humanæ infirmitatis fragilitas. & quos Nequitiæ spiritalis invidia. vel varius sæculi error involvit. Redemptoris nostri misericordiam imploremus. ℟. Domine &c.

Pro his. quos peregrinationis necessitas. aut iniquæ potestatis impietas. vel hostilis vexat ærumna. Salvatorem Dominum supplicemus. ℟. Domine &c.

Pro Judaica falsitate. aut Hæretica pravitate deceptis. vel Gentilium superstitione perfusis. veritatis Dominum deprecemur. ℟. Domine &c.

Pro operariis pietatis. & his qui necessitatibus laborantum. fraterna charitate subveniunt. misericordiarum Dominum deprecemur. ℟. Domine &c.

Pro omnibus intrantibus in hæc sanctæ Domus Dei atria [qui] religioso corde & supplici devotione convenerunt. Dominum gloriæ deprecemur. ℟. Domine &c.

Pro emundatione animarum corporumque nostrorum omnium. ac venia peccatorum. clementissimum Dominum supplicemus. ℟. Domine &c.

Pro refrigerio fidelium animarum. præcipue sanctorum Domini Sacerdotum. qui huic Ecclesiæ præfuerunt Catholicæ. Dominum spirituum. & universæ carnis Judicem deprecemur. ℟. Domine &c.

Mortificatam vitiis carnem. & viventem fide animam. ℟. Præsta Domine. præsta.

Castum timorem. & veram dilectionem. ℟. Præsta Domine. præsta.

Gratum vitæ ordinem. & probabilem exitum. ℟. Præsta Domine. præsta.

Angelum pacis. & solatia Sanctorum. ℟. Præsta Domine. præsta.

Nosmetipsos. & omnia nostra. quæ orta. quæ * acta per Dominum. ipso * auctore

(a) Apud Alcuinum in Officiis per Ferias columna 241.

ipso authore suscepimus. ipso custode retinemus. Ipsiusque misericordiæ. & arbitrio providentiæ commendemus. ℟. Domine miserere.

Item Preces generales juxta ritum Ecclesiæ Mediolanensis.

Divinæ pacis & indulgentiæ munere supplicantes ex toto corde & ex tota mente precamur te. ℟. Domine miserere.

Pro Ecclesia tua sancta Catholica. quæ hic & per universum Orbem diffusa est. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro Papa nostro Ill. & Pontifice nostro Ill. & omni Clero eorum. omnibusque Sacerdotibus ac Ministris. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro famulo tuo Ill. Imperatore. & famula tua Ill. Imperatrice. & omni Exercitu eorum. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro famulo tuo Ill. Rege. & Duce nostro. & omni Exercitu ejus. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro pace Ecclesiarum. vocatione Gentium. & quiete populorum. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro Civitate hac & conversatione ejus. omnibusque habitantibus in ea. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro aeris temperie. ac fructu & fœcunditate terrarum. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro Virginibus. Viduis. Orphanis. Captivis. ac Pœnitentibus. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro Navigantibus. Iter agentibus. in carceribus. in vinculis. in metallis. in exiliis Constitutis. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro his. qui diversis infirmitatibus detinentur. quique spiritibus vexantur immundis. precamur te. ℟. Domine &c.

Pro his. qui in sancta tua Ecclesia fructus misericordiæ largiuntur. precamur te. ℟. Domine &c.

Exaudi nos Deus in omni oratione atque deprecatione nostra. precamur te. ℟. Domine &c.

Dicamus omnes. ℟. Domine miserere.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Item aliæ.

Dicamus omnes. ℟. Kyrie eleison.

Domine Deus omnipotens patrum nostrorum. ℟. Kyrie eleison.

Respice de cælo Deus. & de sede sancta tua. ℟. Kyrie eleison.

Pro Ecclesia tua sancta Catholica. quam conservare digneris. ℟. Kyrie eleison.

Pro Papa nostro Ill. & Pontifice nostro Ill. & Sacerdotio eorum. ℟. Kyrie eleison.

Pro universis Episcopis. cuncto Clero & Populo. ℟. Kyrie eleison.

Pro famulo tuo Ill. Imperatore. & famula tua Ill. Imperatrice. & omni Exercitu eorum. ℟. Kyrie eleison.

Pro famulo tuo Ill. Rege & Duce nostro. & omni Exercitu ejus. ℟. Kyrie eleison.

Pro Civitate hac. omnibusque habitantibus in ea. ℟. Kyrie eleison.

Pro aeris temperie. ac fructu & fœcunditate terrarum. ℟. Kyrie eleison.

Libera nos. qui liberasti filios Israel. ℟. Kyrie eleison.

In manu forti & brachio excelso. ℟. Kyrie eleison.

Exurge Domine. adjuva nos. & libera nos propter nomen tuum. ℟. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Bene-

Benedictiones post absolutos Nocturnos in Vigiliis.

In I. Nocturno. Exaudi. Domine Jesu Christe. preces servorum tuorum. & miserere nobis. qui cum Patre. & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

In II. Nocturno. Ipsius pietas & misericordia nos adjuvet. qui cum Patre. & Spiritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

In III. Nocturno. A vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen.

In Vigiliis Sanctorum.

Precibus & meritis beatæ & gloriosæ semper Virginis. Dei Genitricis Mariæ. & beatorum Apostolorum Petri & Pauli. & omnium Sanctorum. perducat nos Dominus ad gaudia regni cælorum. ℟. Amen.

Aliæ.

Intercedente beato Principe Apostolorum Petro. salvet & custodiat nos Dominus.

Precibus omnium Sanctorum suorum salvet & benedicat nos Dominus.

Benedictiones ad lectiones in Vigiliis. In Natalitiis Sanctorum.

In I. Nocturno. Cujus festum colimus. ipse (vel ipsa) intercedat pro nobis ad Dominum.

* Beati Ill. remissione det nobis Dominus suam benedictionem. * Beati Ill. precibus misereatur nobis omnipotens Deus.

In II. Nocturno. Per beati Ill. merita perducat nos Dominus ad regna cælestia. * Ad beati Ill. gaudia perducat nos Christi misericordia. * Gaudia Sanctorum det nobis Rector eorum.

In III. Nocturno. Christus Filius Dei vivi faciat nos placere sibi. * Dextera superna ab omni malo nos defendat. * Ad gaudia Paradisi perducat nos misericordia Christi.

Benedictio ad Evangelium.

S. Evangelii lectio sit nobis salus & protectio.

Benedictiones quando non sunt festivitates.

In I. Nocturno. Benedictiones ad Patrem. Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus. * Nos Deus in regno faciat gaudere superno. * Illuminet Dominus vultum suum super nos. & misereatur nostri.

In II. Nocturno. Benedict. ad Filium.

Alma Redemptoris benedicat dextera nobis. * Benedicat nos Christus. qui est vera salus & virtus. * Deus Dei Filius sit nobis salus. atque propitius.

In III. Nocturno. Benedictiones ad Spiritum Sanctum. vel ad S. Trinitatem.

Spiritus Sancti gratia corda nostra repleat. * A vitiis & peccatis mundet nos virtus Sanctæ Trinitatis. * In unitate Sancti Spiritus benedicat nos Pater & Filius.

Benedictio ad Evangelium.

Evangelica lectio sit nobis salus & firma protectio.

Benedictiones in laude Virginis.

Sancta Maria. Virgo Virginum. intercedat pro nobis apud suum Filium. * Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. * Dei Genitrix Virgo defendat nos ab hoste maligno. * Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. * Auxiliatrix pia sit nobis semper Virgo Maria. * Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem & pacem.

Bene-

Benedictiones in Resurrectione Domini.

Per hanc sanctam Resurrectionem det nobis suam benedictionem. * Ille nos benedicat. qui de morte surrexit ad vitam.

In Ascensione Domini.

Filius Altitonantis benedicat nos cum suis Sanctis. * Qui super astra micat. nos protegat & benedicat.

In Nativitate Domini.

Qui natus est de Maria Virgine. purget nos ab omni crimine. * Qui natus est de Virgine Matre. faciat nos gaudere cum Patre. * De sede Majestatis benedicat nos dextera Dei Patris. * Virtus Divina nos protegat. & benedicat.

Orationes de Passione Domini in Biduo majoris Hebdomadæ.

Ad horam diei Tertiam.

Præfatio.

* Ex M.S. Codice. Commemorantes. charissimi. Dominicæ Traditionis horam. qua sicut ovis ad occisionem ductus. & sicut agnus tonsus. mansuetudine os suum non aperiens. ad Crucem (quam pro nobis ascendit) voluntarius ducebatur. & oblatus est. quia ipse voluit. animas nostras Christo Domino. Deo pio commendemus. nostra peccata Agno immaculato. quodammodo figuralis tangentes Hostiæ caput. illo favente (quod sui pace dictum sit) imponamus. ut nostras iniquitates. quas ille non habuit. portet & perdat. Qui cum Patre vivit Dominator & regnat.

Oratio.

O pia Dei vivi Sapientia. o tu vivum æterni Patris Dei sempiternum Verbum. sempiternaque Virtus. quia & sempiterna nativitas. qui sempiterni Patris sempiternus Filius Dei es. & Deus. extra quem nihil. & per quem omne. in quo quod est constat. qui es Deus super nos. & homo propter nos. pro nobis enim [es] quod nos esse voluisti. da nobis quod promisisti. da nobis indignis licet. quod omnibus communiter obtulisti. Passionem (scilicet) tuam nostram esse libertatem. & tuam Mortem nostram esse vitam. & tuam Crucem nostram esse redemptionem. & tuum Vulnus nostram esse sanitatem. ut tecum crucifixi tuo dono sursum exaltemur ad Patrem tuum. Cum quo beatus vivis & regnas in sæcula sæculorum.

Alia Oratio.

Da nobis. Domine. perpetuæ benedictionis munus accipere. pro quibus Unigenitus tuus sputis illitus. palmas accepit & colaphos. Qui tecum.

Oratio ad horam diei Sextam.

Christe Deus. Adonai magne. nos tecum quasi huic Mundo crucifige. ut vita tua in nobis sit. nostraque peccata super te pone. ut ea crucifigas. nos quoque ad teipsum trahe. cum pro nobis exaltatus es a terra. ut nos eripias ab adultero tyranno. quia licet carne & vitiis Diabolo noxii sumus. tibi tamen. non illi optamus servire. & sub tuo jure vivere desideramus. & a te gubernari rogamus. qui nos mortales. & a morte invasos. per mortem Crucis liberare voluisti. Pro quo singulari beneficio hodierna tibi nostra famulatur devotio. teque nunc hodie supplices adoramus. imploramus. invocamus. ut ad nos properes virtus æterna. Deus. quod nobis proficiat tua Crux. triumphans scilicet de Mundo in nobis per Crucis virtutem. atque tua pietas nobis illud antiquum restituat beneficium. virtutes (scilicet) & gratias. Qui per potentiam futura. præ-

præteritis. per præsentiam facis similiter præterita. præsentia • redde. ut nobis tua Passio sic salutaris sit. quasi præsens & hodierna. & sic nobis hodie illa gutta sancti Sanguinis tui super terram olim de Cruce stillantis. sit salus • ut omnia terræ nostræ delicta lavans. & corporis nostri humo quodammodo immixta. nos de terra tuos efficiat. nos quoque tibi quasi corpus idem reconciliet Capiti • Qui regnas cum Patre semper & Spiritu Sancto. nunc nobis regnare incipe. Homo Deus. Christe Jesu. Rex in sæcula sæculorum•

Alia Oratio•

Respice Domine propitius super hanc familiam tuam. pro qua Dominus noster Jesus Christus. non dubitavit manibus tradi nocentum. & Crucis subire tormentum• Per eumdem•

Oratio ad horam diei Nonam•

O salutaris hora Passionis. o magna maximarum gratiarum Nona hodierna maxima horarum hora• Hac. nunc. tu noster dilecte Sponse. osculare de Cruce. licet post Crucis trophæum• Osculare. precamur. salutare tuum impertire nobis. triumphator mirabilis. auriga supreme. Deus pie. gloriosissime propugnator • Avete. valete. invalescite & viriliter agite. confortamini. dicito. loquere cordibus nostris inspector Christe• An qui olim hæc fecisti. nunc eadem non potes facere? potes utique potes. quia omnipotens es• potes Amantissime. potes facere. quod nos non possumus cogitare. quia nihil tibi impossibile est. Deus omnipotens• Jesu osculare. quæso. dilectissime. (qui triumphans regressus es ad Patrem. cum quo semper eras & permanes unus) quia osculum tuum dulce est. & ubera tua vino dulciora. fragrantia optimis unguentis• & nomen tuum super oleum. quem adolescentulæ dilexerunt. quem recti diligunt. quos trahis post te • cujus lectus floridus. cujus trophæum Crux• Qui (hac hora rubens de Edom de Cruce. tinctis vestibus de Bosra) solus quasi calcator magni illius Torcularis. ad cælos ascendisti• Cui occurrunt Angeli. Archangeli dicentes• Quis est iste. qui ascendit tinctis vestibus de Bosra? Quibus te interrogantibus. Quare ergo rubrum est vestimentum tuum? Respondisti• Torcular calcavi solus. & vir de Gentibus. non fuit mecum• Vere Salvator. vere rubrum est tuum propter nos Corpus• rubrum est sanguine uvæ. lavasti enim in vino stolam tuam. & pallium tuum in sanguine uvæ• Qui es Deus solus. crucifixus pro nobis. quos antiqua prævaricatio morti tradidit• cujus vulnere omnium innumera peccatorum vulnera sanata sunt• & nos pie Crucifixe Christe. cum tuis redime• salva pia bonitas. Deus• Qui regnas cum Patre & Spiritu Sancto unus in æternum & in sæcula sæculorum•

Alia Oratio•

Deus. qui pro redemptione nostra accepisti Sanguinem Jesu Christi. solve opera Diaboli. & omnes laqueos disrumpe peccati. ut creaturam regenerationis nulla polluant contagia vetustatis• Per eumdem•

Ad Vesperos•

Christe Jesu in vespera Mundi Vespertinum Sacrificium per Crucem effectum. dignare nos nova Corpori tuo fore sepulchra• Qui cum æterno Patre vivis & regnas &c•

Alia Oratio•

Domine. Christe Jesu. Deus pie. exaudi nos. & præsta (precamur) quæ corde rogamus. & hoc rogamus.

mus . ut tibi placeamus . tibi hæreamus sine fine · ut semper tibi gratias agamus . quia tu Domine redemisti nos in æternam vitam de æterna morte · Qui descendisti in lacum . ut ex inferis vinctos educeres . descende nunc quoque (precamur) visceribus tuæ pietatis . ut ex vinculis peccatorum . quibus unusquisque constringitur . nos absolvas Salvator Mundi · Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum ·

INCIPIT BREVIARIUM PSALTERII

(*Continens versus Psalmorum verba Orationis continentes* ·)

Ex mss. Codicibus editum.

VErba mea auribus percipe . Domine . intellige clamorem meum . intende voci orationis meæ . rex meus . & Deus meus · Domine . ne in ira tua arguas me . neque in furore tuo corripias me · Miserere mihi . Domine . quoniam infirmus sum . sana me . Domine . quoniam conturbata sunt omnia ossa mea . & anima mea turbata est valde · & tu . Domine . usquequo ? Convertere . Domine . & eripe animam meam . salvum me fac ex omnibus persequentibus me . & libera me · Miserere mihi . Domine . vide humilitatem meam de inimicis meis · Respice . & exaudi me Domine Deus meus · Illumina oculos meos . ne umquam obdormiam in morte · Perfice gressus meos in semitis tuis . ut non moveantur vestigia mea · Ego clamavi . quoniam exaudisti me Deus . inclina aurem tuam mihi . & exaudi verba mea · Mirifica misericordias tuas . Domine . qui salvos facis sperantes in te · Custodi me . Domine . ut pupillam oculi . sub umbra alarum tuarum protege me a facie impiorum . qui me afflixerunt · Ab occultis meis munda me . Domine . & ab alienis parce servo tuo · Tu autem . Domine . ne longe facias miserationes tuas a me . ad defensionem meam aspice · Erue a framea . Deus . animam meam . & de manu canis unicam meam · Salva me ex ore leonis . & a cornibus unicornium humilitatem meam · Vias tuas . Domine . notas fac mihi . & semitas tuas edoce me . & dirige me in veritate tua · Reminiscere miserationum tuarum . Domine . & misericordiæ tuæ . quæ a sæculo sunt · Delicta juventutis & ignorantiæ meæ ne memineris . secundum magnam misericordiam tuam . memor esto mei . propter bonitatem tuam Domine · Propter nomen tuum . Domine . propitiaberis peccato meo . copiosum est enim · Vide humilitatem meam & laborem meum . & dimitte omnia peccata mea · Ne perdas cum impiis . Deus . animam meam . & cum viris sanguinum vitam meam · Exaudi Domine vocem meam . qua clamavi ad te . miserere mei . & exaudi me · Ne avertas faciem tuam a me . & ne declines in ira a servo tuo · Adjutor meus esto . ne derelinquas me . neque despicias me Deus Salutaris meus · Legem pone mihi Domine in via tua . & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos · Ne tradideris me in animas persequentium me · Ad te . Domine . clamabo . Deus meus . ne sileas a me . & ero similis descendentibus in lacum · Exaudi Domine vocem deprecationis meæ . dum oro ad te . & dum extolle manus meas ad templum sanctum tuum · Ne simul tradas me cum peccatoribus . & cum operantibus iniquitatem ne perdas me · Sal-

Salvum fac populum tuum. Domine. & benedic hereditati tuæ. & rege eos, & extolle illos usque in sæculum· In te. Domine. speravi. non confundar in æternum. in tua justitia libera me· Inclina ad me aurem tuam. accelera ut eripias me· Esto mihi in Deum protectorem. & in locum refugii. ut salvum me facias· In manus tuas. Domine. commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis· Eripe me de manibus inimicorum meorum. & a persequentibus me· Illumina faciem tuam super servum tuum. & salvum me fac in tua misericordia· Domine. non confundar. quoniam invocavi te· Fiat misericordia tua. Domine. super nos. sicut speravimus in te· Judica. Domine. nocentes me. expugna impugnantes me· Apprehende arma & scutum. & exurge in adjutorium mihi· Ne sileas. Domine. ne discedas a me· Exurge. Domine. intende judicium meum. Deus meus. & Dominus meus in causam meam· Judica me secundum misericordiam tuam. Domine Deus meus· Prætende misericordiam tuam scientibus te. & justitiam tuam his. qui recto sunt corde· Non veniat mihi pes superbiæ. & manus peccatoris non moveat me· Ne derelinquas [me]. Domine Deus meus. ne discesseris a me. intende in adjutorium meum. Domine Deus salutis meæ· Exaudi Deus orationem meam & deprecationem meam. auribus percipe lacrymas meas. ne sileas a me· Quoniam incola ego sum apud te in terra. & peregrinus sicut omnes patres mei· Remitte mihi ut refrigerer priusquam eam. & amplius non ero· Tu autem. Domine. ne longe facias misericordias tuas a me. misericordia tua. & veritas tua semper susceperunt me· Quoniam circumdederunt me mala. quorum non est numerus· comprehenderunt me iniquitates meæ. & non potui ut viderem· Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. & cor meum dereliquit me· Complaceat tibi Domine. ut eripias me. Domine in auxilium meum respice· Ego vero egenus & pauper sum. Deus adjuva me· Adjutor meus & liberator meus esto. Domine ne tardaveris· Ego dixi. Domine. miserere mei. sana animam meam. quia peccavi tibi·

Exurge. quare obdormis. Domine? exurge. & ne repellas in finem· Quare faciem tuam avertis? oblivisceris inopiam nostram & tribulationem nostram? Exurge. Domine adjuva nos. & libera nos propter nomen tuum· Miserere mei. Deus. secundum magnam misericordiam tuam· Et secundum multitudinem miserationum tuarum. dele iniquitatem meam· Amplius lava me ab injustitia mea. & a delicto meo munda me· Averte faciem tuam a peccatis meis. & omnes iniquitates meas dele· Cor mundum crea in me. Deus. & spiritum rectum innova in visceribus meis· Ne projicias me a facie tua. & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me· Redde mihi lætitiam Salutaris tui. & Spiritu Principali confirma me· Domine. labia mea aperies. & os meum annunciabit laudem tuam· Deus in nomine tuo salvum me fac. & in virtute tua libera me· Deus exaudi orationem meam. auribus percipe verba oris mei· Exaudi Deus orationem meam. & ne despexeris deprecationem meam. intende in me. & exaudi me· In Deo laudabo verbum. & in Domino laudabo sermonem. in Deo sperabo. non timebo quid faciat mihi homo· In me sunt. Deus. vota quæ reddam. lau-

dationes tibi · Quoniam eripuisti animam meam de morte . oculos meos a lacrymis . pedes meos a lapsu . ut placeam coram Domino in lumine viventium · Miserere mei . Deus . miserere mei . quoniam in te confidit anima mea · Et in umbra alarum tuarum sperabo . donec transeat iniquitas · Eripe me de inimicis meis . Deus meus . & ab insurgentibus in me libera me · Eripe me de operantibus iniquitatem . & de viris sanguinum salva me · Quia ecce occupaverunt animam meam . irruerunt in me fortes · Ego vero orationem meam ad te . Domine . tempus beneplaciti Deus · In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me . in veritate salutis tuæ . Eripe me de luto . ut non inhæream . libera me ex odientibus me . & de profundo aquarum · Non me demergat tempestas aquæ . neque obsorbeat me profundum . neque urgeat super me puteus os suum · Exaudi me. Domine . quoniam benigna est misericordia tua . secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me · Ne avertas faciem tuam a puero tuo . quoniam tribulor . velociter exaudi me · Intende animæ meæ . & libera eam . propter inimicos meos eripe me · Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina · Ego vero egenus & pauper sum . Deus adjuva me · Adjutor meus & liberator meus [es tu] Domine . ne tardaveris · In te . Domine . speravi . non confundar in æternum · in tua justitia libera me . & eripe me · Inclina ad me aurem tuam. accelera. ut eripias me· Esto mihi in Deum protectorem. & in locum refugii . ut salvum me facias · Et tu . Domine . adjutor fortis · Repleatur os meum laude tua . ut possim cantare gloriam tuam . tota die magnificentiam tuam · Ne projicias me in tempore senectutis . dum defecerit virtus mea. Deus . ne derelinquas me · Deus . ne elonges a me . Deus meus . in auxilium meum respice· Ego autem semper in te sperabo . Domine. & adjiciam super omnem laudem tuam · Os meum pronunciabit justitiam tuam . tota die Salutare tuum ·

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi . & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem · Respice in testamentum tuum . quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domorum iniquitatum · Adjuva nos Deus Salutaris noster . & propter honorem nominis tui . Domine . libera nos . & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum · Excita . Domine . potentiam tuam . & veni . ut salvos facias nos · Domine Deus Virtutum converte nos . & ostende faciem tuam . & salvi erimus · Converte nos Deus Salutaris noster . & averte iram tuam a nobis · Ut non in æternum irascaris nobis . neque extendas iram tuam a progenie in progenies · Deus tu convertens vivificabis nos . & plebs tua lætabitur in te · Ostende nobis . Domine . misericordiam tuam . & salutare tuum da nobis · Inclina . Domine . aurem tuam ad me . & exaudi me . quoniam egenus & pauper sum ego · Custodi animam meam quoniam sanctus sum . salvum fac servum tuum . Deus meus . sperantem in te · Miserere mihi . Domine . quoniam ad te clamavi tota die . lætifica animam servi tui . quia ad te . Domine . levavi animam meam · Et tu Domine Deus meus . miserator & misericors . patiens & multum misericors . & verax . respice in me . & miserere mei . da potestatem puero tuo . & salvum fac filium ancillæ tuæ · Fac mecum. Domine . signum in bonum . ut videant.

deant qui me oderunt. & confundantur. quoniam tu. Domine. adjuvasti me· Domine Deus salutis meæ, in die clamavi & nocte coram [te]· Intret oratio mea in conspectu tuo. inclina aurem tuam ad precem meam. Domine· Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ. Domine. sicut jurasti David in veritate tua? Memor esto opprobrii servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum Gentium·

Convertere. Domine. aliquantulum. & deprecare super servos tuos· Et sit splendor Domini Dei nostri super nos. & opera manuum nostrarum dirige super nos· Domine exaudi orationem meam. & clamor meus ad te perveniat· Ne avertas faciem tuam a me. in quacumque die tribulor. inclina ad me aurem tuam. in quacumque die invocavero te. velociter exaudi me· Ne educas me in dimidio dierum meorum. in generationem & generationem Anni tui·

Et tu Domine fac mecum misericordiam propter nomen tuum. quoniam suavis est misericordia tua· Libera me. quoniam egenus & pauper sum ego. & cor meum conturbatum est in me· Sicut umbra cum declinat. ablatus sum. & excussus sum sicut locusta· Adjuva me. Domine Deus meus. & salvum me fac propter misericordiam tuam· Retribue servo tuo. vivam. & custodiam sermones tuos· Revela oculos meos. & considerabo mirabilia de lege tua· Incola ego sum in terra. non abscondas a me mandata tua· Confirma me. Domine. in sermonibus tuis· Viam iniquitatis amove a me. & de lege tua miserere mei· Deduc me in semitam mandatorum tuorum. quia ipsam volui· Inclina cor meum in testimonia tua. & non in avaritiam· Averte oculos meos. ne videant vanitatem. in via tua vivifica me· Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo· Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. quia in mandatis tuis credidi· Bonus es tu. Domine. & in bonitate tua doce me justificationes tuas· Fiat nunc. Domine. misericordia tua. ut consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo· Veniant mihi miserationes tuæ. & vivam. quia lex tua meditatio mea est· Fiat cor meum immaculatum in tuis justificationibus. ut non confundar· Humiliatus sum usquequaque. Domine. vivifica me secundum verbum tuum· Voluntaria oris mei beneplacita fac. Domine. & judicia tua doce me· Suscipe me secundum eloquium tuum. & vivam. & ne confundas me ab expectatione mea· Adjuva me. & salvus ero. & meditabor in tuis justificationibus· Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. & justificationes tuas doce me· Servus tuus sum ego. da mihi intellectum. ut sciam testimonia tua· Respice in me. & miserere mei secundum judicium diligentium nomen tuum· Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. ut non dominetur mei omnis injustitia· Redime me a calumniis hominum. ut custodiam mandata tua· Faciem tuam illumina super servum tuum. & doce me justificationes tuas· Vocem meam audi secundum misericordiam tuam. Domine. & secundum judicium tuum vivifica me· Vide humilitatem meam. & eripe me. quia legem tuam non sum oblitus· Judica judicium meum. & redime me. propter eloquium tuum vivifica me· Appropiet oratio mea in conspectu tuo. Domine. secundum eloquium tuum da mihi intellectum· Intret postulatio mea in conspectu tuo. Domine. secundum

eloquium tuum eripe me · Eructabunt labia mea hymnum . cum docueris me justificationes tuas · Pronunciabit lingua mea eloquia tua . quia omnia mandata tua æquitas · Fiat manus tua . ut salvum me faciat . quia mandata tua elegi · Concupivi Salutare tuum . Domine . & lex tua meditatio mea est · Vivet anima mea . & laudabit te . & judicia tua adjuvabunt me · Erravi sicut ovis quæ perierat . require servum tuum . Domine . quia mandata tua non sum oblitus · Miserere nobis . Domine . miserere nobis . quia multum repleti sumus contemptione · Benefac . Domine [bonis] & rectis corde · Converte. Domine. captivitatem nostram sicut torrens in austro · De profundis clamavi ad te . Domine . Domine exaudi vocem meam · Fiant aures tuæ intendentes in orationem servi tui · In quacumque die invocavero te . exaudi me . multiplicabis in anima mea virtutem tuam . & deduc me Domine in via æterna · Pone . Domine . custodiam ori meo . & ostium circumstantiæ labiis meis · Non declines cor meum in verbum malum · Intende in humilitatem meam . quia humiliatus sum nimis · Libera me a persequentibus me . quoniam confortati sunt super me · Educ de carcere animam meam . ad confitendum nomini tuo . Domine · Me expectant justi . donec retribuas mihi · Domine exaudi orationem meam . auribus percipe obsecrationem meam . in veritate tua exaudi me . in tua justitia · Et ne intres in judicium cum servo tuo . quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens · Quia persecutus est inimicus animam meam . humiliavit in terra vitam meam · Velociter exaudi me . Domine . defecit spiritus meus · Ne avertas faciem tuam a me . & ero similis descendentibus in lacum · Auditam mihi fac mane misericordiam tuam · Notam mihi fac viam . in qua ambulem . quia ad te . Domine . levavi animam meam · Eripe me de inimicis meis . Domine . ad te confugi . doce me facere voluntatem tuam . quia tu es Deus meus · Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam . propter nomen tuum Domine . vivificabis me in æquitate tua · Et educes de tribulatione animam meam . & in misericordia tua disperdes inimicos meos · Et perdes omnes . qui tribulant animam meam . quoniam servus tuus sum ego ·

Gloria Patri . & Filio . & Spiritui Sancto . Sicut erat in principio . & nunc . & semper . & in sæcula sæculorum · Amen ·

Benedicam Dominum in omni tempore . semper laus ejus in ore meo · Tibi soli peccavi . & malum coram te feci · Delictum meum cognitum tibi feci . & injustitiam meam non abscondi · Dixi · Confitebor adversus me injustitiam meam Domino . & tu remisisti impietatem peccati mei · Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno · Tu autem. Domine. miserere mei. & resuscita me . & retribuam eis · In hoc cognovi . quoniam voluisti me , quoniam non gaudebit inimicus meus super me · Me autem propter innocentiam suscepisti . & confirmasti [me] in conspectu tuo in æternum · Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo & usque in sæculum · Fiat . fiat · In manus tuas. Domine . commendo spiritum meum . redemisti me . Domine Deus veritatis · Salus mea de manu Domini . & gloria mea in conspectu Dei ·

Oratio in tribulatione ·

Si ante oculos tuos . Domine . cul- B

pas

pas quas fecimus. & plagas quas excipimus. conferamus. minus est quod patimur. majus est quod meremur. Peccati pœnam sentimus. & peccandi pertinaciam non vitamus. In flagellis tuis fragilitas nostra frangitur. & iniquitas non mutatur. Mens ægrota torquetur. & cervix dura non flectitur. Vita in dolore suspirat. & tamen in opere non se emendat. Si expectas. non corrigimur. si vindicas. non duramus. Confitemur in correptione. quod fecimus. obliviscimur in visitatione. quod flevimus. Si impresseris manum. facienda promittimus. si suspenderis gladium. promissa non facimus. Si ferias. clamamus. ut parcas. si parcas. iterum te provocamus. ut ferias. Si angustiæ veniunt. tempus petimus pœnitendi. Si misericordia subveniat. abutimur patientia. quæ pepercit. Adhuc plaga illata vix præterit. & jam non recolit mens ingrata. quod pertulit. Si citius nos exaudias. ex misericordia insolescimus. si tardius. ex impatientia murmuramus. Te. Domine. volumus servare quod feceris. non timemus negligere quod jusseris. Habes. Domine. confitentes reos. parce. quia pius es. Novimus. quod nisi dimittas. recte nos punias. sed apud te est multa miseratio. & propitiatio perabundans. Præsta sine merito quod rogamus. qui fecisti ex nihilo qui te rogarent. Clamantibus autem nobis ad te. Domine. miserere. Moveat misericordiam tuam vox fidelis & flebilis. atque illa (de qua totum speramus) pietas non reputet quod offendimus. dum respicit quod rogamus. & cum grandis sit miseria. esse nos reos. major tibi sit Clementia. esse nos miseros. Tuo supplices auxilio. ante te & criminis nostri mala ponimus & dolores. a te precando. misericordiam (quam peccando repulimus) expectamus. Præstetur his de indulgentia. quod rogaris accipere. quos agnoscis fiduciam de sua justitia non habere. Erige nos. Domine Deus noster. & alleva in misericordia tua. ut communione salutis. & gaudio charitatis. dum ipsi salvari ex munere tuo cupimus. etiam fide & pace cunctarum Gentium gaudeamus. Per.

Pia Precatio ex longiore Oratione S. Ambrosii Episcopi.

Te amatorem Ecclesiæ tuæ deprecor. Deus. pro Sacerdotibus ejus. ut verbis simul & meritis vitæ. populum sibi creditum ad cælestem Patriam invitent. Pro Regibus. Ducibus. & iis qui in sublimitate positi sunt. ut patres orphanorum. & judices viduarum semetipsos exhibeant. miseriis inopum & gemitibus pauperum doleant. nil. nisi quod justum est. in judicio quærant. sicque administrent præsentia. ne amittant bona futura. Pro Virginibus. continentibus. ac Mundo renuntiantibus. ut præsentia despiciant. futura requirant. ne se negotiis sæcularibus implicent. ut tibi militantes placeant. cui se probaverunt. Pro Conjugatis. ut sic sibi invicem carnis debitum solvant. ne a desiderio patriæ cælestis exorbitent. Sed quid ago. Domine? quasi oblitus peccatorum meorum pro aliis orare præsumo? O quam in multis offendi. atque offendo! sed non subrepit desperatio. cum publicanum in templo justificatum attendo. cum latronem in cruce confitentem. & de cruce ad Paradisum transeuntem aspicio. cum Mariam post multas criminum culpas

fonte pietatis ablutam. cum Petrum post negationem Apostolatus gratiam recuperasse intueor. Sed rogo. ineffabilis pietas. ut cui de tantis exemplis præsumere donasti. gemitus publicani. confessionem latronis. lacrymas meretricis. fletusque negantis Apostoli concedas. O Domine. si flagello temporali scelera mea vindicanda provideris. lacrymosus imploro. ut dum contra hæc iratus desævis. semper in ira misericordiæ recorderis. Quem enim diligis. corripis. flagellas autem omnem filium. quem recipis. quibus nimirum verbis. & si virga percussionis minatur. paternus tamen pietatis affectus monstratur. Da ergo inter flagella tolerantiam. ne murmurationis notas. ut malus servus. incurram. sed magis. quasi bonus filius gratiarum actiones rependam. Illud etiam magnopere peto. ut diem obitus. diem extremi Judicii. damnationem æterni supplicii. beatitudinemque Regni futuri. semper meminerim. quod nemo indesinenter potest. nisi qui ad vitam præordinatus est æternam. Et ut efficax hæc mea sit deprecatio. beatæ Mariæ Virginis suffragia peto. quam tanti meriti esse fecisti. ut prima inter mulieres novum munus offerret. & nulla præter ipsam tam novum acciperet. novum scilicet munus prima offerret. ut puerpera Virgo perseveraret. nulla præter ipsam tam novum acciperet. ut Deum Virgo pareret. & post partum Virgo maneret. Apostolorum intercessionem imploro. qui beatissimam Mediatoris paupertatem. ejusque Passiones vestigio insequentes. ad tantum celsitudinis culmen pervenerunt. ut quæcumque ligarent super terram. essent ligata & in cælis. & quæ solverent super terram. essent soluta & in cælis. atque in extremis sederent super duodecim thronos judicantes duodecim Tribus Israel. Martyrum preces deposco. qui pro veritate non dubitarunt sanguinem fundere. nec dilexerunt animas suas usque ad mortem. ut mortis superarent auctorem. Confessorum orationes expostulo. qui bella tentantis inimici. dum pie viverent in Catholica pace. vel etiam hæreticorum conflictationem diuturno certamine protulerunt. atque (ut verum dicam) longioris. occultique Martyrii palmas acceperunt. Talium. Domine Deus. preces numquam spernis. si ut pro me exorent. ipse inspiraveris. Qui in æternitate perenni vivis & regnas cuncta per sæcula. & in omnibus sæculis. Amen.

EXPLICIT. DEO GRATIAS.

INDEX

INDEX EORUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Præfatio Editoris de nova Editione.
Præfatio Ven. Cardinalis Thomasii.
Præfationes in Psalterium.

INCIPIUNT EXORDIA PSALMORUM.

A

AD Dominum cum tribularer. *Psalm.* cxix. *pag.* 249.
Ad te Domine clamabo. G. xxvii. 47.
Ad te Domine clamavi R. xxvii. 47.
Ad te Domine levavi animam meam. xxiv. 41.
Ad te levavi oculos. cxxii. 252.
Afferte Domino filii. xxviii. 48.
Attendite popule meus. lxxvii. 144.
Audite hæc omnes gentes. xlviii. 89.

B

Beati immaculati in: cxviii. 226.
Beati omnes qui timent Dominum. cxxvii. 256.
Beati quorum remissæ. xxxi. 54.
Beatus qui intelligit. xl. 75.
Beatus vir qui non abiit. i. 1.
Beatus vir qui timet Dominum. cxi. 216.
Benedicam Dominum. xxxiii. 58.
Benedic anima mea. j. cii. 191.
Benedic anima mea ij. ciii. 193.
Benedictus Dominus Deus meus. cxliii. 278.
Benedixisti Domine. lxxxiv. 161.
Bonum est confiteri. xci. 175.

C

Cæli enarrant. xviii. 31.
Cantate Domino. cxlix. 288.
Cantate Domino. j. xcv. 181.
Cantate Domino. ij. xcvii. 184.
Confitebimur tibi. lxxiv. 139.
Confitebor tibi Domine in toto. ix. 12.
Confitebor tibi. cx. 215.
Confitebor tibi. cxxxvii. 268.
Confitemini Domino & invocate. civ. 197.
Confitemini. cv. 201.
Confitemini. cvi. 206.
Confitemini. cxvii. 223.
Confitemini. cxxxv. 265.
Conserva me. xv. 22.
Credidi, propter quod. cxv. 222.
Cum invocarem. iv. 5.

D

De profundis. cxxix. 258.
Deus auribus nostris. xliii. 80.
Deus deorum Dominus. xlix. 91.
Deus Deus meus ad te. lxii. 153.
Deus Deus meus, respice in me. xxi. 35.
Deus in adjutorium. G. lxix. 128.
Deus in nomine tuo. liii. 98.
Deus in te speravi. R. lxx. 129.
Deus judicium tuum. lxxi. 132.
Deus laudem meam, cviii. 211.
Deus misereatur. lxvi. 120.
Deus noster refugium. xlv. 85.
Deus quis similis erit. lxxxii. 157.
Deus repulisti nos, & destruxisti. lix. 109.
Deus stetit in synagoga. lxxxi. 156.
Deus, venerunt gentes. lxxviii. 151.
Deus ultionum Dominus. xciii. 178.
Dilexi quoniam exau. cxiv. 221.
Diligam te Domine. xvii. 25.
Dixi, custodiam. xxxviii. 71.
Dixit Dominus. cix. 214.
Dixit injustus. xxxv. 63.
Dixit insipiens in corde suo. xiii. 19.
Dixit insipiens. lii. 97.
Domine clamavi. cxl. 274.
Domine Deus in adjutorium R. lxix. 128.
Domine Deus meus in te speravi. vii. 9.
Domine Deus salutis meæ. lxxxvii. 165.
Domine Dominus noster. viii. 11.
Domine exaudi orationem. ci. 188.
Domine exaudi orationem. cxlii. 276.
Domine in virtute tua. xx. 33.
Domine ne in furore. j. G. vi. 8.
Domine ne in furore. ij. G. xxxvii. 69.
Domine ne in ira. j. R. vi. 8.
Domine ne in ira. ij. R. xxxvii. 69.
Domine non est exaltatum. cxxx. 259.
Domine probasti. cxxxviii. 270.
Domine quid multiplicati. iii. 4.
Domine quis habitabit. xiv. 21.
Domine refugium factus es nobis. lxxxix. 171.
Domini est terra & plenitudo ejus. xxiii. 40.
Dominus illuminatio. xxvi. 44.
Dominus regit me. xxii. 38.
Dominus regnavit, decorem. xcii. 177.
Dominus regnavit exultet. xcvi. 183.
Dominus regnavit, irascantur. xcviii. 185.

E

Ecce nunc Benedicite. cxxxiii. 262.
Ecce quam bonum. cxxxii. 261.
Eripe me de inimicis. lviii. 106.
Eripe me Domine. cxxxix. 272.
Eructavit cor meum. xliv. 83.
Exaltabo te Deus. cxliv. 280.
Exaltabo te Domine. xxix. 50.
Exaudiat te Dominus. xix. 32.
Exaudi Deus deprecat. lx. 110.
Exaudi Deus orat. j. liv. 99.
Exaudi Deus orat. ij. lxiii. 114.

Exaudi

Exaudi Domine justitiam. xvi. 23.
Expectans expectavi Dominum. xxxix. 73.
Exultate Deo adjutori. xxxx. 155.
Exultate justi in Domino G. xxxii. 56.
Exurgat Deus, & dissipentur. lxvii. 121.

F

Fundamenta ejus in montibus. lxxxvi. 164.

G

Gaudete justi in Domino. R. xxxii. 56.

I

Inclina Domine aurem tuam. lxxxv. 162.
In convertendo Dominus. cxxv. 254.
In Domino confido. x. 16.
In exitu Israel. cxiii. 218.
In te Domine speravi. xxx. 51.
In te Domine speravi. lxx. G. 129.
Jubilate Deo omnis. j. lxv. 118.
Jubilate Deo omnis ij. xcix. 186.
Judica Domine nocentes. xxxiv. 60.
Judica me Deus & discerne causam. xlii. 79.
Judica me Domine quoniam ego. xxv. 43.

L

Lætatus sum cxxi. 251.
Lauda anima mea Dominum. cxlv. 283.
Lauda Jerusalem. cxlvii. 285.
Laudate Dominum de cælis. cxlviii. 287.
Laudate Dominum in sanctis ejus. cl. 289.
Laudate Dominum omnes gentes. cxvi. 223.
Laudate Dominum, quoniam bonus. cxlvi. 284.
Laudate nomen Domini. cxxxiv. 263.
Laudate pueri Dominum. cxii. 217.
Levavi oculos meos. cxx. 250.

M

Magnus Dominus. xlvii. 87.
Memento Domine David. cxxxi. 259.
Miserere mei Deus. lvi. 103.
Miserere mei Deus, quoniam conculcavit. G. lv. 101.
Miserere mihi Domine, quoniam conculcavit R. lv. 101.
Miserere mei Deus secundum magnam. l. 93.
Misericordiam & judicium cantabo. c. 187.
Misericordias Domini. G. lxxxviii. 167.
Misericordias tuas. R. lxxxviii. 167.

N

Nisi Dominus ædificaverit. cxxvi. 255.
Nisi quia Dominus. G. cxxiii. 253.
Nisi quod Dominus. R. cxxiii. 253.
Noli æmulari. xxxvi. 65.
Nonne Deo subdita. R. lxi. 111.
Nonne Deo subjecta. G. lxi. 111.
Notus in Judæa. lxxv. 140.

O

Omnes gentes plaudite manibus. xlvi. 86.

P

Paratum cor meum. cvii. 210.

Q

Quam amabilia. R. lxxxiii. 159.
Quam bonus Israel. lxxii. 134.
Quam dilecta tabernacula. G. lxxxiii. 159.
Quare fremuerunt. II. 2.
Quemadmodum desiderat cervus. G. xli 77.
Qui confidunt in Domino. cxxiv. 254.
Quid gloriaris in malitia. li. 95.
Qui habitat in adjutor. xc. 173.
Qui regis Israel. lxxix. 153.

S

Sæpe expugnaverunt. cxxviii. 257.
Salvum me fac Deus. lxviii. 125.
Salvum me fac Domine. xi. 17.
Sicut cervus desiderat. R. xli. 77.
Si vere utique. lvii. 105.
Super flumina Babilon. cxxxvi. 267.

T

Te decet hymnus. lxiv. 116.

V

Venite exultemus Domino. xciv. 180.
Verba mea auribus. v. 6.
Voce mea ad Dominum clamavi. lxxvi. 142.
Voce mea ad Dominum. cxli. 275.
Usquequo Domine oblivisceris. xii. 18.
Ut quid Deus repulisti in finem. G. lxxiii. 136.
Ut quid repulisti nos Deus. R. lxxiii. 136.

INCIPIUNT EXORDIA CANTICORUM.

A

Attende cælum: R. pag. 311.
Attende cælum & loquar. V. 317.
Audite cæli. G. 311.

B

Benedicite omnia. 295.
Benedictus Domine. V. 338.
Benedictus Dominus. 321.
Benedictus es Domine, 291.
Benedictus es Domine. 338.
Benedictus es Domine. 344.
Cantemus Domino. 303.
Clamavi ad Dominum. V. 337.
Clamavi de tribulatione. 337.
Confirmatum est. V. 301.

C

Confirmatum est. V. ex Cod. Vat. 82. 301.
Confitebor tibi Domine. 297.

D

De mane vigilabo. 328.
De nocte spiritus meus. V. 328.
Domine qui habitas. V. 343.
Domine qui inhabitas. 343.
Domine audivi. 308.

E

Ecce Civitas. V. 327.
Ego dixi: In altitudine. V. 299.
Ego dixi: In dimidio. 298.
Exultavit cor meum. 300.

Gay-

G

Gaudens gaudebo. 333.
Gaudio lætabuntur. V. 333.

I

Illuminare. V. 331.
Incipite Domino. V. 341.

L

Lætamini cum Jeruſalem. 334.
Lætare Jeruſalem V. 334.

M

Magnificat anima mea. 323.
Memento Domine V. 335.

N

Nunc dimittis. 324.

Q

Qui ſponte obtuliſtis. 324.

R

Recordare Domine. 335.

S

Surge illuminare. 331.

V

Vinea ſacta eſt Dilecto. 326.
Urbs fortitudinis. 327.

RELIQUORUM EXORDIA.

C

Credimus in unum Deum Patrem. *pag.* 348.
Credimus in unum Patrem. 348.
Credo in Deum Patrem. 347.
Credo in unum Deum Patrem. 347.
Gloria in excelſis Deo. 346.

G

Gloria in excelſis Deo. 346.
Gloria Patri & Filio. 347.

H

Hagios o Theos. 347.

K

Kyrie eleiſon. 350.

P

Pater noſter. 347.
Pater ſanctificetur. 350.

Q

Quicumque vult. 349.

S

Sanctus. 347.

T

Te decet laus. 346.
Te Deum laudamus. 345.

INCIPIUNT HYMNORUM EXORDIA.

Ad cœnam Agni. *pag.* 370.
Adeſto noſtris precibus. 420.
Adeſto Chriſte vocibus. 396.
Adſunt tenebræ primæ. 425.
Æterna Cæli gloria. 413.
Æterna Chriſti munera. 399.
Æterna Chriſti munera. 400.
Æternæ lucis Conditor, 410.
Æterne rerum Conditor. 404.
Æterne Rex altiſſime. 372.
Æterni Patris Uoice. 391.
Agathæ Sacræ. 384.
Agnes beatæ. 381.
Agnoſcat omne ſæculum. 353.
Ales diei nuncius. 411.
Almi Prophetæ. 386.
Altiſſimi Verbum. 420.
Alma Redemptoris. 403.
Amore Chriſti nobilis. 354.
Amor Jeſu dulciſſime. 392.
Angularis fundamentum. 378.
A Patre unigenitus. 359.
Apoſtolorum paſſio. 388.
Apollinaris Martyris. 391.
Apoſtolorum gloriam. 389.
Apoſtolorum ſupparem. 393.
Apparebit repentina. 433.
A Solis ortus cardine. 353.
A Solis ortus cardine. *alter* 382.
A Solis ortus cardine. *Hymn. integer.* 432.
Audi benigne conditor. 362.
Audi Judex mortuorum. 367.
Audit Tyrannus. 356.
Ave Maris ſtella. 384.
Aurea luce. 389.
Aures ad noſtras Deitatis. 361.
Aurora jam ſpargit. 413.
Aurora lucis rutilat. 371.
Aurora veluti fulgida. 395.

B

Beata nobis gaudia. 374.
Bellator armis. 398.
Bis ternas horas. 416.

C

Cæli Deus ſanctiſſime. 422.
Cælum coruſcans. 353.
Cantemus ſocii Domino. 430.
Certum tenentes. 415.
Chriſte cæleſtis medicina. 425.
Chriſte cælorum conditor. 414.
Chriſte cunctorum. 377.
Chriſte lumen perpetuum. 421.
Chriſte lux mundi. 420.
Chriſte precamur annue. 421.
Chriſte qui lux es. 423.
Chriſte Redemptor. 352.
Chriſte Redemptor omnium conſerva. 397.
Chriſte Rex cæli. 412.
Chriſte Salvator. 421.
Chriſte Sanctorum. 397.

Chriſti

Chrifti caterva. 379.
Cibis refumptis. 424.
Clarum decus jejunii. 360.
Conditor alme. 378.
Confors Paterni luminis. 407.
Convexa folis orbita. 418.
Corde natus. 352.
Crux benedicta nitet. 433.
Crux mundi benedictio. 386.
Crux orbis falus. 385.
Cultor Dei memento. 424.

D

Dèi fide qua vivimus. 364.
De Parre Verbum. 355.
Deus Creator omnium. 419.
Deus Creator omnium, lucis auctor. 479.
Deus æterni luminis. 412.
Deus ignee. 425.
Deus Pater ingenite. 409.
Deus qui certis legibus. 418.
Deus tuorum militum. 400.
Dicamus laudes. 416.
Diei luce reddita. 413.
Doctor egregie. 392.

E

Ecce jam noctis tennatur. 410.
Ecce tempus idoneum. 360.
Emitte Chrifte Spiritus. 375.
En Martyris Laurentii. 393.
Ex more docti myftico. 361.
Exultet cælum laudibus. 399.

F

Feftum nunc celebre. 374.
Fidelis plebs. 355.
Fit porta Chrifti. 352.
Felix per omnem feftum. 388.
Fortem virili. 403.
Fulgentis Auctor ætheris. 411.
Fundere preces tempus. 418.

G

Gaudium mundi. 394.
Gefta Sanctorum. 385.
Gloria laus & honor. 365.
Grates tibi Jefu. 386.

H

Hic eft dies. 368.
Hoftis Herodis impie. 359.
Hymnum canamus gloriæ. 372.
Hymnum canentes. 356.
Hymnum dicamus. 366.
Hymnum dicat turba fratrum. 405.
Hymnum Mariæ. 394.

I

Jam Chriftus aftra. 374.
Jam Chrifte fol juftitiæ. 360.
Jam curfus horæ fextæ. 417.
Jam dudum Saulus. 382.
Jam legis umbra. 366.
Jam lucis orto fidere. 413.
Jam lucis fplendor. 414.
Jam meta noctis tranfiit. 410.
Jam nos fecundæ. 414.
Jam fexta fenfim. 416.
Jam furgit hora tertia, & nos intenti. 415.
Jam furgit hora tertia, qua Chriftus afcendit Crucem. 414.
Jam ter quaternis. 362.
Jefu corona celfior. 402.
Jefu corona Virginum. 402.
Jefu noftra redemptio. 371.
Jefu quadragenariæ. 360.
Jefu Redemptor. 401.
Jefus retulit omnium. 358.
Jefu Salvator. 397.
Jefu falvator fæculi, Verbum. 424.
Immenfe Cæli conditor. 422.
Inluminans Altiffimus. 357.
In matutinis furgimus. 409.
Intende qui regis. 351.
Inventor rutili. 367.
Inventor rutili dux. 419.
Ifte confeffor. 402.

L

Lauda Mater Ecclefia. 391.
Lucis Creator optime. 422.
Lucis largitor optime. 408.
Luftra fex. 363.
Lux ecce furgit. 412.

M

Magnæ Deus potentiæ. 423.
Magna & mirabilia. 404.
Magna Johannis. 356.
Magni palmam. 392.
Magno falutis gaudio. 365.
Martyr Dei. 400.
Martyris Chrifti. 393.
Martyris ecce dies. 384.
Mediæ noctis. 404.
Miraculum laudabile. 399.
Myfteriorum fignifer. 396.
Myfterium Ecclefiæ. 383.

N

Nardi Maria. 391.
Nigrante tectam pallio. 420.
Nocte furgentes vigilemus. 407.
Noctis tempus jam præteriit. 362.
Noctis terræ primordia. 425.
Non fuit vafti. 388.
Nox atra rerum contegit. 408.
Nox & tenebræ. 412.
Nunc Andreæ. 398.
Nunc tempus acceptabile. 360.
Nunc Sancte nobis. 415.

Ob-

O
Obduxere polum nubila cæli. 426.
Obsidiones obvias. 424.
O gloriosa Domina. 384.
O lux beata Trinitas. 421.
O Nazarene Dux Bethlem. 359.
O Petre petra Ecclesiæ. 381.
Optatus votis omnium. 371.
O sola magnarum Urbium. 359.
P
Pange lingua gloriosi. 363.
Pange lingua gloriosi corporis. 376.
Paule Doctor. 391.
Perfecto trino. 418.
Petrus beatus. 381.
Plasmator hominis. 423.
Post matutinas. 414.
Post Petrum primum. 398.
Præcessor almus gratiæ. 395.
Præcursor altus. 387.
Primo dierum omnium. 406.
Primo Deus cæli globum. 429.
Q
Qua Christus hora sitiit. 364.
Quem terra. 383.
Quicumque Christum. 392.
R
Ramos virentes. 365.
Rector potens verax. 417.
Rerum Creator optime. 407.
Rerum Deus tenax. 418.
Rex æterne Domine. 370.
Rex Christe factor omnium. 362.
Rex Deus immensi. 434.
Rex gloriose martyrum. 401.
S
Sacratum hoc templum. 377.
Sacris solemniis. 376.
Sævus bella serit. 428.
Sol astra. 379.
Salve festa dies. 368.
Salve sancta Parens. 403.
Sanctorum meritis. 401.
Sator princepsque. 419.
Senatus Apostolici. 390.
Sol Angelorum respice. 424.
Somno refectis artubus. 407.
Splendor Paternæ gloriæ. 410.
Squalent arva soli. 427.
Stephani corona. 354.
Stephano Primo Martyri. 354.
Summe confessor. 401.
Summæ Deus clementiæ. 408.
Summi largitor præmii. 360.
T
Telluris ingens. 422.
Tellus ac æthera. 367.
Te lucis ante terminum. 423.
Ter hora trina. 417.
Ternis ter horis. 364.
Terrena cuncta. 385.
Tibi Christe splendor. 397.
Tristes nunc populi. 427.
Tu Trinitatis unitas. 408.
V
Veni Creator Spiritus. 375.
Verbum supernum. 379.
Verbum supernum prodiens, nec. 377.
Vexilla Regis prodeunt. 364.
Virginis proles. 403.
Virginis virgo. 355.
Vox clara. 379.
Urbs beata. 378.
Ut queant laxis. 387.

INCIPIUNT CAPITULA:

Numeri nota, paginam, litera a *primam*, b *alteram columnam designat.*

Orationes & preces de anni circulo p. 445.
In Vigiliis Natalis Domini. 445. a.
Reliqua ad Adventum usque & Dedicationem Ecclesiæ, temporis ordine servato facile quisque reperiet.
Orationes & preces de Natalitiis Sanctorum. 491.
Hæc item per mensium seriem ordinata, in promptu erunt, una cum consequentibus Orationibus communibus ad quorumvis Sanctorum Vigilias & Natalitia spectantibus, aliisque hic adnotatis.

ORATIONES VOTIVÆ.

De S. Trinitate. 526. a.
De S. Sapientia. 526. b.
De Spiritu Sancto. 526. b.
De Cruce. 526. b.
De S. Maria. 526. b.
De SS. Angelis. 527. b.
Oratio generalis de Sanctis, proprio loco quiescentibus. 527. b.
Item in qualibet Ecclesia de Sanctis, quorum reliquiæ ibidem venerantur. 527. b.
Ad poscenda suffragia omnium Sanctorum quotidianis diebus. 427. b.

ORATIONES ET PRECES DE QUOTIDIANIS AC DE DIVERSIS.

Orationes nocturnæ, sive Matutinæ. 528. a.
Item ad Matutinos lucescente die. 529. a.
Ad horam diei primam. 529. b.
Ad horam diei tertiam, sextam, & nonam 530. a.
Orationes Vespertinæ, recedente sole, ac die cessante ad Vesperos. 530. a.
Orationes Vespertinales, seu Matutinales. 530 b.
Ad Completorium. 532. a.

Ora-

Orationes quotidianæ. 532. c.
Orationes ante cibum. 535. b.
Orationes, sive Benedictiones super Mensam. 536. a.
Orationes post cibum. 536. c.
Orationes pro peccatis. 536. a.
Super pœnitentem. 538. a.
Pro publice pœnitentibus. 538. b.
Pro tentatis & tribulatis. 538. b.
De pœnitentiæ lacrymis petendis. 539. c.
Pro Charitate. 539. a.
Pro gratia S. Spiritus postulanda. 539. b.
Pro tentationibus inimicorum invisibilium, vel ad repellendas malas cogitationes. 539. b.
Contra tentationem carnis. 540. a.
Ad postulandam Humilitatem. 540. a.
Ad postulandam Patientiam. 540. c.
In tribulatione. 540. c.
Tempore belli. 541. b.
Pro pace. 543. a.
Ad pluviam postulandam. 543. b.
Quando multum pluit. 543. b.
Ad poscendam serenitatem. 544. b.
Pro fulgoribus. 544. b.
Post tempestatem & fulgura. 545. a.
Tempore (quod absit) mortalitatis. 545. a.
De sterilitate. 545. b.
Pro peste, vel mortalitate animalium. 546. a.
Pro gratiarum actione. 546. b.
Ad tollendum Schisma. 546. b.
Tempore sedis vacantis. 546. b.
In Natali Papæ, ejusque anniversario. 546. b.
Pro Apostolico. 547. c.
In Natali Episcopi, idest in die Ordinationis suæ, ejusque Anniversario. 547. a.
Pro Episcopo, & populo illi commisso. 547. b.
In Natali consecrationis Presbyteri. 547. b.
In Natali consecrationis Diaconi. 548. a.
Pro omni gradu Ecclesiæ. 548. a.
Tempore Concilii. 548. b.
Pro Regibus Romanis. 548. b.
Pro Rege. 548. b.
Pro Rege & exercitu ejus. 548. b.
Pro adepte dignitate. 549. a.
Pro Virgine Ancilla Dei. 549. a.
Pro Monasterio. 549. b.
Orationes Monachorum. 549. b.
Pro amico, vel pro quo volueris. 550. a.
Pro familiaribus, vel devotis amicis 550. b.
Pro salute vivorum. 550. b.
Oratio communis B. Augustini. 550. b.
Pro sterilitate mulierum. 551. a.
In Natali genuino, idest, propriæ Nativitatis anniversario. 552. a.
In Natali propriæ Regenerationis per sanctum Baptisma. 552. a.
Ad Agapen pauperum. 552. b.
Ad proficiscendum in itinere. 553. a.
Item pro iter agentibus. 553. b.
Pro Navigantibus. 554. a.
Pro redeuntibus de itinere. 554. a.
Super venientes in domum. 554. a.
Orationes intrantibus in domum, sive benedictiones. 554. a.
In contentione. 555. a.
Pro obloquentibus. 555. a.
Pro irreligiosis. 555. b.
Pro Judicibus male agentibus, vel contra persecutores Ecclesiæ. 555. b.
Contra paganos, sive ad comprimendas feritates gentium. 556. a.
Ad visitandum infirmum. 556. a.
Super infirmum in domo. 556. a.
Item pro infirmis. 556. b.
Pro reddita sanitate. 557. a.
Reconciliatio Pœnitentis ad mortem. 557. a.
Oratio pro eo qui est proximus morti. 558. a.
Orationes quando anima egreditur de corpore. 558. a.
Commendatio animæ. 558. b.
Orationes post obitum hominis. 560. b.
Item aliæ post obitum hominis. 564. a.
In die depositionis defuncti. 566. a.
In die III. VII. & XXX. Depositionis. 566. a.
In die Annuali, sive Anniversario. 566. b.
Pro Apostolico defuncto. 566. b.
Pro Episcopo defuncto. 556. b.
Pro Sacerdote defuncto. 567. a.
Pro uno defuncto, sive una defuncta. 567. b.
Pro defuncto nuper baptizato. 567. b.
Pro defuncto desiderante pœnitentiam & minime consequente. 568. a.
Pro his qui in Cœmeteriis requiescunt. 568. b.
Pro defunctis Fratribus. 568. b.
Pro defunctis Congregationis. 569. a.
Pro patre & matre. 569. a.
Pro pluribus vel omnibus defunctis. 569. a.
In Natali Sanctorum simul, & officio mortuorum. 569. b.
Preces generales. 570. a.
Item aliæ. 570. b.
Deprecatio quam Papa Gelasius pro universali Ecclesia constituit canendam esse. 571. a.
Preces generales juxta ritum Ecclesiæ Mediolanensis. 572. c.
Item aliæ. 572. b.
Benedictiones post absolutos nocturnos in Vigiliis. 573. a.
Benedictiones ad lectiones in Vigiliis. 573. a.
Orationes de Passione Domini in Biduo Majoris Hebdomadæ. 574. a.
Breviarium Psalterii continens versus Psalmorum verba Orationis continentes. 576.
Oratio in tribulatione. 580. b.
Pia precatio ex longiore Oratione S. Ambrosii Episcopi. 581. b.